# SANCTITAS ECCLESIAE ROMANAE, IN S. ELIA PROPHETA...

Matthias : a Corona, Josè Maria Fonseca de Evora

Digitized by Google

37
14 C
12

Digitized by Google

SANCTITAS

# ECCLESIÆ ROMANÆ,

TOMVS IV.

Digitized by Google

SANCTITAS

# ECCLESIÆ ROMANÆ,

SEU

# EXPOSITIO

## LITTERALIS, MYSTICA, ET MORALIS.

*Sparsim Cap. 17. lib. 3. Regum & reliquorum, usque ad Cap. 13. lib. 4. Regum inclusivè, Historiam Sanctorum Prophetarum Eliæ & Elisei complectens, ac Ecclesiæ Romanæ sanctimoniam duodecim Tomis delineans.*

SACRÆ SCRIPTVRÆ, HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ, Conciliorum, Theologiæ, Controversiarum, SS. Canonum, & Casuum Conscientiæ studiosis utilissima.

AUCTORE

R.P. MATTHIA A CORONA LEODIENSI
Carmelitâ Sacræ Theologiæ Doctore Parisiensi.

## TOMVS QVARTVS

ECCLESIA SANCTA A DIGNITATE ET Potestate Spirituali Episcoporum.

LEODICI EBURONUM,
Apud GUILIELMUM HENRICUM STREEL,
Suæ Serenissimæ Celsitudinis Typographum. M. DC. LXXI.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

SERENISSIMO PRINCIPI

# MAXIMILIANO HENRICO,

Dei Gratiâ

## ARCHIEPISCOPO COLONIENSI

SACRI ROMANI IMPERII PER ITALIAM

ARCHICANCELLARIO,

## ET PRINCIPI ELECTORI,

SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ LEGATO NATO,

## EPISCOPO ET PRINCIPI LEODIENSI,

ET HILDESHEYMENSI,

ADMINISTRATORI BERGTESGADENSI,

LAND-GRAVIO LEUCHTENBERGENSI,

UTRIUSQUE BAVARIÆ, SUPERIORIS PALATINATUS,

WESTPHALIÆ, ANGARIÆ, ET BULLONII DUCI,

COMITI PALATINO RHENI,

MARCHIONI FRANCHIMONTANO,

COMITI LOSSENSI, HORNENSI, &c.

SERENISSIME PRINCEPS,

Vestri Generis nobilitas, avita fides inconcussa, zelus domus Dei, dignitatis excellentia, prudentiæ sagacitas, in Ecclesiis ornandis studium, in fovendis alceticæ disciplinę sectatoribus, in egenis usque ad profusionem sublevandis, in eruditis, & quovis titulo inclytis per continua beneficia de-

 vinciendis

vinciendis, in omnibus virtutibus excolendis magnanimitas, in noſtrum Carmelum: imò in meam tenuitatem beneficiis munificentia exploratiſsima, univerſæ denique VESTRÆ CELSITVDINIS, ac animi dotes arcano quodam impulſu me, ſeu potiùs ſacratiſſimum Antiſtitum Senatum movent, ut more veterum Veſtrum patrocinium expoſtulet, ac ſub Veſtris auſpiciis, contra ſibi adverſantium inſidias, machinationes, & corruptelas ſecurior evadat, ſuis juribus potiatur, ſuámque auctoritatem intrepidè exerceat. Sic olim nonnulli Prophetæ ad Beatiſsimum Eliam *In torrente Carith latitantem confugiebant, nè per Regem Achab, & Reginam Jezabel cogerentur, ſicut & cæteri populares adorare Baal. Viri quippè illi timore Dei repleti cernentes Eliam verbo Domini tunc continere cœlum, quod pluviam non dabat ſuper terram, ad eum, tanquam ad veri Dei cuſtodem accedebant occultè in ſolitudine Carith, ut ſub ejus doctrinâ in cultu veri Dei perſiſtere poſſent, & idololatriam vitarent. Et cùm interficeret Jezabel Prophetas Domini,* tulit Abdias centum Prophetas Dei, & abſcondit eos *quinquagenos, & quinquagenos in ſpeluncis,* & pavit *eos pane & aquâ.*

Ioan. 44. Patr. Ieroſ. lib. de inſt. Mon. cap. 10.

l. 4. Reg. c. 18. v. 4.

Divo Athanaſio acerrimo fidei Catholicæ contra Arrianos defenſori, ab eiſdem ſuâ Sede Alexandrinâ depulſo ac profugo S.^tus^ Maximinus Trevirorum ac Tungrorum Præſul omne patrocinium, omnémque tutelam, necnon omnia charitatis & humanitatis officia exhibuit. Et tunc nonnulli aſſerunt compoſitum fuiſſe Symbolum univerſam ſanctiſsimæ Trinitatis ac Dominicæ Incarnationis œconomiam deducens & complectens

Chapeauville tom. 1. chr. cap. 16.

Otto Ep. Frinſig. 2. chron. l. 4. c. 7.

Digitized by Google

complectens. Denique ambo mutuis & armis & animis ſynceræ atque Catholicæ Religionis cauſam propugnarunt.

Quid vetera recenſeo exempla, quandoquidem recentiorés Patrum noſtrorum tutelæ noſtris oculis obverſentur. Cùm enim Henricus VIII. Anglorum Rex à fide diſceſsiſſet Romanâ, ſéque Eccleſiæ Anglicanæ Caput proclamari juberet, Paulus III. Pontifex Maximus ut in officio ac obedientiâ Sedis Apoſtolicæ eum contineret, tàmque fœdam labem ac calamitates indè certiſsimè promanaturas à florentiſſimo Regno averteret, Reginaldum Polum Cardinalem in Angliam ſummâ cum auctoritate ablegavit. At verò Henricus de illius in Galliam acceſſu certior factus, mox Francorum Regem rogavit, ut Apoſtolicum illum Legatum captivum ad ſe in Britanniam mitteret. Cujus commonefactus Polus, ut periculum declinaret, Cameracum ſeceſsit: quare tanquam perduellem ac lęſæ Majeſtatis reum Henricus proſcripſit, edictóque publico quinquaginta millia nummorum aureorum pollicitus ei, qui vivum ad ſe pertraheret. Hoc præcepto Erardus Marcanus S. R. E. Cardinalis, Epiſcopus & Princeps Leodienſis Polum in ſuam urbem invitavit, humaniſsimèque excepit. *Annales Leodien.*

Nè plura fortè faſtidium paritura attexam: non minori zelo Catholicæ Fidei, ac fovendæ dignitatis Epiſcopalis illibatæ incenſus Seren.mus ERNESTVS utriuſque

utriusque Bavariæ Dux Vester Propatruus, Frinsingensi, Heldesheymensi, ac præcipuè Leodiensi succurrit Ecclesiæ. Cùm enim finitimæ Provinciæ impurorum dogmatum diluvio obruerentur, à Cathedrali Collegio electus est tam ad tuendam Religionē quàm Ditionem. Hic inauguratus volens fidem Catholicam sartam tectam conservare contra clandestinas irrepentium hæreticorum præstigias ac machinationes Gregorii XIII. Pontificis hortatu edictum contra Acatholicos, aut his consilium vel auxilium ferentes solemni ritu jussit publicari. Cùmque in partibus Teutonicis bellorum strages, ac hæreticorum persecutiones fugatis, vel cæsis Pastoribus devastassent Ecclesias, de Seminariis erigendis ad adolescentes illic in sacris litteris instruendos animum adjecit. Unum itaque minimum Collegium instituit in Oppido Trudonensi, in quo pueri juxta sacrę Tridentinę Synodi ordinationem humanoiribus litteris ac pietate imbuerentur. Alterum Leodii, in quo adolescentes Philosophiæ ac Theologiæ incumberent, ut postea peracto studii Theologici curriculo Ecclesiis præfici vel ministrare possent. Missionarios mittit Aquisgranum, Massekam, Hasseletū, ubi prava Calvinismi, & Anabaptismi dogmata irrepserāt, ibíque à fide alienis certū pręfigit tempus, nisi resipiscant, professionémq; fidei Catholicæ Apostolicæ Romanæ emittant excedere. Cæteros nequaquam in ditionem suam admitti

præcipit, nisi prius porrecto de sufficienti vitæ suæ preteritæ testimonio, ac præmissâ Fidei professione, neminem gaudere civicis juribus, nisi etiam testimonium religionis Catholicæ protulerit, eámque juxta formam à S. Tridentinâ Synodo prescriptā professus fuerit. Omitto alia complura, quæ tum ad fidem Catholicam, tum ad Christianam disciplinam fovendā ac propagandam hic edidit. Non minus etiam studiosus tuendę ditionis temporalis extitit. Nam dum in Castrum Huense raro milite servatum Batavi per abrupta rupium inducti essent à quibusdā proditoribus, brevi post electo milite recuperavit. Truchesio Colonienſi Electore ac Prę̄sule ob hęresim exauctorato idem Ser.mus ERNESTVS à Colonienſibus postulatur instar pientissimorum Regum, ac Principum Davidis, Azæ, Ezechiæ, Machabæorum, &c. ad Deum conciliandum contra Truchesianos aliósque fidei hostes, præmissis supplicationibus, jejuniis aliisque piis operibus bello septenni Truchesianis & eorum fœderatis obstitit. Domus Bavarica & pecuniis & copiis non defuit. Quippe ultra tricesies centena aureorum millia ipse Ser.mus FERDINANDVS ERNESTI Frater nullis vitæ suę periculis pepercit, ut Archiepiscopo Electori sua dignitas, & populo religio Catholica illibata servaretur. Interim dum Ser.mus ERNESTus pro assertione Ecclesiæ Catholicæ animo planè martiali; seu potius Eliano ubique præliaretur, Canonici

Monasterienses suæ Ecclesiæ ruinam ac interitum pertimescentes ejus præsidiũ implorarunt, summisq; precibus unà cum Magnatibus singulari zelo ac pietate conspicuis institerunt, ut imminenti malo succurreret, & antiquam Ecclesiã non despiceret, quam alioqui in Principis Acatholici & apostatæ potestatem eventuram certò certius constabat.

Omissis præclaris facinoribus Seren.mi Principis FERDINANDI Archiepiscopi Electoris Coloniensis, &c. Patrui Vestri, unicum dumtaxat proferam. Cùm Christianus Dux Brunvicensis per Paderbonensem Regionem longè latéque rapinis ac cædibus grassaretur, ipsamque Paderbonam occupasset, ac Cathedralem Ædem spoliasset pretiosioribus quibusque donariis, simul cùm capsâ, cui Sacræ D. Liborii Episcopi calculo laborantium Patroni Exuviæ inclusæ erant, Seren.mus FERDINANDVS illius loci etiam Antistes tantum sacrilegium non ferens, non tam electo milite, quàm divino præsidio fultus, prædone sacrilego insigniter punito Civitatẽ, Sanctique Præsulis ossa recuperavit. Avitam Fidem, fovendæque ac propagandæ Ecclesiæ zelum: imò duplicem Eliæ spiritum in V. C. olim effusum nemo dubitat. Necdum enim inaugurata ditionem hanc & Diœcesim Leodiensẽ seditionibus, factionibus, simultatibúsque discissam, atque execrandę abominationi desolationis proximã priori suo splendori restituit

*Bolandus*

restituit, adeò ut illud Mardochæi ad Esther filiam adoptivam ei applicandum videatur. *Ecquis novit utrum ad regnum veneris, ut in tali tempore parareris*, seu Ecclesię Leodiensi periclitanti opitulareris. Nunc verò non una atque altera Diœcesis Colonienſis, Leodienſis, Hildesheymenſis: ſed omnes, ſed univerſus Antiſtitum (quos Numina Patres appellant) Senatus Veſtram opem interpellat, poſtulat patrocinium, & quaſi univerſi Præſulatus capitolium adit, ut dignitas & auctoritas Epiſcopalis Acatholicorum Hierarchiã Eccleſiaſticam ſcriptis erroneis ac calumniis deprimentium & convellentium inſolentia Veſtro zelo & auſpiciis coerceatur. Prodeunt in occursũ Veſtrum non tantùm Germaniæ, ſed totius orbis Præſules, ut *ad diſciplinæ cuſtodem, ſpei anchoram, retinaculum fidei, ducem itineris ſalutaris, fomitem ac nutrimentum bonæ indolis, magiſtram virtutis*: ut tùm Veſtra, tùm eorum auctoritas temporum fato tabeſcens ad priſtinum nomen & nitorem veſtris auſpiciis revocetur. Et quâ majeſtate, quâ reverentiâ, quâ poteſtate Epiſcopalis dignitas, gradúſque vigebat, reſloreat, ac quarundam Eccleſiarum abuſus & corruptelæ de medio tollantur, nè inſtar zizanii aliæ repullulent, vel lerneæ hydrę alię cervices ſuccreſcãt. Principes Chriſtiani præſertim Eccleſiaſtici eo nomine digniſsimi ſunt, *ſi ſuam majeſtatem ad Dei cultum maximè dilatandum majeſtatis ejus famulam faciant.* Hoc patrocinio, divinæque majeſtatis famulitio ſuſcepto, non tantùm (ut *cuique animo accidere ſolet omnis ævi claris viris comparabitur*;

Esther c. 2. v. 14

S. Cypriã tract. 2. de habit. Virginũ.

S. Aug. l. 5. civit. cap. 24.

Livius dec. 3. l. 8

sed cum majorum gloriâ certabit: imò ipsam superabit, illisque glorioſum erit à V. C. ſuperari. Ipsimèt Præſules, qui adverſus fidei hoſtes diverſis ſubindè temporibus prodierunt, ac de ipſis hoſtibus poſt laborioſa certamina victorias reportavêre, lauream cedent, Athanaſius, Baſilius, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Niſſenus, Chryſoſtomus, Epiphanius, noſter Cyrillus Alexand. Damaſcenus, Theodorus Orientalis Eccleſiæ Præſules. Irenæus, Auguſtinus, Titus Boſtrenſis, Proſper, Philaſtrius, Fulgentius, Idacius, Audentius, Etherius, Jonas, Durandus Epiſcop. Leod. noſter Hubertus Leonardus. Illi licet contra Arianos, Eunominianos, Neſtorianos, Sabellianos, Eutychianos, Iconoclaſtas. Hi adverſus Marcioniſtas, Manichęos, Donatiſtas, Iovinianos, Pelagianos, Semipelagianos, Berengariũ, Waldenſes, Nivellenſes, aliaque inferorum monſtra Orthodoxam fidem viribus, & armis, verbis ac ſcriptis eruditiſsimis propugnarint, nonnullique eorum illam proprio cruore cõſignarint. V. C, nunc interpellatur contra Eccleſiaſticæ hierarchiæ hoſtes, contra luem perniciosiſsimam, quæ noſtro ſæculo è faucibus inferi iterùm proſiliit, in quam priorum hęreſeon ſordes, quaſi in ſentinam quandã confluxiſſe videntur. Præcipuum horum dogma militat contra hierarchicum ordinem, quem funditus convellere nituntur, gradum Epiſcopalem nullâ ſingulari auctoritate pollere proclamantes. *Quod ſi ita eſt,*

ut

*ut nequissimorum timeatur audacia, ut quod mali jure & aquitate non possunt, temeritate atque desperatione perficiant, actum est de Episcopatus vigore, & de Ecclesiæ gubernanda sublimi ac divinâ potestate, nec Christiani ultra aut durare aut esse possumus, si ad hoc ventum est, ut perditorũ minas atque insidias pertimescamus, &c. Ille qui Christi adversarius & Ecclesiæ ejus inimicus est, ob hoc Ecclesiæ præpositum suâ infestatione prosequitur, ut gubernatore sublato, atrocius atque violentius circa Ecclesiæ naufragia grassetur.* S. Cyprianus ep. 3 ad Cornelium. Contra tot imminentium malorum struem amplissimorum Episcoporum collegium ad V. S. C. ut arcem munitissimam recurrit, non minus auxilium expectans: imò tam fortunatum successum sperans à Vestris auspiciis, quàm olim Sedes Apostolica à Vestris Majoribus experta est. Quemadmodum enim V. S. C. universos Ecclesiæ Præsules generis nobilitate superat, ita nemini illorum zelo Religionis cedit, cùm votorum vestrorum summa semper fuerit Dei cultus, Ecclesiæ honos, Ecclesiasticæ hierarchiæ harmonia. Solitâ igitur benignitate hanc præfatæ hierarchiæ ideam complecti, auctoritate fovere, novóque benedictionis auctario cumulare dignetur, ad hoc patrocinium nos provocat, ad hanc arcem nos invitat, spem suggerit, auxilium pollicetur duplex Anagrammatismus.

MAXIMILIANUS HENRICUS
HIC ELIAS, IS ARX NUMINUM.

Ut fuit arx ELIAS veterum tutissima Patrum,
HIC nunc ARX gregibus NVMINVM IS unus erit.

# EPISTOLA DEDICAT.

*vel*

HIC ELIAS Vatum; sed IS est ARX NVMINVM
& indè,
Gratior, Eliâ MAXILIANUS erit.

*Alius.*

MAXIMILIANUS · HENRICUS
MARS HINC IN SE AUXILIUM.

Nè timeas hostes Christi grex, BAVARUS IN SE
MARS vult AVXILIVM HINC Patribus esse tuis.

*vel.*

MARS est HENRICUS, HINC omnibus IN SE
AVXILIVM, Christi robore fortis erit.

*SERENISSIMÆ CELSITVDINIS VESTRÆ.*

Humillimus Cliens,

FR. MATTHIAS A CORONA Carmelita Leodius.

ILLUSTRISSIMI, AC REVERENDISSIMI;

# AVGVSTINI FRANCIOTTI

ARCHIEPISCOPI TRAPEZUNTINI,
S.D.N. PAPÆ PRÆLATI DOMESTICI ET ASSISTENTIS,
AD TRACTUM RHENI GERMANIÆ PARTES
CVM FACVLTATE LEGATI DE LATERE

# NVNTII APOSTOLICI

DE PRIORIBUS TOMIS HUJUS OPERIS

## IVDICIVM.

REVERENDE PATER:

Urgebar summoperè imminentis Pacis inter Reges conclusione, cùm tertius Tomus de Sanctitate Romanæ Ecclesiæ Mihi redditus est, ac suis propterea gratissimis litteris in hoc usque tempus responsum differè coactus sum. Gratias nunc debitas acturus advenio testaturus singulatè jucunditatem, quàm in hoc doctissimo Opere legendo accipio Prosequatur ipsa pro Ecclesiæ gloria labores suos, ipsi quidem non modicè proficuos Dum Ego interim ipsi officia mea quæcumque promitto. Aquisgrani 13 Maii 1668.

*REVERENTIÆ VESTRÆ,*

Studiosus AUGUSTINUS FRANCIOTTUS
*Episcopus Trapezuntinus, Nuntius Apostolicus.*

---

PRÆCLARISSIMI DOMINI,

# D. NICOLAO DV BOIS

THEOLOGI, ET IURISCONSULTI,
SACRARUM LITTERARUM IN UNIVERSITATE LOVANIENSI

# REGII AC PRIMARII PROFESSORIS,

PRIORUM OPERUM HUJUS OPERIS

## CENSVRA.

EXIMIE PATER,

Paraveram ante discessum personales agere gratias Eximiæ Paternitati Vestræ, præcipuè pro oblatione librorum suorum maximè elaboratorũ, & multimodâ refertorum doctrinæ varietate: quâ confundantur malignantes. Sed iter præpedivit inopinata Lovanium revocatio, & pluviarũ excessus. Itaque nunc per litteras post plenius gratias acturus subscribo.

EXIMIÆ PATERNITATIS VESTRÆ,

*Ex Fons Habaniæ*
*die 5. Novembris 1668.*

Humillimus Servus
NICOLAUS DU BOIS

# FACVLTAS

## REVERENDISSIMI PATRIS GENERALIS TOTIUS ORDINIS CARMELITARUM.

*FR. MATTHÆVS ORLANDVS Magister ac humilis Prior Generalis Ordinis B. Virginis Dei Genitricis Mariæ de Monte Carmeli antiquæ Observantiæ Regularis.*

Dilecto nobis in Christo P. Magistro MATTHIÆ à CORONA Sacræ Theologiæ Parisiensi Provinciæ nostrę Francię insigni Alumno, Salutem in Domino. Auctoritate nostra præsentium tenore non modò licentiam tibi facimus: sed & præceptum adjicimus typis mandandi Tomum tertium, quem de Sanctitate Ecclesiæ Romanæ in S. Eliâ Prophetâ Carmelitarum Protoparente figuratâ cõscripsisti, sicut & cæteros, quos de eodem argumento deinceps edere statuisti Tomos sequentes ad finem usque, dummodò à duobus Religionis nostræ ab admodùm R. P. Provinciali Provinciæ Franciæ deputandis Theologis revisi & approbati, aliaque de jure novo S. Concilii Tridentini fuerint. In quorũ fidem, &c. Datum Romę in Conventu nostro S. Marię Transpontinę die 13. Augusti. 1667.

*F.R MATTÆVS ORLANDVS,*
*Carmelitarum Generalis.*

Locus (✠) Sigilli.

FR. ÆMILIUS IACOMELLI Provincialis Scotiæ, Secretarius Ordinis.

FACULTAS

# FACULTAS
## R. ADMODUM PROVINCIALIS
### PROVINCIÆ FRANCIÆ.

*FR. ANGELUS MILARD humilis Prior Provincialis Fratrum B. Virginis Mariæ de Monte Carmeli Provinciæ Franciæ.*

Auctoritate nostrâ harum serie facultatem facimus R. admodùm P. MATTHIÆ A CORONA Doctori Theologo Facultatis Parisiensis Provinciæ nostræ Sacerdoti professo, typis mandandi Tomum quartum libri à se compositi, cui titulus *Sanctitas Ecclesiæ Romanæ in Sancto Eliâ Prophetâ Carmelitarum Protoparente figuratâ*, postquam à duobus Theologis nostri Ordinis probatus fuerit, si cæteris ad quos pertinet ità videbitur. Horum fide datum in Conventu nostro Leodiensi die 13. Septembris 1668.

*FR. ANGELUS MILARD Provincialis.*

FR. JOANNES A S. BLASIO,
*Assistens R. admodum P. Provincialis.*

Locus (✠) Sigilli.

---

# APPROBATIO
## THEOLOGORUM.

EGo infrascriptus de mandato Reverendissimi Patris Generalis nostri legi, & summâ cum voluptate diligenter perlustravi librum, cui titulus *Sanctitas Ecclesiæ Romanæ* (qui ordine quartus Tomus est) studio & operâ R. P. M. MATTHIÆ à CORONA, S. Theologiæ Doctoris Parisiensis elaboratum; opus suo Auctore dignum nihil continet, vel doctrinæ quam sancta Romana Ecclesia profitetur, vel morum pietati quam ubique deprædicat, contrarium; quinimò multimodâ & solidâ eruditione, subtilitate, varietate, ac sacrarum Scripturarum expositione refertissimum; in eo siquidem sanctitas Ecclesiæ Romanæ evidentissimè demonstratur ex gradu & excellentiâ Episcopali, cujus tum dignitas, cæteras omnes cujuscumque conditionis longè superexcedens mirè extollitur, tùm potestas non inferior fusissimè ex officiis & muniis illi propriis, declaratur, adeò ut nihil à quoquam circa hanc ulterius desiderari posse videatur: Quare existimo hoc Opus prælo dignissimum, omnibus S Theologiæ vel Magistris, vel Candidatis, & Tyronibus, utilissimum, ac denique Illustrissimis & Reverendissimis Dominis Episcopis, quorum causâ hic agitur, gratissimum. Datum in Carmelo nostro Leodiensi in Insulâ hâc 26. Junii anno 1670.

Fr. TIMOTHEUS A PURIFICATIONE
*Ordinis B.V. Mariæ de Monte Carmelo S Theol. lector eodem Conventu Prof. & ordinarius.*

EGregius & pulcherrimâ methodo concinnatus hic Tomus quartus R admodùm P. MATTHIÆ à CORONA Doctoris eximii in Almâ Universitate Parisiensi, sub titulo *Sanctitas Romanæ Ecclesiæ*, quam Auctor nitidissimè deducit ex Auctoritate, Potentiâ, Jurisdictione, & serie continuatâ Reverendissimorum Episcoporum qui in omni sanctitate nitent in Ecclesiâ sanctâ sicut astra in cœlis, dignus est cedro, tum quia continet doctrinam solidam, veram, sanctam, in omnibus sanctæ Ecclesiæ Romanæ conformem, tùm quia nil nisi spiritum verè Apostolicum & eruditionem sanctissimorum & antiquorum Patrum redolet, & ubique suaviter spirat. Dignus proindè qui omnium sit in oculis, quare ut lumen videat non modò perutile, sed penè necessum tam Theologis, Verbi Divini Præconibus & Confessariis, quàm omnibus ad justam mensuram, & regulam sanctitatis indefectibilem mores suos componere & efformare volentibus. Datum in Carmelo nostro Leodiensi in Insulâ hâc 26. Junii Anni 1670.

FR. SIMPLICIANUS A CRUCE
*Carmelita Theologus.*

---

# PERMISSIO.

LEgi accuratè Librum de Potestate Spirituali Episcoporum compositum à R. P. MATTHIA A CORONA Carmelitâ Leodiensi Sacræ Theologiæ Doctore Parisiensi: at nihil inveni quod sit aut bonis moribus aut fidei Catholicæ contrarium, & ita judico posse typis mandari. Hâc 3. Septembris 1670.

*FRANCISCVS ZVTMAN,*
*Examinator Synodalis, & Canonicus*
*S. Ioannis Evangelistæ.*

# LICENTIA ORDINARII.

IMprimatur. 20. Septembr. 1670.

*IO. ERNEST. BARO DE SVRLET*
*Vicarius Generalis Leod.*

LECTORI

# LECTORI
## BENEVOLO

ACTURUS de Dignitate & Poteſtate Spirituali Epiſcoporum, non intendo exponere omnes materias, circa quas præfata dignitas & auctoritas ampliſſima verſatur: ſed eas dumtaxat diſcutere, quæ frequentius agitantur, ac Epiſcopis magis obviæ ſunt. Has igitur in medium afferam, deducamque non tam rationibus, quàm ſanctionibus Apoſtolicis, Eccleſiaſticis Canonibus, Sacrarum Congregationum deciſionibus, Theologorum, ac Iuriſperitorum reſolutionibus, quæ in ſimilibus argumentis hujus doctrinæ ſtudioſis ſufficere debent. Tomo ſequenti, Deo auſpice, de ejuſdem Poteſtate Epiſcopali judicialiter pronunciante diſſeremus. Quod ſi in hoc Tomo aliqua concluſio ſcitu neceſſaria deficiat, eam vel in ſupeioribus, vel poſterioribus, vel auctario, vel auctoribus à nobis citatis, aut citandis reperies. Et ſi quem errorem deprehendas, charitativè emendes.

ELEN-

# ELENCHUS TRACTATVVM, CAPITVM; ET PARARAPHORVM HUIUS TOMI.

## TRACTATUS PRIMUS. DE DIGNITATE EPISCOPALI.


| | | |
|---|---|---|
| Cap. 1. | Ecclesia sancta à gradu Episcopali. | Pag. 1 |
| Paragr. 1. | Sancti Pontifices Ecclesiæ Romanæ. | 11 |
| Paragr. 2. | Sancti Episcopi Italiæ. | 14 |
| Paragr. 3. | S. Episcopi Africæ. | 22 |
| Paragr. 4. | S. Episcopi Germaniæ. | 24 |
| Paragr. 5. | S. Episcopi Galliæ. | 31 |
| Paragr. 6. | S. Episcopi Hispaniæ. | 38 |
| Paragr. 7. | S. Episcopi Lusitaniæ. | 36 |
| Paragr. 8. | S. Episcopi Burgundiæ Comitatus. | 39 |
| Parugr. 9. | S. Episcopi Belgii. | 39 |
| Paragr. 10. | S. Episcopi Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ. | 41 |
| Paragr. 11. | S. Patriarchæ Constantinopolitani. | 43 |
| Paragr. 12. | S. Patriarchæ Alexandrini. | 49 |
| Paragr 13. | S. Patriarchæ Antiocheni. | 50 |
| Paragr. 14. | S. Patriarchæ Hierosolymitani. | 53 |
| Cap. 2. | Electio Episcopi à quo. | 56 |
| Cap. 3. | Ordinatio Episcopi est sacramentum novæ legis. | 60 |
| Cap. 4. | Episcopus est de jure divino. | 63 |
| Cap. 5. | Gradus Episcopalis est jure divino sacerdotali superior. | 76 |
| Paragr. 1. | Prosecutio ejusdem Argumenti. | 83 |
| Paragr. 2. | Argumenta contraria diluuntur. | 87 |
| Cap. 6. | Episcopalis status Religioso dignior & excellentior. | 91 |
| Cap. 7. | Gradus Episcopalis iure divino est inferior Papali. | 96 |
| Cap. 8. | Episcopo Angeli & divini nomina conveniunt. | 102 |
| Cap. 9. | Episcopalis gradus partitio. | 107 |


TRAC;

# TRACTATUS SECUNDUS.

## DE POTESTATE EPISCOPALI CIRCA RES SACRAS ET SACRAMENTA.


Cap. 1. De potestate Patriarcharum. pag. 111
Cap. 2. De potestate Archiepiscoporum. 115
Cap. 3. Potestas Episcopalis est docere. 121
Cap. 4. Potestas Episcopalis circa Missæ sacrificium. 126
Cap. 5. Potestas Episcopalis circa Altaris consecrationem. 134
Cap. 6. Potestas Episcopalis circa Ecclesiarum consecrationem 139
Cap. 7. Potestas Episcopalis circa Calices. 149
Cap. 8. Potestas Episcopalis circa Ecclesias & Capellas etiam Parochiales. 153
Cap. 9. Potestas Episcopalis circa sacramentum Baptismi. 155
Cap. 10. Potestas Episcopalis circa sacramentum Confirmationis. 158
Cap. 11. Potestas Episcopalis circa Sacerdotes divinis officiis ministrantes. 166
Cap. 12. Potestas Episcopalis circa populum sibi subditum, quoad Missam & Eucharistiæ perceptionem. 174
Cap. 13. Potestas Episcopalis circa sacramentum Pœnitentiæ. 176
paragr. 1. Potestas Episcopalis immediata activa & passiva circa sacramentum Pœnitentiæ. 182
paragr. 2. Potestas Episcopalis respectu Parochorum pro administratione sacramenti Pœnitentiæ. 186
paragr. 3. Potestas Episcopalis respectu sacerdotum pro administratione sacramenti Pœnitentiæ. 188
paragr. 4. Potestas Episcopalis in Religiosos exemptos pro administratione sacramenti Pœnitentiæ. 194
paragr. 5. Potestas Episcopalis circa Moniales exemptas etiam quoad sacramentum Pœnitentiæ. 205
Cap. 14. Potestas Episcopalis circa sacramentum Extremæ-Vnctionis. 209
Cap. 15. Potestas Episcopi circa Ordines sacros. 219
paragr. 1. Episcopus est minister ordinarius Ordinis. 219
paragr. 2. Hæc potestas est adhuc in Episcopo excommunicato & suspenso. 221
paragr. 3. Potestas ordinandi est in Episcopo creato per saltum, modò sit sacerdos. 226
paragr. 4. Tanta est potestas Episcopi quoad ordinationem, ut in ejus Diœcesi nullus alius Episcopus eo inscio & invito possit ordinare. 227

paragr. 5. *Nulli Prælato regulari competit ordinare sibi non subditum.* pag. 235

paragr. 6. *Qui ordines possunt conferri à simplici sacerdote ex commissione Apostolicâ.* 238

paragr. 7. *Quando Episcopus extra suam Diœcesim possit, vel nequeat ordinare absque licentiâ Episcopi Diœcesani.* 243

paragr. 8. *Nullus subditus Diœcesanus potest ordinari absque licentiâ proprii Episcopi.* 243

paragr. 9. *Quo tempore potest Episcopus ordinare.* 245

paragr. 10. *Ætas illegitima quando ab Episcopo possit dispensari.* 252

paragr 11. *Possunt infames dispensari ab Episcopo ut ordinentur.* 253

paragr. 12. *Possunt illegitimi dispensari ab Episcopo ut ordinentur.* 255

paragr. 13. *Possunt ab Episcopo dispensari, qui in infantiâ fuerunt expositi.* 256

paragr. 14. *Potest ab Episcopo dispensari cum illegitimo occulto.* 258

paragr. 15. *Quis titulus in ordinando requiratur.* 260

Cap. 16. *Episcopalis potestas circa administrationem Sacramenti Matrimonii, & primò quo ad denunciationes.* 262

paragr. 1. *Episcopalis potestas circa Sacerdotes qui jungunt Matrimonio.* 264

paragr. 2. *Episcopalis potestas plectendi parochos, & sacerdotes, qui interfunt matrimonio clandestino absque testibus, vel cum minori numero testium quam duorum.* 266

paragr. 3. *Episcopalis potestas dispensandi in quibusdam impedimentis non dirimentibus.* 268

paragr. 4. *Episcopalis potestas quoad locum celebrandi matrimonium.* 271

paragr. 5. *Episcopalis potestas dispensandi in quibusdam impedimentis matrimonium dirimentibus.* 272

paragr. 6. *Episcopalis potestas cum eo, qui mutuo consensu vovit castitatem, ut petat, & reddat debitum ob peccatum incontinentiæ.* 277

paragr. 7. *Episcopalis potestas circa divortia matrimonii.* 278

paragr. 8. *Episcopalis potestas dispensandi in ætate conjungendorum.* 288

paragr. 9. *Episcopalis potestas circa cognitionem causarum matrimonialium.* 289

paragr. 10. *Digressio allegorica de spirituali matrimonio Episcopi cum Ecclesia ad quam consecratur.* 291

Cap. 17. *Episcopalis potestas circa festa, preces, vitam Sanctorum, imagines.* 294

Cap. 18. *Episcopalis potestas circa approbationem miraculorum.* 298

Cap. 19. *Episcopalis potestas circa reliquias.* 303

Cap. 20. *Episcopalis potestas circa indulgentias.* 306

paragr. 1. *An alii, & qui possunt conferre indulgentias.* 314

paragr 2. *Argumenta contraria diluuntur.* 321
Cap. 21. *Episcopalis potestas circa imagines & eorum ornatum.* 322

# TRACTATUS TERTIUS.

## CIRCA, LEGES, IEIUNIA, ABSTINENTIAS, IURAMENTA, VOTA, TESTAMENTA, BENEFICIA, BENEFICIATOS, CANONICAM PORTIONEM, HOSPITALIA, COLLEGIA, CONFRATERNITATES, PROCESSIONES, PRÆCEDENTIAS, &c.

Cap. 1. *Potestas Episcopi circa editionem legum.* pag. 326
paragr. 1. *Potestas Epis. dispensandi in propriâ lege.* 332
paragr. 2. *An & quando dispensare potest in lege pontificia.* 336
Cap. 2. *Potesta Episcopi circa jejunium & abstinentiam.* 338
Cap. 3. *Circa juramenta.* 342
Cap. 4. *Circa vota.* 348
paragr. 1. *Commutandi quædam vota.* 357
Cap. 5. *Circa pias defunctorum voluntates.* 360
Cap. 6. *Circa collationem beneficiorum.* 363
Cap. 7. *Ad beneficia suscipienda.* 369
Cap. 8. *Circa Hospitalia.* 369
Cap. 9. *Circa Collegia.* 330
Cap. 10. *Circa Monasteriorum erectionem, & Regularium reformationem, & nullitatis emissæ professionis declarationem.* 383
Cap. 11. *Circa Confraternitates.* 394
Cap. 12. *Circa Canonicam portionem; quartam decimarum, jus Cathedraticum, & charitativum subsidium.* 398
Cap. 13. *Circa Pastores, Beneficiatos & Canonicos.* 405
paragr 1. *De Parochis.* 409
paragr. 2. *De Beneficiis simplicibus.* 424
paragr. 3. *De Beneficiorum unione, quæ ab Episcopi auctoritate dependet.* 431
paragr. 4. *Præbendarum ad pauciorem numerum reductio ab Episcopo dependens.* 436
paragr. 5. *An filii beneficia parentum aliquo modo obtinere possint.* 439
Cap. 14. *Potestas Episcopalis circa erectionem & reparationem Ecclesiarum.* 450
Cap. 15. *Circa creationem dignitatum, & erectionem Ecclesiarum Collegiatarum.* 452
Cap. 16. *In Beneficiorum resignationibus recipiendis.* 453

| | | |
|---|---|---|
| Cap. 17. | *Circa Beneficiorum permutationes.* | 462 |
| Cap. 18. | *Potestas Epis. circa jus ispatronatus acquisitionem.* | pag. 467. |
| pararg. 1. | *Circa translationem juris patronatus.* | 470 |
| Cap. 19. | *Circa institutionem jurispatronatorum à patronis.* | 472 |
| paragr. 1. | *De institutionibus Clericorum, qui à patronis ad Beneficia nominantur ac offeruntur.* | 477 |
| Cap. 20. | *Circa processiones publicas.* | 484 |
| Cap. 21 | *Quo ad præcedentias Ecclesiasticorum.* | 486 |
| Cap. 22. | *Potestas inducendi Clericos ad honestatem in vestibus & tonsurâ servandam.* | 488 |
| Cap. 23. | *Dignitas & officium Archidiaconi.* | 494 |
| Cap. 24. | *Potestas Episcopi similis lucernæ, stellæ, gemmæ, lunæ, soli.* | 510 |
| Cap. 25. | *Episcopus est fideijussor rationæ suæ potestatis & vigilantiæ.* | 515. |


FINIS INDICIS TRACT. &c.

JNDEX

# INDEX BIBLICUS
## HISTORIÆ SS. PROPHETARUM
# ELIÆ ET ELISEI.
## A Cap. 17. Lib. 3. Regum inclusivè, usque ad Cap. 13. Lib. 4. inclusivè.

*P. Paginam, N. Numerum marginalem denotat.*

### *Cap. 17.*


*Vers.* 1. ET dixit Elias de habitatoribus Galaad ad Achab: Vivit Dominus, in cujus conspectu sto, si erit annis his ros & pluvia, nisi juxta oris mei verba. pag. 121. & 343. num. 2.

*vers.* 9. Surge & vade in Sareptâ Sidoniorum, & manebis ibi, præcepi enim mulieri viduæ, ut pascat te. pag. 410. num. 2. p. 519.

*vers.* 11. Cùmque illa pergeret ut afferret, clamavit post tergum ejus, dicens affer mihi obsecro & buccellam panis in manu tuâ. pag. 150. numer. 1.

*vers.* 12. Quæ respondit: Vivit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem nisi quantum pugillus capere potest in hydriâ, & paululum olei in lecytho, &c. pag. 150. numer. 1.

*vers.* 14. Hydria farinæ non deficiet. pag. 210. num. 4.

*vers.* 16. Hydria farinæ non defecit. p. 370. n. 2.

*vers.* 17. Factum est post hæc, ægrotavit filius matris familias, & erat languor fortissimus, &c. pag. 149. num. 1.

*vers.* 19. Dixit ad eam Elias, da mihi filium tuum, tulitque eum de sinu ejus, & portavit in cœnaculum ubi ipse manebat. p. 172. n. 9.

*vers.* 20. Et clamavit ad Dominum & dixit. Domine Deus meus, etiamnè viduam apud quam utcumque sustentor, afflixisti, ut interficeres filiũ ejus, &c. p. 372. n. 3.

*vers.* 21. Et expandit se, atquè mensus est super puerum tribus vicibus, &c. p. 405. n. 14.

*vers.* 22. Et exaudivit Dominus vocem Eliæ, & reversa est anima pueri intra eum. pag. 372. num. 3. & p. 405. num. 14

### *Cap. 18.*

*Vers.* 1. POst dies multos factum est verbum Domini ad Eliam in anno tertio dicens, vade, ostende te Achab ut dem pluviam super faciem terræ. pag. 519 num. 6.

*vers.* 4. Cùm interficeret Jezabel Prophetas Domini, tulit ille centum prophetas, & abscondit eos quinquagenos, & quinquagenos, & pavit eos pane & aquâ. p. 371 num. 3.

*vers.* 12. Cùmque recessero à te, spiritus Domini asportabit te in locum, quem ignoro, &c. pag. 103 p. 278.

*vers.* 18. Non ego turbavi Israel, sed tu & domus Patris tui, qui, &c. pag. 121. & 522. n. 5.

*vers.* 20. Misit Achab ad omnes filios Israel, & congregavit prophetas in monte Carmeli. p. 170, n. 8.

*vers.* 21. Accedens autem Elias ad omnem populum, ait, usquequo claudicatis in duas partes, &c. p. 121. & 222. n. 2.

*vers.* 22. Ego remansi propheta Domini solus, Prophetæ autem Baal quadringenti & quinquaginta viri sunt, pag. 121. & 450.

*vers.* 26. Qui cum tulissent bovem, quem dederat eis, fecerunt, & invocabant Baal de manè usque ad vesperam

peram. pag. 171. num. 9.

*verſ.* 30. Et dixit Elias omni populo, venite ad me, & accedente ad ſe populo curavit altare, quod deſtructum fuerat, pag. 137. n. 7.

*verſ.* 31. Et tulit duodecim lapides juxta numerum tribuum filiorum Jacob. pag. 138. n. 10. p. 175. n. 11. p. 450. n. 1. & 6.

*verſ.* 32. Et ædificavit de lapidibus altare in nomine Domini, fecitque aquæductum per duas aritiunculas, &c. pag. 138.

*verſ.* 38. Cecidit autem ignis Domini, & voravit holocauſtum, &c. pag. 1.

*verſ.* 39. Quod cùm vidiſſet omnis populus cecidit in faciem ſuam, & ait, Dominus ipſe eſt Deus, &c. p. 3. p. 299. n. 3. p. 513. n. 5.

*verſ.* 40. Dixitque Elias, apprehendite prophetas Baal, & nè unus quidem effugiat ex iis, quos cum appræhendiſſent duxit eos Elias ad torrentem Ciſon, & interfecit eos ibi, p. 343.

*Cap. 19.*

*Verſ.* 6. REſpexit, & ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis, & vas aquæ: comedit ergò, &c. p. 149. n. 1.

*verſ.* 15. Vade & revertere in viam tuam per deſertum in Damaſum. p. 441. n. 3. p. 519. n. 6.

*verſ.* 16. Eliſeum filium Saphat qui eſt de Abelmeula unges prophetam pro te. pag. 2. p. 160. num. 5. p. 209. num. 5.

*verſ.* 18. Et derelinquam mihi in Iſrael ſeptem millia virorum, quorum genua non ſunt incurvata ante Baal, & omne os, quod non adoravit eum oſculans manus. pag. 171. num. 9.

*verſ.* 19. Profectus indè Elias reperit Eliſeum filium Saphat arantem in 12. jugis boûm, & ipſe in 12. jugis boûm arantibus unus erat. Cùmque veniſſet ad eum miſit pallium ſuum ſuper illum. p. 59. 93. 390. 391. num. 23. & 25. p. 393. n. 30.

*Cap. 20.*

*verſ.* 13. ECce propheta unus accedens ad Achab regem ait ei, hæc dicit Dominus. Certè vidiſti omnem multitudinem hanc nimiam. Ecce ego tradam eam in manu tua hodie, &c. p. 121.

*verſ.* 16. Egreſſi ſunt meridie: Benadub autem bibebat temulentus in umbraculo & reges triginta duo cum eo, qui ad auxilium ejus venerant. p. 121.

*verſ.* 39. Cuſtodi virum iſtum, qui lapſus fuerit, erit anima tua pro anima ejus, aut talentum argenti appendes, p. 516. n. 2.

*Lib. 4. Cap. 1.*

*verſ.* 1. VIr piloſus & zonâ pelliceâ accinctus renibus, qui ait, Elias Thesbites eſt, pag. 488. numer. 1.

*verſ.* 10. Reſpondens Elias quinquagenario, ſi homo Dei ſum deſcendat ignis de cœlo, & devoret te, & quinquaginta tuos, &c. p. 343.

*verſ.* 16. Quia miſiſti nuncios ad conſulendum Beelzebub Deum Accaron, quaſi non eſſet Deus in Iſrael, à quo poſſes interrogare ſermonem: ideò de lectulo ſuper quem aſcendiſti non deſcendes, ſed morte morieris. p. 121.

*verſ.* 17. Mortuus eſt ergò juxta ſermonem Domini quem locutus eſt Elias, &c. p. 403.

*Cap. 2.*

*verſ.* 2. DIxit Elias ad Eliſeum; ſede hic: quia Dominus miſit me in Bethel. p. 411. n. 3. p. 481. n. 1. p. 494.

*verſ.* 4. Sede hic quia Dominus miſit me in Jericho. p. 343.

*verſ.* 8. Tranſierunt per ſiccum, pag. 66.

*verſ.* 9. Cùmque tranſiſſent, Elias dixit ad Eliſeum, poſtula quod vis ut faciam tibi antequam tollar à te. Dixitque Eliſeus, obſecro ut fiat in me duplex ſpiritus tuus. p. 82.

*verſ.* 10. Qui reſpondit rem difficilem

lem poſtulaſti, attamen ſi videris me quando tollar à te, erit tibi quod petiſti. p. 103.

*verſ.* 13. Et levavit pallium, quod ceciderat ei, reverſusque ſterit ſuper ripam Jordanis. pag. 112. pag. 305. num. 6.

*verſ.* 14. Et pallio Eliæ, quod ceciderat ei percuſſit aquas, & non ſunt diviſæ; & dixit ubi eſt Deus Eliæ etiam nunc? percuſſitque aquas & diviſæ ſunt huc atque illuc, & tranſiit Eliſeus. p. 113. n. 4.

*verſ.* 15. Videntes autem filii Prophetarum, qui erant in Jericho, è contra dixerunt, requievit ſpiritus Eliæ ſuper Eliſeum. p. 113. n. 4

*verſ.* 19. Dixerunt viri civitatis ad Eliſeum. Ecce habitatio civitatis hujus optima eſt, ſicut tu ipſe perſpicis, ſed aquæ peſſimæ ſunt & terra ſterilis. p. 145.

*verſ* 20. At ille ait, afferte mihi vas novum, & mittite in illud ſal, quod cùm attuliſſent.

*verſ.* 21. Egreſſus ad fontem aquarum miſit in illum ſal, & ait, hæc dicit Dominus, ſanavi aquas has & non erit ultra in eis mors, neque ſterilitas. p. 145.

*verſ.* 23. Aſcendit inde in Bethel, cùmque aſcenderet per viam pueri parvi egreſſi ſunt de Civitate, & illudebant ei dicentes, aſcende Calve, aſcende Calve. 492. n. 5.

## *Cap. 3.*

*Verſ.* 11. Eſt nè hic Propheta Domini, ut deprecemur Dominum per eum? Et reſpondit unus de ſervis regis Iſrael, eſt hic Eliſeus filius Saphat, qui fundebat aquam ſuper manus Eliæ. p. 172. n. 3. p. 510. n. 1.

*verſ.* 13. Dixit autem Eliſeus ad regem Iſrael. Quid mihi & tibi eſt: Vade ad Prophetas Patris tui & Matris tuæ, &c. p. 20.

*verſ.* 14. Dixitque ad eum Eliſeus, vivit Dominus in cujus conſpectu ſto, quod ſi non vultum Joſaphat regis Juda erubeſcerem, non attendiſſem quidem te nec reſpexiſſem, p. 343.

*verſ.* 15. Nunc autem adducite mihi pſaltem, cùmque caneret pſaltes facta eſt ſuper eum manus Domini, p. 59. p. 167.

## *Cap. 4.*

*Verſ.* 2. Cui dixit Eliſeus: quid vis ut faciam tibi? dic mihi quid habes in domo tua. At illa reſpondit non habeo ancilla tua quidquam in domo mea, niſi parum olei quo ungar, &c. p. 210. n. 4.

*verſ.* 23. Dixit ad puerum ſuum, loquere ad eam, ecce ſedulò miniſtraſti nobis, quid vis ut faciam tibi. p. 412. n. 5. p. 372.

*verſ.* 23. Quam ob cauſam vadis ad eum? hodie non ſunt calendæ, &c. p. 174. n. 1.

*verſ.* 26. Ecce Sunamitis illa, vade ergò in occurſum ejus, & dic ei, rectè nè agitur circa te, &c. pag. 412. num. 5.

*verſ.* 28. Numquid petivi filium à Domino meo, &c. p. 373.

*verſ.* 29. Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua: Si occurrerit tibi homo, non ſalutes eum, &c. p. 166. n. 1.

*verſ.* 30. Non dimittam te, ſurrexit ergo & ſecutus eſt eam, p. 344. n. 2.

## *Cap. 5.*

*Verſ.* 1. Naaman Princeps militiæ Regis Syriæ erat vir magnus apud dominum ſuum, &c. Sed leproſus, p. 176. n. 1.

*verſ.* 8. Cùm audiſſet Eliſeus vir Dei ſciciſſe regem Iſrael, veſtimenta ſua miſit ad eum dicens, quare ſciciſti veſtimenta tua? veniat ad me, & ſciat eſſe propheram in Iſrael.

*verſ.* 9. Venit ergò Naaman cum equis, &c. p. 176. num. 1.

*verſ.* 14. Deſcendit & lavit in Jordane ſepties juxta ſermonem viri Dei & reſtituta eſt caro ejus ſicut caro pueri, &c. p. 177.

*verſ.* 17. obſecro, concede mihi ſervo tuo, ut tollam onus duorum burdonum de terra, non enim faciet ultra ſervus tuus holocauſtum aut victimam Diis alienis, niſi Domino. p. 305 num. 6.

## Cap. 9.

*Vers.* 1. ELiseus Prophetes vocavit unum de filiis Prophetarũ & ait illi, accinge lumbos tuos, & tolle lenticulam olei hanc in manu tuâ, & vade in Ramoth Galaad. p. 209. n. 1. p. 162.

*vers.* 2. Cùmque veneris illuc videbis Jehu, &c. p. 163. n. 7.

*vers.* 3. Tenensque lenticulam olei fundes super caput ejus, & dices: Hæc dicit Dominus, unxi te regem super Israel, aperiesque ostium & fugies &c. p. 215.

*vers.* 6. Surrexit & ingressus est cubiculum, at ille fudit oleum super caput ejus, & ait, &c. p. 215. n. 10.

*vers.* 24. Jehu tetendit arcum manu & percussit Joram inter scapulas, & ingressa est sagitta per cor ejus, &c. p. 403.

*vers.* 32. Levavit Jehu faciem suam ad senestram, & ait, quæ est ista? & inclinaverunt se ad eum duo vel tres Eunuchi, &c. p. 403.

## Cap. 13.

*Vers.* 14. ELiseus autem ægrotabat infirmitate, quâ & mortuus est. p. 506.

FINIS INDICIS BIBLICI Lib. 3. & 4. Reg.

TRAC-

# TRACTATVS PRIMVS, DE DIGNITATE EPISCOPALI.

## PROLOGUS.

HOC Opus aggressus sum, ut luci publicæ daretur, non ut cum Apostolo proponam virtutes Episcopali dignitati congruas, morterque Præsules ad eas amplectendas si fœlicem ac prosperam muneris Episcopalis & tam sibi quàm subditis salutarem executionem sortiri desiderent, Doctorisque partes ritè obire velint; tum quia id integrum volumen exigeret; tum quia Episcopum à viro Religioso doceri non expedit, cùm ipse doctor sit, 1. Timoth. cap. 3. vers. 2. Sed ut ostendam vitam Elianam esse exactam eorum idæam. Postquam verò aliquid præmisero de dignitate ac præeminentiâ status Episcopalis, in immenso potestatis spiritualis oceano ejus vela dabo, ut oves suos Pastores & Naucleros magis suspiciant ac venerentur. Jura communia Ecclesiarum, non autem particularium designabo. Quemadmodum enim nostrum non est, ita nemini litis argumenta submistrare, nec omnium Ecclesiarum archivia & viscera producere, vel singularum fundationes, documenta & privilegia orbi universo consignare.

## CAPUT I.

### *Ecclesia Sancta à Gradu Episcopali.*

VAtes Regius psalmum 86. sic auspicatur. *Fundamenta ejus in montibus sanctis.* Quid per particulam *ejus* intelligit? Nonnulli Hebræi apud nostrum Michaelem de Bononiâ fabulati sunt quod tempore Messiæ mons Sion elevabitur in altum: quia Deus tres montes altos & magnos transportabit ad montem Sion, secundùm illud Isaiæ cap. 2. v. 2. *Erit in novissimis diebus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur super omnes colles.* Isti enim tres montes sancti dicuntur, scilicet mons Sion, quia ibi lex fuit data à Deo. Mons Thabor, quia ibi apparuit victoria Barach contra hostes populi, Judic. cap. 4. Mons Carmeli, quia in eo dum oraret Elias, lib. 3. Regum cap. 18. vers. 38. *Cecidit ignis Domini & voravit holocaustum, &c.* Dicunt igitur quod in istis montibus sic congregatis tempore Messiæ fundabitur

*Psal. 86. v. 1.*

*Isaiæ 2. vers. 2.*

*3. Reg. 18. v. 38.*

civitas Jerusalem. Sed meritò hæc opinio refellitur ut erronea. Non enim hic psalmus intelligendus est ad litteram de terrestri civitate Jerusalem, sed de spirituali, quæ est Christi Ecclesia inquiunt omnes Interpretes. Quasi Psaltes diceret (ut elucidat Titelmannus.) *Civitatis illius (quam mente contemplor) in tempore gratiæ per Messiam ædificandam Ecclesiæ illius sanctæ, quam sibi in domum & civitatem ædificabit Rex magnus in plenitudine temporis adventurus. Hujus, inquam, civitatis & ædificii fundamenta erunt in illis sublimibus Apostolis, atque Apostolicis viris, quos sui spiritus primitiis copiosè sanctificabit ædificator hujus ædificii Deus, facietq; in veritate sublimes atque immobiles.* Qui sunt illi Apostoli, seu viri Apostolici primitias spiritus Divini habentes, sanctificati in veritate sublimes ac immobiles? Sunt Episcopi.

Titelm.

II. S. Augustinus tomo 7. lib. 2. contra Jovinianum de eorum sublimitate ac immobilitate hæc profert. *Illi Episcopi sunt docti, graves, sancti, veritatis acerrimi defensores adversus garrulas vanitates.* Illi tam acriter olim ac constanter veritatem Catholicam propugnarunt, ut Episcopatus esset tunc proximus ad martyrium gradus, & qui ordine Episcopali initiari cupiebat, opus bonum desiderabat, idest ad Martyrium anhelabat. Accipe mentem S. Hieronymi in cap. 2. Sophoniæ. *Vide quid dixerit Paulus, bonum opus desiderat, non dignitatem, si autem despecto opere solam aspexeris dignitatem citò corruit turris in Siloa, & excelsa cedri fulmine feriuntur, & erecta cervix frangitur, & cygnus extento collo in sublime se tendens inter immundas volucres computatur.* Idem. *Non dignitas & nomina dignitatum, sed opus dignitatis & Principes, & Iudices, & Sacerdotes salvare consuevit.* Et epistola 83. ad Oceanum. *Opus non dignitatem, laborem non delicias petit Apostolus. Opus per quod humilitate decrescat, non intumescat fastigio.* Illi subscribens sanctus Anselmus. *Opus autem dicens Paulus, non honorem ad operis desiderium, non ad honoris ambitum provocat, ad laborem, non ad delicias; ad operam non ad dignitatem; curam, non gloriam; populi salutem, non ad lucrum suum; ministerium, seu gradum; sollicitudinem, non otium, humilitatem, non fastigium; opus, inquam, non opes.*

S. Aug.

Hieron.

S. Anselm.

III. Sanctus Ambrosius lib. de dignitate sacerdotali cap. 3. id probat a simili, *Sicut igitur Senatorem chlamys ornat, sicut agricultura rusticum, sicut nauta navigationis peritia, & singulos quoque opifices operis sui qualitas ipsos demonstrat auctores: sic Episcopum non aliud nisi Episcopalis opera designat, ut ex bono opere magis quàm professione noscatur, plus meritis esse Episcopus, quàm nomine vocitetur.* Vel quemadmodum Deus Geneseos cap. 2. vers. 15. *Posuit Adam in Paradiso, ut operaretur & custodiret illum.* Sic Episcopum posuit Deus in Ecclesiâ non ut deliciis vacet ac otietur, sed ut operetur, Paradisum suum, seu hortum vineamque custodiat instar solertis agricolæ, civitatem sanctam propugnet, etiam cum propriæ vitæ discrimine instar ducis fortissimi. *Si quis* (inquit S. Hieronymus apud Alvarum Pelagium lib. de planctu Ecclesiæ cap. 18.) *Episcopatum desiderat, bonum opus, idest Martyrium desiderat: illo tempore ab Apostolo dictum est. Si quis Episcopatum desiderat bonum opus desiderat, quo quisque plebibus præerat, primus ad Martyrii tormenta trahebatur. Tunc ergo fuit laudabile Episcopatum quærere, quando per hoc non dubium erat ad supplicia graviora pervenire.* Tunc Episcopi toti intendebant certamini, non tantùm contra peccatores, sed & contra hæreticos, infideles ac tyrannos. Unde de Levitici cap. 10. vers. 7. dicuntur uncti. *Oleum quippe sanctæ unctionis est super vos.*

S. Amb.

Genes. 2. v. 15.

Hieron.

Levit. 10. v. 7.

IV. Sic olim sanctus Elias jussu Dei unxit Eliseum libr. 3. Regum cap. 19. vers. 16. *Eliseum filium Saphat, qui est de Abelmeula unget prophetam pro te.* Cui consonat Siracides Ecclesiasticus cap. 48. v. 8. *Et prophetas facis successores post te.* Vatablus. *Et prophetas tibi successores unxeris.* Itaut quemadmodum Elias vers. 1. *Surrexit quasi ignis & verbum ipsius quasi facula ardebat.* Idest cœlesti amore incensus ac singulari animi robore idololatriam & impietatem

3. Reg. 19. v. 16.

Eccl. 48 vers. 8.

vers. 1.

impietatem per Salomonem invectam, per Jeroboam propagatam, per Jezabelem propugnatam delevit.

vers. 2. Vers. 2. *Qui induxit in populos famem, & irritantes illum invidiâ pauci facti sunt.* Ideſt flagrans zelo amoris Dei ſuâ oratione, imò juſſu clauſit cœlum ne plueret, ſterilitatem ac famem Iſraelitis Idololatris induxit ad manifeſtandam divini Numinis vim ſupra idola & idololatras, potentiáque vindictâ plectendam impietatẽ ac idololatriam: tandem Iſraelitæ fame tabefacti, qui prius ipſi Eliæ invidebant, ipſum perſequebantur ad necem, redacti ſunt ad paucos. Verſic. 3. *Verbo Domini continuit cœlos, &*

vers. 3. *dejecit ignem de cœlo ter.* Ideſt clauſit

S. Chryſ. cœlum nè plueret ſuper terram. Vel ſecundùm S. Chryſoſtomum tomo 1. ſermon. 2. de Eliâ. *Cùm Elias Propheta ſanctiſſimus populum prævaricatum aſpiceret, cùmq; Baal & lucos deſpecto domino coli à ſacrilegis pervideret, eumque deſpecto Creatore figmentis ſeſe nemoribusq; omnis populus addixiſſet, zelo Dei commotus Judæam terram ſiccitatis ſententiâ & pluviarum ſterilitate addixit. &c.* Quod dejecerit ignem ter, ſeu (ut vertit Syrus) *tribus vicibus*, patet lib. 3. Regum cap. 18. verſ. 38. devocavit cælitus ignem in victimã ſuam. Et lib. 4. Regum cap. 1. verſ. 10. verſ. 12. quando duos quinquagenarios cœleſtis ignis abſumpſit. Verſ. 5.

vers. 5. *Qui ſuſtuliſti mortuum ab inferis de ſorte mortis in verbo Domini Dei.* Græcus. *Qui ſuſcitaſti cadaver ex morte, & ex inferis animam verbo excelſi.* Syrus. *Qui vivificaſti mortuum ab inferis ſecundùm voluntatem Domini.* Vatablus. *Qui defunctum excitaſti à morte & animam ab orco verbo Altiſſimi.* Vno verbo. Qui filium mulieris Sareptanæ defunctum

vers. 6. revocaſti ad vitam. Verſ. 6. *Qui dejeciſti reges ad perniciem, & confregiſti facilè potentiam ipſorum.* Syrus. *Dejiciens honorabiles de thronis ſuis.* Græcus. *Qui deduxiſti reges ad perditionem & glorioſos de lecto ſuo.* Vatablus. *Qui deduxeris reges ad interitum, & de ſede ſua, glorioſos eorumq; potentiam infregeris.* Quaſi diceret, qui reges in ſuâ idololatriâ & nequitiâ perſiſtentes ut Achabum & Jezabelem morte mulctavit. Lib. 3. Regum cap. 21. Ochoziam filium Achabi. Lib. 4. Regum cap. 1. Joram fratrem & ſucceſſorem Ochoziæ. Lib. 4. Regum cap. 9. Joram filium Joſaphat. Libr. 2. Paralip. cap. 21. verſ. 12.

*l. 3. Reg. cap. 21.* *l. 4. Reg. cap. 9.*

Ita (inquit idem Siracides eodem Eccleſiaſt. capite verſ. 13. *In Eliſeo completus eſt ſpiritus ejus.*) Scilicet zelus igneus ad propagandam veram Dei fidem, amorem & cultum contra idololatras, & ad patranda miracula in veræ fidei confirmationem, & idololatriæ extirpationem. Undè ſubdit Siracides. *In diebus ſuis non pertimuit principem, & potentia nemo vicit illum.* Græcus. *In diebus ſuis non eſt commotus à principe, & non ſubegit eum quiſpiam.* Vatablus. *In temporibus ſuis nihil eſt permotus ob principes, nec imperium cujuſquam pertulit.* Ideſt intrepidè prophetavit, prædicavit veri Dei verbum; non metuens impiorum ac idololatrarum principum offenſam, minas, cædes: ſed eos in faciem corripuit, illis reſtitit, ut patet lib. 4. Regum cap. 3. verſ. 13. ubi Joram filium Achab in mediis caſtris ita redarguit. *Quid mihi & tibi eſt, vade ad Prophetas patris tui & matris tua.* Ideſt nulla ſocietas, nullum commercium mihi tecum eſt. Tu colis vitulos, ego verum Deum, quare confugis ad me, & Deum meum quem uſque nunc ſpreviſti? conſule cultores tuorum vitulorum. Cùm cap. 6. verſ. 17. eiectus eſſet ab exercitu regis Syriæ & Giezi miniſter pavidus exclamaret. *Heu, heu, heu Domine mi, quid faciemus.* Cui reſpondit Eliſeus. *Noli timere plures nobiſcum ſunt, quàm cum illis.* Verſ. 17. *Cumq; oraſſet, aperuit Dominus oculos pueri, & vidit, & ecce mons plenus equorum & curruum igneorum in circuitu Eliſei.* Verſ. 14. Siracides proſequitur. *Nec ſuperavit illum verbum aliquod.* Vatablus. *Nulla res ſuperavit illum.* Syrus. *Et non dominata fuit illi omnis caro.* Lyranus. *Nullum verbum comminationis vel adulationis eum à veritate retraxit.* Eius animus ita conſtans fuit, ut inſtar adamantis nihil illum infringere potuerit. Subdit. *Et mortuum prophetavit corpus ejus.* Arabicus. *Vivificabit mortuum mortuus.*

*l. 4. Reg. cap. 1. v. 13.*

*cap. 6. v. 17.*

*Eccl. 48. v. 14.*

V.

l.4. Reg. 13.v.20 Nam lib. 4. Regum cap. 13. vers. 20. Corpus Elisei sepultus suscitavit quendam à latronibus interfectum, qui in sepulchrum Elisei projectus, dum sacra ejus ossa tetigisset divinâ virtute revixit. His modis Elias & Eliseus ostenderunt se esse veros Dei Prophetas, Synagogam esse sanctam, legem Moysis esse divinam, idola autem esse dæmonia eorumque cultum esse prophanum, populumque induxerunt ad novam veræ fidei professionem, ut patet lib. 3. Regum cap. 18. vers. 39. *Quod cum vidisset omnis populus cecidit in faciem suam, & ait, Dominus ipse est Deus, Dominus ipse est Deus*, solus adorandus, & invocandus, &c.

l.3. Reg. 18.v.39

VI. Eodem zelo Ecclesiæ sanctitatem propugnaturus, & animarum salutem procuraturus veniet Elias juxtà idem oraculum Siracidis cap. 48. vers. 10. *Qui scriptus es in judiciis temporum lenire iracundiam Domini, & conciliare patris ad filium, & restituere tribus Jacob.* Idest ante judicium opponet se tyrannidi Antichristi, inducetque homines ab eo seductos ad pœnitentiâ. *Ecce* (inquit oraculum Malachiæ cap. 4. vers. 5.) *mittam vobis Eliam antequam veniat dies Domini magnus & horribilis, & convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum.* Et Christus Matthæi cap. 17. vers. 10. *Quid ergò Scriba dicunt? quod Eliam oporteat primùm venire. At ille respondens ait eis. Elias quidem venturus est, & restituet omnia.* Quæ *omnia*, idest Ecclesiam universalem, & particulares quas Antichristi dirissima persecutio destruere conabitur. *Omnia*, omnes animas Antichristi fraudibus, minis, falsis miraculis seductas. Sanctus Augustinus lib. 1. quæst. Evang. quæst. 21. *Venturus Elias ut restituat eos, quos persecutio Antichristi conturbaverat.*

Eccl.48. 18.v.10

Malach. c.4.v. 5

Mat.17 v. 10.

S. Aug.

VII. Quo apparatu bellico procedet Elias contra superbum illum Athlantem? Respondet S. Joannes Apocal. cap. 11. vers. 3. Elias & contubernalis Enoch procedent *Amicti saccis.* Arabicus *induentur cilicijs.* Quasi diceret, quemadmodum Elias olim idololatriam debellaturus hirsuto vestitu ac piloso, melote seu pelle ovinâ, aut caprinâ intonsâ, circumdatus, & zonâ pelliceâ accinctus, prolixâque barbâ ac cæsarie in arenam progressus est lib. 4. Regum cap. 1. vers. 8. Et Rupertus libr. 6. in Apocalypsim. *Elias cum Iezabel & Achab Prophetas Domini occiderent, altaria ejus suffoderent, non mollibus vestiebatur, aut in domibus regum erat, sed in desertis inultus & hispidus asperam vitam ducebat.* Sic sanctissimus ille Propheta & Enoch extremi judicii præcursores vilibus vestibus induentur. *Ut* (inquit Hippolytus tract. de mundi consummatione) *hac ratione flectant & convertant homines ad pœnitentiam*, ac ex tenebrosâ errorum & peccatorum abyssо educant, atque ita Ecclesiam sanctificabunt; juxta illud Apocal. cap. 11. vers. 4. *Hi sunt duæ olivæ & duo candelabra in conspectu Domini terræ stantes.* Quomodo dicuntur duæ olivæ, & duo candelabra? Noster Sylveira ibi quæst. 15. *Hi magni duo viri bonorũ operum fructu Deo futuri sunt oliva splendore exempli, luce doctrinæ, ac radijs miraculorum futuri sunt candelabra. Ut ergo septiceps candelabrum in sancto templi ad magnificentiam & gloriam Dei, ita Elias & Enoch futurè sunt in Ecclesia. Et sanè tempore maximè nubilo & tenebroso mundo necessaria sunt duo candelabra ad Dei gloriam, ad exaltationem ac magnificentiam fidei ejus. Id enim præstabunt quod candelabrum templi præstabat in sancto sanctorum, ubi ob defectum fenestrarum, cùm nulla esset ibi lux multipliciter illud illuminabat: ita hi duo sancti multipliciter illuminabunt Ecclesiam exemplo, prædicatione, miraculis, depellentq; errorum tenebras, quando ubique erit cæca nox.* Etsi Antichristus tunc futurus sit potentissimus: ita ut (inquit Christus Matthæi cap. 24. vers. 24.) *in errorem inducantur si fieri potest etiam electi.*

l.4. Reg. c.1.v.8. Rupert.

Apoc.11 v. 4.

Sylveira.

Mat.24 v. 24.

Tamen hi duo Præcursores suo exemplo, suâ prædicatione & zelo ita illuminabunt Ecclesiam, ut nullus ex electis in errorem inducatur. Rupertus. *Candelabra in quo sunt? in eo videlicet quod in illis diebus tam nigris, tam tenebrosis, clarâ Prophetiâ suâ, sive prædicatione* VIII.

Apoc.10 v. 3.

Rupert.

*prædicatione lucebunt, ita ut fieri non poſsit, ut in errorem inducatur quiſpiam electorum.* Infra concludit Sylveira. *Iſti ergò duo teſtes, tanquam legati & Apoſtoli Dei, ejus fidem prædi-*
Sylveira. *cabunt, Eccleſiam reſtituent Judæis & Gentibus. Et dicuntur ſtare à dextris, & ſiniſtris, quia undique Eccleſiam Dei defendunt & corroborãt.* Paulò poſt. *Hi duo teſtes, tanquã magna candelabra, ac lumināria, ut præcurſores ſecundi Chriſti adventus prælucebunt Domino venturo ad judiciũ, & homines ad viam ſalutis illuminabunt ut Ioannes Baptiſta primi adventus præcurſor, qui dictus eſt Ioannes cap. 5. verſ. 35. lucerna ardens & lucens.* Et in fine. *Nam Antichriſtus futurus eſt ampliſſimus Monarcha, major quàm omnes, qui ante ipſum fuerunt ab orbe condito: ut ex ſanctis Patribus probat Malveda lib. 6. de Antichriſto cap. 35. Et per omnes partes imperii ſui magnam commovebit perſecutionem contra Eccleſiam. Sic ait D. Auguſtinus lib. 20. de Civitate cap. 11. Hæc enim erit noviſſima perſecutio noviſsimo imminente judicio, quam ſancta Eccleſia toto terrarum orbe patietur. Elias & Enoch càm miſsi ſint à Deo in ſubſidium Eccleſiæ per totum terrarum orbem eam corroborabunt & tuebuntur, tam per ſemetipſos, quàm per miniſtros ac legatos ſuos ab ipſismet deſtinatos. Unde rectè Elias tunc erit mundo veluti ſol fulgentiſſimus, Helios ſermone Græco ſol appellatur, ut teſtatur divus Chryſoſtomus de Aſcenſione Eliæ, nullus erit qui ſe abſcondet à calore prædicationis, ac exempli ejus.* Poſtea explicans verſ. 5. & 6. ejuſdem capitis 11. ita eorum in dicendo libertatem deſcribit. *Hi duo magni viri Apoſtolici per multas & varias urbes, pagos ac loca prædicabunt Chriſtum IESVM Crucifixum natum ex Virgine Mariâ, eſſe verum Meſſiam, Redemptorem ac Salvatorem mundi, in eoq; omnes prophetias eſſe completas, idque confirmabunt largâ experientiâ tot ſæculorum, efficaciſsimis rationibus, & præclariſsimis miraculis Antichriſtum oſtendent turpiſsimum & impoſtorem ſceleratiſsimũ, omni vitiorum turpitudine ferventem, detegentq; illius vivendi rationem nequiſsimam, immaniaque ejus crimina & carnis ſparcitias, ejuſque familiaritatem cum dæmonibus, & ementita miracula, atque id efficient hi duo ſanctiſsimi in multis civitatibus & locis.* Poſt mortem ſuam non minùs Eccleſiam illuſtrabunt, quamvis enim Apocal. 11. verſ. 7. *Cum finierint teſtimonium ſuum beſtia quæ aſcendit de abyſſo faciet adverſus eos bellum & vincet illos.* Ideſt Antichriſtus omnibus ſuppliciorum generibus illos afficiet, ac vincet illos corporaliter, non tamen ſpiritualiter. D. Thomas. *Vincet illos corporali violentiâ, non ſpirituali victoriâ: quia non ſuccumbent, nec per erroris conſenſum, nec per defectum rationis, non enim deerit eis, qui dicit, ego dabo vobis os & ſapientiam, Luca cap.* 22. Imò (inquit Sylveira expoſitione 8, ad illa verba verſ. 12. *Et videbunt illos inimici eorum.* Subdit. *Quæ omnia multum conducent ad converſionem plurimorum, qui necdum ſatis per prædicationem ſanctorum Prophetarum crediderunt, & aliorum qui jam credebant in fide confirmationem, & ut jam inimici eorum tantam illorum gloriam videntes, durior ac rigidior eis efficiatur propria calamitas comparata cum alienâ fœlicitate, &c.*

Apoc. 11. v. 7. 1. Thom. v. 12. Sylveira

IX. Hos Eliæ & Eliſæi mores, hunc zelum, hanc dicendi libertatem, hanc in perferendis ſuppliciis conſtantiam, Eccleſiæ defenſionem ac ſanctificationem, religionis propagationē imitati ſunt olim Præſules. Quod ſi ſecundùm Caſſiodorum libr. 6. variarum cap. 7. Caſſiodr. *Grata ſunt nomina quæ deſignant protinus actiones, ubi in vocabulo cōcluditur quod geritur.* Antiſtes multi extiterunt qui nomē Eliæ ſortiti & zelum pro Dei honore, pro animarũ ſalute, religione, & Eccleſiâ aſſecuti ſunt, dixerintque Lampri- Lampridius. quod Diadumerus apud Lampridium pronunciavit. *Ego elaborabo Patres conſcripti, ne deſim nomini Antoninorum, ſcio me Marci, me Veri, me Pii ſuſcepiſſe nomen, quibus ſatisfacere perdifficile eſt, faciam tamen ne quis de me jure queri poſsit.* Talis fuit Elias Eccleſiæ Lugdunenſis Epiſcopus, qui pravis Eccleſiæ temporibus floruit circa annũ 245. vir admirandæ ſanctitatis, ovium-que ſuarum paſtor ſtudioſiſſimus. Talis fuit Elias Epiſcopus, qui impietatē

Nestorii Patriarchæ Constantinopolitani ferre non valens, zelo Dei incensus, unà cum sanctissimis Episcopis Archelao, Apriacio, Theodoreto, Macario, Meletio, elegantissimam epistolam ad eundem Nestorium destinavit, ejus hæresim arguens, ut eum ad saniorem mentem revocaret. Hujus mentionem facit epistola Joannis Antiocheni inserta Synodo Ephesinæ lib. 1. cap. 31. tomo 15. Conciliorũ. Baronius tomo 5. Annalium ad annum 430. num. 43. Anno 492. Elias S. Euthymii discipulus ad Episcopatum Hierosolymitanum evectus est, de quo Baronius ad annum 492. num. 39. hæc scribit. *Magnâ planè Dei providentiâ factum est, ut è Monasteriorum latebris in sedem illam sublimem eveheretur Elias, qui in spiritu Eliæ adversantem Achab Ecclesiæ Dei posset arguere, & prophetas Baal confodere verbi gladio. Constat autem eundem sanctum Eliam consectatum esse idem vitæ genus, cùm est factus Episcopus, quod excoluerat ante Monachus, &c.* Quod probat. Nam ad annum 512. numer. 11. ubi de eo ad Anastasium Imperatorem hæc scribit pro fide Catholicâ. *Tu verò eos qui sunt in Deo sudores ô Imperator, reverius, fac ut cessent bellum adversus Ecclesias, & nè sinas malum progredi ulterius: scimus enim tibi curæ esse, ut ea agas quæ Deo grata sunt qui tibi concessit.* Num. 12. de adventu Legatorum in urbem Cõstantinopolitanam hæc refert Baronius post Cyrillum. *Cum hi ergò Divini Patres in reperissent viam, quæ ferebat ad Imperatorem, erat Sidone Synodus quædam Episcoporum Orientis & Palæstinæ tunc congregata adversus Favianum & Eliam, qui prætextum quidem habebat jussa Imperatoris. Acceperat autem duces Soteriebum Cæsarea Cappadociæ, & Philoxenũ Hierapolis Episcopum, qui Chalcedonensem Synodum abrogantes, Eutychetis & Dioscori studebant confirmare dogmata. Cùm ergò Legati venissent Constantinopolim arcanâ, & quæ comprehendi non potest Dei sapientiâ, quæ eminus rerum magnarum præbet occasiones, & iis qui eum glorificant, semper aliquam tribuit gloriam. Hic quoque certo ipsi filio aliquid gerit. per quod beatum Sabam, qui indutus erat cilicio & vili habitu amictus, omni Imperatoriâ purpurâ reddit splendidiorem, & eam quæ in eo habitabat, aperit gratiam spiritus quæ operta erat multis velis moderationis & humilitatis.* Quam humilitatem postquam descripsit num. 13. & 14. producit num. 15. eximium testimonium Imperatoris de magnâ constantiâ Eliæ. Cui subdit Baronius. *Intelligis Lector qualenam, quantumve testimonium de Eliæ fide Catholicâ, & ejus patrocinio proferatur ab hæretico Imperatore ad confundendum eos, qui improbè Eliam jugillant prodita veritatis.* Num. 26. refert quid Hæretici moliantur adversus Eliam. Illi enim hanc fidei formulam produxerunt. *Nempè in qua jam tum comprehensum fuit eos anathemate damnatos, qui duas in Domino naturas esse asserebant. Attamen ipse Episcopus Hierosolymitanus eam ab illis depravatam constanter affirmans aliam in medium produxit, in quâ nullum continebatur anathema, &c.* Ad annum 513. num. 7. & 8. recenset ex Cyrillo Monacho quæ adversus Eliam & alios orthodoxos Palæstinæ Provinciæ acta sunt. *Cùm apprehendisset Severus Sedem Antiochenam innumerabilia quidem mala fecit iis, qui nem ei communicaverant. Missi autem sua quoque Synodalia ad Eliam Patriarcham quibus minimè admissis non mediocriter ad iram accendit Imperatorem. Et hæc Synodalia rursus mittuntur Hierosolymam simul missis etiam quibusdam Clericis, & non pervamanu militari, ut iis quibus non persuadebatur eadem tenere, quæ ipsi vim etiam afferrent. Cùm hæc ita se haberent, & tam acerba in fidem orthodoxam exerceretur tyrannis, & jam Eliæ grave immineret periculum, & ejus capiti malum impenderet, & nusquam auxilium, cùm congregasset divinus Sabas eximios omnes & electos Monachos, cum illis accedens, & illam quæ circumstetebat multitudinem perrumpens (ô generosam animam!) regis satellites & Severi ministros illinc fugat, &c.* Numer. 9. subjicit. *Hoc dedecus, & hanc ignominiam volens delere, contra eos misit Olympium quendam Cæsarien em tradi-*

Baronius

*traditis ei copiis, quæ erant in Palæstinâ, regiâ utens auctoritate, non legibus, nec judiciis. Qui cùm primum ascendit Hierosolymam, Eliam quidem de sede deponit ac eum damnat exilio.* Ad annum 517. num. 68. iterùm Eliam Patriarcham comparat S. Eliæ Prophetæ. *Post exilium viri sanctissimi Eliæ Hierosolymorum Episcopi contigit primò provinciam illam inter alia mala* l. 3. Reg. cap. 17. *prope quinquennium siccitate laborare, diuturniore quidem quam illi fuerat sub Eliâ prophetâ, cùm annis tribus atque sex mensibus non pluit. At sicut per illam ejusdem Eliæ sanctitas magnoperè illustrata est divinarum operatione virtutum, cum scelestum Regem vicit, ejusque pseudoprophetas Deo rebelles dignè punivit, ita & hic diuturniori siccitate tum junioris Eliæ est sanctitas declarata, &c.* Ad annum 518. num 23. scribit ex Cyrillo Monacho Patriarcham in exilio à S. Sabâ visitatum fuisse. *Magnus ille Sabas à superna motus providentiâ venit ad visitandum Eliam Patriarcham annos jam natus octoginta. Erat autem (ut jam diximus) Elias in exilio, secum verò duxit Stephanum & Euthalium, qui ipsi quoque præerant quibusdam Monachis. Cùm ergò unà cum eis Sabam vidisset Patriarcha, qui erat in exilio, & gaudio fuit repletus, & omnia præsentium malorũ quodammodò est oblitus.* Subditque hanc egregiam sententiam. *Ejusmodi est anima quæ luctatur cum calamitatibus, & condemnata est alienam domum habitare pro suâ. Si solummodò notos aspexerit oculis, hoc minuit molestias, & affert magnum solatium calamitatis.* Prosequitur quid in hâc contigerit visitatione. *Cum illos ergò libenter vidisset Patriarcha, tum multos dies apud se ipsos retinuit neque eos volebat omninò dimittere: sed quotidie circa horam nonam jam è domo procedens, toto enim illo tempore in grato permanebat silentio, sermone & alimento eos impertiebat amicè & sincerè vitam agens.* Et consequenter describit visitationem Eliæ Patriarchæ de funesto obitu Anastasii Imperatoris. *Heu* (inquit Sabæ) *hac hora mortuus Imperator Anastasius, & oportet me quoque omninò decimo die post eum excedere, ut cursum nostrum agamus ante horrendum tribunal.* Infrà. *Deindè quoque è vitâ extessit Patriarcha, sicut ab ipso prædictũ fuerat.* De eodẽ Eliâ testatur Sophronius in Prato spirituali cap. 35. & Baronius nũm 25. his verbis. *Dicebat Abbas Polycronius de sancto Eliâ Hierosolymorum Archiepiscopo quod sicut cum esset Monachus vinum non biberat, ita nec Patriarcha quidem factus bibit, sed eandem servavit regulam. Dicebant de eodem Archiepiscopo Eliâ, & de Flaviano Antiochiæ Archiepiscopo, quod ab Anastasio Imperatore ambo fuerint in exilio relegati propter sanctam Chalcedonensem Synodum. Elias quidem in Haila, Flavianus verò apud Petram, &c.* Tandem concludit Baronius. *Porrò quod una fides Catholica commendavit, ejus & confessio perseverans glorioſos Confessores effecit, & par exilii pœna sine sanguine Martyres reddidit, eosdem loco triumphi Romana Ecclesia anniversariâ memoriâ celebrat, &c.* Ecce quomodò instar Eliæ Prophetæ gravem Anastasii Imperatoris persecutionem sustinuit cum Flaviano secundo Episcopo Antiocheno ob defensionẽ Synodi Chalcedonensis: Hujus etiam meminit Nicephorus lib 16. historiæ cap. 34. cap. 38. & seq. Martyrologium Romanum die 4. Julii, & Baronius ibidem in Annotationibus. Sanctus Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus in suis Chronicis tomo 7. Bibliothecæ SS. Patrum mentionem facit alterius Eliæ Patriarchæ Hierosololymirani, qui longè ante floruit. fuit enim vigesimus quintus, ac duobus dumtaxat annis præfuit & successit Juliano, morientique reliquit Cathedram Episcopalem Capitoni, deindè Maximo, tum Antonio; at alter Elias de quo suprà, fuit quinquagesimus quintus, & vixit sub Anastasio Imperatore circa annum Christi 518. Alter verò circa tempora Severi, ideſt ducentis & paulò annis post Christum.

X. Cæsarea habuit Eliam insignem Episcopum, ac fidei Catholicæ propugnatorem accerrimum, nam ob illius defensionem in exilium est missus sub Justino seniore. Quanta verò sanctitate & fidei constantiâ fuerit conspicuus, sanctus Hormisdas Papa epistolâ 69.

là 69. scribens Epiphanio Episcopo Constantinopolitano, & alias efficacissimè probat, urgens, ut ab exilio revocetur. Cardinalis Baronius tomo 7. ad annum Christi 520. num. 63. ejus integras epistolas habet. *Oportuerat* (inquit) *quidem fraternitatem tuam divini contemplatione judicii atque charitatis nostræ respectu, Eliam, Thomam, & Nicostratum fratres & Coepiscopos nostros, postquam in consortiũ communionis nostræ recepimus, ad divina tecum mysteria incunctanter admittere, atque ad Ecclesias suas à quibus eos discordiæ error excluserat, pro pacis nostræ plenitudine revocare: ut unitas quam post annorum multa curricula per totum orbem suis Deus restauravit Ecclesiis, nulla voluntatum nostrarũ distantia lederetur. Sed quia eos tam gratam & Patrum sanctis venerabilibus congruentem quibusdã tarditatibus contigit nunc usque differre, undè etiam ad decessorem fraternitatis tuæ nos scripsisse meminimus, hortamur ut latissimam quam de damnato præterita dissensionis errore percepimus, in nullo iterum discrepantium animorum causa contristes. Etenim nulli videtur vos nobiscum communicare mentis affectu, si eos qui nobiscum communicant à vestro consortio segregatis; in cassum certè videntur pacem recipere, qui pacis differunt præcepta complere. Quidquid enim in illorum, ut cupiendâ communione moramini, quodammodo de nostrâ reconciliatione detrahitis. Et providendum est frater charissime, nè si Ecclesiarum nostrarum tandem desuper indulta concordia ab his exordium sumas exemplis & religionis venerandæ regula, & Apostolicæ Sedis imminuta (quod absit) per Orientem possus divulgata, quàm restituta videatur.* Hæc Hormisdas.

Elias Tyriorum Episcopus in Constantinopolitanâ Synodo, quæ post restitutionem Ignatii in eam sedem, (à quâ injustè ejectus fuerat coacta est) auctoritate Nicolai I. Papæ vices egit Patriarchæ Antiocheni absentis doctrinâque ac vitæ sanctitate excelluit. Ita Baronius tomo 10. ad annum 869.

XI. Tomus 2. Conciliorum in subscriptione Synodi Chalcedonensis fert quod Elias Episcopus Bleandri, vir integerrimæ vitæ ac fidei scripsit contra infinitas hæreses præfatæ Synodo Chalcedonensi à quâ illæ gladio spiritus jugulatæ sunt. Lupus Ferrariensis narrat quod dum in Galliâ Neomenius Britannorum dux furibundus sæviret in servos Dei, ac inter alios Episcopos Rhedonensẽ & Nannetensem è suis sedibus expulisset, Elias Episcopus Carnutensis cœlesti zelo incensus litteras ad præfatum Neomenium destinavit, eumque severè coarguit. Vide etiam Card. Baronium tom. 10. ad annum 849. Apud Saxonem Grammaticum libr. 14. historicæ Danicæ, insignis Elias Episcopus Ripensis Suenoni Danorum regi præclara ac magni momenti consilia suggessit. Ecclesia Engolismensis Episcopum habuit Eliam nomine, qui interfuit Cõcilio Suessionensi, in quo actum est de ordinatione Clericorum anno 866. tomo 4. Concil. Præsente Remigio Archiepiscopo Lugdunensi. Idem profectus est ad Synodum Valentinam anno 855. ex tomo 4. Conciliorum, quæ coacta fuit adversus Godescalcum Scotum, qui de prædestinatione malè sentiebat (inquit Vasquez tomo 1. disp. 91. num. 103.) Tanta verò fuit hujus sancti Antistitis humilitas, ut solus inter tot Episcopos hac subscriptione usus fuerit (inquit Concilium Valentinum) *Elias vilis hanc Synodalem subscripsi.* Baronius tomo 11. ad annum 1089. integram historiam narrat Eliæ Archiepiscopi Barensium, viri pari doctrinâ ac sanctitate conspicui, cujus tanta fuit fama per Italiam, ut Urbanus II. Papa usum pallii ultrò ei concesserit, datis ad eum amantissimis epistolis, Barensiumque Ecclesiam magnificis privilegiis exornarit, eamque in Metropolitanam erexerit. Dictus Elias sacras reliquias S. Sabini Canusinorum Episcopi, quæ diu non satis honestè jacuerant divino monitu transtulit, ac in monumento celebriori venerandas proposuit. Idem Baronius ad annum 1091. Eliam Archiepiscopum Cretensem optimè etiam de Ecclesiâ meruisse ait, nam Commentaria in aliquot opera D. Gregorii Nazianzeni composuit. Vide quid de eo dicant

Genebrardus

Genebrardus libr. 4. chronol. ad annum 1088. Joannes Meursius.

XII. Anno Domini 1026. non minori sanctitate claruit Elias Xantonensis Episcopus, qui suam Ecclesiam mirificè decoravit. Demochares scribit Eliam de Fors ordine trigesimum octavum sedisse anno 1265. Idem Demochares narrat alterum Eliam de Barangys ordine quinquagesimum in præfatâ Cathedrâ Xantonensi sedisse anno 1380. Apud eundem Democharem Elias trigesimus quintus Trecensis Episcopus creatus est successor sancti Pauli, qui suâ Ecclesiam eximiâ pastorali sollicitudine administravit. Tabulæ Ecclesiæ Edüensis magnis encomiis celebrant Eliam Episcopum qui circa annum 1304. suæ Diœcesi verbo & exemplo præfuit, ac in sanctitatis opinione obiit. Testantur annales Ecclesiæ Burdegalensis circa annum 1372. Archiepiscopalē Cathedram tenuisse Eliam mirâ sanctitate conspicuum. Tabulæ & Dyptica Ecclesiæ Aurelianensis mentionem faciunt Eliæ Episcopi, egregiis animi dotibus, præcipue divini cultus zelo incensi. Petrus Cluniacensis lib. 1, scribit fuisse Monachum S. Benedicti, S. Sulpitii Abbatem, atque post diuturnam illius Ecclesiæ jacturam ab Innocentio III. evectum ad illam sedem, & quidem divinâ dispositione. Cùm enim animi cleri & populi fuissent exitialiter hactenus divisi, Deus eos insperatâ cōmutatione ita univit, ut in ea Diœcesi seu Civitate ullus repertus fuerit, qui animitus huius viri religiosi, vix prudentis ac litterati electionem non optarit, non laudaverit, non approbaverit. Vide quid Andreas Quercetanus Monachus S. Martini à Canspis de eo efferat. Possevinus in bibliotheca in apparatu narrat, quod Elias de Annibaldis de sancto Hiredio vulgò de sancto Jercyo apud Lemovices, ordinis sancti Francisci habitum sumpsit, tantâque pietatis & sapientiæ laude floruit, ut Innocentius VI. illum ad Episcopatum Uticensem promoverit circa annum 1356. deinde in sacrum Purpuratorum Collegium assumpserit, & Hierosolymitanum Patriarcham crearit, denique Episcopum Ostiensem. Hic tandem Avenione diem clausit ultimum. Non minori commendatione dignus est Elias de Bordellis, qui (ut testantur tabulæ Turonenses ad annum 1484.) suscepto Archiepiscopatu Turonensi sacrâ Purpurâ decoratus fuit, postquam doctissimè scripsit pro abrogatione sanctionis pragmaticæ, suamque Ecclesiam Turonensem amplificare ac cohonestare studuit, obiit, sepultusq; in Cathedrali suâ Ecclesiâ.

Baronius tomo 12. ad annū 1176. XIII. meminit Eliæ Troianorum Episcopi in Italiâ. Hic cum tota ferè Italia bellis vexaretur Wilelmus II. Siciliæ rex eum ad Henricum Angliæ regem direxit, tum ut cum eo de pacis conditionibus ageret, tum ut filiam regis Angliæ præfato Wilelmo Siculo postularet, quam legationem unà cum Arnulpho Capulaquensi Episcopo, & Florio de Camerata piè ac sapienter obivit. Baronius post Rogerium obiter testatur regem Angliæ antequam præberet assensum filiæ matrimonio, consulere voluisse regni Episcopos, eáque de causâ hoc anno celebratum fuisse Londoniense Concilium, ubi Episcoporum & Principum regni rogatâ sententiâ judicatæ sunt nuptiæ hujusmodi profiçuæ Anglorū regno. Antequam ad nostra tempora accedamus non prætereundus alter Elias Episcopus Cretensis qui anno 787. interfuit 2. Synodo Nicenæ tempore Adriani I. summi Pontificis, quę celebrata est adversus Iconoclastas, hic (ut patet ex subscriptionibus) pro Catholicæ fidei defensione firmiter stetit. Nostro tempore non defuerunt etiam Antistites, qui habuerunt Eliæ nomen & zelum. Bzovius in supplemento annalium Baronii refert, quod anno 1614. Elias Patriarcha Babyloniæ Chaldæorum divino lumine illustratus abjiciens hæreses, & schismata, quibus ad hunc usque diem omnes illæ Persarum & Orientis regiones miserè vexabantur, accessit Romam per procuratorem ad sanctissimum D. Paulum V. Pontificem Maximum, ac apud eum tanquam verum ac legitimum Christi Vicariū

Christianæ ac Catholicæ fidei professionem emisit.

XIV. Non defuerant etiam Antistites, qui non tantùm nomen & zelum Eliæ sortiti sunt, sed hoc incensi exilia & alias ærumnas perpessi sunt, ac proprio cruore consignarunt. S. Elias Ægypti Episcopus apud Bedam in Martyrologio Romano apud Nicephorũ lib. 7. historiæ cap. 16 gloriâ martyrii & nomen suum & zelum illustravit. Nam una cum Peleo & Nilo Episcopis nonnullisque Cleris sub Diocletiano Cæsare igni traditus est, magnum hoc supplicio sibi refrigerium arbitratus. Horum memoriam singulis annis Ecclesia renovat in Martyrologio Romano 19. die Septembris his verbis: *In Palæstinâ, sanctorum Martyrum Pelei, Nili & Eliæ Episcoporum Ægypti, qui tempore persecutionis Diocletiani cum plurimis Clericis pro Christo igne consumpti sunt.* Alios Lector me studiosior inveniet in historiâ ecclesiasticâ.

*Martyr. Romanũ*

XV. Innumeri sunt Præsules, qui si non nomine saltem honoris Dei & animarum zelo, aliisque virtutibus, imò Martyrio sanctissimum Prophetam Eliam imitati sunt, suoque cruore Ecclesiam irrigantes fœcundarunt, ac multas ei proles aggenerarunt. *Nam* (inquit S. Hilarius lib. 7 de Trinitate.) *proprium Ecclesiæ est, ut tunc vincat cùm læditur, tunc intelligat cùm arguitur, tunc obtineat cùm deseritur.* Et Tertullianus. *Sanguis Martyrum semen est Christianorum.* Audi sponsum Cant. cap. 2. vers. 2. *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea.* Septuaginta. *In medio spinarum.* Paraphrasis Chaldaica. *Comparata sum rosa quæ germinat inter spinas, à quibus perforantur & rumpuntur folia ejus.* Quasi diceret Ecclesia sponsa Christi cum persecutionum spinis vulneratur ac laceratur, proprioque cruore rubescit, tunc irrigatur, germinat, ut magnos, uberesque fructus producat ac dilatetur. S. Chrysostomus sermone in Iuventium & Maximum. *Sicut planta rigata magis crescunt, ita & fides nostra oppugnata magis floret, & seditione agitata, incrementa majora sumit, neque horti aquis irrigati ita germinant & fœcundati sunt.* Idem homilia 7. de laudibus Pauli, sic nomine infidelium loquitur. *Per quæ eos opprimere volumus, per ea ipsi provehimus.* Infra. *Quæ putabantur impedimenta prædicationis fortis erunt auxilia.*

S. Hilar.

Tertul.

*Cant. c. 2 vers. 2.*

S. Chrys.

XVI. Idem Sponsus Canticorum cap. 8. vers. 8. alio testimonio affirmat. *Soror nostra parvula est, & ubera non habet, quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est.* Quæ est illa soror? est (inquiũt Cassiodorus & Rupertus) Ecclesia primitiva, quæ *alloquenda est*, quando à Nerone & cæteris tyrannis ac persecutoribus est compulsa rationem reddere fidei: dicitur *parvula* quæ *ubera non habet*, quia priusquam Ecclesia hoc examen subiret, vix ullos filios procreabat. At postquam coram tyrannis stetit, eis allocuta est, eorumque rabiem ac tyrannidem experta, variisque suppliciis agitata, tunc innumeras proles procreavit, ejus ubera tumescere cœperunt ad eas proles alendas. Undè mellifluus Bernardus serm. 29. in Cantica, ait. *Adversus Ecclesiam pugnatum est hostili animo, damno utili.* Quomodò *damno utili?* Si pugna fuit damnosa quomodò utilis? utilitas enim damno opponitur. Damnum attulit corporibus, utilitatem membris, dum nocuit carni profuit Ecclesiæ. Ut præclarè Lucifer Calaritanus exprobrat Constantio Imperatori in Catholicos sævienti. *Advertis quomodo caduca damnatio tua, quantò contra nos sævire dignatur tantò ea judicatur esse infirma, contemptibilis, inanis, debilis, & abjecta. Furore enim & scelere concitata manus tua ad perimendum nos, quoties prævaluit, toties crevisse, & magis atque magis victores extitisse meminimus.*

*Cant. c. 8 vers. 8.*

Bernard.

XVII. Hoc incrementum non tantùm contigit Ecclesiæ universali, sed etiam omnibus particularibus, ut docet S. Joannes Apocal. cap. 1. vers. 12. *Conversus* (inquit) *vidi septem candelabra aurea.* Quæ sunt illa septem candelabra? *Septem* (inquit idem sanctus Joannes vers. 20.) *sunt Ecclesiæ Asiæ.* Tamen quod earum nomine accipiendæ sint universæ orbis Ecclesiæ. Patet primò quia numerus septenarius

*Apoc. 1. v. 12*

narius univerſitatem ſignificat. Secundò, quia denotat ſeptiformem Spiritus ſancti gratiam ex quo Eccleſiæ univerſæ pulchritudo efflorescit. Cur illæ Eccleſiæ candelabrjs aſſimilantur? quia ſicut candelabrum ex metallo formatur, igne probatur, malleis tunditur, tuſionibus premitur, & tandem optimi candelabri formam comparat; ſic Epiſcopi zeloſi, ſic Eccleſiæ etiam particulares preſſuris perſecutionum contuſæ, igne, crucibus, malleis ac inſtrumentis ferreis, plurimáque tyrannorum rábie probatæ, fidei lumine magis illuſtratæ ſunt, ferventioríque in Deum charitate reſplenduerunt. *Eccleſiæ* (inquit Richardus à ſancto Victore) *tentationibus probatæ, tunſionibus perſecutionũ extenuatæ, ardent igne ſapientiæ cæleſtis, & lucent opere charitatis.* Quomodò *lucent opere charitatis?* Dum Præſules exemplo proprio & opere firmant quod verbo prædicant.

Richard. Victor.

XVIII. Id ſedulò commendaverat Apoſtolus ſuis diſcipulis Timotheo & Tito. Illi 1. epiſt. cap. 4. verſ. 12. *Exemplum eſto fidelium in verbo, in converſatione, in charitate, in fide, in caſtitate.* Huic cap. 2. verſ. 7. *In omnibus te ipſum præbe exemplum bonorum operum.* Ideſt (inquit S. Chryſoſtomus) *Exemplar vitæ atque morum ipſe eſto tanquam imago propoſitus, tanquam animata lex, velut regula ac norma bene rectèq; vivendi.* Cui arridens ſanctus Hieronymus epiſtolâ ad Heliodorum. *Domus Epiſcopi & converſatio in ſpeculo poſita magiſtra eſt publicæ diſciplinæ, quidquid feceris, id ſibi omnes faciendum putant.* Quaſi dicerent, ſi Siracides Eccleſiaſtici cap. 10. verſ. 2. dixit. *Qualis rector eſt civitatis, tales & inhabitantes in eâ.* Græcus. *Qualis eſt Gubernator vel Princeps civitatis, tales & omnes incolæ ejus.* Antigonus rex Macedonum teſte Laertio ſcribens Zenoni. *Cujuſmodi* (inquit) *fuerit dux, ut plurimum ſubditos fieri neceſſe eſt.* Herodianus lib. 4. *Solent plerumq; homines vitam Principis æmulari.* Cicero lib. 3. de legibus. *Vt enim cupiditatibus principum & vitiis infici ſolet tota civitas, ſic emendari & corrigi continentia.* Et paucis interjectis. *Nam licet videre, ſi velis replicare memoriam temporum, quales ſummi civitatis viri fuerunt, talem totam civitatem fuiſſe, quæcumque mutatio morum in principibus extiterit, eandem in populo ſententiam.* Quintilianus in declamatione 8. *Hæc eſt conditio principum, ut quidquid faciant præcipere videantur.* Et Plinius in panegyrico Traiani. *Vita principis cenſura eſt, eaque perpetua; ad hanc dirigimur, ad hanc convertimur, nec tam imperio nobis opus eſt, quàm exemplo.* Id à fortiori de Eccleſiâ tam Romanâ quàm de unaquæque particulari concludendum eſt, ut patebit percurrenti hiſtoriam Eccleſiaſticam, & præcipuè Martyrologium Romanum. Primò ab Romanis Pontificibus auſpicabimur.

1. Tim. 4. v. 12.

Tit. c. 2. v. 7.

Chryſoſt

Hieron.

Eccl. 10. verſ. 2.

Laertius.

Herodiã.

Cicero.

Quintil.

Plinius

## §. I.

## *Eccleſiæ Romanæ Pontifices Sancti.*

I. In Italia.

NUlla natio, nulla univerſitas, nulla doctrina tot Imperatores, tot Reges, tot Principes, ac Magiſtratus ſibi adverſantes habuit quàm Sedes & Eccleſia Romana reliquarum Mater. Non enim dumtáxat Romani Cæſares per trecentos annos uſque ad Conſtantinum variis machinationibus, calumniis, ærumnis, hæreſibus, ſchiſmatibus, perſecutionibus eam exagitarunt, ſed etiam Eccleſiæ ipſæ Orientales hæreſibus ac ſchiſmatibus per ſexcentos & amplius annos eam vexarunt, & tamen cùm eradicari vila eſt, majores radices fecit, magis firmata, magis propagata eſt, magis emicuit. Et quemadmodum reliquas ſedes numero Pontificum Martyrum, Confeſſorum, uno verbo Præſulum Elianorum abundavit, ſic illis omnibus illuſtrior ac fœcundior eſt.

II. S. Petro Cruci affixo ſub Nerone ex Martyrologio Romano 29. Julii ſucceſſit S Linus & Martyrio coronatus juſſu Saturnini 23. Septembris ex Mart. Romano. Sanctus Cletus ſecundus poſt Apoſtolum Petrum rexit Eccleſiam & in perſecutione Domitiani

Martyrio coronatus est 26. Aprilis ex Rom. Martyr. S. Clemens tertius post beatum Petrum Pontificatum tenuit, & in persecutione Trajani apud Chersonesum relegatus, ibi alligatâ ad collum ejus anchorâ in mare præcipitatus, martyrio coronatur, 23. Novembris ex Martyr. Rom. Sanctus Anacletus post S. Clementem Ecclesiam Dei regens eam glorioso Martyrio decoravit, 13. Julii ex Rom. Martyrol. 6. S. Evaristus Dei Ecclesiam sub Hadriano Imperatore suo sanguine purpuravit 26. Octobris ex Martyr. Rom. 7. S. Alexander sub Hadriano Principe & Aureliano Judice post vincula, carceres, equuleum, ungulas & ignes punctis creberrimis per tota membra confossus ac peremptus est, 3. Maii ex Rom. Mart. 8. S. Xistus temporibus Hadriani Imperatoris regens Ecclesiã sub Antonino Pio, ut sibi Christum lucrifaceret libenter mortem sustinuit temporalem 6. Aprilis ex Rom. Martyr. 9. S. Telesphorus sub Antonino Pio post multos labores pro Christi confessione illustre martyriũ duxit 5. Ianuarii ex Rom. Martyrol. 10. S. Hyginus in persecutione Antonini gloriosè martyrium consummavit 11. Januarii ex Roman. Martyrol. 11. S. Pius in persecutione Antonini martyrio coronatus est 11. Julii ex Rom. Mart. 12. S. Anicetus in persecutione Marci Aurelii, Antonini, & Lucii Veri martyrii palmam accepit 17. Aprilis ex Rom. Martyr. 13. Sanctus Soter Martyr. 14. S. Eleuterius martyr postquam multos Nobiles Romanorum ad Christi fidem perduxit, & sanctos Damianum & Fugatum in Britanniam misit, qui Lucium regem una cum uxore ac ferè toto populo baptisarunt, 26. Maii ex Romano Martyrologio.

III. 15. S. Victor martyr 28. Julii, ex Roman. Martyr. 16. S. Zephyrinus martyr 26. Augusti ex Rom. Martyr. 17. S. Callistus Alexandri Imperatoris jussu diutius fame in carcere cruciatus, & quotidie fustibus cæsus, tandem è terrestrâ domus (in quâ custodiebatur) præcipitatus, atque in puteum demersus victoriæ triumphum promeruit 14. Octobris ex Rom. mart. 18. S. Urbanus cujus exhortatione & doctrinâ, multi (in quibus fuêre Tiburtius & Valerianus) Christi fidem susceperunt, & pro eâ martyrium subierunt: ipse quoque pro Ecclesiâ Dei multa passus, tandem cervicibus abscissis martyrio coronatus est, 25. Maii ex Rom. martyr. 19. S. Pontianus ab Alexandro Imperatore cum Philippo præsbytero in Sardiniam deportatus, ibique fustibus mactatus martyrium cõsummauit 19. Novembris ex Rom. mart. 20. S. Anterus sub Julio Maximino passus est 3. Januarii Roman. martyr. 21. S. Fabianus tempore Decii passus 20. Januarii Rom. martyrol. 22. S. Cornelius in persecutione Decii post exilii relegationẽ jussus est plumbatis cædi, & sic cum aliis 21. promiscui sexus decollari 14. Septembris ex Roman. mart. 23. Sanctus Lucius in persecutione Valeriani ob Christi fidem exilio relegatus, & postmodum divino nutu ad Ecclesiã suam redire permissus, cum plurimùm adversus Novatianos laboraffet martyrium capite obtruncato complevit 4. Martii ex Roman. martyrol. 24. S. Stephanus I. in persecutione Valeriani dum Missæ sacrum perageret, supervenientibus militibus ante altare intrepidus & immobilis cœpta mysteria perficiens in sede suâ decollatus est 2. Augusti ex Roman. martyrol.

25. Xistus II. in persecutione Valeriani gladio animadversus martyrii coronam accepit 6. Augusti Roman. mart. 26. S. Dionysius multis pro Ecclesia impensis laboribus fidei documentis clarus effulsit, 26. Decembris Roman. mart. 27. S. Fœlix sub Aureliano principe martyrio coronatus est 30. Maii Rom. mart. 28. S. Eutychianus per diversa loca trecentos quadraginta duos Martyres manu suâ sepelivit, quibus & ipse sociatus est, sub Numeriano imperatore martyrio coronatus 8. Decembris, Rom. martyrol. 29. S. Cajus sub Diocletiano Principe martyrio coronatus est 22. Aprilis Rom. martyr. 30. S. Marcellinus sub Diocletiano pro fide Christi unà cum Claudio, Cyrino, & Antonino capite truncatus est 26. Aprilis Roman. IV.

martyrol.

martyrol. 31. S. Marcellus ob fidei confessionem jubente Maxentio tyranno primus fustibus cæsus, deindè ad servitium animalium cum custodiâ publicâ deputatus, ibidem serviendo amictu indutus cilicino defunctus est. 32. S. Eusebius 26. Septembris, Rom. martyr. 33. S. Melchiades in persecutione Maximiani multa passus reddità Ecclesiæ pace quievit in Domino 10. Decembris, Roman. mart. 34. S. Sylvester magnum Constantinum Imperatorem baptizavit, & Nicænam Synodum confirmavit, multisque aliis rebus sanctissimè gestis quievit in pace 31. Decembris Rom. mart. 35. S. Marcus Confessor 7. Octobris Rom. martyr. 36. S. Julius adversus Arianos pro fide Catholicâ plurimùm laboravit, ac multis præclarè gestis sanctitate celebris quievit in pace 12. Aprilis, Rom. mart. 37. S. Fœlix II. à Constantino Imperatore Ariano ob Catholicæ fidei confessionem è sede suâ dejectus, & Coræ in Latio occulto gladio necatus gloriosè occubuit 29. Julii, Rom. martyrol. 38. S. Damasus Apollinarem hæresiarcham damnavit, & Petrum Alexandrinum fugatum restituit, multa etiam sanctorum Martyrum corpora invenit, eorumque memoriam versibus exornavit 11. Decembris, Roman. martyr.

V. 39. S. Anastasius I. vir ditissimæ paupertatis, & Apostolicæ sollicitudinis, quem (ut ait S. Hieronymus) diu Roma habere non meruit, ne orbis caput sub tali Episcopo truncaretur, nam haud multò post ejus obitum Roma à Gothis capta fuit 27. Aprilis, Rom. martyr. 40. S. Innocentius 28. Julii, Rom. mart. 41. S. Zozimus 26. Decembris, Roman. martyr. 42. S. Bonifacius I. 25. Octobris Rom. mart. 43. S. Cœlestinus I. Nestorium Constantinopolitanum Episcopum damnavit, Pelagiumque fugavit, cujus etiam auctoritate sancta universalis Synodus Ephesina adversus eundem Nestorium celebrata est 6. Aprilis, Rom. martyr. 44. S. Xistus III. 28. Martii Rom. mart. 45. S. Leo virtutum excellens meritis dictus est magnus. Ejus temporibus celebrata fuit sancta Synodus Chalcedonensis, in quâ ipse per legatos Eutychem damnavit, cujus etiam Synodi decreta auctoritate suâ confirmavit, cumque multa sanxisset, & luculenter scripsisset de sanctâ Dei Ecclesiâ & universo grege Dominico pastor bonus optimè meritus in pace quievit 11. Aprilis, Rom. mart. 46. S. Hilarius 10. Septembris Rom. mart. 47. S. Simplicius 2. Martii Rom. mart. 48. S. Fœlix III. 49. S. Gelasius doctrinâ & sanctitate conspicuus 21. Novembris, Roman. mart. 50. S. Symmachus in schismaticorum factione diutius fatigatus, demùm sanctitate conspicuus migravit ad Dominum 19. Julii, Roman. martyr. 51. S. Horsmida 6. Augusti, Rom. mart. 52. S. Joannes I. quem Theodoricus Italiæ rex Arianus Ravennam evocavit, ibique propter orthodoxam fidem in carcere diu maceratus vitam finivit 27. Maii Rom. mart. 53. S. Agapitus, cujus sanctitatem beatus Gregorius magnus commemorat 20. Septembris, Rom. mart. 54. S. Severius, qui cum Anthimium Episcopum hæreticum ab Agapito suo prædecessore depositum restituere noluisset agente impiâ Theodorâ Augustâ à Bellisario in exilium pulsus ad insulam Pontiam, ibidem pro fide Catholicâ multis ærumnis confectus defecit 20. Junii, Rom. mart. 55. Sanctus Gregorius I. & Ecclesiæ Doctor eximius, ob res præclarè gestas, atque Anglos ad Christi fidem conversos Magnus dictus est, & Anglorum Apostolus appellatus 12. Martii, Roman. mart.

VI. 56. Sanctus Bonifacius IV. Pantheon Beatæ Mariæ ad Martyres dedicavit 25. Maii, Rom. mart. 57. Sanctus Deusdedit tanti meriti fuit, ut leprosum osculo à leprâ sanaverit 8. Novembris, Rom. mart. 58. S. Martinus Romæ coactâ Synodo cùm Sergium, Paulum, & Pyrrhum hæreticos damnasset, jussu Constantis Imperatoris hæretici per fraudem captus, & Constantinopolim perductus in Chersonesum relegatus est, ubi ob Catholicam fidem ærumnis confectus vitam finivit, multisq; miraculis claruit, 12. Novembris Rom. mart. 59. S. Eugenius 2.

Julii, Rom. mart. 60. S. Vitalianus 27. Januar. Rom. mart. 61. S. Agatho sanctitate & doctrinâ conspicuus quievit in pace 10. Januarii, Rom. mart. 62. S. Leo II. 63. S. Benedictus II. 7. Maii Rom. mart. 64. S. Sergius 9. Septēbris Rom. mart. 65. S. Gregorius II. Leonis Isaurici impietati acerrimè restitit, & sanctum Bonifacium ad prædicandum in Germaniam misit 13. Februarii, Rom. mart. 66. S. Gregorius III. sanctitate meritisque præclarus migravit in cœlum 29. Novembris Rom. mart. 67. S. Zacharias Dei Ecclesiam summâ vigilantiâ gubernavit & clarus meritis quievit in pace 15. Martii, Rom. mart. 68. S. Paulus 28. Junii Rom. martyr. 69. S. Paschalis I. plurima sanctorum Martyrum corpora è cryptis levavit, & in diversis Ecclesiis honorificè collocavit 14. Maii, Rom. mart. 70. S. Leo IX. virtutum & miraculorum laude insignis, 19. Aprilis Rom. mart. 71. Salerni depositio S. Gregorii VII. Ecclesiasticæ libertatis propugnatoris ac defensoris acerrimi 25. Maii, Rom. mart. 72. Cœlestinus V. fastis sanctorū adscriptus à Joanne XXII. in Cōcilio Viennensi.

## §. 2.

## *Episcopi Sancti Italiæ.*

I. In Latio. QUod si antiquas Diœceses perlustremus, deprehendemus eas prima fidei & sanctimoniæ semina, propagationem, fomentum post Apostolos à sanctis Episcopis Eliani zeli ac virtutum veris sectatoribus accepisse. Horum nonnullos breviter recensebimus, utendo verbis ipsis Sanctorum præcipuè Romani Martyrologii. Intentum meum non est vel cunctos Episcoparus, vel omnes sanctos Episcopos referre, aut unum alteri anteponere, vel postponere: sed dumtaxat ostendere quantùm Episcopalis dignitas Ecclesiæ sit utilis.

II. Apud Ostia Tiberina passi sunt sub Ulpiano Præfecto tempore Alexandri, S. Quiriacus Episcopus, Maximus Præsbyter, Archelaus Diaconus, & socii 23. Augusti ex Romano Martyrologio. In Portu Romano S. Hyppolitus Episcopus Portuensis eruditione clarissimus sub Alexandro Imperatore ob præclaram fidei confessionem, manibus, pedibusque ligatis in altam foveam aquis plenam præcipitatus martyrii palmam accepit, cujus corpus à Christianis apud eundē locum sepultum fuit 22. Augusti Roman. mart. Bononiæ S. Guarinus Episcopus Cardinalis Prænestinus vitæ sanctitate conspicuus, 6. Januarii, Roman. mart. Lugduni S. Bonaventura Cardinalis & Episcopus Albanensis, Confessor & Doctor Ordinis Minorum, doctrinâ & vitæ sanctitate celeberrimus, 14. Julii, Rom. mart. Honorius II. Purpurâ donavit Matthæū Monachum Cluniacensem, virum moribus sanctissimum, ac in rebus gerendis prudentissimum, ut patet ex diversis legationibus pro sede Apostolicâ susceptis ac prudentissimè administratis, eumque creavit Episcopum Albanensem, Baronius ad annum 1126. 1127. 1130. S. Conrardus Cardinalis Portuensis; Annales Bojorum. B. Paulus Episcopus Tiburinæ, Annales Bojorum. S. Giraldus Episcopus Veliternus 7. Decembris, Molanus Anagniç. S. Petrus Episcopus monasticâ primùm observantiâ, deindè pastorali vigilantiâ clarus in Domino quievit 3. Augusti Rom. mart. Ibidem S. Magnus Episcopus in persecutione Decii necatus 19. Augusti, Rom. mart.

III. In Umbria. Perusiæ Sanctus Constantius Episcopus & Martyr, unà cum sociis sub Marco Aurelio Imperatore ob fidei defensionem martyrii coronam accepit 29. Januarii Rom. mart. Ibidem S. Heraclius Episcopus jussu Totilę regis Gothorum decollatus est 7. Novembris, Roman. martyr. Spoleti S. Fœlix Episcopus sub Maximiano Imperatore martyrii palmam adeptus est 18. Maii, Roman. martyr. Ibidem 33. Martyres Sabianus Episcopus, Exuperantius, & Marcellus Diaconi, ac Venustianus Præses cum uxore & filiis sub Maximiano, &c. Ex quibus Sabinus post manuum detruncationē & diutinam carceris macerationem ad mortem usque cæsus est 30. Decembris, Romano martyrol. Reate,

S. Probus

S. Probus Epiſcopus, cui morienti Juvenalis & Eleutherius martyres adfuerant, 15. Martii, Rom. mart. Tuderti S. Calliſtus Epiſcopus martyrio coronatus eſt 14. Auguſti, Rom. mart. Ibidem S. Caſſianus Epiſcopus & Martyr ſub Diocletiano Imperatore 13. Auguſti, Rom. mart. Item S. Terentianus Epiſcopus & Martyr ſub Hadriano Imperatore Lætiani Proconſulis juſſu æquuleo & ſcorpionibus cruciatus, demùm abſciſsâ linguâ capitis damnatus martyrium complevit 1. Septembris, Rom. mart. Item S. Fortunatus Epiſcopus (ex Beato Gregorio) in effugandis ſpiritibus immundis immenſæ virtutis gratiâ emicuit 14. Octobris, Roman. mart. Narniæ S. Caſſius ejuſdem Civitatis Epiſcopus, de quo S. Gregorius refert quod nullus penè dies vitæ ejus abſcedebat, quo omnipotenti Deo hoſtias placationis non offerret: Cui & concordabat vita, quia cuncta, quæ habebat in eleemoſynis tribuens in horâ ſacrificii totus in lacrymas diſſluebat. Demum natalitio Apoſtolorum die, quo ſingulis annis Romam venire conſueverat, cùm Miſſarum ſolemnia celebraſſet, & Corpus Dominicum, pacemque omnibus dediſſet, migravit ad Dominum 29. Junii, Rom. mart. Ibidem S. Proclus Epiſcopus poſt multa egregia opera juſſu Totilæ regis Gothorum decollatus eſt 1. Decembris, Rom. mart.

IV. Interamnæ S. Valentinus Epiſcopus poſt diutinam eædem cuſtodiæ mancipatus, cum ſuperari non poſſet, mediæ noctis ſilentio ejectus è carcere decollatus eſt juſſu Placidi urbis Præfecti 15. Februarii, Rom. mart. S. Proculus ejuſdem civitatis Epiſcopus martyrii palmam adeptus eſt 14. Aprilis, Rom. mart. Ibidem S. Anaſtaſius Epiſcopus 17. Auguſti, Roman. mart. Ameriæ S. Himerius Epiſcopus cujus corpus Cremonam tranſlatum eſt 17. Junii, Rom. mart. Apud Canſerinum S. Anſelmus Epiſcopus 13. Martii, Rom. mart. Eugubii S. Vbaldus Epiſcopus miraculis clarus, 16. Maii, Rom. mart.

V. Piceni. Aſculi S. Emygdius Epiſc. & martyr à S. Marcello Papâ Epiſcopus ordinatus, & illuc ad prædicandum Evangelium miſſus, in confeſſione Chriſti ſub Diocletiano Imperatore martyrii coronam accepit 5. Auguſti, Rom. mart. Firmi S. Alexander Epiſcopus & Martyr 11. Januarii, Rom. mart. S. Philippus Epiſcopus & Martyr 22. Octobris, Rom. mart. S. Severinus Epiſcopus Septempedanus 8. Junii, Rom. mart. Fuligini S. Felicianus à Victore Papâ illius civitatis Epiſcopus ordinatus poſt multos labores in ultimâ ſenectute ſub Decio Imperatore martyrio coronatur 24. Januarii, Roman. mart. Anconæ S. Marcellinus Epiſcopus urbem illam (ut S. Gregorius ſcribit) divinâ virtute ab incendio liberavit, 9. Januarii, Rom. mart. Auximi S. Bereventus Epiſcopus 22. Martii, Rom. mart. Tarracinæ S. Epaphroditus Apoſtolorum diſcipulus à B. Petro Apoſtolo Epiſcopus illius Civitatis ordinatus 22. Martii. Roman. mart.

VI. In Tuscia, Corsica, Liguria. Florentiæ S. Zenobius ejuſdem civitatis Epiſcopus, vitæ ſanctitate & miraculorum gloriâ conſpicuus 25. Maii, Rom. mart. S. Andræas ejuſdem Civitatis Epiſcopus 26. Februarii, Rom. Mart. Baronius annotat ſucceſſiſſe S. Zenobio. Ibidem S. Antoninus Epiſcopus Ordinis Prædicatorum, ſanctitate & doctrinâ celebris 2. Maii Rom. mart. S. Andræas Corſinus Ordinis Carmelitarum Epiſcopus Feſulanus miraculis clarus, quem Urbanus VIII. faſtis ſanctorum aſcripſit 6. Januarii Rom. mart. S. Donatus Scotus ejuſdem Civitatis Epiſcopus 22. Octobris, Rom. mart. Ibidem S. Alexander Epiſcopus & Martyr 6. Junii, Rom. mart. Item S. Romulus Epiſcopus & Martyr diſcipulus B. Petri Apoſtoli, & ab eodem miſſus ad prædicandum Evangelium, cùm in multis Italiæ locis annuntiaſſet, rediens Feſulas ſub Domitiano Principe martyrio coronatus eſt cum ſuis ſociis 6. Julii, Rom. mart. Aretii Sancti Martyres Gaudentius Epiſcopus, & Calmatius Diaconus tempore Valentiniani furore Gentilium cæſi ſunt 19. Julii, Rom. mart. Ibidem S. Donatus Epiſcopus & Martyr inter cætera virtutis opera (ut ſcribit D. Gregorius Papa)

Papa) fractum à Paganis calicem sanctum orando instauravit, hic in persecutione Juliani Apostatę à Quadratiano Augustali comprehensus cum idolis sacrificare noluisset, gladio perfossus martyrium consummavit 7. Augusti Rom. mart.

VII. Ferenti S. Redemptus Episcopus (cujus meminit S. Gregorius Papa) 8. Aprilis Rom. mart. Ibidem S. Bonifacius Episcopus (ut scribit B. Gregorius Papa) à pueritiâ, sanctitate & miraculis claruit 14. Maii, Rom. mart. Lucæ S. Paulinus à B. Petro primus ejusdem civitatis Episcopus ordinatus sub Nerone ad radices montis Pisani post multos agones martyrium suum cum aliis sociis consummavit 12. Julii, Rom. mart. Ibidem Sanctus Frigidian Episcopus virtute miraculorum illustris 18. Martii, Roman. mart. Populonii S. Cerbonius Episcopus (ut S. Gregorius scribit) in vitâ & morte clarus 10. Octobris, Rom. mart

VIII. Genuæ S. Salomon Episcopus 28. Septembris, Rom. mart. Taurini sanctus Maximus Episcopus doctrinâ & sanctitate celeberrimus 25. Junii, Roman. mart. In Civitate Casalensi S. Evasius Episcopus, Martyr occubuit 1. Decembris, Rom. mart. Mantuæ S. Anselmus Episcopus 18 Martii, Rom. mart. Baronius ad annum Christi 1086. scribit eum non fuisse Episcopum Mantuanum, sed Lucensem, qui mox post obitum innumeris ac præclaris cœpit clarere miraculis, undè & multi Schismatici ad communionem Catholicam reversi sunt, cùm viderent per Episcopum qui verbis & scriptis Gregorium Papam defendere nunquam cessaverat, eundemq; semper ut magistrum in omnibus imitari quæsierat, Guibertum verò adeò constanter improbaverat, tot, tantisque editis miraculis.

IX. Mediolani S. Caius Episcopus discipulus B. Barnabæ Apostoli Sanctos Gervasium & Protasium baptisavit, & multa in persecutione Neronis passus in pace quievit 27. Septembris, Rom. mart. S. Maternus ejusdem civitatis Episcopus sub Maximiano Imperatore pro Christi fide, & pro Ecclesiâ sibi commissâ in carcerem detrusus, & sæpè verberibus cæsus, tandē multis confessionibus clarus obdormivit in Domino 18. Julii Rom. mart. Ibidem S. Calimerus Episcopus & Martyr in persecutione Antonini comprehensus vulneribus confossus, cervicibusque gladio transverberatus præceps in puteum dejectus martyrii cursum confecit 31. Julii, Rom. mart. Ibidem ordinatio sancti Ambrosii Episcopi & Ecclesiæ Doctoris, cujus sanctitate & doctrinâ universalis Ecclesia decoratur 7. Decembris, Rom. mart. cujus studio (inquit idem Martyrologium Romanum) inter cætera doctrinæ & miraculorum insignia tempore Arianæ pertidiæ tota ferè Italia ad Catholicam fidem conversa est. S. Anathalon Episcopus B Barnabæ Apostoli discipulus in ejus locum Ecclesię Mediolanensis Episcopus successit 25. Septembris, Roman. mart. S. Mirocles, ejusdem Civitatis Episcopus, cujus aliquando meminit sanctus Ambrosius, 3. Decembris, Rom. mart. Ibidem S. Eugenius Episcopus 30. Decēbris, Rom. mart. S. Martinianus Episc 2. Januarii, Rom. mart. S. Joannes Bonus 10. Januarii, Rom. mart. S. Datius Episcopus, cujus meminit B. Gregorius, 14. Januarii, Rom. mart. S. Honoratus Episcopus 8. Februarii, Rom. mart. S. Honoratus Episcopus 11 Februarii, Roman. mart. S. Mansuetus Episcopus 19. Februarii Rom. mart. S. Benedictus Episcopus 11. Martii, Rom. mart. S. Guldinus Episcopus concione adversus hæreticos expletâ spiritum Deo reddidit 18. Aprilis, Rom. mart. S. Marolus Episcopus 23. Aprilis, Roman mart. S. Venerius Episcopus, cujus virtutes sanctus Joannes Chrysostomus in epistolâ ad eum scriptâ testatas reliquit, 4. Maii, Rom. mart. S. Dionysius Episcopus ab Imperatore Constantio Ariano in Cappadociam pro fide Catholicâ relegatus, ibidem propiore Martyribus titulo spiritum Deo reddidit, ejus sacrum Corpus ab Aurelio Episcopo Mediolanum transmissum est ad B. Ambrosium, cui piæ actioni officium quoque S. Basilii magni accessisse traditur 25. Maii Rom. mart.

S. Geruntius

S. Geruntius Epiſcopus 5. Maii, Rom. mart. S. Senator Epiſcopus, virtute & eruditione clariſſimus floruit 28. Maii, Rom. mart. S. Euſtorgius I. Epiſcopus 18. Septembris, Rom. martyr. S. Euſtorgius II. ejuſdem civitatis Epiſcopus 6. Junii, Rom. mart. S. Euſebius Epiſcopus, 12. Auguſti Rom. mart. S. Simplicianus Epiſcopus, SS. Ambroſii & Auguſtini teſtimonio celebris, 16. Auguſti, Rom. mart. S. Auxanus Epiſcopus 3. Septembris, Rom. mart. S. Glicerius Epiſcopus, 20. Septembris Rom. mart. Ibidem cùm de Epiſcopo eligendo ageretur S. Monas cæleſti lumine circumfuſus eo ſigno mirabiliter in Epiſcopum illius Eccleſiæ eſt aſſumptus, 12. Octobris Roman. mart. S. Magnus Epiſcopus, 5. Novembris, Rom. mart. S. Benignus in magnâ barbarorum perturbatione Eccleſiam ſibi commiſſam ſummâ conſtantiâ & religione adminiſtravit, 20. Novembr. Rom. mart. S. Protaſius Epiſc. apud Conſtantem Imperatorē & in Concilio Sardicenſi cauſam Athanaſii defendit, ac pro Eccleſiâ ſibi commiſsâ, & pro religione multis perfunctus laboribus migravit ad Dominum 24. Novembris, Rom. mart. S. Caſtritianus Epiſcopus in maximâ Eccleſiæ perturbatione virtutum meritis, ac rerum piè, religioseq; geſtarū laude enituit, 1. Decembris, Roman. mart. S. Antoninus Epiſcopus, 31. Octobris. Rom. mart. S. Carolus Borromæus Epiſcopus Cardinalis, quem ſanctitate conſpicuum, & miraculis clarum Paulus V. in ſanctorum numerum retulit.

X. Vercellis, S. Euſebius Epiſcopus, ob confeſſionem fidei Catholicæ à Conſtantio Principe Scytopolim, & indè in Cappadociam relegatus, poſtmodùm ad Eccleſiam ſuam reverſus, perſequentibus Arianis, Martyrium paſſus eſt 1. Auguſti, Roman. mart. S. Æmilianus ejuſdem civitatis Epiſcopus, 11. Septembris, Rom. martyrol. Comi, S. Fœlix I. hujus Civitatis Epiſcopus 14. Julii, Rom. mart. Laude, S. Baſſianus Epiſcopus adverſus hæreticos unà cum S. Ambroſio ſtrenuè decertavit, 19. Januarii, Rom. mart. Cæſenæ, S. Maurus Epiſcopus virtutibus & miraculis clarus 29. Januarii, Rom. mart. Dertonæ S. Martyanus Epiſcopus & Martyr 27. Januarii, Molanus. Ibidem S. Innocentius Epiſcopus 17. Aprilis, Molanus. Novariæ S. Gaudentius Epiſcopus 22. Ianuarii, Rom. mart. Ibidem S. Agapius Epiſcopus 10. Septembris, Roman. martyr.

Brixiæ ſanctorum Epiſcoporū Gemini & Albini vita miraculis extitit glorioſa, 5. Februarii, Roman. mart. Ibidem S. Fauſtinus Epiſcopus 16. Februarii. S. Clateus Epiſcopus & Martyr ſub Nerone Imperatore 4. Iunii. S. Paternus Epiſcopus 21. Februarii, Rom. mart. S. Fœlix Epiſcopus 23. Februarii Rom. mart. S. Trajanus Epiſcopus 3. Martii Rom. mart. S. Gaudiotus Epiſcopus 7. Martii, Roman. mart. S. Latinus Epiſcopus 24. Martii, Rom. mart. S. Honorius Epiſcopus 24. Aprilis Rom. mart. S. Theophilus Epiſcopus 27. Aprilis, Rom. martyr. S. Paulinus Epiſcopus 29. Aprilis, Roman. martyr. S. Anaſtaſius Epiſcopus 20. Maii, Rom. mart. S. Silvinus Epiſcopus 28. Septembris, Roman. mart. S. Herculanus Epiſcopus 12. Auguſti, Rom. mart. S. Vigilius Epiſcopus 26. Septembris, Rom. mart. S. Optatianus Epiſcopus 14. Julii, Rom. mart. S. Apollonius Epiſcopus 7. Julii Rom. mart. S. Philoſtrius Epiſcopus adverſus hæreticos præſertim Arianos, à quibus multa paſſus eſt, plurimum verbis ſcriptisque pugnavit, demùm clarus miraculis Confeſſor in pace quievit, 18. Julii, rom. mart. S. Clateus epiſcopus ſub Nerone Imperatore Martyr occubuit 4. Junii, Rom. mart. S. Gaudentius Epiſcopus eruditione & ſanctitate conſpicuus 25 Octobris, S. Dominator Epiſcopus 5. Novembris, Rom. mart. S. Urſicinus Epiſcopus, 1. Decembris, Rom. mart. S. Deuidedit Epiſcopus 10. Decembris Roman. mart. S. Domininus Epiſcopus 20. Decembris Rom. mart. S. Evaſius Epiſcopus 2. Decembris, Roman. martyr. Apud Vapingum Oppidum S. Conſtantinus Epiſcopus 12. Aprilis, Rom. martyrol. XI.

Apud Ticinum, S. Juventius Epiſcopus, qui à B. Hermagorâ diſcipulo XII.

S. Marci Evangelistæ ad eam urbem unà cum S. Syro directus est, & ambo illic Christi Evangelium prædicantes, & magnis virtutibus ac miraculis coruscantes urbes vicinas divinis operibus illustrarunt, sicque in Pontificali honore glorioso fine quieverunt in pace 11. Septembris, Rom. mart. Papiæ. S. Maximus Episcopus 8. Januarii, Rom. mart. Ibidem S. Crispinus Episcopus 7. Januarii, Rom. mart. S. Epiphanius Episcopus 21. Januarii, Rom. mart S. Armentarius Episc. 30. Januarii, Rom. mart. S. Juventius Episcopus strenuè in Evangelio laboravit 8. Februarii, Rom. mart. S. Anastasius 29. Maii, Rom. mart. S. Damianus Episcopus 12. Aprilis, Rom. mart. S. Petrus Episcopus 7. Maii, Rom. mart. S. Theodorus Episcopus 20. Maii. S. Urcisenus Episcopus 21. Junii. Rom. mart. S. Felix Episcopus & Martyr 15. Julii Rom. mart. S. Fulcus Episcopus 26. Octobris. S. Ennodius Episcopus 17. Julii, Rom. mart. S. Dalmatius Episcopus & Martyr in persecutione Maximiani passus 5. Decembris Rom. mart. S. Syrus I. ejusdē civitatis Episc. Apostolicis signis & virtutibus claruit 9. Decembris Rom. mart. S. Pompeius Episc. 14. Decembris, Rom. mart.

XIII. Apud Tridentum, S. Vigilius Episcopus, cùm Reliquias idololatriæ penitus extirpare conaretur, à feris & barbaris hominibus lapidū imbre percussus pro Christi nomine Martyrium implevit 20. Iulii, Rom. mart. Bergomi S. Joannes Episcopus ob fidem Catholicam ab Arrianis occisus est. 11. Iulii, Rom. mart. S. Viator ejusdē civitatis Episc. 14. Decemb. Rom. mart. S. Constantinus Episc. Sabionēsis, ita annales Bojorum. S. Ingenuus ejusdem civitatis Episcopus, ita Annales Bojorum. Terdone, S. Marcianus Episcopus & Martyr sub Trajano pro Christi gloriâ occisus coronatur 6. Martii, Rom. mart. Ibidem S. Innocentius Episcopus 17 Aprilis, Rom. mart.

XIV. In Romandiola. S. Apollinaris ab Apostolo Petro Romæ ordinatus, & Ravennam missus, pro fide diversas & multiplices pœnas passus est, postea in Æmiliâ Evangelium prædicans plurimos ab idolorum cultu revocans, tandem Ravennam reversus, sub Vespasiano Cæsare glorioſum Martyrium consummavit 23. Julii, Rom. mart. Ibidē S. Ioannes Episcopus 12. Januarii, Rom. mart. S. Agapetus Episcopus 16 Martii Rom. mart. S. Severus ob præclara merita signo columbæ fuit electus ejusdem civitatis Episcopus, 1. Februarii, Rom. mart. S. Exuperantius Episcopus 29. Maii. S. Calocerus Episcopus 11. Februarii. S. Eleucarius Episcopus 14. Februarii, Rom. mart. S. Maximianus Episcopus 21. Februarii. S. Marcianus Episcopus 22. Maii, Rom. mart. S. Datus Episcopus 3. Iulii, Rom. mart. S. Aderitus Episcopus 27. Septembris, Rom. mart. S. Marcellinus Episcopus, 5. Octobris. Rom. mart. S. Probus Episcopus, miraculis clarus 10. Novembris. Roman. mart. S. Ursus Episcopus 13. Aprilis, Rom. mart. Apud Forum, S. Petrus Ravennas cognomento Chrysologus, doctrinâ & sanctitate conspicuus, 2. Decembris, Roman. mart. S. Mercurialis Episcopus 23. Maii, Rom. mart. Baronius notat fuisse Episcopum Forolivienſem. Cæsenæ S. Maurus Episcopus, virtutibus & miraculis clarus, 20. Januarii, Rom. mart Arimini, S. Gaudentius Episcopus & Martyr 14. Octobris, Rom. mart.

XV. In Æmilia. Bononiæ, S. Zama I. ejusdem civitatis Episcopus, à S. Dionysio Romano Pontifice ordinatus, illuc Christianam fidem mirificè propagavit, 24. Januarii, Rom. mart. S. Faustinianus ejusdem civitatis Episcopus, hanc Diocletiani persecutione vexatā verbo prædicationis firmavit, & auxit, Rom. mart. 26. Februarii. S. Basilius à S. Sylvestro Papâ ordinatus, verbo & exemplo creditam sibi Ecclesiam sanctissimè gubernavit, Rom. mart. 6. Martii. S. Jucundus Episcopus Roman. mart. 14. Novembris. S. Petronius Episcopus, doctrinâ, miraculis, & sanctitate claruit, Rom. mart. 4. Octobris. S. Tertullianus Episcopus, Rom. mart. 27. Aprilis. S. Theodorus Episcopus, meritis clarus, Rom. mart. 5. Maii. S. Proculus Episcopus & Martyr, sub Maximiano Imperatore passus, Rom mart. 1. Junii. S. Paternionus Episcop. Rom. mart. 12 Iunii,

S. Felix

S. Fælix ejusdem civitatis Episcopus, qui antea Mediolanensis Ecclesiæ sub S. Ambrosio Diaconus fuerat, Rom. mart. 4. Decembris. S. Eusebius Episcopus, Rom. mart. 26. Septembris.

XV. Parmæ, S. Bernardus Cardinalis ejusdem Civitatis Episcopus. Roman. mart. 4. Decembris. Mutinæ, S. Gemimianus Episcop. miraculorum gloriâ illustris, Rom. mart. 31. Januarii, addit Baronius hunc interfuisse Synodo habitę Mediolani adversus Jovinianũ Hæresiarcham, illiąue scripsisse. Ibidem S. Domitianus Episcopus, Molanus 10. Januarii. Placentiæ S. Sabinus Episcopus, miraculis clarus, Roman. mart. 11. Decembris.

XVI. In Sardinia. Ex innumeris Sardiniæ unicum proferam S. Simplicium Episcopum & Martyrem, qui Diocletiani tempore sub barbaro Præside perfossus lanceâ Martyrium consummavit, Rom. mart. 15. Maii, addit Baronius se accepisse ejus Martyrii acta & sociorum ejus ex Sardiniâ Insulâ.

XVII. In Venetia, Lombardia, & Dalmatia. Aquileiæ, S. Hilarius Episcopus & Tatianus Diaconus sub Numeriano Imperatore & Beronio Præside post equuleos atque alia tormenta unà cum Fælice, Largo, & Dionysio Martyrium terminarunt, Rom. mart. 16. Martii. Apud Comum, S. Abundius Episcopus, Rom. mart. 2. Aprilis, addit Baronius, quod hic fuit celebris tum sanctitate, tum eruditione, & interfuit Synodo Mediolanensi sub Eusebio Episcopo tempore S. Leonis, hunc etiam ad reparandas acerbissimas clades Orientalis Ecclesiæ ex illo latrocinio Ephesino nuper illatas, sanctus Leo maximi ponderis credidit legationem (ut testantur ejusdẽ Pontificis litteræ ad Theodosium Imperatorem 34. & ad Pulcheriam Augustam 36.) qui quidem unà cum ejusdem legationis Collegis ex sententiâ fœliciſſimèque negotium confecit. Habitâ enim tunc Synodo in primis Constantinopolitanum Episcopum Anatolium, Maximum Antiochenum, aliosque lapsos Episcopos ad Catholicam fidem & Ecclesiæ unitatem redeuntes suscepit, eosdemque sedibus restituit. Ibidem sanctus Amantius Episcopus sancti Abundii prædecessor, Roman. martyr. 8. Aprilis.

Patavii, S. Prosdocimus primus ejusdem Civitatis Episcopus à Beato Petro ordinatus, missus est ad illam urbem ad prædicandum Dei verbum, ubi multis miraculis & prodigiis coruscans beato fine quievit 7. Novembris, Rom. mart. S. Maximus ejusdem Civitatis Episcopus, miraculis clarus, beato fine quievit, Rom. mart. 1. Augusti. Ibidem S. Fidentius Episcopus Roman. mart. 16. Novembris: Hunc Martyrio coronatum fuisse refert Petrus in Catalogo lib. 10. cap. 66. Item. S. Bellinus Episcopus & Martyr, Rom. mart. 26. Decembris. S. Nicæas Romantianæ Civitatis Episcopus, doctrinâ, sanctisque moribus clarus, Rom. mart. Junii 22. Veronæ S. Zeno Episcopus, inter procellas persecutionis eam Ecclesiam mirâ constantiâ gubernavit, & Gallieni tempore Martyrio coronatus est. Rom. mart. Aprilis 12. Ibidem S. Maurus Episcopus, Roman. mart. Novembris 21. S. Cerbonius Episcopus Rom. mart. Octobris 10. S. Lupus Episcopus Roman. mart. 2. Decembris. S. Luperius Episcopus, Rom. mart. Novembris 19. S. Verecundus Episcopus Rom. mart. Octobris 22. S. Petronius Episcopus Rom. mart. Septembris 6. S. Silvinus Episcopus. Rom. mart. 12. Septembris. S. Euprepius Episcopus, Rom. mart. 21. Augusti. S. Proculus Episcopus, in persecutione Diocletiani colaphis, & fustibus cæsus & Civitate pulsus, tandem ad Ecclesiam suam restitutus quievit in pace, Rom. mart. Decembris 9. S. Agapius Episcopus, Roman. mart. 4. Augusti. S. Fælix Episcopus, Rom. mart. 19. Julii. S. Valens Episcopus Rom. mart. 26. Julii. S. Joannes Episcopus, Rom. mart. 6. Junii. S. Maximus Episcopus Rom. mart. Maii 28. S. Lupicianus Episcopus, Rom. mart. Maii 31. S. Alexander Episcop. Rom. mart. 4 Junii. S. Saturninus Episcopus, Rom. mart. Aprilis 8. S. Lucidus Episcopus, Roman. mart. 26. Aprilis, S. Gaudentius Episcop. Rom. mart. Februarii 12. S. Probus Episcop. Rom. mart. Januarii 12. XVIII.

XIX. Opitergii, S. Magnus Episcopus, Rom. mart. 6. Octobris. Corfinii in Pelignis, S. Pamphilius Valuensis Episcopus, charitate in pauperes & gratiâ miraculorum illustris, cujus corpus Salmone conditum est, 28. Aprilis, Rom. mart. Apud Altimum S. Theonestus Episcopus & Martyr, ab Arianis occisus 30. Octobris, Rom. mart. Ibidem S. Heliodorus Episcopus, doctrinâ & sanctitate insignis, Roman. mart. 3. Julii, Baronius annotat eum interfuisse Concilio Aquileiensi, ubi adversus ingruentes Arianos unà cum S. Ambrosio conjunctis viribus strenuè decertavit. In Cretâ, S. Myro Episcopus, miraculis clarus, Rom. mart. 8. Augusti. Illum Græci Thaumaturgum vocant.

XX. In Campania. Neapoli, S. Asprem Episcopus à S. Petro Apostolo ab infirmitate curatus, deindè baptisatus, ejusdem civitatis Episcopus ordinatus fuit, 3. Augusti, Rom. mart. Ibidem S. Severinus Episcopus, frater S. Victorini Martyris, qui post multarum virtutum perpetrationem plenus sanctitate quievit, Rom. mart. 8. Januarii. S. Severus Episcopus inter alia admiranda mortuum suscitavit de sepulchro, ut mendacem creditorem viduæ & pupillorum falsitatis argueret, Roman. mart. 30. Aprilis. S. Pomponius Episcopus Rom. mart. 14. Maii. in eâdem Campaniâ S. Erasmus Episcopus & Martyr sub Diocletiano Augusto primùm plumbatis cæsus, deindè fustibus graviter mactatus, post resinâ, sulphure, plumbo, pice, cera, oleoque perfusus, illæsus apparuit, deindè Formiis sub Maximiano diversis atque immanissimis suppliciis iterùm cruciatus, sed ad confirmandum cæteros à Deo servatus, tandem vocante Domino Martyrio clarus, sancto fine quievit, cujus corpus Cajetam postea translatum est. Neapoli, S. Joannes Episcopus, quem beatus Paulinus Episcopus Nolanus ad cælestia regna vocavit, Rom. mart. 22. Iunii. Ibidem S. Athanasius Episcopus, ab impio nepote multa passus, ac sede pulsus verulis confectus ærumnis migravit in cælum tempore Caroli Calvi, Rom. mart. 15. Iulii. S. Gaudiosus Episcopus Africanus ob persecutionem Wandalicam in Campaniam veniens in Monasterio apud eam urbem condito sancto fine quievit, Rom. mart. 28. Octobris S. Agrippinus Episcopus Neapolitanus, miraculis claruit, Rom. mart. 10. Novembris.

Nolæ in eadem Campaniâ S. Paulinus Episcopus, ex nobilissimo & opulentissimo factus est pro Christo pauper & humilis, & quod supererat seipsum pro redimendo viduæ filio, quem Wandali Campaniâ devastatâ captivum in Africam abduxerant, in servitutem dedit, &c. Rom. mart. 22. Ianuarii. S. Maximus ejusdem civitatis Episcopus, Rom. mart. 15. Ianuarii. Ibidem S. Fœlix Episcopus & Martyr à 15. anno miraculorum gloriâ claruit, & sub Marciano cum aliis triginta agonem martyrii cõplevit, Rom. mart. 15. Novembris. Romæ in suburbano S. Victorinus Episcopus, & Martyr, qui sanctitate & miraculis clarus, sacerdotium Amiterninæ urbis totius populi electione adeptus est, postmodum sub Nervâ Trajano apud Cutilias, ubi putentes & sulphureæ emanant aquæ cum aliis Dei servis relegatus, ab Aureliano judice jussus est suspendi capite deorsum, quod cùm per triduum pro nomine Christi passus fuisset gloriosè coronatus, victor migravit ad Dominum, cujus corpus Christiani rapientes honorificâ sepulturâ Amiterni condiderunt, Rom. mart. 5. Septembris

XXI.

Puteolis in Campania, S. Martyres Ianuarius Beneventanę civitatis Episcopus, Festus ejus Diaconus, & Desiderius Lector, Sosius Diaconus Ecclesiæ Misenatis, Proculus Diaconus Puteolanus, Eutyches & Acutius post vincula, & carceres, capite cæsi sunt sub Diocletiano Principe. Corpus S. Ianuarii Neapolim fuit delatum, atque honorificè in Ecclesiâ tumulatum, ubi etiam beatissimi Martyris sanguis in ampullâ vitreâ adhuc servatur, qui in conspectu capitis illius positus, velut recens liquescere & ebullire conspicitur, Rom. mart. 19. Septembris. Apud eandem urbem Beneventanam S. Barbatus Episcopus sanctitate celebris Longobardos & eorum Ducem

XXII.

ad

ad Christum convertit, Rom. mart. 19. Februarii.

XXIII. Capuæ, S. Rufus Episcopus & Martyr cùm esset Patritiæ dignitatis à beato Apollinari S. Petri discipulo cum universâ familiâ baptisatus, Roman. mart. 27. Augusti. Ibidem S. Priscus Episc. unus fuit ex illis sacerdotibus qui in persecutione Wandalorum ob fidem Catholicam variè afflicti, & vetustæ navi impositi ex Africâ ad Campaniæ littora pervenerunt, & Christianam religionem in iis dispersi, diversisque Ecclesiis præfecti mirificè propagarunt, Rom. mart. 1. Septembris. Ité sancti Martyres Aristæus Episcopus, & Antoninus puer, Rom. mart. 3. Septembris. S. Pamphylus Episcopus, Rom. mart. 7. Septembris. S. Rufinus Episcopus Rom. mart. 26. Augusti. S. Paulinus Episcopus, Rom. mart. 10. Octobris. S. Vitalianus Episcopus Rom. mart. 16. Iulii. S. Gervianus Episcopus magnæ sanctitatis vir, cujus animam in horâ obitus ejus ab Angelis ferri sanctus Benedictus aspexit, Rom. mart. 30. Octobris. S. Castrensis Episcopus, Rom. mart. 11. Februarii. S. Decorosus Episcopus, Rom. mart. 15. Februarii. S. Bernardus Episcopus Rom. mart. 12. Martii.

XXIV. Apud Theanum S. Paris Episcopus Rom. mart. 5. Augusti Ibidem S. Theanus Episcopus, Rom. mart. 7. Decembris. Apud Aquinum S. Constantius Episcopus, Prophetiæ dono, multisque virtutibus clarus, Rom. mart. 1. Septembris. Patientiæ in Lucaiâ S. Gerardus Episcopus, Rom. mart. 30. Octobris. Apud Salernum, S. Eusterius Episcopus, Rom. mart. 19. Octobris. Ibidem, S. Verus Episcopus, Roman. mart. 23. Octobris. S. Gaudiosus Episcopus, 26. Octobris. Apud Nascum, Sanctus Amatus Episcopus Roman. mart. 31. Augusti. Canniſii in Apuliâ, S. Sabinus Episcopus, Roman. mart. 9. Februarii. Notat Baronius fuisse vitæ sanctitate spectatissimum, ac barbaris ipsis hostibus reverendum, sed in obeundis muneribus Ecclesiasticis vigilantissimum, siquidem functus est legatione Apostolicâ Constantinopoli adversus Anthimum hæreticum Patriarcham Constantinopolitanum post consulatum Belisarii indictione 14. anno Domini 536. ut apparet ex actione 1. quartæ OEcumenicæ Synodi. Apud Tarentum S. Cataldus Episcopus miraculis clarus Roman. mart. Maii 10. Brundisii S. Lencius Episcopus, quem S. Gregorius lib. 9. regiſtri cap. 73. appellat Martyrem beatissimum. Corſinii in Pelignis, S. Pelinus Episcopus Brundisinus, qui cùm sub Juliano Apostatâ cum ejus oratione Martis templi corruisset, à templorum Pontificibus dirissimè cæsus, atque octoginta & quinque vulneribus confossus Martyrii coronam promeruit, Rom. mart. 5. Decembris. Vigiliis in Apuliâ sancti Martyres Maurus Episcopus, Pantaleon, & Sergius Martyres, passi sub Trajano Rom. mart. 27. Julii.

XXV. In Sicilia, et Illyrico. Syracusis, S. Marcianus à B. Petro ordinatus Episcopus, post Evangelii prædicationem à Judæis occisus, est Rom. mart. Julii 14. Ibidē S. Zozimus Episcopus, Rom. mart. Martii 30. Item S. Maximinus Episcopus Rom. mart. Junii 9. Catanæ, S. Birillus à B. Petro Apostolo ordinatus Episcopus, cùm multos gentilium convertisset ad fidem, in ultimâ senectute quievit in pace, Rom. mart. Aprilis 21. Atinæ, S. Marcus à B. Petro Apostolo Episcopus ordinatus, Æquicolis primus sub Maximino Evangelium prædicavit, & in persecutione Domitiani sub Maximo Præside Martyrii coronam accepit, 28. Aprilis, Rom. mart. Sanctus Gerlandus Episcopus Agrigentinus, tempore Rogeri Comitis, Molanus 25. Februarii. Messanæ, S. Eleutherius Episcopus Illyricus cum Anthiâ matre qui cùm esset vitæ sanctimoniâ & miraculorum virtute illustris sub Hadriano Principe lectum ferreum ignitum, craticulam & sartaginem oleo, pice, ac resinâ ferventē superans, leonibus quoque projectus: sed ab iis nihil læsus, novissimè unà cum matre jugulatur, Roman. mart. Aprilis 18. Siciæ in Illyrico, S. Quirinus Episcopus, sub Galerio Præside pro fide Christi (ut Prudentius scribit) molari saxo ad collum ligato in flumen præcipitatus est, sed lapide supernatante cùm circumstantes Chri-



BIBLIOTECA ... ROMA VITTORIO EMANUELE

stianos nè ejus terrerentur supplicio, nevè titubarēt in fide, diu fuisset hortatus, ipse, ut Martyrii gloriam assequeretur, precibus à Deo, ut mergeretur, obtinuit, Rom. mart. Iunii 4. Firmii S. Iræneus Episc. & Martyr, qui tempore Maximiani Imperatoris sub Probo Præside primùm tormentis acerrimis vexatus, deindè diebus plurimis in carcere cruciatus, novissimè abciso capite cōsummatus est, Rom. mart. Martii 25.

## §. 3.

## *Episcopi Sancti Africæ.*

I. CErtum est ad religionem & sanctimoniam Ecclesiarum Africæ plantandam, propagandam, ac fovendam earum Episcopos plurimùm contulisse. Ibi Sancti Episcopi Donatianus, Præsidius, Mansuetus, Germanus, & Fusculus in persecutione Wandalicâ jussu Hunnerici regis Ariani, pro assertione Catholicæ veritatis fustibus dirissimè cæsi, exilio eliminati sunt, inter quos etiam Episcopus nomine Lætus, strenuus ac doctissimus Vir, post diuturnos carceris squallores incendio concrematus est, Roman. mart. 6. Septembris. Ibidem Sancti Confessores & Martyres quatuor millia, nongenti, sexaginta sex in persecutione Wandalicâ sub Hunnerico rege Ariano, qui cum essent partim Ecclesiarum Dei Episcopi, partim Præsbyteri & Diaconi, associatis sibi turbis fidelium populorum pro defensione Catholicæ veritatis in horribilis eremi exilium trusi sunt, ex quibus plurimi dum crudeliter à Mauris ducerentur, hastilium cuspidibus ad currendum impulsi & lapidibus tunsi, alii ligatis pedibus velut cadavera per dura & aspera loca tracti, & singulis membris discerpti, ad extremum variè cruciati Martyrium celebrarunt. Erant inter eos præcipui Domini Sacerdotes Fælix & Cyprianus Episcopi, martyrol. Roman. 12. Octobris. Hanc persecutionem fusius describit Victor Uticensis lib. 2. de persecutione Wandalicâ, & summatim Constitutio Justiniani C. de præf. Præt. Africæ.

II. Ibidem passio sanctorum Martyrū Papiniani & Mansueti Episcoporum, qui tempore ejusdem Wandalicę persecutionis sub Genserico rege Ariano pro fidei Catholicæ defensione candentibus ferri laminis toto corpore adusti glorioſum agonem consummarunt, quo etiam tempore alii sancti Episcopi Valerianus, Urbanus, Crescens, Eustachius, Cresconius, Crescentianus, Fælix, Hortulanus, & Florentianus damnati exilio, cursum vitæ suæ impleverunt, Roman. mart. 28. Novembris. Addit Victor lib. 1. & 3. quod Papinianus fuerit Episcopus Uticensis, Mansuetus Uticitanus, Valerianus Abensis, Urbanus Gitbensis, Crescens Aquitanus, Eustachius, sivè Eustathius Suferanus, Cresconius Eensis, Fælix Adrimentinus, Crescentianus, Hortulanus, & Florentinus duo Tripolitani, & tertius Vicessebratenus.

III. In eâdem Africâ sanctus Valerianus Episcopus, qui cum esset annorū plus octoginta in eâdem persecutione Wandalicâ sub Genserico rege Ariano conventus ab eo ut traderet Ecclesiæ utensilia, idque constanter renuisset, extra Civitatem singularis jussus est pelli, cùmque præceptum esset, ut nullus eum neque in domo, neque in agro dimitteret habitare, multo tempore in stratâ publicâ nudo sub aere jacens in confessione & defensione Catholicæ veritatis cursum beatæ vitæ complevit, Roman. mart. Decembris 15. Ibidem SS. Martyres Epiphanius Episcopus, Donatus, Rufinus, & alii tredecim. Roman. mart. Aprilis 7. Item Sancti Cyrillus Episcopus, Rogatus, Fælix, &c. Rom. mart. 8. Martii. S. Euphrasius Episcopus, Rom. mart. 14. Januarii. Baronius opinatur eum esse cui scripsit S. Cyprianus epist. 61. & interfuit Concilio Carthaginensi celebrato sub eodem Cypriano. Idem Baronius ad annum Christi 302. narrat, quod non defuerint in Africâ plurimi Præsules, qui tormenta, mortemque subire maluerunt, quàm sacros Codices comburendos judicibus tradere. Horum omnium primus fuisse reperitur Fœlix Episcopus Thibasensis, in

cujus

cujus Martyrio luna in sanguinem est conversa. S. Vindemialis Episcopus & Martyr, unà cum sanctis Episcopis Eugenio & Burgino doctrinâ & miraculis adversus Arianos decertans ab Hunnerico rege capite truncari jubetur.

IV. Carthagine, sancti Confessores Eugenius ejusdem Civitatis Episcopus, fide & virtutibus gloriosus, universus Clerus ejusdem Ecclesiæ, qui fere quingenti vel eo amplius in persecutione sub Hunnerico rege Ariano, cæde, inediâque macerati (inter quos plurimi etiam Lectores & Infantes) gaudentes in Domino, procul in exilio extrusi sunt. Erant etiam in iis nobilissimi Archidiaconus nomine Salutaris, & Marita secundus in officio Ministrorum, qui tertiò Confessores effecti gloriosæ in Christo perseverantiæ titulo illustrati sunt, Roman. mart. 13. Junii. S. Quot-vult Dei Episcopus Carthaginensis, unà cum Clero à Genserico rege Ariano in navibus fractis absque remigiis & velis impositus præter spem Neapolim appulit, ibique in exilio positus Confessor occubuit 26. Octobris. S. Restitutus Episcopus & Martyr in cujus solemnitate S. Augustinus de eo ad populum sermonem habuit, Rom. mart. 9. Decembris. S. Cyrus (in cujus festivitate S. Augustinus de eo sermonẽ ad populum habuit, Roman. mart. 14. Julii. S. Cyprianus Episcopus Carthaginensis sanctitate & doctrina clarissimus, sub Valeriano & Gallieno Principibus post durum exilium detruncatione capitis Martyrio cõsummavit sexto milliario à Carthagine, juxta mare Roman. mart. 14. Septembris.

V. Venusiæ in Apuliâ, passio S. Fœlicis Episcopi Africani, Audacti, &c. Januarii Præsbyterorum, Fortunati & Septimi Lectorum, qui tempore Diocletiani à Magdelliano Procuratore multis diu vinculis & carceribus in Africâ & Siciliâ macerati, cùm Fœlix nullatenus sacros libros juxta Imperatoris edictum tradere voluisset, tandem occisione gladii cõsummati sunt, Rom. mart. 24. Octobris. Beda ait Fœlicem fuisse Episcopum Tubrocensem, Ado Tibiurensem, Baronius Tibirensem.

VI. Hippone Regio, S. Augustinus & Ecclesiæ Doctor eximius, B. Ambrosii operâ ad Catholicam fidem conversus & baptisatus, eam adversus Manichæos aliosque hæreticos acerrimè propugnator defendit; multisque aliis pro Ecclesiâ Dei perfunctus laboribus ad præmia migravit in cælum, &c. Rom. mart. 28. Augusti. Ex quibus patet eum non tantùm pro suâ Diœcesi & Africanâ regione laborasse, sed etiam pro universali Ecclesiâ militante usque ad finem mundi. Sanctus Theogenes ejusdem civitatis Episcopus & alii triginta sex in persecutione Valeriani cõtemnentes mortem coronam vitæ æternę adepti sunt Rom. mart. 26. Januarii. Ibidem sanctus Alipius S. Augustini olim discipulus, postea in conversione socius, in munere pastorali collegâ, in certaminibus adversus hæreticos commilito strenuus, demùm in cælesti gloriâ consors fuit, Roman. mart. 15. Augusti. Addit Baronius eum interfuisse cum cæteris Africanis Episcopis Concilio Milevitano, quod Mileni in Numediâ est celebratum adversus emergentem Pelagii hæresim: adfuit etiam aliis Conciliis Carthaginensibus; functusque est legatione Romam ad Bonifacium papam, à quo humanissimè susceptus est. S. Firmus ejusdẽ Tagastensis Ecclesiæ Episc. gloriâ confessionis illustris fuit, Rom. mart. 31. Julii, de eo S. Augustinus lib. contra Mendacium ad Consentium cap. 13. hæc scribit. *Fecit hoc Episcopus quondam Tagastensis Ecclesia Firmus nomine, firmior in fide, &c.*

VII. S. Fulgentius Ecclesiæ Ruspensis Episcopus, tempore Wandalicæ persecutionis ob Catholicam fidem, eximiamque doctrinam ab Arianis multa perpessus, & in Sardiniam relegatus, tandem ad propriam Ecclesiam redire permissus, vitâ & verbo clarus, sancto fine quievit. Rom. mart. 1. Januarii. Notat Baronius S. Fulgentium fuisse unum ex numero illorum ducentorum Episcoporum, quos Trasamundus rex Wandalorum in Sardiniam relegavit, quibus B. Symmachus

papa

papa quotidie subsidia ministrari curavit, ut constat ex libr. de Romanis Pontificibus, qui fertur nomine Damasi, &c. S. Maximianus Episcopus Bagarensis à Donatistis iterùm atque iterùm sævissima passus, denique è turri præcipitatus, & pro mortuo derelictus, gloriâ confessionis illustris, postmodum quievit in Domino, Roman. mart. 3. Octobris. Uticæ S. Victor episcopus, Rom. mart. Augusti 23. Notat Baronius eum esse qui de persecutione Wandalicâ sub Genserico, & Hunnerico sæviente scripsit tres libros, eodemque tempore vixit, qualis autem, quantusque fuerit, ex iisdē libris metiri licet. In Roman. mart. 21. Maii. Fit mentio sanctorum Episcoporum & Præsbyterorum, qui ab Arianis exilio relegati sanctis Confessoribus sociari meruerunt. Eos fuisse Africanos & Ægyptios testatur S. Athanasius apologiâ de fugâ suâ, his verbis. *Illi autem ex Ægypto, Africâ, hos Episcopos ad fugam, exiliumque compulerunt Ammonium, Munum, Gaium, Philonem, Hermen, Plinium, Phinesum, Palemonem Agathonem, Anaghompon, Marcum Ammonium, & alterum ejusdem nominis, Marcum, Dracontium, Adelphum, Athenodorum: Præsbyteros verò Heracem, & Dioscorum, quos tantâ acerbitate rapuerunt, ut quidam in viâ, quidam in exilio mortem oppetierint, &c.* Hæc sanctus Athanasius. S. Venantius Episcopus & Martyr, Rom. mart. 1. Aprilis. Addit Baronius ex monumentis sanctæ Ecclesiæ Lateranensis fuisse Episcopum Dalmatam, vel Istruensem: alterum verò Venantium fuisse Episcopum Thynisæ in Africâ, ac interfuisse Concilio Carthaginensi sub Cypriano, ut constat ex actis illius Synodi.

S. Athan.

## §. 4.

## *In Germaniâ.*

### *Sancti Episcopi & Archiepiscopi Moguntini.*

I. SAnctus Crescens Discipulus sancti Pauli Apostoli fit primus Episcopus Moguntinus, Martyrio afficitur, ita Serarius libr. 2. rerum Moguntinarum cap. 2. & 7. S. Marinus seu Martinus, Serarius. S. Cretcentius, idem S. Cyriacus, idem. S. Hilarius Martyr, idem. S. Martinus, idem. S. Celsus Martyr, idem S. Lucius, idem. S. Gothardus, idem. S. Sophronius dictus à Bruschio & Cochlæo Suffronius, de quo Trithemius in vitâ sancti Maximi cap. 5. *Vir sanctus.* Cap. 18. *Vir per omnia sanctissimus.* S. Herigerius Martyr, Serarius. S. Rutterus vel apud Cochlæum Rudharius Martyr, S. Avitus vir doctus atque sanctissimus (inquit Trithemius cap. 5.) S. Ignatius Martyr, ita Serarius, S. Dionysius, ita Serarius. S. Rudbertus, ita Serarius. S. Adelhardus, ita Serarius. S. Lucius II. Martyrio affectus ab Arianis, vocatur à Trithemio in vitâ S. Maximi cap. 5. *Vir Apostolica atque sanctissima vitæ.* S. Maximus, ita Surius: B. Sigismundus *per omnia sanctissimus,* (inquit Trithemius in vitâ sancti Maximi cap. 18.) S. Aureus Martyr, ita Breviarium Moguntinum 16. Junii. S. Eutropius, ita Bucelinus. S. Bonifacius ex Monacho Excestriensi, & ex regum Anglorum sanguine oriundus, à Gregorio II. Romano Pontifice missus, munus Prædicatoris obiit in Frisiâ, Hassiâ, plurimosque Christianâ fide initiat, tandem Diœcesim Moguntinam suscipit cum titulo & dignitate Archiepiscopali, Martyrio coronatur, ita Serarius & alii. S. Lullus S. Bonifacii discipulus & successor de eo Rom. mart. 16. Octobris. B. Rabanus Maurus ex Abbate Fuldensi, ita Bucelinus. B. Stinderoldus ex Monacho Fuldensi occisus a Normanis, ita Bucelinus. S Bardo, de quo Sigibertus. *Bardonis sanctitas per multiam miraculorum gratiam patuit.*

### *SS. Episcopi Hildesiani, seu Hildesheymenses.*

S. Altfridus, sivè Alefridus ex Monacho Corbeiensi in Saxoniâ, ita Bucelinus. S. Bernardus, ita Bucelinus. S. Gotthardus, ita Bucelinus. II.

### *SS. Episcopi Constantienses.*

S. Beatus Constantiensis, seu potius Uidonensis Episcopus à Beato Petro Apostolo creatus, ita Bucelinus. S. Paternus Martyr, ita Rom. mart. III.

S. Laudo

S. Laudo Martyr, Rom. mart. 22. Septembris. S. Maximinus, Maximus, seu Maxentius. S. Gebhardus, aliis Gebaldus Comes Halpurgensis Martyr, Bucelinus. B. Noringus, ita Bucelinus. S. Conradus ex stirpe veteri Guelphorum potentissimorum Germaniæ Principum oriundus, Rudolphi Comitis Altforff filius, ex Roman. mart. 26. Novembris. S. Gebhardus Comes Brigantinus. B. Gebhardus Zarvigiæ Dux ex Monacho Hirsaugiensi postea S. R. E. Cardinalis Episcopus Albanensis, ita Bucelinus.

*SS. Episcopi Argentinæ.*

IV. S. Amandus, ita Molanus 15. Novembris. S. Arbogastus, ita Roman. mart. 21. Julii & Democharcs. S Florentius, Roman. mart. 7. Novembris. S. Justus, ex Bucelino. S. Maximus, ex eodem. S. Solarius ex eodem. S. Remigius, seu Remedius, seu Benignus è Principibus Alsatiæ, ex eodem.

*SS. Episcopi Spirenses.*

V. Venerabilis Jessius primus Episcopus Arianam perfidiam strenuè profligavit, ita Annales Spirentes. B. Reginobaldus ex Monacho Hirsaugiensi, illustrissimus genere, eruditione & sanctitate, ita Bucelinus. B. Reginobaldus ex Abbate S. Udalricæ Augustæ, ex eodem.

*SS. Episcopi Wormatienses.*

VI. Venerabilis Victor in Concilio Colonienſi cum aliis Episcopis Europæ Euphratem Archiepiscopum Arianũ exauctoravit, Bucelinus. S. Crotoldus sivè Crotoaldus, ex eodem. S. Rupertus è regiâ Anglorum stirpe seu Francorum, Beringero Comiti Præfecto Regio invisus virgis cæditur, sede deturbatur, Batavorũ fit Apostolus, ex eodem. S. Amandus è Ducibus Aquitaniæ, multarum gentium Apostolus, ex eodem. B. Anno ex Abbate Bergensi prope Magdeburgum, ex eodẽ. B. Hildebaldus frater Annonis ex eodem. S. Burchardus Annonis & Hildebaldi Episcoporum frater, ex eodem.

*SS. Episcopi Augustani.*

VII. S. Dionysius, ita Bucelinus. S. Sosymus Martyr, ex eodem. S. Victerbus, sive Vicerpus ex Abbate Eluacensi, ita idem. S. Thossio precibus sancti Magni Episcopus designatus, ex eodem. S. Simbertus è Ducibus Lotharingiæ, ex eodem. B. Neodegarius ex Abbate Uttemburano, idem. Sanctus Adalbertus ex Familiâ de Dilingen, & Abbate Eluacensi, idem. Sanctus Waldricus, ex eodem.

*SS. Episcopi Herbipolenses.*

S. Chilianus Episcopus & Martyr, VIII.
Rom. mart. 8. Julii. S. Burchardus, Rom. mart. 14. Octobris S. Arno, ita Bucelinus. S. Bruno Conradi Carinthiæ Ducis filius, scripsit commentarium in Psalmos, &c. Rom. mart. 17. Maii.

*SS. Episcopi Eystettenses.*

S. Wilbaldus Richardi Regis Angliæ filius, S. Bonifacii germanorum Apostoli ex sorore nepos, ita Bucelinus. Venerabilis Starchardus S. Udalrico longè charissimus ab infidelibus Hunnis cum Ottoni Magno Lycum pugnanti adesset captus & in flumine demersus, ex Bucelino. Venerabilis Gundecharus miris illustris à morte? ita Bucelinus. Venerabilis Ottho religiosissimus, primus & ultimus in choro. IX

*SS. Episcopi Paderbornenses.*

S. Hadinnarius vel Herimarus discipulus S. Burchardi, ita Bucelinus. X.
S. Meynanercus Comes Geltius cognatus S. Henrici Imperatoris, ita Bucelinus.

*SS. Episcopi Halberstattenses.*

S. Hildegrinus, ex Bucelino. Sanctus Thiagoinus, sivè Dietgranus, ex Bucelino. B. Haymo, Trithemius. XI.

*SS. Episcopi Verdenses.*

S. Suitbertus tempore Sergii Papæ XII.
apud Frisones, Batavos, & alios Germaniæ populos Evangelium prędicavit, Rom. mart. 1. Martii, Beda, Usuardus, Ado, & alii. S. Patro ex Monacho & Abbate Amarbaricensi. Sanctus Tauco Martyr, Bucelinus. S. Kortilla, aliis Nortyla, sivè Rortila ex Abbate Amarbaricensi Martyr. Bucelinus. S. Harrucus Martyr, Bucelinus. Beatus Ernulphus trucidatus à Danis, Bucelinus.

*SS. Episcopi Bambergenses.*

Venerabilis Ebehardus constitutus XIII.
à S. Henrico Cæsare, præfuit laudatissimè, Bucelinus. Venerab. Sindigerus,

sivè Suitgerus, post ad Pontificatum evectus, appellatus est Clemens II. S. Ottho Pomeranorum Apostolus, Bucelinus.

*SS. Archiepiscopi Colonienses.*

XIV. S. Maternus discipulus B. Petri Apostoli, Tungrenses, Colonienses, & Trevirenses, aliosq; finitimos populos ad Christi fidem perduxit, Roman. mart. 14. Septembris. S. Severinus Martyr. Rom. 23. Octobris, Beda, Ado, Usuardus, S. Evergistus Martyr, Roman. mart. Ado, Surius. S. Aquilinus, aliis Solinus S. Ursulam & socias Martyres suis manibus sepulturæ tradidit, Bucelinus. S. Cunibertus, Roman. mart. 12. Novembris S. Agilolphus ex Monacho Malmondiarensi Martyr, Bucelinus. S. Hildebertus, Bucelinus. S. Willibertus, Bucelinus. S. Bruno, Bucelinus. S. Herebertus, Bucelinus. S. Anno Rom. mart. 4. Decembris, S. Engelbertus pro defensione Ecclesiasticæ libertatis, & Romanæ Ecclesiæ obedientiâ martyrium subire non dubitavit, Rom. mart. 7. Novembris.

*SS. Episcopi Leodienses, sivè Tungrenses, & Trajectenses.*

XV. Episcopatum Tungrensem, seu Leodiensem fuisse conditum a sancto Materno indubitata fides est. Illi successit in Episcopatu Trevirensi & Tungrensi S. Navitus, quo extincto S. Marcellus utramque Diœcesim administrandam suscepit. In utraque S. Metropolus filius Ducis Lotharingiæ successit, ita Chapeavillus, Fizen, &c. Post hunc S. Severinus utriusque sedis Antistes designatus est, Chapeavillus, Fizen. Postea S. Florentius utramque sedem occupavit, ita citati Auctores. Dein S. Martinus Hasbanorum Apostolus, ita Bucelinus, Annales Leodienses, & Rom. mart. 22. Junii. S. Maximinus dum utramque sedem administraret S. Athanasium exulem humanissimè excepit, passus est gravia à Constantio Imp. Ariano, eo quod foveret Catholicos, & hæreticos impugnaret (inquit Nicephorus lib. 9. cap. 12.) fuit utriusque sedis ultimus Antistes, Rom. mart. 29. Maii, Beda, Usuardus, Ado, Surius. Tabulæ Episcoporum Trevirensium & Leodiensium, S. Valentinus proximus prædecessor sancti Servatii, Molanus in indiculo sanctorum Belgii. S. Servatius, de quo Martyrologium Romanum die 13. Maii. *Apud Trajectum sancti Servatii Tungrensis Ecclesiæ Episcopi, ad cujus meritum omnibus demonstrandum, cum tempore hiemis omnia in circuitu nix repleret, sepulchrum ejus nunquam operuit, donec industriâ civium ejus Basilica super illud ædificata esset*, Severus Sulpitius vocat eum Servatorem. S. Athanasius apologiâ ad Constantium, & apologiâ secundâ, cum agit de Patribus, qui interfuerunt Concilio Sardicensi, cui etiam interfuit Servatius, sicut & Concilio Agrippinensi post Cōsulatum Amantii & Albini anno 346. In Ariminensi etiam Concilio Arianis constantissimè restitit. S. Candidus, ita Annales Leodienses. S. Agricolaus, Annales Leod. S. Ursicinus, Annales Leod. S. Designatus, Annales Leod. S. Renatus, Annales Leod. S. Sulpicius, Annales Leod. S. Quirillus, Annales Leod. S. Eucherius Annal. Leod. S. Falco, Annal. Leod. S. Eucharius, Annal. Leod. S. Domitianus, Molanus 7. Maii, & de eo scribit in Indiculo sanctorum Belgii, quod ad ejus tumulum tanta consecuta sunt miracula, ut jubente Carolo Magno corpus ejus adhuc fragrantissimum de terrâ levaverit Villigisus Præsul Colonienſis. Illi sufficitur sanctus Monulphus, ita Molanus 16. Julii, de quo idem in Indiculo sanctorum Belgii. *Erat* (inquit) *homo justus, doctor bonus, orphanorum & peregrinorum pater.* De eodem sanctus Gregorius Turonensis de gloriâ Confessorum cap. 72. Huic subrogatur S. Gondulphus Ducis Austrasiæ filius, Molanus, Bucelinus, &c. Post sanctū Gondulphum, S. Perpetuus sit Episcopus, qui tanto zelo docet plebem, ut nomen Doctoris fidelium promeruerit, defunctus Dionanti sepelitur, & celebratur miraculis. Ei succedit sanctus Ebregisus, quo mortuo, S. Joannes Agnus divinitùs designatur Episcopus, cui fatis functo sufficitur sanctus Amandus, qui eò quod officium Episcopale, *Cum summâ ut decebat* (inquit Molanus) *auctoritate administraret, vitiaque omnes status acriter*

*acriter reprehenderet, ingens odium Dagoberti regis & Clericorum in se concitavit. Miraculis adhuc vivus egregiis claruit, sed cunctis penè miraculis est majus, quod vita sanctimoniâ & prædicatione verbi Dei, infideles innumeros converterit, multosque habuerit sanctissimos discipulos, &c. Neque contentus fuit terminis suæ Diœcesis, sed inibi ponens Vicarium sanctissimum Landoaldum Archipresbyterum aliis etiam gentibus Christum prædicavit, ut Sclavis circa Danubium, Vasconibus circa Pyrenæos saltus, & in Flandriâ Gandensibus potissimum, & Pabulensibus. Gandenses à Mercurii [& aliorum cultu avocavit, &c.* S. Amando subrogatus S. Remaclus fuit. *Hic* (inquit Molanus) *Doctor pauperum, orphanorum, viduarum, & infirmorum benignissimus consolator, omniumque necessitatum largissimus procurator, &c.* S. Theodardus 28. Episcopus Leodiensis, de quo martyrolog. Romanum 10. Septembris, Leodii sancti Theodardi Episcopi & Martyris, qui animâ suam posuit pro ovibus suis, & post mortem miraculorum gratiâ illuxit. De S. Lamberto 29. Episcopo hæc pauca accipe, quod in Taxandriâ sivè Campiniâ ad Religionem Christianã adducendâ strenuè laboravit aliquot annis. Et cùm Pipinus Rex Plectrude legitimâ uxore pulsâ, Alpaidem pellicem foveret, & S. Lambertus à Pipino invitatus Alpaidẽ & craterem ejus in convivio aversatus esset, postridiè mane intra ædiculam sacram prono in terram corpore orans jussu Dodonis fratris Alpaidis configitur *Sic* (inquit Molanus) *beatissimus Martyr omni virtutum gratiâ adornatus, cum Ioanne Baptistâ ob impugnatum adulterium meruit palmam Martyrii.* Romæ S. Hubertus per Sergium Papam divino monitu creatus 30. Episcopus, primus Civitatis Leodiensis conditor: quantum pro grege suo laboraverit, quantisque meritis effulserit, declarant quotidiana ejus miracula. Hoc unicum sufficiat, quod (inquit Baronius ad martyrol. Roman. 3. Novembris, Leodio dedit sigillum publicum sancti Lamberti imagine insignitum, & hujusmodi inscriptione notatum, *Sancta Legia Ecclesia Romana filia.* Revera quidem & quod ad fidem Catholicam pertinet casta & pudica, quæ semper sanctæ Matris sectata est vestigia, nullo unquam hæreseon est fœdata contagio, imò hisce ærumnosis temporibus nostri sæculi, cum hæreseon allusiones Gallias inundarunt, non solùm; nullis valuit obrui fluctibus, sed stans constantissimè ex adverso opposuit se pro muro Domui Israel; facta forma (ut de Thessalonicensi Ecclesiâ scribit Apostolus) omnibus credentibus, cunctisque circũpositis regionibus illustre dedit servandæ atque tuendæ religionis exemplum, concludit. *Sic faxit Deus maneat semper, & quod fide prædicat, operibus impleat.* S. Huberto defuncto subrogatur S. Florebertus ejus ex legitimis ante sacerdotium nuptiis filius, 31. Episc. S. Wolbodo 48. Episcopus recensetur, sanctimoniâ inclytus, præsertim charitate eximiâ in egenos. S. Federicus Episcopus 56. Rhemis à Calisto II. Papâ consecratus, Leodium redit nudis pedibus, veneno per Simoniacos & Henricianos Schismaticos porrecto moritur, & miraculis celebratur. S. Albertus Episcopus 63. legitimis suffragiis eligitur à Pontifice Cælestino III. confirmatur, sitque Cardinalis, Rhemis consecratur, & primum sacrum facit, à Sicariis Germanis ibidem in causâ Ecclesiasticæ libertatis occisus, celebratur miraculis. Romanum martyr. 19. Aprilis mentionem facit sancti Usmari Episcopi, seu potius Coëpiscopi, quia caruit Episcopatu. Item 25. Aprilis sancti Ermini successoris sancti Ursmari. S. Theodulphus Abbas Lobbiensis fuit Episcopus instar sanctorum Ursmari & Ermini, vide Molanum in Indiculo sanctorum Belgii, qui obiter notat in eodem Indiculo sanctorum Belgii post Radulphum de Rivo Tungrensem Decanum, Leodiensem Ecclesiam habuisse triginta Episcopos canonizatos, qui omnes residerunt Tungris, Trajecti vel Leodii, quem sanctorum Episcoporum numerum vix ullibi reperies.

*SS. Episcopi Monasterienses.*

S. Lurgerus Saxonibus Evangelium XVI.

prædicavit, Roman. mart. 26. Martii, Beda, Ado, Molanus, & alii. S. Gerfridus nepos sancti Lutgeri, Bucelinus, Bentus, Bertholdus, Bucelinus. S. Suederus Catalogo sanctorum adscriptus ob merita (inquit Bucelinus.)

*SS. Episcopi Mindenses.*

XVII. S. Erkanbertus, aliis Herimbertus, miraculorum virtute illustris, Bucelinus. S. Theodoricus Martyr, Bucelinus. Venerabilis Bernhardus, Bucelinus. S. Helinwardus, Bucelinus. Sanctus Diethmarus, Bucelinus.

*SS. Episcopi Osnaburgenses.*

XVIII. S. Witho discipulus sancti Bonifacii, Bucelinus. S. Gosbertus Regnorum Aquilonarium Apostolus, cum in Daniâ fidem disseminaret occubuit, Bucelinus. B. Bernardus, inter alia glires prodigiosè expulit è Provinciâ, Bucelinus. S. Adolphus pauperũ pater, Bucelinus.

*SS. Episcopi Misnenses.*

XIX. S. Benno Sclavorum Apostolus numero sanctorum adscriptus ab Adriano VI. Rom. mart. 16. Junii.

*SS. Archiepiscopi Trevirenses.*

XX. S. Eucharius discipulus B. Petri Apostoli, & primus ejusdem Civitatis Episcopus. Rom. mart. 8. Decembris. S. Valerius discipulus sancti Petri Apostoli, Roman. mart. 29. Januarii. S. Maternus, Rom. mart. 14. Septembris. S. Auspicius, Rom. mart. 8. Julii. S. Celsus, Molanus 23. Februarii. Sanctus Fœlix, Roman. mart. 26. Martii. S. Martinus Martyr, Rom. mart. 19. Julii. S. Rusticus, Rom. mart. 14. Octobris, S. Avitus sivè Navitus, Bucelinus. S. Marcellus, sivè Marcellinus Martyr, Roman. mart. 4. Septembris. S. Metropolus Severinus, Rom. mart. 21. Decembris. S. Florentius, sivè Florentinus, Roman. mart. 16. Octobris. S. Martinus Hasbaniæ Apostolus, Rom. mart. 19. Julii. S. Maximinus, Roman. mart. 29. Maii. S. Valentinus Martyr, Rom. mart. 16. Julii. S. Agritius, seu Agripinus, Roman. mart. 13. Januarii. S. Paulinus Martyr, Roman. mart. 31. Augusti. S. Bricto seu Broilo Damaso papæ charus, Bucelinus. S. Fœlix II. Bucelinus. S. Leguntius, seu Leontius, Bucelinus. S. Auctor, Bucelinus. S. Severus Roman. mart. 15. Octobris. S. Cyrillus, Bucelinus. S. Modestus Rom. mart. 24. Februarii. S. Maximianus, Bucelinus. S. Fibicius Roman. martyr. 5. Novembris. S. Aprimculus, Bucelinus. S. Nicetius Rom. mart. 5. Decembris. S. Magnericus, Rom. mart. 25. Julii. S. Gangericus, Bucelinus. S. Severinus S. Amandi socius, Bucelin. S. Modoaldus è Ducibus Aquitaniæ, Bucelinus. Sanctus Clodulphus ex stirpe regiâ, Bucelinus. S. Numerianus, Rom. mart. 5. Julii, S. Basinus, Bucelinus. S. Lurvinus Bucelinus. S. Hidulphus, Bucelinus. B. Hamularius Fortunatus Officii defunctorum compositor, Bucelinus. S. Leguntius, Molanus 19. Februarii. S. Basinus, Molanus, 4. Novembris. S. Eckbertus, Bucelinus. S. Poppo, Leopoldi Ducis Austriæ filius, Bucelinus. S. Chono, sive Conrardus Martyr, Bucelinus. S. Cyrillus, 19. Aprilis. S. Loutwinus 29. Septembris. Sanctus Hidulphus, Molanus, 11. Julii.

*SS. Episcopi Metenses.*

XXI. S. Clemens sancti Petri discipulus, & S. Clementis Patruus, cognomento Flavius Bucelinus. S. Cœlestinus aliàs Cœlestius, Bucelinus. S. Patiens, sivè Patientius, Rom. mart. 8. Januarii. S. Fœlix, Rom. mart. 21. Februarii. S. Rufus, Rom. mart. 7. Novembris. S. Adelphus Rom. mart. 29. Augusti S. Auctor vel Actor, Bucelinus. S. Hesperius, Bucelinus. S. Firminus, Rom. mart. 18. Augusti. S. Godulphus, Rom. mart. 8. Junii. S. Arnulphus Rom. mart. 18. Julii. S. Gocricus, Bucelin. S. Godegrandus scriptor Regulæ Canonicorum, Bucelinus. S. Adventius, Bucelinus. S. Theogerus Bucelinus. S. Theogerus II. Bucelinus. S. Simeon, Molanus, 5. Januarii. S. Theodoricus, Molanus, 16. Julii.

*SS. Episcopi Tullenses.*

XXII. S. Gerardus Rom. mart. 23. Aprilis. S. Mansuetus missus à S. Petro Apostolo, Roman. mart. 3, Septembris. S. Aper, Roman. mart. 15. Septembris. S. Aurimundus, Bucelinus. S. Boso, Bucelinus. S. Ganselmus, seu Goslinus Bucelinus. S. Bruno postea Leo IX. Bucelinus. S. Hildemandus. S. Haynio Annales Bojorum. S. Maurus Molanus 8. Novembris. S. Paulus Roman.

mart.

mart. 8. Novemb. S. Vito 9. Novemb.

*SS. Episcopi Virdunenses.*

XIII. S. Sanctinus sancti Dionysii Areopagitæ discipulus, idem etiam Meldensis Episcopus, Bucelinus. S. Maurus, Rom. mart. 8. Novembris. S. Salminus, Bucelinus. S. Arator, Bucelinus. S. Polycromius, Bucelinus. S. Possessor, Bucelinus. S. Firminus, Bucelinus. S. Vitonus, seu Videnus, vulgò S. Venne. Molanus 9. Novembris. S. Desideratus 11. Februarii. S. Agericus Roman. mart. 1. Decembris, S. Paulus Roman. mart. 8. Februarii, S. Magdulucus sive Magdaludus, Bucelinus. B. Albero de Chiny ex Ordine Præmonstratensi pro quo missam celebrans sanctus Bernardus dicitur Collectam defunctorum mutasse in Collectam Confessorum. S. Haymo, annales Bojorum. S. Æmilianus, Molanus 11. Octobris.

*Sancti Archiepiscopi Magdeburgenses.*

XXIV. S. Albertus sive Adalbertus Wandalorum Apostolus, Bucelinus. S. Norbertus Ordinis Præmonstratensis institutor, 6. Junii.

*Sancti Episcopi Neumburgenses, sivè Citizenses, Cizenes, & Mammellenses.*

XXV. Venerabilis Hugo, Bucelinus. Venerabilis Hildenardus, Bucelinus. Venerabilis Theodoricus vir Apostol. Simoniacæ labis profligator, Bucelin.

*Sancti Episcopi Merseburgenses.*

XXVI. Venerabilis Boso, Bucelinus. Venerabilis Wernerus, Bucelinus.

*Sancti Archiepiscopi Salisburgenses.*

XXVII S. Rupertus apud Bavaros & Noricos Evangelium mirificè propagavit, Rom. mart. 27. Martii, Annales Bojorum. S. Vitalis, Bucelinus. S. Ansologus, Bucelinus. S. Savolus, Bucelinus. S. Ezzius, Bucelinus. S. Flebargisus, Bucelinus. S. Joannes, Bucelinus. S. Virgilius, Bucelinus. S. Hartwicus, Bucelinus. B. Gebhardus, Bucelinus. S. Thiepo è stirpe Bavaricâ, Bucelinus. B. Ebehardus, Bucelinus.

*Sancti Episcopi Ratisponenses.*

XXVIII. S. Lupus Martyr, Bucelinus. S. Rupertus, Bucelinus. S. Emmeranus, Roman. mart. 22. Septembris, Usuardus, Beda, Surius, S. Erhardus, Bucelinus. S. Wivisridus, Bucelinus. S. Garibaldus sivè Gaulbaldus, Bucelinus. S. Wolfangus, Rom. mart. 31. Octobris, Surius, Trithemius. B. Albertus Magnus, Annales Bojorum. Henricus II. Annales Boorum.

*Sancti Episcopi Patavienses, sivè Passavienses.*

S. Laurentius Bucelinus. S. Florianus, Roman. mart. 4. Maii. S. Mazilianus Martyr, Roman. mart. 29. Octobris, Molanus in additionibus ad Usuardum. B. Altmannus, Bucelinus. XXIX.

*Sancti Episcopi Brixinenses in Comitatu Tirolensi.*

S. Cassianus Martyr, Bucelinus. S. Ingenuinus Vir Apostolicus, Bucelinus, S. Constantius, Bucelinus. S. Albuinus, Roman. mart. 5. Februarii. S. Hartmannus, Bucelinus. XXX.

*Sancti Episcopi Frisingenses.*

S. Corbinianus, Rom. mart. 8. Septembris, hic à Gregorio II. Pontifice ordinatus, & ad prædicandum Evangelium missus, uberes fructus in Galliâ & Germaniâ retulit, ac demùm virtutibus & miraculis clarus in pace quievit. S. Erimbertus, Rom. mart. XXXI

*Sancti Episcopi Tridentini.*

S. Vigilius Martyr, Rom. mart. 26. Junii. S. Gebhardus, Bucelinus. In Chiennensi Episcopatu fundato anno 1200. tempore Innocentii III. Papæ, nec in Gurcensi anno 1073. fundata à beatæ memoriæ Gerardo Archiepiscopo Salisburgensi, nihil relatu dignũ deprehendi. XXXII.

*Sancti Episcopi Viennenses, sivè Fabianenses.*

S. Severinus Vir Apostolicus, Bucelinus. Episcopatus Seccovienſis fundatus anno 1219. nihil singulare etiã subministrat, sicut nec Episcopatus Labacensis fundatus à Pio II. Pontifice anno 1463. Tergestinus etiam Episcopatus licet tempore S. Hermagoræ Præsulis Aquileiensis fundatus, vix aliquem sanctum notat defectu certi catalogi. XXXIII.

*Sancti Archiepiscopatus Bremensis & Hamburgensis.*

S. Willehardus Rom. mart. 8. Novembris. S. Ansgarius, Bucelinus. S. Rembertus, Rom. mart. 4. Februarii. S. Uni, seu Wimo, Bucelinus. Oldem- XXXIV.

burgensis, sivè Altemburgensis, Bucelinus, Lubecensis nullum specialem sanctum Episcopum colunt.]

*Mechelburgenſis*

XXXV. Habuit S. Joannem Monachum Scotum sub anno 1060. Suerinenses ex Mechelburgensibus nullum etiam sanctum huc referendum subministrarunt.

*Sancti Episcopi Rutzenburgenſes.*

XXXVI. S. Aristo Jerosolymitanus, Bucelinus. S. Affridus, idem. S. Ludolphus Martyr, idem. Etmelandiæ Episcopi in Prussiâ nulli sanctitate claruerunt, Curinensis etiam Episcopatus habuit viros doctrinâ, sed non speciali sanctimoniâ insignes, nã erectus fuit à paucis sæculis. Idem dicendũ de Episcop. Samlanderſi & Pomezanensi. Episcopatus Pomeraniæ, sivè Caminensis fundatus fuit à S. Ottone Episcopo Bambergensi gentis illius Apostolo anno 1130. cui successit Albertus ex Monacho Magdeburgensi, sancti Ottonis in Apostolatu socius.

*SS. Episcopi Genevenſes.*

XXXVII. S. Paracodus claruit anno Christi 201. cui Victor Papa scripsit. S. Franciscus Salesius ab Alexandro VII. sanctorum fastis adscriptus.

*Sancti Episcopi Basilienſes, ſeu Rauracenſes.*

XXXVIII S. Pantalus, inter socios S. Ursulæ in reditu Basileæ substitisse scribitur sub annum Christi 238. Bucelinus.

*Sancti Episcopi Losanenſes, ſive Lauſanenſes.*

XXXIX. S. Amedæus, Bucelinus. S. Bonifacius, idem.

*Sancti Episcopi Sedunenſes, aliàs Octodunenſes.*

XXXX. S. Theodorus, Bucelinus. S. Florentinus Martyr, Rom. mart. 27. Septembris. S. Amatus, Bucelinus. S. Elias, idem.

*Sancti Episcopi Daciæ.*

XXXXI. Vexoniæ, S. Sigifredus Suetiam ad Christum convertit, Rom. mart. 25. Februarii. S. Nicetus feras ac barbaras gentes Evangelii prædicatione mites reddidit ac mansuetas, Roman. mart. 7. Januarii.

*SS. Episcopi Moraviæ.*

XXXXIII SS. Cyrillus & Methodius multas illarum regionum gentes ad Christi fidem perduxerunt, Romanum martyrologium, 9. Martii.

*Sancti Episcopi Pannoniæ, Bohemiæ.*

S. Gerardus nostri Ordinis Martyr, XXXXIV Roman. mart. 24. Septembris. Vulgò dicitur Ungarorum Apostolus, cùm esset Patritius Venetus suam patriam Martyrio illustravit. Noster Lezana tomo 3. Annalium nostri Ordinis impresso Romæ anno 1653. pag. 466. num. 4. p. 479. num. 4. p. 482. n. 7. 8. & seqq. Celenæ, S. Maximilianus Episcopus Laureacensis, Rom. mart. 12. Octobris. S. Pelegrinus, ex Patavensi Boiorum Laureacensis Episcopus, Annales Boiorum.

*SS. Episcopi Poloniæ, Prussiæ, Suetiæ, Norvegiæ.*

S. Stanislaus Episcopus Cracovien- XXXXII. sis, Rom. mart. 11. Aprilis. S. Bruno Episcopus Ruthenorum & Martyr, Rom. mart. 15. Octobris. S. Torphinus, de quo Molanus in Indiculo sanctorum Belgii. *Torphinus Episcopus in Thesano Monasterio juxta Burgas hoc habet Epitaphium in elevato sarcophago. Hic jacet Dominus Torphinus ex regno Norvegiæ, Civitatis Hamariæ Episcopus, qui pro jure Ecclesiæ de terrâ suâ exulatus, & in mari naufragatus, huc tandem veniens pauper & attenuatus, per triginta septimanas infirmatus, hospitans amore Christi misericorditer sustentatus, sancto fine quievit anno 1284. Et ante circiter septuaginta cùm sepulchrum eius reliquiæ planitiei Abbas aquari vellet ex attactu loculi suavissimus odor dicitur templum replevisse, quo facto ab incœpto desistebatur.* S. Henricus Archiepiscopus Upsalensis & Martyr convertit Finlandos, Molanus 19. Januarii. S. Brunolphus Episcopus Scharensis, Molanus 30. Julii. Vide alios apud Martinum Polonum in supputatione temporum, Æneam Sylvium in Historiâ Bohemiæ, Martinum Cromerum, Bzovium ad Annales Baronii.

§. In

## §. 5.

## *In Galliâ.*

### *Archiepiſcopatus Lugdunenſis.*

I. SAnctus Photinus miſſus à Clemente Papâ Lugdunenſem regionem luce Evangelii collustravit. Rom. mart. 2. Junii, Uſuardus, Beda, Ado, & alii, Martyr occubuit. S. Irenæus in perſecutione Severi cum omni fere Civitatis populo coronatus eſt glorioſo Martyrio, Rom. mart. 28. Junii. S. Zacharias, ita noſter P. Leo. S. Elias, idem. B. Fauſtinus cujus meminit S. Cyprianus in epiſtolis. S. Juſtus, Rom. mart. 2. Septembris. S. Albinus, Rom. mart. 15. Septembris. S. Martinus, noſter P. Leo. Sanctus Antiochus Rom. mart. 15. Octobris. S. Elpidius Roman. mart. 2. Septembris. S. Eucherius Rom. mart. 16. Novembris. S. Veranus, Rom. mart. 11. Novembris. S. Africanus Patronus Eccleſiæ Vabruicenſis, P. Leo. S. Ruſticus, idem. S. Stephanus Rom. mart. 13. Februarii. S. Lupicinus Roman. mart. 3. Februarii. S. Viventiolus Roman. mart. 12. Julii. S. Lupus Rom. mart. 15. Septembris. S. Sacerdos mart. Rom. 12. Septembris. S. Nicetius Rom. matt. 2. Aprilis. S. Priſcus qui ex P. Leone in præfatione Concilii Matiſconenſis nominatur Patriarcha. S. Æthereus, qui apud eundem ex Hiſpaniâ Cabilonum adduxit Ermembergam uxorem Theodorico Regi. S. Lambertus, Roman. mart. 14. Septembris. S. Sicarius, Molanus 11. Aprilis. S. Patiens Rom. mart. 11. Septembris. S. Lupus Rom. mart. 24. Septembris. S. Jubinus, Molanus 18. Aprilis. S. Ennemundus, Rom. Brev. S. Geniſius, Gualterus ſæculo 7. col. 5.

### *Sancti Epiſcopi Auguſtodunenſes.*

II. S. Reverianus Epiſcopus, & Paulus Præsbyter cum aliis decem ſub Aureliano Principe Martyrio coronati, Rom. mart. 1. Julii. S. Amator, Rom. mart. 26. Novembris. S. Leodegarius ab Ebroino interfectus, Rom. mart. 2. Octobris. S. Martinus, P. Leo. Sanctus Reticius idem. S. Simplicius 24. Junii. S. Caſſianus Rom. mart. 3. Auguſti. S. Pigmenius, P. Leo. S. Euphronius. Rom. mart. 3. Auguſti, S. Pragmatius Roman. mart. 22. Novembris. S. Proculus Martyr 4. Novembris. S. Racho cui (inquit P. Leo Hiſt. chronologiæ ſelectâ 12.) Eccleſia Prioralis nuncupatur. S. Agrippinus; P. Leo. S. Nectarius, Molanus 13. Septembris, S. Flavianus Roman. mart. 23. Auguſti. S. Syagrius, Roman. mart. 27. Auguſti. S. Euphronius, Molanus 3. Auguſti. S. Evantus, Molanus, 12. Septembris. S. Joannes Rom. mart. 29. Novembris. S. Egemonius, Molanus 8. Januarii. S. Simplicius Rom. mart. 24. Junii. S. Placitus, Molanus, 7. Maii.

### *SS. Epiſcopi Matiſconenſes.*

III. Præcipui ſunt SS. Placidus, Salvinus, Nicetius, Juſtus, Euſebius, apud noſtrum P. Leonem in Hiſtoriâ chronologicâ citatâ. In eâ Diœceſi eſt inſigne Monaſterium Cluniacenſe.

### *SS. Epiſcopi Cabilonenſes.*

IV. S. Marcellus, ita P. Leo. S. Sylveſter Rom. mart. 20. Novembris. S. Philagrius, P. Leo. S. Tranquillus, idem. S. Deſiderius pro ovibus ſibi creditis cervicem liberè extendit, Rom. mart. 23. Maii. S. Joannes, P. Leo. S. Agricola, Roman. mart. 13. Martii. S. Flavus, P. Leo. S. Urbanus Roman. mart. 2. Aprilis. S. Gratus, P. Leo. S. Lupus, Molanus 26. Januarii.

### *SS. Epiſcopi Lingonenſes.*

V. S. Urbanus Rom. mart. 2. Aprilis, S. Gregorius Roman. mart. 4. Januarii. Cujus vitam conſcripſit ſanctus Gregorius Turonenſis nepos ejus. S. Genulphus, ita P. Leo. An ſit alius à ſancto Genulpho Epiſcopo Caturcenſi, viderit Lector.

### *SS. Archiepiſcopi Pariſienſes.*

VI. S. Dionyſius Martyr, à Beato Clemente in Gallias prædicandi gratiâ directus, Roman. mart. 9. Octobris. S. Marcellus Rom. mart. 1. Novembris, hunc adhuc viventem ſanctus Fortunatus vocat Civem paradiſi. S. Germanus Roman. mart. 28. Maii. S. Landericus, Molanus 10. Junii, Sanctus Cerannus, Molanus 27. Septembris, B. Mauritius, Dupleix ad annum 1199. in Philippo 2.

*Carnuti*

VII. *Carnuti* est altare Virgini parituræ Christum ante Incarnationem erectum, magnâ populorum pietate celebertimum. *Sancti Episcopi sunt* Sanctus Adventitius, P. Leo. S. Avianus, idem. S. Solemnius, Roman. mart. 24. Septembris. S. Hetherius, P. Leo. S. Leobinus, Roman. mart. 15. Septembris. S. Calotricus, seu Calesius, P. Leo. S. Betharius, idem. S. Leoninus Molanus, 14. Martii, S. Bethunius, Molanus 2. Augusti. S. Caletricus, Molanus 7. Octobris, Venerabilis Fulbertus sapientiâ, sanctitate, & prophetiâ nominatissimus, P. Leo.

VIII. *Sancti Episcopi Meldenses.*

S. Sanctinus sancti Dionysii Areopagitæ discipulus, Roman. mart. 22. Septembris. S. Antonius, sivè Antoninus, cujus meminit Hincmarus in epistolâ, quam habet de Dionysio Areopag. S. Rigomerus, P. Leo. S. Pharo Rō. mart. 28. Octobris. S. Hildebertus P. Leo. S. Ebregillus, idem. S. Landricus, sive Landelinus, filius S. Madelgarii, vel ut Molanus, filius S. Vincentii Ducis Hannoniæ & Valdetrudis Patronæ Montium in Hannoniâ, de quâ Molanus 3. Februarii, 12. Augusti, & 2. Novembris, & in Indiculo sanctorum Belgii. B. Hildegarius ad quem Hincmarus scripsit de judicio Dei per aquam frigidam. S. Gilbertus sivè Gislebertus, Molanus 13. Februarii. Sanctus Leobinus, Rom. mart. 15, Septembris. S. Pirminus Roman. mart. 3. Novembris.

IX. *Sancti Episcopi Aurelianenses.*

S. Altimus sanctorum Saviniani & Potentiani collega, à B. Petro missus, P. Leo. S. Evortius priùs Romanæ Ecclesiæ Subdiaconus, dehinc divino munere per columbam designatus est Pontifex præfatæ urbis, Rom. mart. 7. Septembris. S. Anianus, cujus mortem in conspectu Domini pretiosam miratula crebra testantur, Rom. mart. 17. Septembris. S. Prosper, Roman. mart. 29. Julii. S. Monitor, Roman. mart. 10. Novembris. S. Flosculus Rom. mart. 2. Februarii. S. Eucherius eò magis miraculis claruit, quo pluribus invidorum calumniis fuit oppressus, Rom. mart. 20. Februarii. S. Mummulus, P. Leo. S. Pastor, Roman. mart. 30. Martii.

X. *Sancti Archiepiscopi Senonenses.*

S. Sabinianus Episcopus, & Potentianus à Romano Pontifice ad prædicandum directi, eandem Metropolim suæ confessionis Martyrio illustrarūt, Rom. mart. 31. Decembris. S. Ursicinus, Rom. mart. 24. Julii. S. Ambrosius, Democharis. S. Agricius, idem. S. Heraclius Rom. mart. 8. Junii. S. Paulus, Democharis. S. Leo, Rom. mart. 22. Aprilis. S. Arthemius Democharis. S. Lupus, de quo refertur, quod cum quodam die, dum præsente Clero astaret altari lapsa est cœlitus gemma in ejus calicem sanctum, Rom. mart. 1. Septembris. S. Senecius, Democharis. S. Amatus, Martyrologium Romanum, & Molanus 13. Septembris, in Broylo Monasterio prope Duacum exul vitam finivit. S. Wifrannus Rom. mart. 22. Maii. Sanctus Ebbo, Democharis. S. Honobertus, Democharis. S. Gumbertus, Democharis. S. Magnus, idem. S. Aldricus, idem. S. Egilus, idem. S. Fortunatus, Molanus 18. Julii.

XI. *SS. Episcopi Antisiodorenses.*

S. Peregrinus à B. Xisto papâ cum aliis Clericis in Gallias missus, Martyr, Rom. mart. 1. Maii. S. Marcellinus, Democharis. S. Valerius, idem. Sanctus Helladius Roman. mart. 8. Maii. S. Amator, Rom. mart. 1. Maii, S. Germanus genere, fide, doctrinâ, & miraculorum gloriâ clarissimus, Britanniâ à Pelagianorum hæresibus penitus liberavit Roman. mart. 31. Julii. S. Fraterius, Rom. mart. 28. Septembris. S. Ursus, Molanus 30 Julii. S. Theodosius, Democharis. S. Gregorius Roman. mart. 19. Decembris. S. Optatus, Rom. mart. 31. Augusti. S. Droctoaldus, Democharis. S. Eleutherius, Rom. mart. 16. Augusti. S. Romanus, Democharis, & Romanum Martyrol. 16. Octobris. S. Atheus, Rom. mart. 27. Julii. S. Angarus Democharis. S. Desiderius, idem. S. Palladius, idem. S. Vigilius occisus ab Ebroino P. Leo. S. Tetricus Martyr, idem. S. Adulphus, idem. S. Maurinus, idem. Beatus Aron idem. S. Angelelmus, idem. S. Ammarus lanceâ crudeliter perfossus, idem. B. Heritridus, idem.

S. Epis-

*SS. Episcopi Trecenses.*

XII. S. Pontentianus illius gentis Apostolus, P. Leo. S. Amator, idem. S. Flodobertus, idem, suam urbem à furore Attilæ Galliam omnem devastantis assiduâ oratione defendit, Rom. mart. 29. Julii. S. Camelianus, P. Leo. S. Vincentius, idem. S. Robinus, idem. Sanctus Paulus, Roman. mart. 1. Februarii. S. Prudentius. P. Leo.

*SS. Episcopi Nivernenses.*

XIII. S. Austremonius sancti Petri discipulus, Roman. mart. Molanus 1. Novembris. S. Patricius, P. Leo. S. Eulalius, idem. S. Æoladius, idem. S. Agricola, idem. S. Itherius, idem. S. Deodatus, idem.

*Sancti Archiepiscopi Rhemenses.*

XIV. S. Xistus discipulus B. Petri Apostoli sub Nerone coronam Martyrii accepit, Rom. mart. 1. Septembris. S. Sinicius, Usuardus, 1. Septembris. S. Amantius à Melchiade ordinatus, in Concilio Arelatensi, P. Leo. S. Maternianus, idem. S. Donatianus. Molanus 14. Octobris, 30. Augusti, & in Indiculo sanctorum Belgii. S. Vinentius, Molanus 7. Septemb. S. Nicasius à barbaris necatus Ecclesiæ hostibus cum sorore & sociis, Rom. mart. 14. Septembr. S. Remigius gentem Francorum cõvertit ad Christum, Clodoveo ipsorum rege sacro fonte baptismatis & fidei sacramentis initiato, Rom. mart. 1. Octobris. B. Falco occisus à Vivemaro Balduini Comitis fraude, P. Leo. S. Rigobertus, Rom. mart. 4. Januarii. S. Theodulphus, Molanus, 15. Junii. S. Madernianus, Molanus 30. Aprilis. S. Ninardus, Molanus, 1. Septembris. Sanctus Domitianus.

*Sancti Episcopi Catalenses,*

XV. S. Memmius civis Romanus à sancto Petro illius Civitatis ordinatus, Rom. mart. 5. Augusti. S. Donatianus, Molanus 7. Augusti. S. Domitianus, 9. Augusti. S. Alpinus P. Leo. S. Elaphius, Molanus, 19. Augusti. Sanctus Lendomirus, Molanus, 30. Septembris.

*Sancti Episcopi Suessionenses.*

S. Principius frater sancti Remigii,
XVI. Rom. mart 24. Septembris. S. Lupus, P. Leo, S. Anstericus, idem. S. Aldobertus, idem. S. Dravisius, Molanus, 5. Martii. S. Gauchinus, P. Leo. S. Arnulphus, Rom. mart. 15. Augusti S. Onesimus in suis membris longum pertulit martyrium sine ferro, Molanus 13. Maii.

*Sancti Episcopi Ambianenses.*

S. Firminus in persecutione Dio- XVII.
cletiani sub Rictiovaro præside post varia tormenta capitis decollatione Martyrium sumpsit, Rom. mart. 24. Septembris. S. Honoratus, Rom. mart. 16. Maii. S. Salvius, Rom. mart. 11. Januarii.

*Sancti Episcopi Noviomenses.*

S. Medardus frater sancti Gildardi XVIII
Rothomagensis, initiatus à sancto Remigio transtulit sedem Episcopalem Vermando Noviomagum, Roman. mart. & Usuardus 8. Junii. S. Acharius, Molanus 27. Novembris. S. Eligius, 1. Decembris. S. Momelenus, qui cum sancto Bertino venit ad Monasterium in Sythiu, Molanus in Indiculo sanctorum Belgii. S. Enucl'us, P. Leo. B. Emundus interiunctus in urbis direptione à Normannis, idem. S. Eunucius, Molanus, 10. Septembris.

*Sancti Episcopi Sylvanectenses.*

Depositio sancti Reguli Comitis XIX.
sancti Dionysii, Martyrologiũ Romanum 30. Martii dicit esse Episcopum Arelatensem. S. Munulphus, P. Leo. S. Lucianus à sancto Petro missus, & à sancto Dionysio consecratus, Martyr, Roman. mart. & Usuardus 30. Januarii.

*Sancti Episcopi Laudunenses.*

S. Genebaldus, Molanus, 5. Septembris. S. Latro filius Genebaldi, P. Leo. S. Chagnoaldus, idem. Postquam Carolus V. Cæsar Teroanam Morinorum delevit, migravit Episcopatus Bononiam urriusque præsules. S. Antimundus missus à sancto Remigio, P. Leo. S. Audomarus, Roman. mart. Usuardus, 9. Septembris, tomo 5. & alii. S. Banius, Molanus 20. Junii. Sanctus Erkembaldus, Molanus 12. Aprilis. S. Folquinus, Molanus 14. Decembris. S. Hunfridus, Molanus 8. Martii.

*Sancti Archiepiscopi Turonenses.* XX.

S. Gatianus à sancto Fabiano Papâ

Episcopus illius Civitatis ordinatus, Rom. mart. 18. Decembris. Sanctus Lidorius, Molanus 13. Septembris. S. Eustochius, Roman. mart. 19. Septembris. S. Perpetuus, Rom. mart. 8. Aprilis. S. Volusianus, Rom mart. 18. Januarii. S. Martinus, Rom. mart. 9. Novembris. S. Britius discipulus sancti Martini, Rom. mart. 11. Novembris. S. Arnulphus Martyr, Rom. mart. 18. Julii. S. Eustochius, Rom. mart. 19. Septembris. S. Euphronius Rom. mart 4. Augusti. S. Volusianus à Gothis captus in exilio spiritū Deo reddit, Rom. mart. 18. Januarii. S. Gregorius Rom. mart. 17. Novembr.

*SS. Episcopi Rhedonenses.*

XXI. S. Moderanus, P. Leo. S. Justinus, idem. S. Riotismus, idem. S. Electoranus, idem. S. Joannes cognomento Albus, idem. S. Amandus, idem. sanctus Melanius idem. S. Moderadus, vel Moranus, idem. S. Marbodus.

*Sancti Episcopi Dolenses.*

XXII. S. Sampsonius ex Archiepiscopo Menennæ in Walliâ Angliæ provinciâ primus Episcopus. SS. Budocus, Genevæus, Juamholus, Amahelus, Thurianus.

*Sancti Episcopi Maclovienses.*

XXII. S. Maclovius, seu Macutus, Rō. mart. 15. Novembr. Successit S. Gurvallus.

*Sancti Episcopi Briocenses.*

XXIII. S. Briocus S. Germani Parisiensis discipulus, P. Leo. S. Guilelmus Pichonus SS. fastis adscriptus ab Innocentio IV. Nonnulli scribunt, delctâ vetere Lexoviâ Episcopatū fuisse translatum Trecoram.

*Sancti Episcopi Trecorenses,*

XXIV S. Tudignaldus, S. Consennonus trucidatus à Normanis, P. Leo.

*SS. Episcopi Leonenses.*

XXV. S. Paulus. S. Golvenus. Ibi noster Ordo habet Oratorium sanctę Annæ, devotione, & concursu populi celeberrimum, P. Leo.

*Sancti Episcopi Corisopitenses.*

XXVI. S. Corentinus, S. Guenuchus, aliàs Evenus, S. Allorius, S. Bindicus, ita P. Leo.

*Sancti Episcopi Cenomacenses.*

XXVII S. Julianus missus à sancto Petro, Rom. mart. 27. Januarii. Illi (inquit P. Leo) successerunt SS. Thuribius, Pomatius, Victor, Victurus, Principuus, Innocens, Domniolus, Roman. mart. 13. Martii, de eo extat epistola Gregorii IV. aliò non evocandi quàm ad sedem Apostolicam. S. Liborius, Roman. mart. 23. Julii. S. Victorius, Rom. mart. 17. Septembris.

*Sancti Episcopi Andegavenses.*

S. Defensor sancti Juliani Cenomacensis discipulus, P. Leo. S. Apothemus, idem. S. Maurilius, Rom. mart. 13. Septembris. S. Renatus, Molanus 12. Novembris. S. Albinus, Roman. mart. 1. Martii. S. Magnobodus, P. Leo. S. Licinius, idem. XXVIII.

*Sancti Episcopi Venetenses.*

P. Leo refert SS. Paternum, Gaminum, Ignorocum, Hinguethenum, Meriadocum, Meldeocum, Chomeanum, forte Gobrianum, S. Justochum, B. Rodaldum. XXIX.

*Sancti Episcopi Nannetenses.*

S. Clarus sancti Petri discipulus, P. Leo, quem sequitur S. Ennius, S. Samilianus, S. Fœlix, S. Paschasius, S. Gohardus inter sacra occisus à Normanis. S. Turianus, Roman. mart. 13. Julii. XXX.

*Sancti Archiepiscopi Bituricenses.*

S. Ursinus I. Episcopus, Rom. mart. 9 Novembris. S. Palladius, Molanus, 10. Maii, S. Leo, P. Leo. S. Simplicius, idem. S. Honoratus, idem. S. Arcadius, idem. S. Desideratus, idem. S. Probianus idem. S. Sulpitius Severus discipulus sancti Martini, Roman. mart. 29. Januarii. S. Austregisilus, Rom. mart. 20. Maii. S. Aigulphus, P. Leo. S. Rodulphus, idem. S. Sulpitius cognomento Pius, Rom. mart. 17. Januarii. S. Gundulphus, Rom. mart. 17. Junii. S. Menulphus, Rom. mart. 12. Julii. S. Palladius, Molanus 10. Maii. S. Gulielmus, Molanus 10. Januarii. XXXI

*Sancti Episcopi Arvernenses, seu Claromontenses.*

S. Astrenomius primus ejusdem civitatis Episcopus, & sancti Petri discipulus, Roman. mart. 2. Novembris. S. Urbicus, unus ex 72. discipulis, P. Leo. S. Leogontius, idem. S. Illidius, Molanus 7. Junii. S. Tigridius, idem. S. Nepotianus, idem. S. Artemius, Molanus 24. Januarii. S. Venerandus, XXXII

Molanus

Molanus 17. Januarii. S. Rusticus, Roman. mart. 24. Septembris. S. Namarthus, P. Leo. S. Eparchus, idem. S. Sidonius Apollinaris, Rom. mart. 23. Augusti. S. Aprunculus, P. Leo. S. Euphrasius, idem. S. Apollinaris, idem. S. Quintianus, Roman. mart. 13. Novembris. S. Gallus, P. Leo. S. Desideratus, Molanus 11. Februarii. S. Annolus, P. Leo. S. Justus, idem. Sanctus Cæsarius, idem. S. Genesius, idem. S. Avitus, idem. S. Præjectus, Rom. mart. 25. Januarii. S. Bonitus, aliàs Eusebius, Rom. mart. 15. Ianuarii. S. Stabilis, idem. S. Sigo, idem. S Patricius, Rom. mart. 16. Martii.

*Sancti Episcopi Lemovicenses.*

XXXII. Primus fuit S. Martialis unus ex 72. discipulis, Rom. mart. 30 Junii. Aliqui apud Baroniũ in Additionib. scribunt S. Martialem non tantùm Lemovicensis sedis auctorem: sed & Aniciensis, Ruthnensis, Arvernensis, & Mimatensis. Illi successerunt in Lemovicensi S. Aurelianus, P. Leo. S. Æmilius, aliàs Ennodius, vel Eobulus. S. Ruricius, aliàs Rusticus. S. Ferreolus, S. Lupus, S. Sacerdos, vulgò Sadrocus, Rom. mart. 4. Maii. S. Cessator, B. Turpinus.

*SS. Episcopi Cadurcenses.*

XXXIII. S. Genulphus, Molanus 17. Januarii. S. Desiderius, idem. S. Ambrosius Roman. mart. 16. Octobris. S. Ganfbertus.

*SS. Episcopi Sanfloriani.*

XXXIV. Sanctus Florus, Molanus, 4 Novembris, à quo hæc Diœcesis nomen accepit.

*Sancti Episcopi Anicienses.*

S. Gregorius missus à Beato Petro,
XXXV. P. Leo. S. Paulianus, idem. S. Evodius idem. S. Suacrius, idem. S. Armentarius, S. Aurelius, idem. S. Agripanus Martyr. S. Agrenius, ita Martyrium Anicienſe.

*Sancti Episcopi Mimatenses.*

XXXVI. S. Severianus discipulus sancti Martialis, P. Leo. S. Privatus, idem. S. Veranus, idem. S. Firminus, idem. Sanctus Hilarius, idem. S. Iserus, idem. S. Frodoaldus.

*Sancti Episcopi Ruthenenses.*

XXXVII. S. Amantius martyrol. Roman. 4. Novembris. S. Quintianus, Roman. mart. 14. Junii. S. Dalmatius, Archivia Ecclesiæ Ruthenensis.

*Sancti Episcopi Albienses.*

S. Clarus, P. Leo. S. Salinus, Rom. XXXVIII
mart. 10. Septembris. S. Theofridus, P. Leo. De Episcopis Castrensibus & Tutelensibus nihil extat, eorum enim Diœceses à paucis sæculis erectæ sunt.

*Sancti Archiepiscopi Burdigalenses.*

S. Gilbertus, P. Leo, S. Delphinus XXXIX
tempore Theodosii, Roman. mart. 24. Decembris. S. Amandus, Rom mart. 18. Junii. Ibidem S. Severinus Episc. Colonienſis, Rom. mart. 23 Octobr.

*Sancti Episcopi Pictavienses.*

S. Victorinus in persecutione Dio- XXXX
cletiani Martyr, Roman. mart. 2. Decembris. S. Hilarius, Rom. mart. 13. Januarii. S. Maxentius alter ab Anachoretâ, P. Leo. S. Euparchius, vulgò Cibardus, idem.

*Sancti Episcopi Engolismenses.*

S. Ansenius discipulus sancti Mar- XXXXI.
tialis, P. Leo. S. Dimamius, idem. S. Salvius, seu Salvianus Martyrio conatus, Roman. mart. 26. Junii, quiescit apud Valencenas.

*SS. Episcopi Petragorenses.*

S. Fronto discipulus Beati Petri, XXXXII.
magnam illius gentis multitudinem ad Christum convertit. Roman. mart. 25. Octobris. S. Anianus sancti Frontonis discipulus & successor.

*SS. Episcopi Santonenses.*

S. Eutropius, quem sanctus Cle- XXXXIII
mens Pontificalis ordinis gratiâ consecratum direxit in Gallias, & prædicationis officio peracto collisо capite victor occubuit, Roman. martyr. 30. Aprilis. S. Vimanus, Rom. mart. 28. Augusti. S. Trojanus, Rom. mart. 30. Novembris.

*Aginenſis* Episcopus præcipuus est XXXXIV
S. Caprasius Martyr, reliqui Episcopatus Condomienſis, Sarlatenſis, Lucionenſis, Malleactenſis, novissimis temporibus conditi, nihil singularis sanctitatis habent.

*Sancti Archiepiscopi Arelatenses.*

S. Trophimus cuius meminit S. Pau- XXXXV
lus ad Timotheum scribẽs, ab eodem Apostolo creatus Episc. prętatæ urbis, ex cujus prædicatione (ut sanctus Zozimus papa scribit) tota Gallia rivulos

accepit, Roman. mart. 29. Decembris, S. Regulus, Roman. mart. 30. Martii, S. Fœlicissimus, P. Leo. S. Cæsarius, Rom. mart. 27, Augusti. S. Hilarius, Roman. mart. 5, Maii. S. Honoratus, Rom, mart. 16. Januarii. S. Augustalis, Molanus 7, Septembris.

*S. Episcopi Massilienses.*

XXXVI S. Lazarus, quem Dominus in Evãgelio à mortuis suscitasse legitur, Rõ. mart. 16 Decembris. B. Proculus à sancto Hieronymo laudatus. S. Adalongus, Molanus 1. Martii.

XLVII. *Inter Tolonenses Præsules* S. Gratianus discipulus sancti Cleti papæ.

*Sancti Episcopi Arausiani, sivè Arausienses.*

XLVIII S. Eutropius, Rom. mart. 27. Maii. S. Aurelianus, Rom. mart. 16. Junii. S. Florentinus, Roman. martyrol. 17. Octobris.

*Sancti Episcopi Tricastinenses.*

XLIX. S. Paulus, à quo urbs & Diœcesis nomen accepit, P. Leo S. Restitutus, Idem.

*Sancti Archiepiscopi Aquenses.*

LI. S. Maximinius Domini discipulus, Rom mart. 8. Junii.

*Sancti Episcopi Forolivienses.*

LII. S. Leontius, Baronius ad annum 445. num. 14.

*Sancti Episcopi Regienses.*

LIII. S. Prosper Aquitanus adversus Pelagianos pro fide Catholicâ strenuè decertavit, Roman. mart. 25. Junii. S. Maximus, Rom. mart. 27. Novembris. S. Paustus, P. Leo. *Inter Aptenses*, S. Auspicius. *Inter illustriores Episcopos Cistarienses sunt* Paligromus, & Gerardus, cui scripsit Gregorius VII. *Inter Vaprenses*, S. Trigides, S. Remedius, Roman. mart. 3. Februarii. S. Constantinus, P. Leo. B. Arnulphus. idem *Inter Ebrodunenses*, S. Marcellinus, Roman. mart. 20 Septembris. *Inter Dinenses*, S. Nicasius, P. Leo. *Ex Sanicẽsibus*, nullus extat. *Inter Vencienses*, S. Veranus, P. Leo. S. Lambertus suæ Ecclesiæ Patronus. *In Grassensi Diœcesi*, nulli numerantur Episcopi sancti licet ex Lerinensi Monasterio ibi condito Viri celeberrimi prodierint Archiepiscopi 12. Episcopi totidem, Martyres centum quinque.

*Sancti Archiepiscopi Viennenses.*

S. Crescentius sancti Pauli Collega & ab eo transeunte in Hispaniam relictus in Galliâ Martyr sub Nerone. Sãctus Martinus Apostolorũ discipulus Romanum Martyrol. 1. Julii. S. Zacharias Martyr, Rom. mart. 26. Maii. S. Verus, Roman. mart. 1. Augusti. S. Justus Martyr P. Leo. S. Dionysius, Rom. mart. 8. Maii, ad quem Victor papa scripsit. S. Desiderius jussu Theodorici regis lapidibus obrutus Martyrio coronatur, Roman. mart 23. Maii S. Florentius tempore Gallieni Imperatoris in exilium relegatus Martyr occubuit, Roman. mart. 3. Ianuarii. S. Lupicius, cui scripsit sanctus Cornelius papa. S. Simplicius, P. Leo. S. Paschasius Rom. mart. 22. Februarii. S. Claudius, Molanus 1. Iunii. S. Nicetas, Roman. mart. 5. Maii. S. Isicius, Molanus 12. Novembris. S. Avitus, cujus fide, industriâ, atque admirabili doctrinâ ab infestatione Arianæ hæresis Galliæ defensæ sunt, Rom. mart. 5. Februarii. S. Domnus, Rom. mart. 3. Novembris. S. Pantagathus, qui (inquit Adõ consularibus fascibus) primùm sublimis, sed Christi humilitate primus, postmodum Episcopalem sedem fidelissimè rexit sub consulatu Paulini junioris & Basilii, vitâ functus est. S. Evantius, P. Leo. S. Verus, Rom. mart. 1. Augusti. S. Æthereus, Rom. mart. 14. Iunii. S. Clarentius, Rom. mart. 26, Aprilis. S. Gregorius, Roman. mart. 2. Novembris. S. Ado Roman. mart. 16 Decembris. S. Caldeoldus, Molanus 14, Ianuarii. S. Bernardus tempore Ludovici Pii, Molanus 23. Ianuarii. S. Syndulphus, Rom. mart. 10, Decembris. Venerabilis Burchardus Bibliotheca Floracensis, antiquitates Viennæ, Gualterus chronol. sæculo 11. LIV.

*SS. Episcopi Valentiæ.*

S. Apollinaris Rom. mart. 5: Octobris. S. Petrus Martyr in persecutione Valeriani & Gallieni, Rom. mart. 21: Augusti. *In Gratianopoli Diœcesi*, S. Hugo, Rom. mart. 1: Aprilis. *In Diensi*, S. Marcellus, qui in Concilio Piceno interfuit, Romanum martyrologium Augusti 9: S. Stephanus ex Carthusiano, Surius, & Haræus. LV.

*Avenio-*

*Avenionenses*, S. Rufus primus illius civitatis Episcopus, Rom. mart. 12. Novembris. Cæteri me latent.

*Sancti Archiepiscopi Auxitani.*

LVI. S. Aspasius patronus Melodunensis ad sequanam, P. Leo. S. Ciriacius, idem. S. Paternus, idem. S. Orientius Rom. mart. 1. Maii. S. Leotadius, sanctus Astasius, Surius, Sebastianus, Bakunder, Gualterus sæculo 6. *Inter Lescarienses*, S. Julianus, S. Galactorius, P. Leo. *Inter Aquenses*, S. Vincentius Martyr, P. Leo. *Inter Conseranenses*, S. Valerius, P. Leo, S. Lucerius, idem. In Vasatensi, Aduren si, Bajonen si, Tarbien si, Convenen si, vix fuit singulari sanctimonia conspicuus.

*Sancti Archiepiscopi Narbonenses.*

LVII. S. Paulus Apostolorum discipulus, quem tradunt fuisse Paulum Sergium proconsulem, qui à Beato Paulo Apostolo baptisatus, cum in Hispaniam pergeret apud Narbonam relictus, ibidem Episcopali dignitate donatus est, Rom. mart. 22, Martii. S. Rusticus claruit miraculis temporibus Valentiniani & Leonis Imperatorum, Rom. mart. 26. Octobris. S. Theodardus P. Leo. *Inter Boterenses*, SS. Aphrodisius, Nazarius, Hilarius, P. Leo.

*SS. Episcopi Lutenenses.*

LVIII. S. Florus, P. Leo. S. Georgius, idem. S. Amantius, idem. S. Fulcranus de sanctis Episcopis Alectensis, Carcasonensis, sancti Pontii Agathensis, Montis Pessulani, Memausensis, nihil certum habemus. *Inter Neticenses*, recensent sanctum Firminum, Molanus 11. Octobris.

*Sancti Archiepiscopi Tholosani.*

LIX. S. Saturninus, Rom. mart. 29. Novembris. S. Honoratus, P. Leo. S. Hilarius, idem. S. Evembertus, idem. S. Exuperius, Roman. mart. 28. Octobris. In Pago Tarvanensi S. Silvinus Episcopus Tholosanus, Roman. mart 17. Februarii. In Provinciâ apud castrum Bruncolam S. Ludovicus, Rom. mart. 19 Augusti, sub eo sunt Episcopatus Vaurensis, Mont-Albanensis, Lombarien sis, S. Papali, Mirapicensis, Rinen sis, Apanensis, quos ferè omnes Joannes XXII. Pontifex instituit, idcòque eorundem Episcoporũ nihil sanctum ac gelatu dignum ad nos pervenit.

*Sancti Archiepiscopi Rothomagenses.*

S. Nicasius, S. Dionysius illam sedem fundavit, successit Melanius, sivè Melo, Roman. mart. 22. Octobris. S. Severus, P. Leo, S. Victricius Rom. mart. 7. Augusti. S. Evodius, Rom. mart. 8. Octobris. S. Gildardus frater S. Medardi, Rom. mart. 8, Junii. S. Flavius, P. Leo. S. Prætextatus, Roman. mart. 24. Februar. dicitur occisus Fredegundæ Reginæ jussu, S. Romanus, Rom. mart. 23. Octobris. S. Audoenus, aliàs Dado, Rom. mart. 24, Augusti. S. Ausbertus, Rom. mart. 9, Februarii. S. Hugo, Rom. mart. 9. Aprilis. S. Melanus, Roman. martyrol. 22. Octobris. LX.

*SS. Episcopi Bayocenses.*

S. Exuperius, cujus exuviæ sacræ sunt Corbolii ad sequanam. S. Rufinianus P. Leo. S. Renobertus idem. S. Lupus, Molanus 25. Octobris. S. Manneus, P. Leo. S. Concessus, idem. S. Patritius, idem. S. Vigor, Roman. mart. 1. Novembris. S. Gertramius, P. Leo. S. Gerbolellus, idem. S. Tranibolduc, idem. S. Robertus, idem. Sanctus Gerebaldus, Molanus 7. Decembris. S. Contextus, Molanus 19. Januarii. LXI.

*Sancti Episcopi Abrincenses.*

S. Leontius, P. Leo. S. Paternus, Rom. mart. 16. Aprilis. S. Fegasius, P. Leo. S. Senator, idem. S. Rabentranus, idem. S. Leodevaldus, idem. S. Antbertus, S. Sinerius, Molanus 18. Septembris. LXII.

*Sancti Episcopi Asargienses.*

S. Latuinus, Molanus 20. Junii. S. Landricus, Molanus 17. Aprilis. Sanctus Milcardus, P. Leo. S. Alnobertus, idem. S. Lotharius, idem. S. Godegrandus Martyr, Molanus 3. Septembris. S. Adelinus, S. Bannus, Molanus 20. Junii. LXIII.

*Sancti Episcopi Constantienses.*

S. Ereptiolus, P. Leo. S. Exuperantius, idem. S. Laudus, Molanus 21. Septembris. S. Leo Anglus natione, P. Leo. S. Leontius, idem. S. Ursicinus, idem. S. Ulphobertus, idem. LXIV.

*Sancti Episcopi Ebroicenses.*

S. Taurinus à Beato Clemente ordinatus Episcopus, Roman. mart. 11. LXV.

Augusti. S. Gaudus, Molanus 31. Januarii. S. Landulphus, Molanus 13. Augusti. S. Ætherius, P. Leo. Sanctus Aquilinus, Rom. mart. 19. Octobris. *Ex Diœcesi Lexoviensi*, insignes Viri prodierunt, ut Guido Harcuriæus fundator Collegii Harcuriani Parisiis, Guilelmus Destoute Collegii Lexoviensis fundator, sed nullus sanctitate conspicuus.

## §. 6.

## *In Hispaniâ.*

I. HÆc summariè accipe, ex Romano Martyrologio, Passio sanctorum Martyrum Torquati, Ctesiphontis, Secundi, Indaletii, Cęcilii, Hesychii, Euphrasii, qui Romæ à SS. Apostolis Episcopi ordinati, & ad prædicandum verbum Dei in Hispanias directi sunt. Cumque variis urbibus prædicassent, & innumeras multitudines Christi jugo subjugassent, in eâ Provinciâ diversis locis quieverunt, Torquatus Acæ, Ctesiphon Vergii, Secundus Abulæ, Indaletius Urci, Cęcilius Illiberi, Hesichius Carteiæ, Euphrasius Illiturgi, Romamanum Martyrol. 15. Maii. Ibidem sancti Martyres Epitacius Episcopus, & Basileus, Rom. mart. 23. Maii. De singulis Archiepiscopatibus pauca subjiciemus, si enim omnium Ecclesiarum sanctos Præsules referre oporteret, omnes Diœceses percurrere ac consulere oportuisset, locupletissimũ volumen expeterent.

### *Sancti Archiepiscopi, Episcopi, & Suffraganei Tarraconensis Ecclesiæ.*

II. *Tarracone*, S. Fructuosus, Roman. mart. 21. Januarii. *Barcinone*, S. Severus, Roman. mart. 5. Novembris. S. Pacianus, Roman. mart. 9. Martii. *Ilerdæ*, S. Lucerius, Rom. mart. 27. Augusti. *Turiasone* S. Prudentius, Roman. mart. 28. Aprilis, Vasæus scribit eum fuisse Episcopum Tarraconensem. *Urgellæ*, S. Justus, Roman. mart. 28. Maii. Ibidem S. Odo, Rom. mart. 7 Julii. Item S. Hermengandus, Roman. mar. 3. Novembris. *Pateræ*, sanctus Methodius Episcopus, Molanus 20. Junii.

### *Sancti Archiepiscopi & Episcopi Valentini & Aragoniæ.*

S. Thomas de Villâ-Novâ ex Ordine Eremitarum sancti Augustini ad Archiepiscopatum Valentinum promotus, nuper ab Alexandro VII. sanctorum fastis adscriptus. *Illiberi*, sanctus Gregorius Rom. mart. 24. Aprilis. *Cæsar-Augustæ*, S. Valerius Episcopus Roman. mart. 28. Januarii. S. Braulius Roman. mart. 26. Martii. III.

### *Sancti Archiepiscopi & Episcopi Hispalenses.*

S. Leander, cujus prædicatione & industriâ Wicegothorum gens, adjuvante Recaredo eorum rege ab Arianâ impietate ad Catholicam fidem conversa est, Rom. mart. 27. Februarii. S. Isidorus, zelo Catholicæ fidei & Ecclesiasticæ disciplinæ observantiâ Hispanias illustravit, Roman. mart. 4. Aprilis. *Hispal.* S. Laurentius Martyr, Rom. mart. 4. Julii. S. Geruntius tempore Apostolorum in eâ Provinciâ prædicans, post multos labores in carcere quievit, Roman. martyr. 24. Augusti. IV.

### *Sancti Archiepiscopi & Episcopi Toletani & Burgenses.*

*Toleti*, S. Julianus, Roman. mart. 8. Martii. S. Idelfonsus ob singularem vitæ integritatem, susceptamque defensionem Virginitatis Marianæ adversus hæreticos, à Deiparâ candidissimâ veste donatus est, Roman. mart. 23. Junii. S. Helladius, Roman. mart. 18. Februarii. S. Eugenius Martyr, discipulus sancti Dionysii Areopagitæ, Roman. martyrol. 15. Novembris. *Concha*, S. Julianus Roman. martyr. 28. Januarii. *Martulæ*, S. Brictius sub Marciano judice pro confessione domini multa passus, cùm magnam multitudinem ad Christum convertisset, Confessor in pace quievit, Roman. mart. 9. Julii. *Segunti*, S. Sacerdos Roman. mart. 5. Maii. V.

### *Sancti Archiepiscopi & Episcopi Compostellani.*

*Compostellæ*, S. Petrus multis virtutibus & miraculis claruit, Rom. mart. 19. Septembris. *Palentiæ*, S. Turibius Episcopus Astyriensis, ope S. Leonis papæ IV.

papæ, clarusque miraculis, in pace quievit, Rom. mart. 16. Aprilis. S. Atilanus Episcopus Zamorensis, quem Urbanus II. in sanctorum numerum retulit, Roman. mart. 5. Octobris. In Civitate Italicâ S. Geruntius Episcopus tempore Apostolorum Evangelium in eâ provinciâ prædicans post multos labores in carcere quievit, Rom. mart. 25. Augusti.

## §. 7.

## *In Lusitaniâ.*

1. *Bachari*, S. Petrus Martyr fuit primus ejusdem Civitatis Episcopus, Rom. mart. 26. Aprilis. Ibidem S. Fructuosus, Roman. mart. 16. Aprilis.

## §. 8.

## *In Burgundiæ Comitatu.*

1. *Vesontione*, S. Claudius, Rom. mart. 6 Iunii. S. Petrus Rom. mart. 8, Maii. S. Antidius ob Christi fidem à Wandalis occisus, Rom. mart. 25. Iunii. S. Nicetus præclaræ sanctitatis Vir, Molanus 8. Februarii. S. Germanus, Rom. mart. 11. Octobris, Democharis lib. de sacrificio missæ scribit fuisse occisum ab Arianis. S. Anatolius sanctissimus Episcopus, Molanus 3. Februarii. S. Waldricus Episcopus Lausanensis, Annales Bojorum. S. Anthelmus Episcopus Bellicensis, Rom. mart. 26. Iunii.

## §. 9.

## *In Belgio.*

1. Molanus in principio Indiculi sanctorum Belgii notat olim has dumtaxat fuisse Ecclesias Cathedrales scilicet Leodiensem, Atrebatensem, Cameracensem, Tornacensem, Ultrajectensem, tunc enim non fuit opus multis Episcopatibus, quando hæ regiones sparsim & infrequenter admodum habitabantur. Sed nunc ubique refertæ sunt gentium & populorum frequentiâ. Undè Paulus IV. pio desiderio Philippi regis satisfacere valens anno 1559. auxit & commodius divisit Diœceses Galliæ Belgicæ, quæ ditionis est Philippi Hispaniarum regis, ac in hac erectione jurisdictionis Leodiensis amplitudinem plurimùm diminuit. Itaque tres Archiepiscopatus erecti sunt, Mechlinienſis, Cameracensis, Ultrajectensis, & tredecim Cathedrales sedes, eâsque summus Pontifex trium Metropolitanarum suffraganeas esse voluit. Mechlinienſi subjecit Antwerpiensem, Gandavensem, Brugensem, Iprensem, Buscoducensem, Ruremundensem. Cameracensi Atrebatensem, Tornacensem, Audomarensem, Namurcensem. Ultrajectensi Groningensem, Harlemensem, Daventriensem, Leovardiensem, Middelburgensem. Leodiensem autem Sedem detractis iis quæ ditionis erant Hispanicæ reliquit subjectam Archiepiscopo Colonienſi. Quare si quos sanctos Episcopos illi novi Episcopatus sibi attribuant, ad Leodiensem Sedem et aliasque antiquas spectare censendi sunt.

*Sancti Archiepiscopatus Cameracensis.* II.

*Cameraci*, in Galliâ S. Antbertus Confessor, Roman. martyrol. 13. Decembris. Addit Molanus, quod per eum Hannonia mirabiliter in Christianâ religione cœpit florere & vigere. Habuit Landelinum Abbatem Crispinii, Vincentium, Madelgarium, Comitem, & Waldetrudem. Horum sanctitati adjunxerunt se multi Apostolici Prædicatores. Ex Scotiâ & Galliâ, & ex ipsâ Græciâ sanctissimus Gislenus, per quas columnas fœlix Hannonia Christo Domino est incorporata, ac fidei Christianæ initiis imbuta. S. Gaugericus ejusdem Civitatis Episcopus, Rom. mart. 11. Augusti. S. Ablebertus, seu Emebertus. Sanctus Vindicianus plebem multitudini numerosæ creberrimis prædicationibus convertit ad exequendam vitæ melioris normam. Molanus in Indiculo sanctorum Belgii. S. Otto Collega sancti Furſei, venit ex Hibernià cum aliis multis ut verbum Dei in Galliis seminaret, postquam multos fructus Deo fecerat Fisciaci circa

Avesnas

Avesnas Hannoniæ in prioratu dependente à Lætiensi Abbatiâ quievit, Molanus in Indiculo. S. Dominicus, Bucelinus, S. Vedulphus idem. S. Bertholdus, idem. S. Bertrandus. idem. S. Hildebertus, idem. S. Vedastus Atrebatensis Episcopus, cujus vita & mors plurimis miraculis extitit gloriosa, Rom. mart. 6. Februarii. S. Hadulphus Episcop. apud Atrebatum in Ecclesiâ S. Vedasti quiescit, Molanus 19. Maii. In Blandinio Monasterio S. Guduualus Episcopus, Molanus 6. Junii. S. Erkembodo Episcopus Taruanensis, Molanus 12. Aprilis. S. Hunfridus ejusdem Taruanensis, sivè Morinensis Ecclesiæ Episcopus, vir singularis exempli ac virtutis, Molanus in Indiculo. *Tornaci*, S. Eleutherius Episcopus Roman. mart. 20. Februarii, sanctus Chrysolius Armenus, Episcopus cum Quintino, Crispino, Piato, & aliis ab urbe Româ Galliâs causâ peregrinationis expetiit tempore Diocletiani, ipseque Chrysolius Tornaco, & aliis Flandriæ locis Christi nomen attulit, ob quod septimo idem Februarii Martyrio coronatur. Molanus in Indiculo. S. Piato Martyr, Bucelinus. S. Medardus idem, Episcopus Noviomensis.

*Sancti Archiepiscopatus Mechliniensis.*

III. Quamvis in hac Metropoli & Suffraganeis recenter erectis nihil singulare contigerit, tamen quædam non incongruè inseremus. S. Macarius Patriarcha Antiochenus (inquit Molanus in Indiculo) & Armeniæ decus, non sine divino instinctu in Eleutherium Episcopalem resignans functionem sanctam instituit peregrinationē & ad nostras usque partes devenit, Mechliniæ fidei flammâ flammas urbem vastantes extinxit, Malbodii, Tornaci, Cameraci, miraculis est cohonestatus, Gandavi in sancti Bavonis Monasterio per aliquot menses manens ob sanctissimam vitam omnibus circum circa innotuit, Dumque statuit Armeniam repetere, à Christo ad cœlestem patriam evocatur. *In Portu Gandensi*, S. Livinus Episcopus & Martyr, Roman. mart. 2. Novembris. Addit Molanus in Indiculo, quod electus Archiepiscopus Scotorum; cùm id munus aliquot annis cum aliquo fructu administrasset, reliquit Sylvano Archidiacono, ipseque Evangelii plantandi causâ inter infideles cum tribus discipulis Foillano, Eliâ, & Kiliano venit ad Gandense cœnobium annò 633. &c. indè prædicationis causâ profectus per Flandriæ loca innumeros ad fidem Christi, verbo, & exemplo, & miraculis convertebat, sed homines impii miris modis eum persequebantur: nec omninò desistebant donec linguam ejus extractam canibus devorandam projecerint, quæ tamen illi mox miraculo fuit restituta, ac tandem apud Escham multis vulneribus sauciatum etiam obtruncarent. Quo loco nobilem & religiosam Matronam Craphaildem Livini hospitam, ejusque filium Brixium, quem Livinus sacro fonte susceperat, immaniter trucidarunt. *In Civitate Terræmunda.* S. Hildewaldus Episcopus, multùm Flandris laboravit sub Duce Magriptio, qui piam viduam obtruncavit, cujus hospitio usus fuerat Hildualdus, diversis tormentorum cruciatibus est & ipse affectus: sed fidei constantiâ in adversis velut in prosperis lætus erat, fidemque Catholicam constantissimè prædicavit, tandem Magriptium convertit & baptisavit, quo facto vir Dei Diclivernæ Oratorium construxit in quo glorioso fine decessit, &c.

*Sancti Archiepiscopi & Episcopi Ultrajectenses.*

IV. In Frisiâ depositio S. Willebrordi Episcopi Trajectensis, qui à Beato Sergio papâ ordinatus Episcopus in Frisiâ & Daniâ Evangelium prædicavit. Rom. mart. 7. Novembris, addit Molanus in Indiculo intelligi non tantùm Frisiam, sed & Groningam, Transsivlaniam, Trajectum, Hollandiam, Zelandiam. S. Bonifacius Martyr, Bucelinus. S. Gregorius discipulus sancti Bonifacii Archiepiscopi post glorioſum sui præceptoris Martyrium rexit Ecclesiam Trajectensem annis triginta duobus, eximius Prædicator Frisonicæ gentis, ita Molanus in Indiculo. S. Radbodus ejusdem Civitatis Episcopus vir sanctus, pius ac

doctus;

doctus, & iuxta nomen suum Teutonicum nuncius, sivè magni consilii Angelus, &c. Molanus in Indiculo. S. Eobanus seu Eubam Episcopus & Martyr, collega sanctissimi Bonifacii in conversione Frisonum, & Martyrii perceptione, &c: Molanus in Indiculo, S. Adalbertus, sivè Albericus, Bucelinus. S. Sunitbertus secundus nominatur inter duodecim illos Apostolicos Viros, qui ex Angliâ venerûnt fidem prædicatum Frisiis, Hollandis, & vicinis, specialiter nominatur Apostolus Teisterbaudiæ, Westphaliæ, & Boructuariorum, Molanus in Indiculo. S. Wlfranus Archiepiscopus Senonensis ad prædicandum Frisonum genti ex divinâ revelatione animum induxit, ubi quàm plurimis ingentibus miraculis multos ad Christi fidem convertit, ut fusius in ejus vitâ Surius & Baronius ad annum 700. S. Wiro cujus reliquiæ in Ecclesiâ Trajectensi conditæ sunt, Molanus in Indiculo. S. Rixfridus, Bucelinus. S. Fridericus, idem. S. Alfridus, idem. S. Ratleodus, idem. S. Baldricus, idem. S. Aufridus, idem.

## §. 10.

## *In Angliâ, Scotiâ, & Hiberniâ.*

I. IN *Angliâ*, depositio sancti Melliti, qui à sancto Gregorio in Angliam missus, Orientales Saxones & Regem ipsorum ad fidem convertit, Rom. mart. 24. Aprilis. S. Asaphus, Rom. mart. 1. Maii. S. Hedda. 7. Julii, Rom. mart. S. Fælix 8, Martii, Roman. mart. S. Odo, Molanus, 7. Februarii. S. Licetphardus, Molanus 4. Februarii. S. Guduvalis relicto Episcopatu secessit in Monasterium suæ Diœcesis, &c. adhuc vivens multis ac stupendis claruit miraculis, Molanus in Indiculo.

II. Specialiter *Cantuariæ*, S. Theodorus Episcopus à Vitaliano papâ in Angliam missus doctrinâ & sanctitate refulsit, Rom. mart. 19. Septembris. Ibidem S. Honorius, Molanus 30. Septembris. Item S. Augustinus illuc cum aliis à B. Gregorio Papâ missus genti Anglorum Christi Evangelium prædicavit, ibique virtutibus & miraculis gloriosus obdormivit in Domino, Roman. mart. 26. Maii. S. Dunstanus Rom. mart. 19. Maii. S. Leonorius, Molanus 1. Julii S. Edmundus, cujus sanctitatem Deus miraculorum multitudine declaravit, Roman. mart. 16. Novembris. S. Elphegius Episcopus, & Martyr, Roman. mart 19. Aprilis. S. Anselmus sanctitate & doctrinâ conspicuus, Rom mart. 21. Aprilis. S. Thomas ob defensionem Ecclesiasticæ immunitatis impiorum hominum factione in Basilicâ suâ gladio percussus migravit ad Christum 29. Decembris. S. Laurentius post sanctũ Augustinum Ecclesiam illam gubernavit, & regem ipsum ad fidem convertit, Rom. mart. 2. Februarii.

*Londonii*, S. Erconvaldus multis miraculis claruit, Rom. mart. 30. Aprilis. III. *Wintoniæ*, S. Suvithunis, cujus sanctitas gratiâ miraculorum effulsit Rom. mart. 2. Julii Ibidem S. Ethewoldus, Roman. mart. 1. Augusti. S. Hugo ex monacho Carthusiano ad Ecclesiam Lincolniensem regendam vocatus, multis miraculis claruit, & sancto fine quievit, Roman. mart. 16. Novembris Depositio sancti Cuthberti Episcopi Lindisfarniensis à pueritiâ ad obitum usque sanctis operibus, miraculorum signis effulsit, Roman. mart. 20. Martii. S. Ceaddas Episcop. Merciorum & Lindisfarnorũ cujus præclaras virtutes Beda commemorat, Romna. mart. 2. Martii. S. Fadbertus doctrinâ & pietate insignis Rom. mart. 6. Maii. S. Aidanus, cujus animam cùm S. Cutbertus ovium pastor in cælum ferri vidisset relictis vibus factus est Monachus, Roman. mart 31. Augusti. S. Richardus Episcopus Cicestrensis sanctitate & miraculorum glorià conspicuus, Roman. mart. 3. Aprilis. S. Birinus Episcopus Dorcestrensis, 3. Decembris.

*Erfordiæ*, S. Thomas Episcopus, IV. Rom. mart. 2. Octobris, hunc Joannes XXII. retulit in sanctorum numerũ (inquit Baronius.) *Angustæ* in Britannia, B. Angulus Episcopus ætatis curtum per Martyrium explens æterna præmia suscipere meruit, Roman.

mart. 7. Februarii, fuit (inquit Molanus) Episcopus Sarisberiensis. Sanctus Adelmus Episcopus Schireburgensis, Rom. mart. 25. Maii. *Vigorniæ*, S. Eguinus, Molanus 11. Ianuarii. B. David Merenensis, Molanus 1. Martii. *Eboraci* in Angliâ, S. Walfridus Episcopus Roman. mart. 12. Octobr. S. Paulinus ejusdem Civitatis Episcopus, discipulus beati Gregorii, qui cum aliis ad prædicandum Christi Evangelium illuc missus, ab eo Edmundum regem, ejusque populum ad fidem convertit, Rom. mart. 10. Octobris. Ibidem in Civitate *Oudensel*, S. Plekelinus, Molanus 15. Julii.

VI. *In Scotiâ*, S. Ninianus, Rom. mart. 16. Septembris, Molanus ad Usuardum addit esse Episcopum Candidæ Casæ. S. Wiro, Rom. mart. 8. Maii. S. Tigernacus, Molanus 5. Aprilis.

VII. *In Hibernia*. S. Patritius, primus ibidem Christum Evangelizavit, & maximis miraculis, virtutibusque claruit, Roman. mart. 17. Martii. S. Celsus beatum Malachium in Episcopatu præcessit, Rom. mart. 6. Aprilis. In Monasterio Clarevallensi, S. Malachias Episcopus Converthensis multis virtutibus suo tempore claruit, cujus vitam S. Bernardus conscripsit, Rom. mart. 3. Novembris. S. Becunis Episcopus, Rom. mart. 16. Decembris, Molanus ad Usuardum addit fuisse Episcopum Abedonensem. Sanctus Laurentius Episcopus Dublinensis, Rom. mart. 14. Novembris, Rom. mart. 1. Julii. Baronius addit fuisse factis SS. adscriptum ab Honorio III.

VIII. *Mechlinia*, S. Romoldus Filius Scotorum Regis, & Episcopus Dublinensis, Molanus scribit illum Mechliniæ fidei rudimenta plantasse (ut meritò Mechlinienſium Apostolus habeatur. Apud Namurcum *in Maloniâ* S. Bertuinus, Episcopus & Confessor, de Hiberniâ insulâ veniens in Saltum qui vulgò appellatur *Marlignia*, condidit oratorium in dictâ villâ Maloniâ super Sambram in honorem semper Virginis Mariæ. *Fossis*, S. Foillanus Episcopus qui de Hiberniâ venit ad Ultanum germanum suum, & Saltu, qui rusticâ linguâ Carbonarias nuncupatur, martyrisatus est, cujus vitâ virtutibus glorioſis, & miraculis copioſissimis illustratur, Molanus 31. Octobris.

His adjungendos existimavi Antistites à Sandero libr. 7. de visibili Monarchiâ Ecclesiæ recensitos, qui tempore Henrici VIII. regis pro Apostolicæ Cathedræ principatu confitendo, vel in vinculis domi, vel in exilio usque ad mortem perstiterunt. IX. *Ex Angliâ* Hethus Archiepiscopus Eboracensis, Edmundus Episcopus Lundinensis, Joannes Vitus Episcopus Vintonienſis, Cuthbertus Tonstallus Episcopus Dunelmensis, Oglethorbus Episcopus Carleolensis, Pateus Episcopus Vigorvienſis, Baynus Episcopus Lichfeldensis, Thurlebeus Episcopus Elyensis, Polus Episcopus Petroburiensis, Burnus Episcopus Battowiensis, Scottus Episcopus Cestrienſis, Warsonus Episcopus Lincolniensis, Toblesildus Episcopus Exoviensis.

*Ex Scotiâ*, Joannes Hamiltonus X. Archiepiscopus S. Andrææ, Jacobus Beron Archiepiscopus Glasconensis, Gulielmus Cheisolne Episc. Dumblanensis, Joannes Lessie Episcopus Rossensis.

*Ex Hibernia*, Richardus Creveus XI. Archiepiscopus Armacanus, Mauritius Archiepiscopus Cassalensis, Gulielmus Walsius Episcopus Medensis, Thomas Leurus Episcopus Darensis. Thomas Tervanus Episc. Rossensis, Redinnudus Episcopus Alladensis.

Quædam dicenda de Reginaldo XII. Polo Cardinali ex Sandero suprà, & Historiâ Leodiensi; ille pro unitatis Ecclesiasticæ defensione quatuor libros ad Henricum VIII. ejusdem unitatis in Angliâ eversorem conscripsit librum unum de summo Pontifice, Vir tam sanctus erat, ut nec ambitione intumesceret, cum duobus tantùm suffragiis à Romanæ Cathedræ principatu abesset, neque rursus animo dejiceretur, cùm in Julium vota Cardinalium transiisse intelligeret, ob eamque rem fateri debeamus eum spiritu, non hujus mundi, sed ipsius Dei actum fuisse, plurimi refert quid pro primatus Ecclesiæ Romanæ defensione passus fuerit. Cùm igitur animadverteret Regem, cui sanguinis

ratione

ratione conjunctus erat, usque eò voluptatibus diffluere, ut non modò legitimam uxorem, ex quâ prolem susceperat, repudiare: Verum etiam pastorem animæ suæ Romanum Pontificem omni potestate in Angliâ spoliare vellet, patriam potius, quàm fidem sibi deserendam ratus, ex Angliâ sponte exivit, non certè, ut exteras regiones inviseret, quas jam ante obiverat: sed ut conscientiæ tantùm ac saluti æternæ consuleret. Matrem igitur charissimam, cognatos, amicosq; & quod amplius est spem ad summos honores aspirandi, non invitus reliquit, ut Ecclesiæ unitatem, quæ in Romanâ potissimùm Cathedrâ eminet, incolumen sibi conservaret, ac non multò quidem postea, cum se à Regis Henrici pessimis consiliis abhorrere ostendisset, mox audit fortunas primùm omnes ablatas esse, deindè læsæ majestatis notam falsò quidem, sed tamen publici decreti specie nomini suo injustam matrem. Postremò non tantùm ad carceres, verùm & ad mortem litterarum causâ, quas à filio accepisse dicebatur pertractam. Nec ita quievit regis furor, quinimò Polum ubique persequitur, nec aut in Galliis, vel in Belgiis tranquillè agere illum virum permittit, cui similem eo tempore, nec tota quidem Gallia, ob schisma (quo tunc laborabat) ullo modo habere potuit. Sed tam chara Poli mors Henrico fuit, ut stipendia in decem menses pro quatuor millibus peditum Senatui Cæsaris apud Belgas eâ tantùm lege offerret, si vir integerrimus in homicidæ illius potestatem daretur. Quod Polus cum intellexisset id tantùm dixisse fertur. *Regem Henricum, qui vitâ istâ eum spoliare tantopere studeret, nihilo plus ei molestiæ afferre, quàm si quis dormitum ire cupienti, vestem detrahat.* Nè litis vel belli principibus prætextum subministraret, venit Leodium, eumque Erardus à Marcka Episcopus & Princeps Leodiensis, Cardinalis sancti Chrysogoni, humanissimè excepit.

## §. II.

### *SS. Patriarchæ Constantinopolitani.*

1. QUod si Ecclesiarum Orientalium fundationem, propagationem, ac in fide orthodoxâ, & sanctimoniâ continuationem spectemus, indubitatum est ad eas plurimùm contulisse veterum Antistitum zelum, studium, vigilantiam, ac optimam vitam, ut patebit ex sequentibus. *Constantinopoli.* S. Staches à Beato Andreâ Apostolo primus ejusdem civitatis Episcopus ordinatus est Roman. mart. 31. Octobris. S. Ignatius cùm Bardam Cæsarem ob repudiatam uxorem arguisset, ab eo multis injuriis affectus in exilium pulsus est, sed à Nicolao Romano Pontifice restitutus, tandem in pace quievit, Rom. mart. 23. Octobris. Ibidem S. Joannes Chrysostomus inimicorum factione in exilium ejectus, cum Innocentii I. decreto revocaretur in itinere à custodientibus militibus multa mala perpessus animam Deo reddidit, Roman. mart. 14. Septembris. Idem Martyrologium 27. Januarii, S. Joannes propter aureum eloquentiæ flumen cognomento Chrysostomus, verbo & exemplo Christianæ religioni plurimùm profuit, & post multos labores in exilio vitam finivit, &c. Ibidem S. Flavianus cùm fidem Catholicam propugnaret, ab impii Dioscori factione pugnis & calcibus percussus, atque in exilium actus, post triduum vitam finivit 18. Februarii, ex Rom. mart. S. Nicephorus paternarum traditionum propugnator acerrimus Leoni Armeno Imperatori Iconoclastæ pro cultu sanctarum imaginũ se constanter opposuit, à quo mulctatus exilio ibidem quatuordecim annis longum ducens martyrium migravit ad Dominum, Roman. mart. 13. Martii. S. Paulus sæpius ab Arianis ob fidem Catholicam pulsus, & à S. Julio Rom. Pont. restitutus, demùm à Constantio Imperatore Ariano ad Cucusanum oppidulum Cappadociæ relegatus, ibi-

dem Arianorum insidiis crudeliter strangulatus ad cœlestia migravit, cujus corpus Theodosio Imperatore Constantinopolim translatum fuit, Roman. mart. 1. Junii & 29. Augusti. S. Methodius ejusdem civitatis Episcopus, Roman. mart. 14. Junii. Item sancti Martyres Hypatius Episcopus Asianus, & Andræas Præsbyter ob cultum sanctarum Imaginũ sub Leone Isaurico barbâ pice illitâ atque incensâ, & cute capitis extractâ jugulati sunt, Rom. mart. 3. Junii. S. Alexander gloriosus senex; cujus orationis virtute Arius divino judicio damnatus crepuit, & effusa ejus viscera sunt. S. Evagrius tempore Valentis à Catholicis electus Episcopus ab eodem Imperatore in exilium missus migravit ad Dominum, Rom. mart. 6. Martii. S. Metrophanes insignis, Roman. mart. 4. Junii. S. Proclus, Rom. mart. 24. Octobris. S. Antonius tempore Leonis VI. Imperatoris, Rom. mart. 12. Februarii. S. Tharasius eruditione & pietate insignis, ad quem extat Adriani papæ I. epistola pro defensione sanctarum Imaginum, Roman. mart. 25. Februarii. S. Eustathius Molanus. 19. Februarii. S. Eutychius Roman. mart. 6. Aprilis. Apud Famagustam civitatem Cypri B. Petrus Thomasius Patriarcha Constantinopolitanus Doctor percelebris, Ordinis Carmeli professor, post plures de sanctæ Crucis inimicis victorias, & post plures scriptos libros, ac patrata miracula, die ac horâ à se præsignatis fœliciter obdormivit, Molanus 6. Januarii.

II. *Cæsarea* in Cappadociâ, ordinatio sancti Basilii Episcopi, qui tempore Valentis Imperatoris doctrinâ & sapientiâ insignis, omnibus virtutibus ornatus mirabiliter effulsit, & Ecclesiam adversus Arianos & Macedonianos mirabili constantiâ defendit, Roman. mart. 14. Januarii. Frater ejus S. Gregorius Nyssenus tantis eum laudibus celebrat, ut sicut Moyses Abrahami, Samuel Moysis, Elias Samuelis, Joannes Baptista Eliæ, Paulus Joannis, sic afferit Basilium huic & cæteris successisse, quod fusissimè probat referens inter alia, Historiã Eliãnam lib. 3. Reg. cap 16. 17. & 18. Quibus subjungit. *Quemadmodum tempore Achab Elias exhibetur, ac sacerdotio, quod jam quodammodo collapsum atque neglectum erat suscepto, tanquam lucernam, quæ defecisset rationem fidei per inhabitantem in se gratiam relucere denuò fecit; & cum veluti fax noctu errantibus per mare Ecclesiæ bono apparuisset, omnes ad rectam viam convertit cum præfectis & præsidibus confligens, cum ductoribus copiarum congrediens; apud Imperatores liberè loquens, in concionibus & Ecclesiis clamans, eos qui procul abessent exemplo Pauli per epistolas concilians, atque adjungens, effugiens & devitans conflictantium reprehensiones; cùm nihil in se haberet, quo teneretur & vinceretur ab adversariis, &c.* Infra. *An etiam audebimus ad sublimem Eliam sermone ascendere, & ostendere nostrum doctorem suæ vitæ instituto illius gratia assimilari. Enim verò, ut in flammeo curru sedeat, atque vehatur, & igneos equos moderetur, & ad eam potestatem, quæ supera præsidet rerum natura transmigret, nemo postulet ab humanâ naturâ, &c. Quæ sunt igitur nostri præceptoris bona, quæ cum iis, quæ in prophetâ cernuntur, communionem & societatem habeant: amor & studium vehemens erga fidem, odium adversus aspernantes & reprobantes, dilectio erga Deum, studium & desiderium ejus, qui verè atque reipsa est &c.* Paulò post. *Hæc & ejusmodi sunt, in quibus præceptoris vita miracula Eliæ imitatur.* In eâ oratione ostendit vitam Eliæ fuisse, quasi exemplar vitæ Basilii. S. Leontius ejusdem civitatis Episcopus incensus sub Licinio adversus gentiles, & sub Constantino adversus Arianos plurimùm decertavit, Roman. mart. 13. Januarii. Ibidem sancti Martyres Lucius Episcopus, Absalon, & Lorgius.

III. Dionysius ab Apostolo Paulo baptisatus, primus Athenienſium Episcopus est ordinatus; deinde Romam veniens à Beato Clemente Romano Pontifice in Gallias prædicandi gratiâ directus est, & ad præfatam urbem deveniens, cùm ibi per aliquot annos commissum sibi opus fideliter prosequeretur,

quæretur, tandem à Præfecto Fecennino post gravissima tormentorum genera unà cum sociis gladio animadversus Martyrium complevit, Rom. mart. 9. Octobris Ibidem S. Publius post sanctũ Dionysium Areopagitam Athenienſium Ecclesiam nobiliter rexit, & præclaris virtutibus, ac doctrinâ præfulgens, ob Christi martyrium gloriosè coronatur, Rom. mart. 21. Januarii. S. Herotheus discipulus B. Pauli Apostoli, Molanus addit fuisse Episcopum Athenarum. S. Gillenus etiam Athenienſis, relicto Episcopatu vitam in Monasterio à se constructo, exercens multis virtutibus claruit, Rom. mart. 9. Octobris, Molanus etiam addit eum fuisse Episcopum Athenienſium.

IV. S. Timotheus discipulus beati Pauli Apostoli ab eodem Ephesi ordinatus Episcopus, post multos agones cùm Dianæ immolantes argueret, lapidibus obrutus, paulò post obdormivit in Domino, Rom. mart. 24. Januarii. S. Onesimus, de quo S. Paulus Apostolus ad Philemonem scribit, quem etiam post sanctum Timotheũ Episcopum Ephesiorum ordinavit, prædicationisque verbum illi commisit. Hic vinctus, Romam perductus ac pro fide Christi lapidatus, primò ibidem sepultus fuit, indè ad locum ubi Episcopus fuerat ordinatus, corpus ejus delatum est. Rom. mart. 16. Februarii.

V. *Iconii* in Lycaonia sanctus Coronatus Episcopus sub Perennio Præside capite truncatus, Martyrii palmam accepit, Rom. mart. 12. Septembr. Ibidẽ S. Terentius Episcopus & Martyr, Roman. mart. 21. Junii. S. Amphilochius ejusdẽ civitatis Episcopus sanctorum Basilii & Gregorii Nazianzeni in eremo socius, & in Episcopatu collega, post multa certamina pro Catholicâ fide susceptа, sanctitate & doctrinâ clarus quievit in pace, Rom. mart. 23. Novembris.

VI. *Ancyræ* in Galatiâ S. Clemens Episcopus sæpius cruciatus tandem sub Diocletiano Martyrium consummavit, Roman. martyrol. 23. Januarii. *Smyrnæ* S. Polycarpus beati Joannis Apostoli discipulus, & ab eo ejusdem civitatis Episcopus ordinatus, totius Asiæ princeps fuit, postea sub Marco Antonino & Lucio Aurelio Cõmodo sedente Proconsule, & universo populo in Amphitheatro adversus cum pertinaciter igni traditus est, & cum ab eo minimè læderetur gladio confossus Martyrii coronam accepit, cum quo etiam alii duodecim ex Philadelphiâ venientes in præfatâ urbe Martyrio consummati sunt. Rom. mart. 26. Januarii. S. Albericus Episc. Hierapolis sub Marco Antonino Imperatore claruit, Roman. mart. 22. Octobris.

*Tomis* in Scythiâ S. Britannio Episcopus mirâ sanctitate & zelo Catholicæ fidei sub Valente Imperatore Ariano, cui fortiter restitit, in Ecclesiâ floruit, Roman. mart. 25. Januarii VII.

*Sebastiæ* in Armeniâ S. Blasius Episcopus & Martyr, multorum patrator miraculorum sub Agricolao Præside post diutinam cæsionem, atque in ligno suspensionem, ubi ferreis pectinibus carnes ejus diruptæ sunt, post teterrimum carcerem, & in lacum demersionem, undè salvus exivit, jubente eodem judice, unà cum duobus pueris capite truncatur, ante eum verò septem mulieres quæ guttas sanguinis ejus defluentes dum torquerẽtur, colligebant, deprehensæ quod essent Christianæ post dira tormenta gladio percussæ sunt 3. Februarii, Rom mart. Ibidem sancti Martyres Anthenogenes Episcopus & decem Discipuli ejus sub Diocletiano Imperatore, Rom. mart. 16. Julii. S. Petrus ejusdem civitatis Episcopus, frater sancti Basilii Magni, Roman. mart. 9. Januarii.

*Emissæ* in Phœniciâ, S. Silvanus, cùm eidem Ecclesiæ annis quadraginta præfuisset. sub Maximiano Imperatore, unà cum duobus aliis objectus feris, membratimque discerptus Martyrii palmam accepit, Rom mart. 6. Februarii. *Biblo* in Phœniciâ, S. Marcus Episcopus, qui & Joannes à beato Lucâ nominatur, Rom. mart. 27. Septembris. VIII.

*In Asiâ*, sancti Martyres Aurelius & Publius Episcopi, Rom. mart. 12. Novembris. *Nisibi* S. Jacobus ejusdẽ urbis Episcopus, magnæ sanctitatis vir,

Hic miraculis & eruditione clarus, unus fuit ex numero Cõfessorum sub persecutione Galerii Maximiani, qui in Nicænâ Synodo perversitatem Arii homousii oppositione damnavit, cujus & Alexandri Episcopi oratione, & ipse Arius condignam suæ iniquitatis mercedem effusis visceribus Constantinopoli recepit, Rom. mart. 14. Julii. *Mirâ* in Lyciâ sancti Martyres Nicander Episcopus, & Hernius Præsbyter sub Libanio Præside, Roman. mart. 4. Novembris. Ibidem S. Nicolaus, de quo inter plura miraculorum insignia, illud memorabile fertur, quod Imperatorem Constantinum ab interitu quorundam se invocantium longè constitutus ad misericordiam per visum monitis deflexit & minis, Roman. mart. 6. Decembris.

X. *Sinuessæ*, Sancti Martyres Castus & Secundinus Episcopi, Roman. mart. 1. Julii. *Cyrenæ* in Libia, S. Theodorus Episcopus in persecutione Diocletiani sub Digniano plumbatis cæsus, & linguâ abscisâ in pace tandem Confessor occubuit, Roman. mart. 4. Julii. Ibidem S. Lucius Episcopus, quem in actibus Apostolorum commemorat. S. Gregorius Episcopus Magnæ Armeniæ sub Diocletiano multa passus tandem in pace quievit, Rom. mart. 30. Septembris. *Comanæ* in Armeniâ S. Zoticus Episcopus & Martyr sub Severo coronatus est, Roman. mart. 21. Julii. *Doroslori* in Mysiâ, S. Dosius Episcopus, cum nollet in festo Saturnini impudicitiis ejus consentire sub Basso Præside cæsus est, Rom. mart. 20. Septembris. *Apamæ* in Syriâ, S. Marcellus Episcopus & Martyr, cùm Jovis delubrum diruisset à furentibus gentibus occisus est, Rom. mart. 14. Augusti. Ibidem S. Julianus Episcopus, tempore Severi sanctitate resulsit, Roman. mart. 9. Decembris. *Nazianzi*, S. Gregorius Episcopus, ob singularem rerum divinarum doctrinam cognomento Theologus, collapsam Constantinopoli Catholicam fidem restituit, hæresesque insurgentes compressit, Roman. mart. 9. Maii. *Evorea* in Epiro, S. Donatus Episcopus tempore Theodosii Imperatoris eximiâ sanctitate resulsit, Rom. mart 30. Aprilis.

*Amasea* in Ponto, S. Basilius Episcopus & Martyr sub Licinio Imperatore Martyrium consummavit, cujus corpus in mare projectum, & ab Epidophoro Angeli monitu repertum honorificè tumulatum fuit 26. April. *Synope* in Ponto, S. Phocas Martyr ejusdem civitatis Episcopus, sub Diocletiano Imperatore carceres, vincula, ferrum, ignemque pro Christo superans evolavit in cœlum, cujus Reliquiæ Viennam in Galliam delatæ in Basilicâ sanctorum Apostolorum cõditæ sunt, Rom. mart. 14. Julii. *Neocæsarea* in Ponto S. Gregorius Episcopus doctrinâ & sanctitate illustris, propter signa atque miracula, quæ cum multâ Ecclesiarum gloriâ perpetravit, Thaumaturgus est appellãtus, Rom. mart. 17. Novembris. Ibidem S. Athenodorus frater S. Gregorii Thaumaturgi, doctrinâ clarus in persecutione Aureliani Martyrium consummavit, Rom. mart. 18. Octobris. In eâdem Provinciâ S. Meletius cùm esset eruditionis prærogativâ præcipuus, virtus tamen animi, & vitæ sanctitas in eo magnificentior extitit, Rom. mart. 4. Decembris. *Comanæ* in Ponto S. Alexander cognomẽto Carbonarius, ex Philosopho disertissimo eminentem Christianæ humilitatis scientiam adeptus, & à sancto Gregorio Thaumaturgo in thronum illius Ecclesiæ sublimatus, non solùm prædicatione, sed etiam per ignem consummato Martyrio fuit illustris, Roman. mart. 11. Augusti. XI.

*Nicomediæ* S. Anthimus Episcopus & Martyr in persecutione Diocletiani ob confessionem Christi, martyrii gloriam capitis obtruncatione suscepit. Secuta est quoque illum universa penè gregis sui multitudo, quorũ alios judex gladio obtruncari, alios ignibus conflagrari, alios naviculis impositos pelago immergi fecit 27. April. Rom. mart. Ibidem S. Quinctilis Episcopus & Martyr, 8. Martii, Roman. mart. Item S. Theophilus, ob cultum sanctarum Imaginum in exilium pulsus, illic defunctus est, 7. Martii, Roman. mart. *Pergæ* in Pamphiliâ Beatus Nestor, qui in persecutione Decii, cùm XII.

die,

die, noctuque orationi insisteret postulans ut grex Christi custodiretur comprehensus ac nomen Domini mirâ libertate ac alacritate confessus; jussu Præsidis Pollionis crudelissimè tortus est, ac demùm cum se Christo semper adhæsurum constanter profiteretur, crucis suspendio victor migravit in cœlum; 26. Martii Roman. mart. S. Acacius Episcopus Melitines 17. Aprilis, Molanus.

XIII. *In Cypro Insulâ*, Spiridion, fuit unus ex illis Confessoribus, quos Maximianus dextro oculo effosso, & sinistro poplite succiso ad metalla damnaverat, hic prophetiæ dono & signorum gloriâ inclytus fuit, & in Nyceno Concilio Philosophum Ethnicum Christianæ religioni insultantem devicit, & ad fidem perduxit, Roman. mart. 14. Decembris. Ibidem S. Sophronius Episcopus, pupillorum, orphanorum, ac viduarum adjutor, 8. Decembris, Rom. mart. Item S. Isacius Episcopus & Martyr, & S. Melctius, 21. Septembris, Roman. mart. S. Tychon tempore Theodosii junioris, 16. Junii, Rom. mart. Ibidem sanTheodotus Episcopus Cyrenæ, qui sub Licinio Imperatore gravissima passus, in pace tandem Ecclesiæ spiritum reddidit 6. Maii; Roman. mart. S. Triphillus Episcopus Leucosiæ in Cypro, Molanus 13. Junii.

XIV. *In Bythiniâ*, S. Antonius ex Italiâ Diocletiani persecutionem declinans illuc profectus, cùm plurimos convertisset ad fidē, à furentibus gentilibus dum sacra mysteria perageret, ad altare mactatus, hostia Christi effectus est, 12. Septembris, Rom. mart. *Perusiade* in Bythiniâ, S. Timotheus Episc. & Martyr, sub Juliano apostatâ, Rom. mart. 10. Junii. *Prusæ* in Bythiniâ Sanctorum Martyrum Patricii Episcopi, Achacii, Menandri, & Polyni 28. Aprilis, Roman. mart. *Cyrtha* in Numidiâ, Sancti Martyres Agapius, & Secundinus Episcopi, post longum apud præfatam urbem exilium in persecutione Valeriani, in quâ tunc maximè gentilium rabies ad tentandam justorum fidem inhiabat, ex illustri sacerdotio effecti sunt Martyres glorioſi, 29. Aprilis, Rom. mart. *Nissæ*, Depositio sancti Gregorii Episcopi, fratris sancti Basilii magni vitâ & eruditione clarissimis, qui ob fidei Catholicæ defensionem sub Valente Imperatore Ariano civitate suâ pulsus est. Rom. mart. 9. Martii. S. Theophanes, pace Ecclesiæ redditâ factus Nycænus Episcopus quievit in Domino 27. Octobris, Rom. mart. *Apolloniæ*, S. Nicetus pro sanctarum Imaginum cultu ejectus in exilium, reddidit spiritum 20. Martii, Roman. mart. S. Gregorius Episcopus Melitines, Molanus 7. Aprilis.

*Apud Corinthum*, S. Dionysius eruditione & gratiâ, quam habuit in verbo Dei, non solùm suæ civitatis & provinciæ populos, sed & aliarum provinciarum & urbium Episcopos epistolis eruduit, Romanosque Pontifices adeò coluit, ut eorum epistolas publicè legere in Ecclesia diebus Dominicis consueverit. Claruit autem temporibus Marci Antonini Veri, & Lucii Aurelii Commodi, Rom. mart. 8. Aprilis. *Laodiceæ*, Martyrium beati Sagaris Episcopi, qui fuit unus de antiquis Pauli Apostoli discipulis, Rom. mart. 6. Octobris; Eusebius libr. 4. cap. 25. ait passim fuisse tempore Marci Aurelii, & Lucii Veri fratrum Imperatorum sub Servio Asiæ Proconsule. Ibidem S. Theodotus, qui non solùm verbis, sed rebus & virtutibus fuit ornatus, Roman. mart. 2. Novembris. Item S. Anatolius, qui non solùm religiosis viris, sed & philosophis admiranda scripta reliquit, Roman. mart. 3. Julii. S. Elpidius, 2. Septembris, Roman. mart. Baronius addit esse Cappadocem. XV.

*Thessalonicæ*, Beatus Aristarchus, discipulus & comes individuus sancti Pauli Apostoli, de quo ipse ad Colossenses scribit, salutat vos Aristarchus concaptivus meus. Is ab eodem Apostolo Thessalonicensium Episcopus ordinatus post longos agones sub Nerone coronatus à Christo quievit 4. Augusti, Rom. mart. Ibidem S. Anysius Episcopus 30. Decembris, Rom. mart. fuit (inquit Baronius ibi) successor sancti Acholii, qui secundum eundem ad annum 378. Gothorum repressit insultus, ad annum 380. XVI.

Theodosium

Theodosium magnum Imperatorem baptisavit, ad annũ 381. interfuit Oecumenico Concilio celebrato Constantinopoli, ad annum 382. Romano Concilio celebrato sub Damaso ob turbas Antiochenas. *Symiadæ* in Phrygiâ, S. Michael, Rom mart 23. Maii, de illo Menologium Græcum. Memoria (inquit) S. Patris nostri Michaelis Episcopi Symiadarum. Hic primùm Monachus, postea est factus Episcopus, qui cùm esset rectæ fidei observantissimus, Leonis Isaurici hæresim redarguens propter sanctarum Imaginum venerationem, quam liberâ voce profitebatur, in exilium missus, cum bonum certamen & cursum consummasset, migravit ad dominũ.

XVII. *Pergami* in Asiâ, sancti Martyres Carpus Episcopus Thyatirensis, Papyli Diaconi, & Agathonicæ sororis ejus optimæ fœminæ Agathodori eorum famuli, aliorumque multorum, qui post varios cruciatus, pro beatis cõfessionibus Martyrio coronati sunt in persecutione Marci Antonini Veri, & Lucii Aurelii Commodi. *Anastasiapoli*, S. Theodorus miraculis clarus, 22. Aprilis, Rom. mart. & 19. Junii Natalis S. Epaphræ, quem S. Paulus Apostolus concaptivum appellat. Hic ab eodem Apostolo Colossis Episcopus ordinatus, clarus virtutibus, ibidem martyrii palmam pro ovibus sibi commendatis virili agone percepit, cujus corpus Romæ in Basilicâ sanctæ Mariæ Maioris conditum est. *In Thraciâ* S. Olympius Episcopus ob fidem Catholicam relegatus, & sede pulsus, Confessor occubuit, Rom. mart. 12. Junii, fuit (inquit Baronius ibi) Episcopus. *Aenos* Hadrianopoli, Sancti Martyres Lucius Episcopus & socii ejus; quorum ille sub Constantio ab Arianis multa passus in vinculis Martyrium consummavit. Cæteri verò nobiliores civium cùm Arianos in Sardicensi Concilio tunc damnatos recipere noluissent, à Philagrio Comite capitalem sententiam excepetunt, Rom. mart. 11. Februarii.

XVIII. *In Cretâ*, B. Pinyus inter Episcopos nobilissimus, hic Cnosæ urbis Episcopus sub Marco Antonino Vero, & Lucio Aurelio Commodo floruit, & in scriptis suis velut in quodam speculo viventem sui reliquit imaginem. Rom. mart. 10. Octobris. *Gortynæ* in Creta, S. Eumenius Episcopus & Confessor, Rom. mart. 18. Septembris, hunc Græci in Menologio vocant Thaumaturgum ob spectatissimas ejus virtutes, & miraculorum egregiorum operationem. Ibidem S. Philippus Episcopus, vitâ & doctrinâ clarissimus tempore Marci Aurelii Commodi Ecclesiam sibi cõmissam regens, à furore gentilium & hæreticorum insidiis eandem tutatus est, Rom. martyrol. 11. Aprilis. Item sanctus Cyrillus in persecutione Decii sub Lucio Præside flammis injectus, cum incensis vinculis evasisset illæsus, ac stupore tanti miraculi à judice dimissus esset, rursus pro instanti & alacri fidei prædicatione factâ de Christo, ab eodem capite plexus est, addit Baronius, quod celeberrimi habiti sunt Cretenses Martyres, vel ex eâ causâ, quod illorum meritis ea Insula custodiens semper Catholicam fidem illæsa permanserit; ab omni hæresium labe: prout Martyrius Episcopus Gortynæ insulę unà cum collegis Episcopis scribens ad Leonem magnum Imperatorem.

XIX. *Hierapoli* in Phrygiâ, S. Papias ejusdem Civitatis Episcopus, sancti Joannis senioris auditor, sancti Polycarpi cõdiscipulus & sodalis, Roman. mart. 22. Februarii. *Cizyci* in Hellesponto, S. Æmilius Episcopus pro sanctarum imaginum cultu à Leone Imperatore multa passus, demùm in exilio vitam finivit, Rom. mart. 7. Augusti. *Hierapoli* in Asiâ S. Apollinaris Episcopus sub Marco Antonino Vero sanctitate atque doctrinâ floruit, Rom. mart. 8. Januarii. *Sardis*, Sanctus Euthymius ob sanctarum imaginum cultum à Michaele Imperatore Iconoclastâ in exilium missus, demum à Theophilo imperante Martyrium consummavit 11. Martii. *Carrhis* in Mesopotamiâ, S. Protogenes, Rom. mart. 6. Maii, addit Baronius, quod claruit temporibus Valentis Imperatoris, adversus quem Catholicam fidem strenuè defendit. *Gangra* in Paphlagoniâ, S. Hypatius, qui à magnâ

Nicæna

Nicænâ Synodo rediens à Novatianis hæreticis in viâ lapidibus impetitus, Martyr occubuit, Roman. mart. 14. Novembris. *In Mesopotamiâ* S. Manatha collapsas in Persiâ Dei Ecclesias ob persecutionem Isdegerdis Regis reparavit, multisque miraculis clarus, apud hostes etiam meruit honorari, Rom. mart. 4. Decembris.

XX. S. Eusebius Episcopus Samosatenus tempore Constantii Imperatoris Ariani sub habitu militari incognitus Ecclesias Dei visitabat, ut in fide Catholicâ illas confirmaret. Deindè sub Valente in Thraciam relegatur: sed redditâ pace Ecclesiæ tempore Theodosii ab exilio revocatus, cùm iterùm Ecclesias visitaret, regulâ ab Ariana muliere desuper immissâ, confracto capite Martyr tandem occubuit, Roman. mart. 21. Junii. S. Theophilactus Episcopus Nicomediensis, Molanus 8. Martii. Sancti Martyres Episcopi in Chersone, Basilei, Ephraim, Charitonis, Eugenii, & reliquorum, Molanus 7. Martii.

## §. 12.

## *Sancti in Patriarchatu Alexandrino.*

I. *Alexandriæ* S. Ananianus sancti Marci discipulus, ejusque in Episcopatu successor, clarus virtutibus, quievit in Domino 25. Aprilis, Rom. mart. S. Abilius Episcopus secundus post beatum Marcum ejusdem civitatis, sacerdotium virtute conspicuus ministravit, Rom. mart. 22. Februarii. Ibidem sanctus Alexander Episcopus, gloriosus senex qui post beatum Petrum ejusdem civitatis Episcopum, Arium Presbyterum suum hæreticâ impietate depravatum, & divinâ veritate convictum de Ecclesia ejecit, ac posteà inter trecentos decem & octo Patres in Nicæno Concilio eundem damnavit, Roman. mart. 26. Februarii. De eo sanctus Athanasius oratione 2. contra Arianos hæc effatur. *Nostis quomodo beatus Alexander usque ad mortem contra hanc hæresim depugnavit, & quot tribulationes, quantos labores, quanquam jam senex in decrepita ætate sustinuerit, qui & ipse ad Patres appositus est.* S. Athanasius ejusdem urbis Episcopus sanctitate & doctrinâ clarissimus, in cujus persecutionem universus penè orbis conjuraverat, ipse tamen Catholicam fidem à tempore Constantini usque ad Valentem, adversus Imperatores, Præsides, & innumeros Episcopos Arianos strenuè propugnavit, à quibus plurimas perpessus insidias profugus toto orbe actus est, nec ullus ei tutus ad latendū supererat locus, tandem ad suam Ecclesiam reversus, post multos agones, multasque patientiæ coronas quadragesimo sexto sui sacerdotii anno migravit ad Dominum tempore Valentiniani & Valentis Imperatorū 2. Maii, Rom mart. Ibidem S. Maximus satis clarus & insignis titulo Confessionis effectus est, Rom. mart. 27. Decembris. S. Joannes Eleemosynarius ejusdem Urbis Episcopus, misericordiâ in pauperes celeberrimus, Rom. mart. 23. Januarii. S. Cyrillus, Catholicæ fidei præclarissimus propugnator, doctrinâ & sanctitate illustris, quievit in pace 28. Januarii, Rom. mart. Sanctus Theonas Rom. mart. 23. Augusti. S. Alexander, Baronius ad annum 311. S. Eulogius doctrinâ & sanctitate celebris Rom. mart. 13. Septembris. S. Dionysius summæ eruditionis vir, multis confessionibus clarus, & pro passionum, tormentorumque diversitate magnificus, plenus dierum Confessor quievit, Valeriani & Gallieni Imperatorum temporibus 17. Novembris, Rom. mart. B. Achillas eruditione, fide, conversatione ac moribus insignis, Rom. mart. 7. Novembr. S. Petrus, cùm esset omnibus virtutibus exornatus, Gallieni & Maximiani præcepto, capite obtruncatur, 6. Novembris, Rom. mart. B. Serapion Anachoreta & Episcopus Thmueos magnarum virtutum vir, Arianorum furore in exilium actus, migravit ad Dominum 21. Martii, Romanum martyrol.

*Thuinis*, Passio beati Philææ Epis- II.
copi, & Philomori Tribuni militum, qui in persecutione Diocletiani cùm à cognatis, & amicis suaderi non

possent, ut sibi parcerent, ambo datis cervicibus palmas a Domino meruerunt, cum quibus etiam innumera fidelium multitudo ex eadem urbe pastoris sui sequens exemplum Martyrio coronata est, 4. Februarii, Rom. mart. *Damasci*, S. Petrus accusatus apud Agarenorum Principem, quod fidem Christi doceret, linguâ, manibus, pedibusque amputatis, cruci affixus martyrium consummavit 4. Octobris, Roman. mart. *Petræ* in Arabiâ S. Asterius ob fidem Catholicam ab Arianis multa passus, & à Constantio Imperatore in Africam relegatus, Confessor gloriosus occubuit, 10. Junii, Roman. mart. S. Heraclas ob cujus celebertimam opinionem Africanus Historiographus memorat se Alexandriam ad eum visendum properasse, Roman. mart. 14. Julii.

IV. *In Ægypto*, Passio sancti Chæremonis Episcopi Nilopolis, & aliorum plurimorum Martyrum, quorum alii sæviente Decii persecutione fugâ dispersi in solitudinibus errantes à bestiis interempti sunt, alii fame, frigore, ac languore consumpti, alii à barbaris & latronibus necati, Martyrii gloriâ coronati sunt, 22. Decembris, Roman. mart. *Nitriæ* in Ægypto, B. Isidorus, Roman. mart. 2. Januarii. In Ægypto Sanctus Moyses venerabilis, qui primum in eremo vitam solitariam duxit, deindè petente Mauviâ Reginâ Saracenorũ Episcopus factus, gentem illam ferocissimam magna ex parte ad fidem convertit, & gloriosus meritis in pace quievit 7. Februarii, Roman. mart. *Peluſii* in Ægypto, sanctus Paulus, ob cultum sanctarum imaginum exul occubuit 7. Martii, Rom. mart. *In Persidè*, S. Simeon Episcopus Seleuciæ & Ctesiphontis jubente Sapore Persarum rege comprehensus, ferroque onustus, iniquis tribunalibus exhibitus, cùm solem ipsum adorare nollet, & de Jesu-Christo voce liberâ & constantissimâ testaretur, primùm carcerali ergastulo cum aliis centum (ex quibus alii Episcopi, alii erant Presbyteri, alii diversorum ordinum Clerici) longo tempore maceratus est, deindè cum Usthasanes Regis nutritius qui ante jam lapsus à fide, sed per eum ad pœnitentiam fuerat revocatus, Martyrium constanter subisset, postridie, qui erat annuus Dominicæ passionis dies, omnibus ante Simeonis oculos, qui unumcumque eorum strenuè exhortabatur gladio jugulatis, novissimè & ipse decollatus est. Passi sunt etiam cum eo clarissimi viri Abedechalas, & Ananias ejus Presbyteri. Pusichius quoque Præfectus regis artificum, eo quod Ananiam titubantem corroborasset, collo circa tendinem perforato & linguâ exindè extractâ crudeli morte occubuit, post quem & filia ejus quæ erat sacra virgo, necata est, 21. Aprilis, Roman. mart. In Ægypto S. Potamion, primò sub Maximiano Confessor, deindè sub Constantio Imperatore, & Philagrio Præside Ariano Martyrio coronatus est. 18. Maii, Roman. mart. Fuit (inquit Baronius) Episcopus Heracleæ in Ægypto, interfuitque ac subscripsit S. Magno Nicæno Concilio, fuitque unus ex eorum Confessorum numero, quibus persecutionis tempore effossus est oculus, &c. Item 21. Maii. Sancti Episcopi & Presbyteri ab Arianis exilio relegati sanctis Confessorum sociari meruerunt. Addit Baronius post Athanasium, illi autem ex Ægypto & Africâ hos Episcopos compulerunt, &c. *Rhinocuratæ* in Ægypto, sanctus Melas qui sub Valente exilium & alia grauia pro fide Catholica passus in pace quievit 10. Januarii Rom. mart. *Philippis* in Macedonia, S. Erastus, qui illic à Beato Paulo Apostolo relictus Episcopus ibidem Martyrio coronatus est, 26. Junii, Roman. martyrol.

## §. 13.

## *Sancti in Patriarchatu Antiocheno.*

*Antiochia*, S. Evodius, qui (ut beatus Ignatius ad Antiochenenses scribit) primus ibidem à sancto Petro ordinatus Episcopus, glorioso Martyrio vitam finivit, 6. Maii, Roman. mart. Sanctus Flavianus secundus Episcopus Antiochenus I.

chenus

chenus, & Elias Episcopus Jerosolymorum, qui pro Synodo Chalcedonensi ab Anastasio Imperatore in exilium acti, victores migrarunt ad Dominum 4. Julii; Rom. mart. S. Ignatius Episcopus & Martyr, tertius post beatum Petrum Antiochenam Ecclesiam rexit, atque in persecutione Traiani damnatus ad bestias, Romam vinctus mittitur, ubi præsente Trajano, circumsedente Senatu immanissimis pœnarum suppliciis, primò affectus, leonibus dehinc objicitur, quorum dentibus præfocatus hostia Christi efficitur 1. Februarii, Rom. mart. Ibidem, Passio beati Isidori, 2. Januarii Rom. mart. S. Heros Martyr, Baronius ad annum 131. Item S. Babylas in persecutione Decii postea quam frequenter passionibus suis ac cruciatibus glorificaverat Deum gloriosæ vitæ finem tortitus est in vinculis ferreis cum quibus & tuum corpus sepeliri mandavit 24. Januarii Roman. mart. Referuntur etiam passi cum eo Urbanus Prilidianus, & Epolonius, quos ille in fide Christi instruxerat. S. Meletius pro fide Catholicâ sæpè exilium passus, demùm Constantinopoli migravit ad Dominum, cujus virtutes sanctus Joannes Chrysostomus, & & sanctus Gregorius Nyssenus summis laudibus celebrarunt. Rom. mart. 12. Februarii. S. Theophilus sextus post beatum Petrum ejusdem Ecclesiæ Pontificatum tenuit. Rom. mart. 13. Octobris. S. Hiero Martyr, S. Dorotheus Episcopus Tyri, Molanus 5. Junii. S. Stephanus 11. Baronius ad annum 479. & ex Martyrologio Romano 25. Aprilis, ab hæreticis Synodum Chalcedonensem impugnantibus multa passus in Orontem fluvium præcipitatus est tempore Zenonis Imperatoris.

II. *Antiochiæ Pisidiæ*, sanctus Gregorius ob cultum sanctarum imaginum exul occubuit 19. Aprilis, Rom. mart. S. Anastasius Sinaita 21. Aprilis, Roman. mart. S. Macarius virtutibus & miraculis clarus, 9. Aprilis, Roman. mart. S. Eustathius doctrinâ & sanctitate celebris sub Constantio Imperatore Ariano ob Catholicæ fidei confessionē Trajanopolim Thraciæ pulsus exilio ibidem in Domino requievit 16. Julii Roman. mart. S. Cyrillus doctrinâ & sanctitate conspicuus, 22. Julii Roman. mart. S. Æclepiades unus fuit ex præclaro Martyrum numero, qui sub Macrino gloriosè passi sunt 18. Octobris, Rom. mart. S. Anastasius Phocâ imperante à Judæis severissimè necatus est 21 Decembris Roman. mart. S. Philogonus ex Causidico ad regendam Ecclesiam Antiochenam Dei nutu accersitus adversus Arium unà cum Alexandro Episcopo & sociis, primum pro fide Catholicâ certamen iniit, clarusque meritis quievit in Domino, cujus annuam festivitatem sanctus Joannes Chrysostomus præclaro encomio celebravit, Rom. mart 20. Decembris. Ibidem, Sancti Martyres Basileus Episcopus, Auxilius, & Saturninus, Rom. mart. 22. Novembr.

III. *Tyri* in Phœniciâ, commemoratio beatorum Martyrum quorum numerum solius Dei scientiâ colligit, qui sub Diocletiano Imperatore à Veturio militum magistro, multis tormentorum generibus sibi invicem succedentibus occisi sunt, primò quidem flagris toto corpore dilaniati, indè diversis bestiarum generibus traditi, sed ab illis divinâ virtute illæsi, post additâ feritate ignis ac ferri Martyrium consummarunt 20. Febr. Rom. mart. horum gloriosam multitudinem ad victoriam incitabant Tyranni, Sylvanus, Peleus & Nilus Episcopi, ac Zenobius Præsbyter, qui fœlici agone, unà cum illis Martyrii palmam adepti sunt. Translatio sancti Jvonis Episcopi de Perside, Molanus 10. Junii. S. Methodius Olympi Lyciæ & postea Tyri Episcopus, sermonis nitore & doctrinâ clarissimus, qui ad extremū novissimæ persecutionis (ut scribit sanctus Hieronymus in Chalcide Græciæ martyrio coronatus est 18. Septempris Roman. mart. S. Hypatius Episcopus Ancyræ, Molanus 31. Martii.

IV. *In Perside*, S. Polychromius Episcopus Babylonis in persecutione Decii ore lapidibus cæso, manibus extensis, oculos in cœlum elevans emisit spiritum 17. Februarii, Rom. mart

S. Sadoth Episcopus & alii centum viginti octo sub Sapore rege Persarũ cùm solem adorare renuissent crudeli nece præclaras sibi coronas comparârunt, 20. Februarii, Roman. mart. Ibidem passi sunt Azades, Eunuchus, Milles Episcopus sanctitate & miraculorum gloriâ insignis, Acepsimas Episcopus cum Præsbytero suo Jacobo, item Aithalâ & Joseppho præsbyteris, Azádane & Abdiezo Diaconis, & compluribus aliis Clericis, Mareas quoque & Bicor Episcopi, cum aliis viginti Episcopis, & Clericis ferè ducentis, quinquaginta Monachis, etiam & sacris Virginibus plurimis, inter quas & sancti Simeonis Episcopi soror nomine Tarbula cum pedissequâ suâ quæ stipitibus alligatæ, terrâque scissæ crudelissimè necatæ sunt 22. Aprilis, Roman. mart.

V. *In eadem Persidè*, sancti Martyres Joannes Episcopus & Iacobus Præsbyter sub Sapore 1. Novembris Roman. mart. Item passio sanctorum Nersæ, Episcopi & sociorum 20. Novembris Rom. mart. Narrat Baronius ad annum 420. quod Acacius Amidæ Episcopus septem millia captivorum Persarum fame prope absque aliis miseriis contumptorum, distractis, conflatisque vasis Ecclesiis redemit, fovit, & in patriam remisit, quam rex Persarum admiratus eundem Acacium videre cupivit. S. Basilius Episcopus Parmis, Molanus 12. Aprilis.

VI. *Ægeæ* in Ciliciâ, Passio sanctorum Zenobii Episcopi & Zenobiæ sororis ejus 30. Octobris, Roman. martyrol. Ibidem S. Amphion Episcopus tempore Maximiani, fuit Confessor egregius, Junii 12. Roman. mart. Addit Baronius fuisse Episcopũ Epiphaniæ Mopsuestæ in Ciliciâ. S. Auxentius olim sub Licinio miles, potius elegit cingulum exuere quàm uvas Baccho offerre, factusque Episcopus præclaris meritis quievit in pace 18. Decembris, Roman. mart. *Tarsi* SS. Athanasius Episcopus & Martyr, Anthusa nobilis fœmina, quam ipse baptizaverat, & duo ejus servi sub Valeriano Imp. passi 22. Augusti, Roman. mart.

VII. *Edessæ* in Syriâ, Sancti Martyres Sarbeus, & Barbea soror ejus, à beato Barsunæo Episcopo baptisati, in persecutione Trajani sub Lysiâ Præside Martyrio coronati sunt 29. Januarii, Rom. mart. Item S. Barsamæus Episcopus cùm gentiles plurimos convertisset ad fidem, & præmisisset ad coronam eos secutus est sub Traiano cum palmâ martyrii 30 Januarii, Roman. mart. Ibidem sanctus Barsem gratiâ curationum illustris à Valente Imperatore Ariano in extremas illius regionis oras ob fidem Catholicam relegatus vitam finivit. Item sanctus Eulogius Rom. mart. 5. Maii, & sanctus Nonnus cujus precibus Pelagia pœnitens ad Christum conversa est, Rom mart. 2. Decembris. S. Antypas Episcopus Pergami in Asiâ, Molanus 11. Aprilis.

*Salaminæ* S. Epiphanius multiplici eruditione & sacrarum litterarum scientiâ excellens, vitæque sanctitate, zelo Catholicæ fidei, munificentiâ in pauperes, & virtute miraculorum extitit admirandus, Rom mart. 12. Maii. VIII.

*Adrianopoli* in Thraciâ, sancti Martyres Philippus Episcopus, Severus Præsbyter, Eusebius & Hermes, qui sub Juliano Apostatâ post carceres, & flagella incendio cremati sunt 22. Octobris, Rõ. mart. *Hierapoli* in Phrygiâ, S. Abercius Epis. sub Marco Antonino Imp. claruit, Rom. mart. 22. Octobris. *Troade* in eadem Phrygiâ, S. Silvianus Epis. miraculis clarus 2. Decemb Rom. mart. *Milevi* in Numidiâ, S. Optatus doctrinâ & sanctitate conspicuus, Rõ. mart. 4. Junii. *Amidæ* in Mesopotamiâ, S. Acacius pro redimendis captivis etiam Ecclesiæ vasa conflavit ac vendidit, Roman. mart. 9. Aprilis. S. Eusebius Episcopus Samosatenus, qui tempore Constantii Imperatoris Ariani sub habitu militari incognitus Ecclesias Dei visitabat, ut in fide Catholicâ illas confirmaret, deindè sub Valente in Thraciam relegatus, sed reditâ pace Ecclesiæ tempore Theodosii ab exilio revocatus, cùm iterùm Ecclesias visitaret, tegula ab Ariana muliere desuper immissâ confracto capite tandem Martyr occubuit 21. Junii, Rom. mart. *In Mesopotamiâ*, S. Archelaus Episcopus doctrinâ & sanctitate celebris, Rom. mart. 26. Decembris.

bris. S. Marcus Episcopus Arethusius & Cyrillus Diaconus qui sub Juliano tyranno certaverant, Molanus 29. Martii.

## §. 14.

## *Sancti in Patriarchatu Hierosolymitano.*

I. *Hierosolymis*, sanctus Simeon Episcopus & Martyr, qui filius Cleophæ, & propinquus Salvatoris secundùm carnem fuisse traditur, Roman. mart. 18. Februarii. Hic Hierosolymorum Episcopus post Jacobum fratrem Domini ordinatus in persecutione Trajani multis suppliciis affectus martyrio consummatus est, omnibus qui aderant, & judice ipso mirantibus, ut centum viginti annorum senex, crucis supplicium fortiter constanterque pertulisset. S. Zachæus qui quartus à Beato Jacobo Hierosolymitanam Ecclesiam rexit, Roman. mart. 23. Augusti. S. Zanibdas, Rom. mart. 19. Februarii. S. Mathias, de quo mira & plura plenâ fide gesta narrantur, sub Adriano multa pro Christo perpessus, demùm in pace quievit, Roman. mart. 30. Januarii. S. Albertus Pater Ordinis Carmelitarum, 8. Aprilis. S. Macarius, cujus hortatu loca sancta à Constantino & Helena expurgata, & sanctis Basilicis illustrata sunt, Rom. mart. 10. Martii. S Sophronius eruditione & divinarum litterarum scientiâ & pietate insignis, Addit Baronius illum tempore Joannis IV. habuisse Hierosolymis Synodũ adversus Monothelitas & synodicam ad eundem Papam scripsisse. Ibidem Sanctus Cyrillus ab Arianis multas injurias fidei causâ perpessus, & ab Ecclesiâ sæpè pulsus, tandem sanctitatis gloria clarus in pace quievit, cujus intemerata fides Synodus OEcumenica Damaso scribens præclarum testimonium dedit, Roman. mart. 18. Martii S. Maximus, quem Maximianus Cæsar, post effossum oculum pedemque ignito ferro adustum ad metalla damnavit, Roman. mart 5 Maii. S. Marcus clarissimus & doctissimus vir, primus ex gẽtibus Hierosolymorũ Ecclesiam regendam suscepit, ac non multò post sub Antonino Imperatore Martyrii meruit palmam, Rom. mart. 22. Octobris. S. Narcissus sanctitate, patientia, ac fide laudabilis, centum & sedecim annorum migravit ad Dominum, Rom. mart. 29. Octobris.

II. *Cæsareæ* in Palestinâ, sanctus Theophilus sub Severo principe, sapientiâ, & vitæ integritate emicuit, Roman. mart. 5. Martii. Ibidem sanctus Alexander de Cappadocia ex propriâ civitate ubi erat Episcopus, sanctorum locorum desiderio veniens, cum Narcissus ejusdem Urbis Episcopus jam senex Ecclesiam regeret divina revelatione ejus gubernacula suscepit, postmodùm verò in persecutione Decii, jam longævæ ætatis clausus in carcere ob confessionem Christi Martyrium complevit, Roman. mart. 18. Martii. *Petræ* in Palæstina S. Macarius ab Arianis multa passus, in Africam relegatus quievit in Domino, Rom. mart. 20. Junii. *Gazæ* in Palæstina S. Porphyrius tempore Arcadii Imperatoris Narnam idolum, ejusque templum everti, ac multa passus quievit in Domino 26. Februarii. *In Metallo* Phenensi Palæstinæ, Beatus Sylvanus Gazæ Episcopus in persecutione Diocletiani Maximiani Cæsaris mandato cum plurimis suis Clericis Martyrio coronatus est, Rom. mart. 4. Maii. In eadem Palæstina sancti Martyres Pelcus, Nilus, & Elias Episcopi Ægypti tempore Diocletiani cum plurimis Clericis pro Christo igne consumpti sunt, Rom. mart 19. Septembris. *Scytopoli* in Palæstina, S. Severianus Episcopus & Martyr, Roman. mart. 21. Februarii. De ejus nece per hæreticos Eutychianos illatâ scribit Nicephorus lib. 15. cap. 9.

III. Quoad Indias Romanum Martyrologium mentionem dumtaxat facit S. Frumentii Episcopi, qui ibi primùm captivus, deindè Episcopus à sancto Athanasio ordinatus Evangelium in ea Provincia propagavit 27. Octobris Roman. mart. Ex his patet Episcopos non tantùm sanctitate præfuisse, sed etiam universali profuisse, & suis Diœcesibus, & ad eas lumine fidei illustrandas plurimùm contulisse.

IV. Cœterùm quamvis nulli forent Episcopi ob morum probitatem, & vitæ sanctimoniam Beatorum fastis adscripti: tamen ad sanctitatem Ecclesiæ fovendam ac propagandâ plurimùm profuisse & prodesse hoc argumento convincitur. Certum est primò quod Ecclesia charissima Christi sponsa sine ruga, pulchra ut luna, electa ut sol, non mediocriter impugnari & lædi possit, ut ipsa conqueritur Cant. cap. 5. vers. 7. *Invenerunt me custodes, qui custodiunt civitatem, percusserunt me; & vulneraverunt me, tulerunt pallium meum.* Contra quos coacta sunt septem prima Concilia generalia. Certum est secundò schisma præcipuè inter Pontifices Romanos plurimùm nocere Ecclesiæ per tunicam inconsutilem Christi. de quâ Joannis cap. 19. vers. 23. Figuratam (inquit Sanctus Bernardus in epistola ad Gulielmum) ad quod schisma tollendum celebrata sunt Concilia temporibus Damasi, Symmachi, Innocentii II. Alexandri III. Gregorii XII. Benedicti XIII. Certum est tertiò, quod sicut hostis communis Ecclesiæ hanc penitus delere contendit, ira congruum est pro resistentiâ Ecclesiam congregare: sic Vrbanus II. Calistus II. Eugenius III. aliique Pontifices Concilia coegerunt pro bello contra Saracenos, sic pro deponendo Imperatore, ut Leone III. Iconomacho Gregorius III. Contra Henricum IV. Imperatorem, Gregorius VII. Cõtra Fredericum II. Innocentius IV. Concilia celebrarunt. Multi negant Pontificẽ posse errare in fide, seu in eo posse esse suspicionem hæresis: alii affirmant quod si id contingeret, vel Pontifex esset tyrannus, aut incorrigibilis in moribus, tunc congregandum esset Concilium, saltem ad eum monendum: quamvis enim in eum ferre sententiam nemini liceat, nihilominus ex Canone 21. octavæ Synodi Concilia generalia debent cognoscere controversias exortas contra vel circa Romanum Pontificem. Sic celebratum est Suessanum Concilium in causâ sancti Marcellini, & Concilia Romana congregata sunt in causâ Damasi, Sixti III. Symmachi, & Leonis III. & IV. quorum neminem Concilia damnarunt, sed Marcellinus coram Synodo sibi ipsi pœnitentiam injunxit, alii se expurgarunt, ut videre est in tomo 1. Conciliorum, & Platinâ. Quod si dubitetur de electione Romani Pontificis, vel si Cardinales nequirent, aut nollent creare Pontificem, vel omnes simul interirent, vel aliundè oriretur dubium quibus competeret jus electionis (quamvis ejusmodi casus non sint verisimiles) tunc Concilii generalis esset decernere de electione futuri Pontificis. Denique si abusuum, & vitiorum quæ in Ecclesiam irrepserunt, reformatio generalis sit facienda, expedit ut fiat Concilium generale. Nam licet possit Sedes Apostolica præscribere leges universali Ecclesiæ, nihilominus res longè suavius agitur, cum tales leges annuente Concilio generali præscribuntur.

*Cant. c. 5 vers. 7.*

V. Undè ferè omnia Concilia generalia aliquos Canones ediderunt pro reformatione, de quibus contulendus Card. à Turrecremată lib. 3. cap. 9. & 10. Quibus patet quod licet celebratio Conciliorum generalium, vel particularium non sit absolutè necessaria, tamen ad bonum Ecclesiæ regimen est maximè congrua, ut scribit Cardinalis Bellarminus libr. de Conciliis & Ecclesiâ cap. 11. Ratio est quia si ex oraculo Christi Matthæi cap. 18. vers. 7. *Necesse est ut veniant scandala.* & Apostoli 1. Corinth. cap. 11. vers. 19. *Oportet & hæreses esse.* Sanè debet etiam esse judicium in Ecclesiâ, quo possint damnari scandala & hæreses, nè tota Ecclesia tandem scindatur in partes juxta Christi mentem, Matthæi cap. 12. vers. 25. Lucæ cap 11. vers. 17. *Omne regnum in seipsum divisum desolabitur.* Medium verò ordinarium & maximè cõgruum ad hæreses tollendas, scandala eradicanda, Ecclesiæ sanctimoniam fovendam, est Concilium generale vel particulare, prout Sedes Apostolica congruum censuerit.

VI. At ex dictis tomo 3. hujus operis pag. 385. num. 2. & 3. Bellarmino libro citato cap. 15. & communiter Doctoribus Catholicis, soli & omnes Prælati majores, scilicet Episcopi in illis

illis Conciliis generalibus & particularibus habent ordinariè jus ſuffragii deciſivi Cardinales, autem Abbates, & Generales Ordinum Religioſorum ex conſuetudine & privilegio dumtaxat. Id patet, primò ex Conciliis celebratis tempore Victoris papæ ſuper quæſtione Paſchatis, de quibus Epiſcopis hæc ſcribit Euſebius lib. 5. cap. 23. *Ob quam cauſam conventus Epiſcoporum & Concilia per ſingulas quaſque Provincias convocantur.* Idem aſſerũt Patres Latini & Græci ſanctus Hilarius lib. de Synodis, S. Leo Papa epiſt. 16. & ſeqq. S. Ambroſius epiſt. 32. S. Auguſtinus epiſt. 119. S. Cyprianus initio epiſtolæ ad Julianum, S. Hieronymus lib. 2. Apologiæ contra Ruffinum lib. 10. cap. 4. S. Athanaſius epiſt. ad ſolitariam vitam agentes. Accedunt Theodoſius junior epiſtolâ ad Synodum Epheſinam, quæ inſerta eſt tomo 1. ejuſdem Concilii, cap. 32. Illicitum eſt (inquit) eum qui non ſit in ordine ſanctiſſimorum Epiſcopum Eccleſiaſticis miſceri tractatibus. Pulcheria Auguſta epiſtolâ ad Strategum Bithyniæ, quæ habetur ante Concilium Chalcedonenſe, præcepit Clericos, Monachos & Laicos etiã vi expelli à Concilio, exceptis paucis illis, quos Epiſcopi ſecum duxerant. In eodem Concilio Chalcedonenſi actione 1. cùm mitteretur ad Martinũ Archimandritam, ut ſubſcriberet, reſpondit non ad ſe, ſed ad Epiſcopps dumtaxat talem ſubſcriptionem ſpectare. Cùm in eodem Concilio Monachi & Laici ingreſſi eſſent pro Dioſcoro, Patres ſæpius clamarunt. *Mitte foras ſuperfluos, Concilium Epiſcoporum eſt.* Præterea Concilia hactenus celebrata, & eorũ decreta à ſolis Epiſcopis cõdita ſunt, ut patet ex ſubſcriptionibus, in quibus ſola nomina Epiſcoporum inveniuntur, exceptis paucis generalibus, quibus etiam Imperator ſubſcripſit, aliâ tamen formâ quàm Epiſcopi. Nam Epiſcopi ut judices definiendo. Cæſares verò conſentiendo ſubſcripſerunt. In paucis etiam Abbates & Generales Ordinum ſubſcripſerunt, ut Florentino, Lateranenſi, & Tridentino. Reliqui autem etſi doctrinâ & vitæ probitate clariſſimi nunquam admiſſi fuerunt, niſi ad conſultandum, præter Concilium Baſilienſe, ad quod Præsbyteri introducti fuerunt etiam ſuffragium deciſivum: ſed perperam. & contrà totius antiquitatis conſuetudinem, nec illud concilium fuit, ſed (inquit Bellarminus lib. 3. de Eccleſiâ Militante, cap. 16.) quo tempore depoſuit Eugenũ, & Fœlicem elegit abſentibus Legato Apoſtolico, & Epiſcopis plurimis, non fuit concilium Eccleſiæ, ſed conciliabulum ſchiſmaticum, ſeditioſum & nullius planè auctoritatis (ſic etiam appellatur à Cõcilio Lateranenſi ultimo ſeſſ 11.) Unde Eugenius fuit ſemper verus Pontifex, falſaque eſt opinio Calvini aſſerentis fuiſſe legitimum & perduraſſe in ſuâ auctoritate & dignitate uſque ad finẽ. Rationes pro ſolis Epiſcopis admittendis hæ ſunt: prima negotia Eccleſiaſtica & publica tractanda ſunt à perſonis publicis & Eccleſiaſticis, ut patet. At ſoli Epiſcopi tales ſunt. Secunda, ſi deberent admitti omnes homines docti totius Eccleſiæ convocati, vel ſi congregarentur, non poſſet tale Cõcilium regi ob nimiam multitudinem. Tertia, tunc in Concilio plures forent inferiores, quàm ſuperiores, proindeque major ſententia minorem ſuperaret, ac in Eccleſiâ ſuperiores regerentur ab inferioribus, non ècontra quod eſt abſurdum. Quarta, ſi ita eſſet, tunc Princeps in cujus provincia Concilũ celebraretur poſſet definire quidquid vellet. Nam poſſet facillimè convocare omnes Præsbyteros & doctos homines ſuæ ditionis, & introducere in Concilium, quod præſtare nequirent Principes alienę Provincię, & qui procul abeſſent. Quinta, Omnis Reſpublica naturali ratione dictante habet aliquem ordinem in Comitiis, adeòut non quilibet plebeis, ſed ſoli principes & capita. Cœterùm habeant locum & ſuffragium, ex quibus patet Epiſcopos plurimùm conferre ad fovendam, & propagandam Eccleſiæ ſanctitudinem.

Euſebius

CAPUT

## CAPUT II.

### *Electio Episcoporum.*

I. AD populum jure divino non spectare electionem Episcoporum, patet primò ex verbis Christi Joannis cap. 20. vers. 21. *Sicut misit me pater & ego mitto vos.* Ideſt, volo ut câ potestate & ratione Ecclesiam regatis, quâ ipse eam guberno, dum vobiscum visibiliter ago. At Christus duodecim Apostolos elegit independenter à consilio, suffragio & consensu multitudinis. Secundò, cum eadem independentiâ Christus septuaginta duos discipulos collegit. Tertiò, ut Apostolus id probet, producit exemplum Aaronis, qui non à populo, sed jussu Dei à Moyse in Pontificem electus est, Hebræorum cap. 5. vers. 4. *Nec quisquam sibi sumit honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.* Hæc divina vocatio innuitur Exodi cap. 4. aliorum ministrorum electionem à Deo factam per Moysem, patet exodi cap. 18. Moyses autem erat typus Romani Pontificis, & Christi vicarii. Quartò, ipse Christus Joannis cap. 21. vers. 16. hanc Episcoporum electionem à solâ Sede Apostolicâ propriè dependere, non verò à populo probat similitudine pastoris & ovium. *Pasce agnos meos, pasce oves meas.* Quid per *oves* & per *agnos* intelligit. Tolctus annotatione 7. ingeniosè animadvertit, quod oves sunt matres, agni sunt proles, ac proindè quod per oves denotantur Episcopi & Prælati, qui reliquos fideles fovent, nutriunt, alunt. At agni non eligunt pastorem ad sui gubernationem & regimen, nec oves (quæ sunt matres eorum) ab iis dependent igitur, nec à populo dependet electio Episcoporum, quibus sanctus Petrus nomen Patris attribuit, 1. epist. cap. 5. vers. 2. *Pascite, qui in vobis est gregem Dei.* & Paulus Actor. cap. 20. vers. 28. *Attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo.* Particulæ *Spiritus sanctus posuit*, denotant Episcopos creatos esse independenter à populo. Quamvis enim Ecclesia sit instar reipublicæ, tamen Principes Ecclesiastici alio modo instituuntur, quàm civiles. Quippè in hac omnes nascuntur naturaliter liberi, ac proindè plebs habet immediatè politicam potestatem, donec eam in aliquem regem transferat. At Respublica Christiana caruit ejusmodi potestate, eique pastor coætaneus est. Christus enim simul Ecclesiam cōdidit, eique Petrum præfecit, deindè in Republica terrena tunc rex eligitur, cum deest, qui regat. Ecclesia verò nunquam caruit rege cùm Christus semper vivat, & sit *Sacerdos in æternum*, psalm. 109. Deindè sunt in Ecclesiâ aliqui Episcopi, qui possunt novos pastores creare independenter à plebe. Sic Apostoli olim Episcopos eligebant absque suffragio populari, & à se creatos mittebant ad gentiles convertendos, ut cōstat ex supradictis.

*Joan. 20. v. 21.*

*Hebr. 5. v. 4.*

*Joan. 21. v. 16.*

*Petr. 1. ep. c. 5. vers. 2.*

*Act. 20. vers. 28.*

II. Quod ejusmodi electionem popularem Ecclesia interdixerit, testantur antiqua Concilia, Sardicense celebratum sub Julio I. anno Christi 347. ut refertur à Baronio ad illum annum, Bellarmino lib. 1. de Conciliis, & aliis. *Ne* (inquit) *ad clamorem populi fiat electio.* Cui accedens Cicero pro Plauto. *Non comitiis semper judicat populus, sed monetur plerumque gratiâ, cedit precibus, facit eos, à quibus est maximè ambitus. Denique si judicat non delectu aliquo aut sapientiâ ducitur ad judicandum: sed impetu nonnunquam, & quasi etiam temeritate. Non est enim Consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia, semperque sapientes, ea quæ populus fecisset ferenda, non semper laudanda duxerunt.* Idem pro Murenâ. *Nullum fretum, nullus, Euripus tot motus, tantas, tam varias habet agitationes fluctuum, quantas perturbationes, & quantos æstus habet ratio comitiorum. Dies intermissus unus, aut nox interposita sæpè perturbat omnia, &c.* Pro domo suâ. *In imperitâ multitudine est varietas & inconstantia, & crebra temestatum sic sententiarum commutatio.* Herodotus lib. 3. *Populari multitudine nihil est neque insipientius neque insolentius, etc.*

II.

Qui

*qui ad res agendas sine consilio præceps ruit torrenti similis.* Hujus rei varia exempla possem in medium proferre: sed consule Historicos præcipuè Ammianum Marcellinum, lib 27. Hieronymum in chronico, Ruffinum libr. 11. hist. cap. 10 referentes in electione Damasi papæ tantam fuisse contentionem, tantoque animi æstu populi dissentientes flagrarunt, ut in quodam templo interfecerint 137. homines. Ruffinus cap. 11. narrat dissentionem populi Mediolanensis in Episcopi electione ortam esse. *Dissensio* (inquit) *gravis & periculosa urbi propria maturum parabat exitū.* S. Augustinus epist. 110. & 125. mentionem facit turbulentissimæ commotionis popularis, dum Pinianus electus est. Vide Sanctum Chrysostomum lib 3. de Sacerdotio, ubi deplorat electionem Prælatorum a populo factam nō optimorum, sed pessimorum.

III. Concilii Laod. Quare Concilium Laodicense can. non. 13. *Non est* (inquit) *permittendum turbis eorum electionem facere; qui sunt ad sacerdotium promovendi.* Respondent hæretici cum Calvino; Concilium statuere, ut non solæ turbæ eligant; sed etiam seniores: Nullitas huius responsionis liquet ex eō quod tunc non excludebantur seniores: Martinus I. papa ad Martinum Bracharensem cap. 1. decretorum, idem statuit: *Non licet populo electionem facere eorum, qui ad sacerdotium promoventur, sed in judicio Episcoporum fit.* Particula *non licet*, prohibet sub peccato nè plebs ejusmodi electioni se inserat, imò eam irritam declarat Concilium Nicænum II. Can. 3 si fiat à Magistratu Laico. *Omnem electionem, quæ fit à Magistratibus Episcopi vel Præsbyteri, vel Diaconi irritam manere. Oportet enim qui est promovendus ad Episcopatum ab Episcopis eligi.* Concilium VIII. generale, seu Constantinopolitanum IV. etiam excludit Principes Laicos & Magnates: *Sancta & universalis Synodus, &c. definit neminem laicorum Principum vel Potentum semet inserere electioni, vel promotioni Patriarchæ, vel Metropolitani, aut cujuslibet Episcopi, cùm nullam in talibus potestatem quemlibet potentum, vel caeterorum Laicorum habere conveniat, sed potius silere, & attendere sibi usque quo regulariter à collegio Ecclesiæ suscipiat finem electio futuri Pontificis.* Martin. I. Concilii Nicæn. Const. 4

Audiant hunc Canonem Henricus Saltolbrigensis, & Richardus Anglicus qui contendunt Regem Angliæ habere primatum Ecclesiæ, & posse propriâ auctoritate conferre Beneficia Ecclesiastica, imò creare & deponere Episcopos. Audiant S. Hieronymum, qui post epist. 85. ad Evagrium asserit olim Episcopum fuisse electum à Præsbyteris *Alexandriæ* (inquit) *à Marco Evangelistâ, usque ad Heraclium & Dionysium Episcopos, Præsbyteri semper unum ex se electum in excelsiori gradu collocatum Episcopum nominabant.* Ideſt non populus, non Magistratus, non Reges, non Imperatores sed Præsbyteri Episcopum eligebant, seu nominabant. Legant Ruffinum lib 10. cap. 9. scribentem, quod Frumentius creatus sit Episcopus Indorum, his insciis. Legant Angli Bedam Anglum lib. 2. historiæ gentis suæ narrantem, quod Augustinus fuit Episcopus Anglorum designatus à S. Gregorio papâ, & ab Arelatensi Episcopo consecratus; non expectato populi, vel statuum Anglicanorum voto. Plura apud Bellarminum lib. 1. de Clericis, cap 7. & alios.

IV. Nec dicas, primò, quod Actorum cap. 1. vers. 15 D. Petrus auctoritate suâ Apostolicâ non usus fuerit, sed (inquit) Sacer Textus. *Exurgens Petrus in medio fratrum, dixit (erat enim turba hominum ferè centum viginti.) Viri fratres, &c. Et statuerunt duos, Ioseph, qui vocatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus, & Matthiam, &c.* Vers. 26. *Et dederunt sortes, & cecidit sors super Mathiam, & annumeratus est cum undecim Apostolis.* Respondeo primò ex hoc exemplo non sequi electionem Episcopi de jure divino spectare ad populum vel clerū. Secundò dico cum S. Chrysostomo Bellarmino, Cornelio potuisse à sancto Petro successorem Judæ designari, sed Petrum noluisse supremâ suâ auctoritate uti: sed concessisse hanc nominationem Clero, primò, ut ostenderet se nō dominari in Cleris, sed se dare & inchoare *Act. c. 1. v. 15. verſ. 26.*

exemplum modesti regiminis. Tertiò ut adderet manus pondus electo, majoremque amorem, & reverentiam conciliaret, ut potè quod Matthias fuisset electus omnium fratrũ calculo. Quarto ut Dei voluntatem exquireret per Ecclesiæ suffragia in tanto negotio, cùm creare Apostolum proprium Dei esse videretur. Sic exemplo sancti Petri Sedes Apostolica aliquibus capitulis electionem Episcoporum permittit. item non definit negotia magni momenti, præsertim resilidei, nisi adhibito consilio.

V. Nec obstat secundò, eodem libr. Actorum cap. 6. vers. 5. multitudo credentium elegit septem Diaconos & inter eos Stephanum. Ad hoc dico, primò; ut supra, hoc exemplum non inducere jus divinum. Secundò, Id ab Apostolis fuisse concessum populo, ut patet ex eorum verbis vers. 3. *Act. c. 6. v. 3.* *Considerate ergo fratres viros ex vobis boni testimonii septem.* Tertiò, hoc loco non agitur de electione pastorum, qui regendæ Ecclesiæ præficiantur: sed de Diaconis qui præerant mensis, *vers. 2.* ut ipsi Apostoli innuunt *Non est æquum nos derelinquere verbum Dei & ministrare mensis.* Idest curare ea, quæ ad cibum & potum, ac vitæ sustentationem spectant. Hæ mensæ erant partim sacræ, quia in iis fideles celebrabant Eucharistiam, partim prophanæ, quia in illis struebatur convivium commune omnibus fidelibus in signum charitatis, & ad utriusque ministerium Diaconi erant deputati.

VI. Nec favet tertiò Calvino, & aliis *Act. c. 14. v. 22.* sectariis id quod narratur cap. 14. vers. 22. Actorum. *Et cum constituissent illis per singulas Ecclesias presbyteros.* Versio Syriaca, Tygurina, Pagnini & Erasmi habet. *Cùm per suffragia elegissent, vel creassent Presbyteros.* Respondeo ex his non sequi Presbyteros fuisse creatos suffragiis populi. Nam χειροτονία est manus extensio, à χειροτονεω, idest manus tendo. Solebant enim olim ferre suffragium manus elevando, ut innuit Cicero Oratione pro Flacco. Hic modus ferendi suffragium erat usitatus in creatione Magistratuum Civilium, non autem Ecclesiasticorum, qui non creabantur à Laicis, sed ab Ecclesiasticis, ut Episcopis à quibus ordinabantur. Deinde illum morẽ eligendi non fuisse observatum ab Apostolis, patet ex electione S. Matthiæ. quæ facta fuit per sortes, non per suffragia. Præterea esto electiones Presbyterorum factæ fuerint per suffragia, non sequitur fuisse factas per suffragia populi, sed Pauli & Barnabæ, ut patet ex textu. Nam τὸ χειροτονησαντες non afficit populum, sed Paulum & Barnabam, igitur Paulus & Barnabas χειροτονησαντες, idest manus extendentes, seu imponentes super Presbyteros. Et per hanc manuum impositionem ordinabant. Undè in novo testamento χειροτονια, idem est, quod manus impositio, ut 1. Timoth. cap. 4. vers. 14. *Noli negligere gratiam, quæ tibi data est per impositionem manuum presbyterii,* idest presbyterorum. *1. Tim. 4. v. 1. c. 5. v. 2.* Et cap. 5. vers. 22. *Manus citò nè imposueris.* 2. Timoth. cap. 1. v. 6. *2. epist. vers. 6.* *Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.* Non ait per impositionem manuum populi. Lege sanctum Chrysostomum homiliã 10. in epist. 1. ad Timotheum. S. Hieronymũ in cap. 58. Isaiæ. Theodoretum lib. 1. historiæ cap 3 & passim Græcos, qui ordinationem exprimunt per nomen χειροτονιας. Nam Episcopi ordinando Episcopum vel Sacerdotem non manus levant, sed imponunt: quibus suffragatur Cõcilium Nicænum apud Theodoretũ loco citato, & Concilium Laodicense cap. 5. arridet etiam ordinatio & consecratio Apostolorum quæ a Christo facta est independenter à suffragiò populi, quem ritum ab Apostolis observari jussit & exemplo & verbo dicens cap. 22. vers. 19. *Hoc facite in meam commemorationem.* Christus enim his verbis instituit modum ordinandi & conferendi sacramenta, ut habet Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 1. *Apostolis quos tunc novi testamenti sacerdotes constituebat, ut sumerent tradidit, & iisdem, eorumq; in sacerdotio successoribus, ut offerrent, præcepit per hæc verba, hoc facite in meam commemorationem, uti semper Ecclesia Catholica intellexit & docuit.* Et canone 2. definit. *Si quis dixerit illis verbis,* Concilium Trident.

*hoc*

*hoc facite in meam commemorationem Christum non instituisse Apostolos sacerdotes, aut non ordinasse, ut ipsi aliique sacerdotes offerrent corpus & sanguinem suum, anathema sit.* Cæterùm Apostolos & alios fuisse ordinatos per manuum impositionem figuraliter expressum videtur, lib. 3. Reg. c. 19. v. 19. *Cùm venisset Elias ad eum* (scilicet Eliseum) *misit pallium suum super illum.* Idest ut significaret, quod cum faciebat sui officii participem & successorem. Sic (inquit Cornelius) olim sponsus sponsam sibi adoptans tegebat eam pallio suo. Undè illud Ruth ambientis nuptias Booz cap. 3. vers. 9. *Expandi pallium tuum super famulam tuam.* Et illud Ezechielis cap. 16. v. 9. *Expandi amictum meum super te.* Hâc enim cerimoniâ institutus est Eliseus propheta, socius & successor Eliæ, ejusque cor à Deo omninò immutatum est, atque ex laico factus est religiosus, ex agricolâ propheta, ex idiothâ theodidactus. Undè statim reliquit boves, domum, parentes, & secutus est Eliam. Clarius ille ritus delineatus est, lib. 4. Regum cap. 3. vers. 15. ubi de eodem Eliseo. *Cumq; caneret psaltes, facta est super eum manus Domini, & ait, &c.* Idest hoc modo Deus denotavit se Eliseo lumen propheticum infundere.

13. Reg. 19. v. 19

Ruth 3. vers. 9.

Ezech. 16. v. 8.

14. Reg. 3. v. 15.

VII. Nec quartò suffragatur Calvino & sequacibus auctoritas Concilii II. generalis ad Damasum teste Theodoreto lib. 5. cap. 9. his verbis. *Reverendissimum & Deo amabilem Nectarium Episcopum ordinavimus coram universali Concilio cum omni concordiâ, sub aspectu etiam Deo amabilis Imperatoris, universiq; Cleri, cuncta decenter pariter civitate.* Multò minus verba sancti Leonis epist. 89. S. Gregorii lib. 2. epist. 69. S. Ambrosii lib. 10. epist. 82. & aliorum apud Gratianum dist. 23. 24. 62. 63. 65. 67. 68. & quæst. 1. can. *Licet.* Nam citata loca non innuunt, quod populo competat jure divino jus eligendi. Secundò multa loca illorum faciunt dumtaxat mentionē postulationis, vel testimonii, non autem electionis. Tertiò, non est dubium quin populus aliquando elegerit, sicut nunc in Hispaniâ, Galliâ, &c. Reges, id autem non fit ex jure divino, sed Apostolicâ concessione. Vide Boetium Eponem de Regalibus, & jure Principis in beneficiis Ecclesiasticis cap. 76. & seqq.

VIII. S. Cyprianus. Nec quintò, S. Cyprianus astruit jus divinum eligendi Episcopum cōpetere populo, dum lib. 1. cap. 4. scribit. *Propter quod plebs obsequens præceptis dominicis & Deum metuens à peccatore præposito separare se debet, nec ad sacrilegi sacerdotis sacrificia miscere, quando ipsa maximè habeat potestatem; vel eligendi dignos sacerdotes, vel indignos recusandi. quod & ipsum videmus de divinâ auctoritate descendere, ut sacerdos plebe præsente sub omnium oculis deligatur, & dignus ac idoneus publico judicio ac testimonio comprobetur.* Dico primò S. Cyprianum non affirmare, quod à populo Episcopus jure divino eligatur, ut patet ex tribus exemplis quæ profert ex scripturâ, primò ex cap. 20. Numerorum, ubi Eleazarus est ordinatus coram populo. Secundò, Actor. cap. 1. ubi sanctus Mathias electus est. Cap. 6. ubi septem Diaconi designati sunt. Nam superioribus explicationibus illorum locorum adjicio primò, exempla scripturæ non facere rem esse de jure divino, sed præcepta Dei faciunt. Secundò, dico sanctum Cyprianum citatum tantùm tribuere populo testimonium de vitâ & more ordinandorum, ut nunc etiam servatur in Ecclesia, non verò jus electionis, ideo ait, quod *Plebs ipsa maximè habeat potestatem vel eligendi dignos, &c.* Quia si quid noverit boni vel mali de ordinando, potest suo testimonio efficere, ut non eligatur per calculum. Non tamen eligit, 1. quia plebs pretio potest corrumpi. 2. Quia acclamatio populi aufert libertatem, &c.

IX. Concilii Trident. Nec huic explicationi contradicit Concilium Nicænum epist. ad Alexandrinos apud Theodoretum lib. 1. cap. 9. dicens. *Dignum est vos potestatem habere eligendi quemlibet, & nomina eorum dandi, qui Clero sunt digni, & absolutè facere omnia secundùm leges & sanctiones Ecclesiæ. Si quem verò contigerit requiescere in Ecclesia, tunc provehi in honorem defuncti eos,*

*qui nuper assumpti sunt, solummodo si videantur digni, & populus eos elegerit, condecernente simul, & designante maximè Alexandrinæ Civitatis Episcopo.* Ex hoc dico non sequi quod electio popularis sit de jure divino, sed tantùm tunc incœperit, ita tamen, ut in electione auctoritas Episcopi præcipuum locum teneat. Deinde esto hæc consuetudo eligendi per populum duraverit per aliquot annos, vel sæcula, ut patet etiam in annalibus Leodiensibus apud Chapeavillum, & alios: Sedes Apostolica id toleravit, seu permisit. Cæterùm Julius Lavorius variar. lucubrat. tom. 1. tit. 4, c. 5. num. 23, Barbosa de officio & potest. Episc. cap. 3. n. 28. Layman de Prælati Eccles. electione cap. 15. Azorius part. 2. cap. 17. quæst. 3. & alii, scribunt veterem consuetudinẽ electionis Episcopalis per Canonicos Ecclesiæ Cathedralis adhuc vigere in Germaniâ, quę etiam in nostrâ Leodiensi servatur, quâ in re Concilium Trid. sess. 24. cap. 1. de reformatione nihil innovandũ duxit, sed dumtaxat hortatur ac monet omnes & singulos, qui gaudent jure electionis, ut studeant promoveri bonos Pastores ad Ecclesiam gubernandam, & digniores, seclusis precibus secluso humano affectu, &c. *Omnes verò & singulos &c.* quæ electio à canonicis facienda est intra tres menses ut affirmat supra quæst. 6. ex cap. *ne pro defectu*, de elect. cap. *postquam*, dist. 50. cap. *obeuntibus*, dist. 63. qui dies incipiunt computari non à die vacantis Ecclesiæ, sed à die quo innotuit Canonicis vacatio Ecclesiæ, ita Azorius post Innocentium & alios in cap. *Ne pro defectu*, de elect. cap. *Messana*. Honorius distinctè prohibet, nè laici eligant. *Edicto perpetuo prohibemus, nè per Laicos cum Canonicis Pontificis electio præsumatur, quod si præsumpta fuerit nullam obtineat firmitatem, non obstante contrariâ consuetudine, quæ debet dici potius corruptela.*

## CAPUT III.

### *Ordinatio Episcopi est Sacramentum novæ Legis.*

COntendunt quidam Lutherani, Calvinistæ & Marcus Antonius de Dominis, & negant primò ordinationem esse actionem sacramentalem. Secundò, potestatem ordinis esse proximum effectum sacramentalem provenientem ex actione sacramentali: sed illis contradicit consensus totius Ecclesiæ, Theologi, & fusiliмè Becanus tomo 5. opusculorum, lib. 4. de Republicâ Ecclesiasticâ cap. 5. Ratio est, quia tria requiruntur & sufficiunt ad Sacramentum novæ Legis (ut Catholici & adversarii admittunt,) externa cæremonia, vel ritus, vel signum, vel symbolum, quæ omnia idem valent. Secundò, Christi institutio, nam cæremonia externa non est apta pro sacramento, nisi à Christo sit instituta, vel deputata. Tertiò, Promissio gratiæ, quæ debet esse annexa externæ cæremoniæ à Christo institutæ. Christus enim instituendo Sacramentum solet polliceri gratiam iis omnibus, qui dignè & legitimè usurpant cæremoniam externam ab ipso institutam, sed hæc tria reperiuntur in sacrâ ordinatione, ut patet ex Apostolo 1. ad Timotheum cap. 4. v. 14: *Noli negligere gratiam, quæ data est per prophetiam cum impositione manuum præsbyterii.* Et 2. Timoth. cap. 1. v. 6. *Admoneo te ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.* Ubi patenter fit mentio gratiæ quæ confertur ministris Ecclesiæ per impositionem manuum, quasi per cæremoniam externam à Christo institutam. Ille enim ritus nequit ab Apostolis institui, quia carent potestate instituendi cæremoniam per quam conferatur infallibiliter gratia legitimè accedentibus. Difficultas est, an Episcopi ordinatio, ut ab ordinatione Præsbyteri distincta & ipsi superaddita sit sacramentum novæ legis. Negant Scotus in 4. dist. 24. quæst. 1. Richardus ibi art. 5. quæst. 2. S. Bonaventura

I.

ventura part. 2. dist. 24. art. 2. quæst. 3. Sotus quæst. 1. art. 3. Capreolus dist. 25. art. 1. & 3. Aureolus apud ipsum Henriques lib. 10. Covarruvias lib. 1. variarum resolut. cap. 10, num. 15. Affirmant Durandus in 4. dist. 24. quæst. 6. Bellarminus lib. 1. de ordine cap. 5. Medina lib. 1. de continentiâ cap. 15. Mayro in 4. dist. 24. quæst. 4. Rubio quæst. 1. Cajetanus tomo 1. opusc. tract. 18. Valentia de Ordine disput. 9. quæst. 1. part. 4. Sebastianus quæst. 4. proœmiali §. 3. Becanus cap. 26. quæst. 3. Vasquez disp. 240. cap. 4. Ægidius disput. 20. dub. 6. Adamus disp. 7. quæst. 2. dub. 2. Gaspar Hurtado tractat. de ordine diffic. 7. Probatur primò ex Apostolo 1. epist. ad Timoth. cap. 4. vers. 14. citato, & 2. epist. cap. 1. vers. 6. citatis. Ubi Apostolus significat ordinationem, de quâ ibi agit, esse Sacramentum conferens gratiam. Sed ibi sermo est de ordinatione Timothei in Episcopum superadditâ ordinationi præsbyterali, ut docent communiter Interpretes. Quibus arridet Concilium Tridentinum sessione 23. cap. 23. probans sacram ordinationem esse Sacramentum gratiam conferens, ex illo cap. 2. 1. ad Timotheum. *Cum scripturæ testimonio, Apostolicâ traditione, & Patrum unanimi consensu perspicuum sit per sacram Ordinationem, quæ verbis & signis exterioribus perficitur, gratiam conferri, dubitare nemo debet, Ordinem esse verè & propriè unum ex septem sanctæ Ecclesiæ sacramentis. Innuit enim Apostolus* 1. *Timoth. cap.* 4. *Admoneo te, &c.* Quod iis locis agatur de ordinatione Episcopi, ut superadditâ ordinationi Præsbyteri patet hac ratione Theologicâ. Ordinatione Episcopi absolutè & simpliciter confertur Spiritus sanctus, ut patet ex Concilio Tridentino sess. 23. can. 3. ubi generaliter dicitur per sacram ordinationem cōferri Spiritum sanctum.

Concilii Trident. *Si quis dixerit Ordinem, sive sacram Ordinationem non esse verè & propriè Sacramentum à Christo Domino institutum, vel esse figmentum quoddam humanum, &c. Anathema sit.* Canon. 4. *Si quis dixerit per sacram Ordinationem non dari Spiritum sanctum, &c. Anathema sit.* Igitur in ordinatione Episcopi datur gratia sanctificās, quia Spiritus sanctus non confertur simpliciter nisi modiâ gratiâ sanctificante. Secundo, quia ordinatio Episcopalis nequit repeti, igitur est Sacramentum. Tertiò, Potest Episcopus conferre Sacramenta Confirmationis & Sacerdotii, quæ nequeunt ab aliis inferioribus saltem quoad Sacerdotium conferri. Quartò, (inquit noster Bachonius in 4. dist. 25. q. 2. art. 1.) quando aliquis est ordinatus in Episcopum, tunc illi traditur perpetua ac indelebilis potestas super populum sibi subjectum, & confertur illi potestas ut ab iis ordinati possint peccata remittere si habeant populū subjectum, igitur, &c. Nec obstat perpetuitati Ordinis Episcopalis suspensio, quia esto quod Episcopus sit suspensus, excōmunicatus, schismaticus, & sic de similibus, talis licēt nō absolvat, qui suspensus est ab executione, tamen si ordines conferat aliquibus, ordinati erunt, & consequenter in eo remanet character ordinis Episcopalis. Quod autem sic ordinatus retineat potestatem ordinis probat Augustinus, & ponitur quæst. 1. *quod quidam.* Primò quia quâ ratione perditur character Ordinis, eadem ratione & Baptismi, cum uterque quadam ratione conferatur, sed baptisatus nunquam perdit characterem. Secundò, quia consuetudo Ecclesiæ est, quod tales non ordinantur tùm resipiscunt, & hoc nè fiat injuria Sacramento, igitur retinet utrumque, sed ad perniciem. Tertiò, à simili, si aurum vel argentum fuerit signatum, si fur deprehendatur à Principe, punitur, sed signum monetæ non reprobatur. Quartò, character non reiteratur in milite, qui redit, & in gratiam Principis recipitur. Plura (inquit) apud Ostiensem de schismat. §. *quid inde*, & de temporibus ordinandorum §. *à quo.* Item dist. 77. c. *illud*, dist. 93. c. *à Subdiacono*, ubi inter Ordines characterem imprimentes numeratur Episcopatus, quod non esset conveniens, nisi aliquomodo imprimeret characterem, saltem partialiter distinctum à charactere sacerdotali, seu potestate ad consecrandum & absolvendum.

II. Sic in nostra Historiâ quamvis forent Prophetæ: tamen Elias Eliseum vocans videtur illi specialem potestatem ac jurisdictionem contulisse non tantùm in reliquos Prophetas, sed etiam in populum aliis denegatum. Undè solus Elias ab Eliseo lib. 4. Regum cap. 2, vers. 11. Eliseus à Rege Joas vocatur, *Currus Israel & auriga ejus.*

III. Dices primò Episcopatus non est novus ordo, alioqui essent plures ordines quàm septem, igitur non est novum & distinctum Sacramentum. Respondeo Episcopatum & Præsbyteratum facere unum ordinē unitate genericâ, qui dividitur in duas species, quarum una aliam includit. Seu ex Episcopatu ut sic & simplici Sacerdotio integratur & perficitur unum Sacerdotium: simplex enim sacerdotiū completur per Episcopatum, sicut potestas absolvendi à peccatis superaddita potestati consecrandi complet & perficit simplex sacerdotium. Dices secundò, si Episcopatus esset Sacramentum posset aliquis ordinari Episcopus, qui non esset Sacerdos, ut patet in simili. Si quis ordinaretur Præsbyter, qui non esset Diaconus, ille esset verè ordinatus. Respondeo non esse paritatem, quia Episcopatus includit essentialiter Præsbyteratum, non autem Præsbyteratus Diaconatum. Undè si non præsupponatur Sacerdotium nequit Episcopatus validè conferri, quia (inquit Hurtado supra diffic. 3.) Episcopus est Sacerdos perfectus, fœcundus, & potens alios Sacerdotes creare, ideoque Episcopus comparatur cum simplici Sacerdote, sicut vir perfectus, potens generare, cum juvene nondum potente. Dices tertiò, vel character Episcopalis est major charactere Sacerdotali, vel non: si major, igitur est aliquid majus potestate consecrandi Eucharistiam, quod omnes negant. Si non est major, igitur Episcopus ut Episcopus non est major Præsbytero, quod est falsum ut infra ostendetur. Respondeo Episcopalem characterem præcisè spectatum esse minorem Præsbyterali, si verò spectetur integer character, qui est in Episcopo, ut continet Episcopalem & Sacerdotalem, tunc est major solo Præsbyterali. Dices quartò, nulla est forma nec materia in ordinatione Episcopi, igitur non est Sacramentum etiam partialiter distinctum à Præsbyterali. Respondeo negando, nam (inquiunt omnes Doctores) in ordinatione Episcopi materia proxima est impositio manuum Episcoporum. Forma, sunt verba prolata simul à tribus Episcopis manus imponentibus. *Accipe Spiritum sanctum.* Quæ forma deducitur ex verbis Apostoli 1. ad Timotheum cap. 4. loquente de ordinatione Thimothei in Episcopum. *Noli negligere gratiam, quæ data est per prophetiam.* Idest per verba illa *Accipe Spiritum sanctū*, addit, *cum impositione manuum Præsbyterii.* Idest Episcoporum. Dices quintò, verba hæc *Accipe Spiritum sanctum*, ita sunt generalia, ut secundùm se non denotent gradum peculiarem Episcopi. Igitur: Respondeo, licet non denotent, tamen eo ipso, quod tres illi Episcopi simul congregati imponentes manus super caput ordinandi dicunt, *Accipe Spiritum sanctum.* Denotant accipere illum in suum consortium ad gradum Episcopalem. Ideò verò illis verbis prolatis ab Episcopo ordinante Diaconum, non denotatur gradus Diaconi, quia Episcopus qui est minister Diaconatus, non tantùm est minister Diaconatus, sed etiam Præsbyteratus, & Subdiaconatus, aliorumque inferiorum Ordinum, ac proindè prædictis verbis quamvis manus imponat, non magis notat se admittere ordinandum in suum consortium ad gradum Diaconi, quam ad gradus aliorum Ordinum.

IV. Licet Archiepiscopatus & Patriarchatus sit superior Episcopatu est tamen idem Ordo. Cardinalatus etiam non est Ordo Ecclesiasticus, licet sit superior Episcopali quoad universalitatem regiminis, in quantum juvat summum Pontificem ad regendam Ecclesiam universalem.

CAPUT

## CAPUT IV.

### *Episcopus est jure divino.*

I. EPiscopatui, sicut aliis Ecclesiæ gradibus sancti Eliæ Prophetæ usurpatam, quasi ideam proponere constituimeram: sed ab incepto me deterrent S. Ambrosii Doctoris Latini, nec non S. Gregorii Nazianzeni Græci sententiæ. Ille lib. de dignitate Sacerdotali cap. 2. *Honor* (inquit) *& sublimitas Episcopalis nullis*
S. Ambr. *poterit comparationibus adæquari, si regum fulgori compares, & principum diadematis, longè erit inferius, quàm si mensilium ad istius fulgorem compares.* Hic oratione 7. ad cives ait. *Quantum*
S. Greg. Nazian. *cælum terrâ pretiosius est, quantum anima corpori, spiritus carni, divina humanis præstant, tantùm Episcoporum principatus omnia civilia regna & potestates antecellit.* Quamvis illius eminentiam ac celsitudinem sermonibus explicare, vel comparationibus persequi de illequi nequeam. Nihilominus quemadmodum sancta Mater Ecclesia, ac supremum illius Caput & Pastor passi sunt prioribus temporibus per Elianam narrationem adumbrari, ita amplissimo Episcoporum cœtui non displicebit si Eliana vita sibi ut typus exhibeatur: quandoquidem S. Chrysostomus tomo 5. orat. de divitiis & paupertate, prædicet Eliam non tantum regibus excelsiorem, sed etiam
S. Chrys. eius ovillam vestem regiâ purpurâ splendidiorem. *Ita sanè purpurâ splendidior erat ovilla vestis & regiis palatiis spelunca justi.* Instituimus igitur nunc nostrum est ostendere gradum Episcopalem non humano Ecclesiastico, vel regio jure esse introductum, sed divino.

II. Wicleffus apud nostrum Thomam Waldensem Anglum tempore Martini V. & Sigismundi Imperatoris docuit Episcopos sanctæ Ecclesiæ, non à Christo, sed à Cæsare esse institutos. Lutherus illius vestigiis inhærens libello contra falsa nomina, ita Epis-
Luther. copos strictim. *Episcopi sunt indocta larvæ papales, quæ non solùm ad veritatem opprimendam creatæ sunt, & creatos ipsorum: ideò debet Episcoporum regimen & devastari & Episcopatus.* Calvinus Calvinus lib. 4. instit. cap. 4. §. 2. de institutione Episcoporum ita differit. *Quibus docendi munus injunctum erat, eos omnes nominabant presbyteros, illi ex eo numero singulis civitatibus unum eligebant, cui specialiter dabant titulum Episcopi, nè ex æqualitate (ut fieri solet) dissidia nascerentur.* Et infra. *Atque id ipsum fuisse humano consensu inductum fatentur si veteres.* Idem asserit Martinus Kemnitius in examine sess. 23. Concilii Tridentini, illique arridet Erasmus Roterodamus paraphrasi in cap. 4. epist 1. ad Timoth. *Præsbyterorum auctoritas ritè tibi impositis manibus Episcopi functionem delegavit.* Henricus Salcolbrigensis Anglus pag. 121. non Cæsari, non Clero & Præsbyteris, sed regiæ potestati attribuit creationem & depositionem Episcoporum. *Christiani Principes* (inquit) *in suis regnis cum laude propriâ auctoritate Episcopos creavunt & deposuerunt.* Pag. 144. *Rex Angliæ Archidiacono Richmundiæ Episcopalē concessit jurisdictionem.* Pag. 155 *Reges Angliæ suprema suâ auctoritate de jure, atque cum laude omnium ordinum Episcopos elegerunt, ac proindè deponere potuerunt.* Pag. 167. *Constat Christianos Principes cum laude Episcopos elegisse & deposuisse, etiam Romanos.* Illi subscribit Richardus Thomlonius in Elencho refutationis torturæ.

III. Verum Ecclesia Catholica constanter sustinet gradum Episcopalem ab ipso Christo, & ejus Apostolis procedere, ita ut Episcopatus sit jure divino institutus, & hanc Ecclesiæ mentem Canonistæ & Theologi illi cap. *In novo*. dist. 21. cap. *videntes*, 2ª 2 quæst. 1. Gregorius Lopez in gloss. 3. & lib. 17, glos. 2. tit. 5. part. 1. Duen. reg. 72. vers. *Fallit in dignitate* Gigas de pension. quæst 1. num. 3. Barbatus in tractat. de præstantiâ Cardinalium, quæst. 1. Covarruvias in reg. possess. part. 2. §. 9. art. 6. Camillus Borellus in summâ omnium decisionum tit. 6. art. 1. Mauritius de Azedo de præcellentiâ Episcopalis dignitatis, part. 1. cap 1. & cap. 8. num. 3. Homobonus de Bonis de examine Eccles. p. 1. tract. 2.

tract. 2. cap. 3. quæst 35. vers. *Aliter finio*, & tract. 3. cap. 8. quæst. 68. v. 4. Michael Agia de exhiben. auxil. fundamento 2. Barbosa de officio & potestate Episcopi, part. 1. tit. 1. cap. 1. Ex his Cardinalis Bellarminus de cõtroversiis Christianæ fidei tomo 1. controvers. 3. generali, & libr. 4. de Romano Pontif. cap. 25. Noster insignis Thomas Waldensis tomo 1. lib 2, doctrinalis fidei art. 3. cap. 56. Didacus de Arteio de Sacramentis, tit de Episcopatu n. 1. & 51. Rodoanus, Maior, Alphonsus à Castro adversus hæreses, Suarez, Valentia, Gammachius, Henriquez in summâ, Azorius instit. moral. Molfei in summâ Theol: mor. Hurtado de sacrament. & præcipuè totius Theolog. coryphæus Petrus Lombardus Episc. Parisiensis, vulgò Magister sentent. & D. Thomas 2. 2. & 3. part. Imò nonnulli hærerici eandem veritatem propugnarunt, nominatim Guilelmus Toockerus in duello, duo enim requiret ad constituendum, seu creandum Episcopũ, primò, requirit consecrationem personæ. Secundo Episcopatum, aitque neutrum à Rege præstari posse, addit tantùm abesse, ut Rex possit Episcopos creare & deponere, ut potiùs fateatur se illorum esse discipulum & alumnum. Ad hanc veritatem probandam, primò aliquas figuras præmittemus.

IV. In statu Legis Mosaicæ, qui incepit ab Adamo usque ad Moysem ex ordinatione divina omnes primogeniti erant Sacerdotes, ac divino cultui speciatim mancipati. In statu Legis Mosaicæ usque ad Christum; Deus ex duodecim Tribubus Israel elegit Tribum Levi, quam divinis officiis peculiariter consecratam esse voluit, juxta illud Numer. cap. 3. vers. 12. *Ego tuli Levitas à filiis Israel pro omni primogenito in filiis Israel, eruntque mei.* Cap. 8. vers. 6. *Tolle Levitas de medio filiorum Israel & purificabis eos.* Horum ministrorum, tres erant classes, in primâ Levitæ propriè dicti, in secundâ Sacerdotes, in tertiâ summus Sacerdos, seu Pontifex. in Levitarum consecratione, ex Numer. cap. 8. vers. tria præcipuè observabantur. 1. Purificatio, 2. Consecratio, 3 Applicatio. Levitarum officium erat ministrare Sacerdotibus. In consecratione, Sacerdotum & Pontificis hæc tria agebantur, Purificatio, Consecratio, & Applicatio ad usum ministerii. Consecratio Pontificalis à Sacerdotali discrepabat, quod Pontifex ornatu Pontificali, Sacerdotes Sacerdotali veste induerentur. Deindè Põtifex ungeretur oleo unctionis in capite, non autem Sacerdotes. Discrimen etiam erat inter utriusque officium, licet enim ambo offerrent victimas, seu sacrificia super altare holocausti, Levitici cap. 1. 2. 3. Deinde in eodem altari in usum sacrificii alerent seu nutrirent perpetuum ignem subjiciendo illi quotidie ligna, Levitici cap. 6. vers. 12. Præterea bis quotidie, ideſt mane & vesperi ponerent & adolerent incensum super altare Thymiamatis, Exodi cap. 30. vers 1. Quartò, bis quotidie effuso oleo olivarum concinnarent lucernas, quæ erant in candelabro aureo juxta altare Thymiamatis, Exodi cap. 25. v. 37. & Levitici cap. 24. vers. 2. Quintò singulis Sabbathis duodecim panes calidos ponerent super mensam propositionis, & veteres indè removerent, ac comederent, Exodi cap. 25, v. 23. Levitici cap. 24. vers. 5. Sextò immolarent vaccam rufam extra castra, Numer. cap. 19. vers. 3. Septimò, adjuvarent mulieres in casu zelotypiæ, Numer. cap. 5. vers. 19. Octavò, discernerent inter lepram & lepram, Levitici cap. 13. per totum. Nonò expiarent, seu mundarent leprosos, puerperas, menstruatas, seminifluos, Levitici cap. 12. Decimò, scirent legem Dei, illam interpretarentur, & alios docerent, Aggæi cap. 12. Malachiæ cap. 2, vers. 7. Tamen ex ordinatione divinâ licebat solis Pontificibus in solemni die expiationis, seu propitiationis ingredi sanctuarium, seu Sancta Sanctorum, ex Apostolo ad Hebr. cap. 9. vers. 7. & instituere publicam & universalem expiationem, per quam tota multitudo, seu Ecclesia Israelitarum mundabatur. Hujus ritus tempore, seu eo die universus populus feriabatur ab omni opere servili, jejunabatque usque ad vesperã.

Num. 3. v. 12.

c. 8. v. 6.

Secundò

Secundò Pontifex lavabat ſe aquâ, induebatque veſtes Pontificales. Tertiò, priuſquam publicam expiationē aggrederetur, tres alias præmittebat, quæ tamen publicæ ſubſerviebant, Levitici cap. 16. Solis etiam Pontificibus incumbebat conſecrare Levitas & Sacerdotes ritu præſcripto, Exodi cap 29. Levitici cap. 8. Numer. cap. 8. Ad ſolos etiam Pontifices, ut ſupremos judices ſpectabat controverſias legales dirimere & judicare, ultimamque ſententiam circa illas pronùnciare, cui cuncti obtemperare, ſeu acquieſcere tenebantur ſub pœnâ mortis, Deuteronomii cap. 17. verſ. 12. *Qui autem ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, & decreto judicis, moriatur homo ille, &c.* Officium etiam Pontificis erat Deum conſulere in rebus gerendis, quæ erant majoris momenti, & illas non aggredi vel exequi, niſi prius ab eodem divino Numine reſponſum acciperēt, Numer. cap. 27. verſ. 18. Pontifex & Sacerdotes dum tabernaculo vel templo miniſtrabant, ſacrum ornatum aſſumebant, ſed præter fœminalia, veſtem lineam, balteum ſeu cingulum, tunicam hyacinthinam ſolus Pontifex utebatur Ephod, ſeu ſuperhumerali, Rationali judicii, cidari ſeu tiarâ & laminâ aureâ, de quibus exodi cap. 28. per totum, Quæ omnia diſcrimina non ex inſtituto humano, ſed divino procedebant, ut innuit Leo Papa epiſt. 66. ad univerſos Epiſcopos Eccleſiarum Germaniæ & Galliæ. *In divinis* (inquit) *litteris præcipiente Domino ſolus Moyſes in Tabernaculo Dei erexit altare, ſolus ipſe unxit, qui utique ſummus Dei ſacerdos erat, ſicut ſcriptum eſt de eo Pſalm. 98. Moyſes & Aaron in ſacerdotibus ejus, ideòque id quod tantùm facere principibus Sacerdotum juſſum eſt, quorum typum Moyſes & Aaron tenuerunt, omninò decretum eſt, ut Epiſcopi, vel Præsbyteri, qui filiorum Aaron geſtant figuram arripere non præſumant.* S. Leo.

V. Aliam figuram etiam nobis ſubminiſtrat noſtri Ordinis hiſtoria, quæ refert præter Eliam, qui erat Pater omnium Prophetarum, ac ſanctæ noſtræ religionis auctor, (juxta diplomata ſummorum Pontificum Xiſti IV. Joannis XXII. Julii III. Pii V. Gregorii XIII. Xiſti V. Clementis VIII.) fuiſſe etiam quoſdam ſuperiores ſubalternos ex ordinatione divinâ inſtitutos. *Cùm enim* (inquit Joannes 44. lib. de inſtitut. Monachorum veteris legis cap. 22.) *licet Elias & Eliſeus cum cæteris ejuſdem propoſiti Religioſis viris, manerent præcipuè in eremis, jubente tamen Deo, propter utilitatem ſui populi, civitates & villas interdum frequentabant, miracula in populis operantes, futura eis prædicentes, vitiaq; hominum caſtigantes, & eos ad Deum revocantes, atque ad ſuam propheticam religionem multos attrahentes. Vnde in ſuburbanis quarundam civitatum, & villarum terræ promiſſionis, maximè autem in Galgala, & in Bethel, & in Iericho, & in Samariâ habuerunt cuneos Religioſorum virorum filiorum Prophetarum, apud quos manebant, dum ad civitates & villas veniebant. Et illos de populo, quos ad ſuam propheticam religionem trahere poterant, primò quidem in his conventibus faciebant erudiri in diſciplinâ propheticâ, & in rudimentis religioſæ vitæ Monaſticæ, ut eos paulatim à converſatione urbium diſtraherent quos poſtmodùm ad eremos transferebant.* Ait jubente Deo ex eremis migraſſe in Civitates & Villas, & in ſuburbiis earum habuiſſe cuneos Prophetarum, quibus ſecundùm eandem ordinationem divinam præter Eliam aliqui præerant, cùm eſſent Viri Religioſi. Sublatâ enim hierarchiâ ac ſubmiſſione cunei militaris erga ducem, popularis erga principem vel magiſtratum, Eccleſiaſtici ergà Prælatum, vix ejuſmodi cunei ſtare poſſunt. Vno verbo nullum regnum, nulla hominum congregatio: imò nec mundus, nec cœlum ſubſiſterent, ſi obedientia indè exularet. Proculcatâ obedientiâ nihil niſi confuſio remaneret. Sicut dum remiges inter ſe non conveniunt navis facilè ad ſcopulos alliditur, defectu ducis exercitus facilè diſſipatur, ſic in exercitu Eccleſiaſtico ſivè ſæculari ſivè regulari abſente obedientiâ nihil conſtans & tranquillū reperiri poteſt. Econtrà Ioan. 44.

qui habent superiorem, ejusque mandatis obtemperant, miram mentis requiem ac tranquillitatem experiuntur *Pax multa diligentibus legem tuam & non est illis scandalum* (inquit Vates Regius psalm 118. vers. 165.) Ibi noster Michael de Bononiâ post sanctũ Ambrosium. *Lex Dei est charitas, quæ omnem perturbationem excludit. Etenim ei, qui Deum diligit profunda est confirmata mentis tranquillitas. Aqua enim multæ non potuerunt extinguere charitatem, & flumina non obruent eam. Multa aqua est diversorum passionum, & fluminum sæcularium cupiditatum incitata, murum tamen charitatis subvertere non possunt; ideoque charitate fundatus dicit Psalm. 123. Torrentem pertransivit anima nostra. Nunquid aqua maris excludere potest Moysi charitatem, ut etiam, secundum literam psalmorum sibi series, suffragetur, Nempe diligens Deum iter tutum sibi credit esse per mare. Qui autem non dilexerunt Deum, dignum sacrilegiis suis exitium pertulerunt. Elias & Eliseus Iordanem pede transierunt, & hæc fuit mimia merces & gratia charitatis. Hi igitur ut transirent aquam fluvii Iordanis passionum fluenta nostrarum mentis prius vestigio transierunt.* Quod de personali œconomiâ effatur sanctus Ambrosius, id fatendum est de publicâ & præcipuè Ecclesiasticâ & regulari. Ubi enim est obedientia & debita erga superiores observantia, ibi stabilitas, ibi sanctitas, ibi pax & tranquillitas est. S. Prosper tenent. 286. *Nec fieri potest, ut voluntas propria non grandi ruinæ pondere super hominem cadat, si eam voluntati superiorum extol endo præponat.*

Ps. 118. v. 165.

Michael Bonon.

1 4. Reg. cap. 2.

**VI.** Sed relictis umbris ac figuris, ad legis Evangelicæ oracula veniamus. Ecclesiastica hierarchia est ex divinâ voluntate & institutione Christi, est similis Civitati Jerusalem, juxta illud sponsi Cant. cap. 6. vers. 3. *Pulchra es amica mea, suavis & decora sicut Jerusalem.* Isaiæ cap. 26. vers. 1. *Urbs fortitudinis nostræ Sion, Salvator ponetur in eâ, murus & ante murale.* Domini apud eundem Isaiam cap. 54 vers. 11. *Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris, & ponam jaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles.* Et Joannes Apocal. cap. 21. vers. 2. *Ego Ioannes vidi sanctam civitatem Ierusalem novam descendentem de cælo à Deo, paratam sicut sponsam ornatam viro suo.* Illam etiam sponsus comparat castris, Cant. cap. 6. vers. 3. & 9. *Terribilis ut castrorum acies ordinata.* Hebræus. *Sicut acies vexillatæ.* Gregorius Nyssenus homil. ult. *Stupor sicut instructa acies.* Spontæ Consodales. *Quid videbis* (inquiunt) *in Sulamita nisi choros Castrorum.* Quid Jerusalem pulchram ac conspicuam efficiebat? non tantum mœnia, porticus, templum, turres, spectabilia ædificia, ædes, fontes, pomeria, plateæ, numerosissimus ac nobilissimus populus, thesauri, aliaque ejusmodi, sed status Ecclesiasticus subalternus, seu ex summo Pontifice, sacerdotibus & Leviticis respectivè Cœlesti ordinatione compositus. Popularis autem ex magistratibus aliisque officiis compactus hoc pacto pacis vitio erat. Quo pacto exercitus stuporem hostibus incutiunt? dum firmi in suo ordine ac statione consistunt. Sic Ecclesia hæreticos, schismaticos, infideles ac universas potestates tenebrarum pavore afficit, dum est sub uno supremo duce, seu Pontifice ordinata, & omnes cunei, seu castra, idest Ecclesiæ particulares ab Episcopis diriguntur, & omnes Pontificem Romanum instar vexilli super se elevatum spectant.

Cant c. 6 vers. 3.

Isaiæ 26 v. 1.

cap. 54. v. 11.

Apoc. 21 vers. 2.

Cant. c. 6 v. 3. & 9.

Hanc porrò Hierarchiam in Ecclesia a Christo institutam fuisse, innuit Apostolus 1. Corinth. c. 12. vers. 28, *Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primùm Apostolos, secundò Prophetas, tertiò Doctores, deindè virtutes, exindè gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum interpretationes sermonum. Numquid omnes Apostoli? numquid omnes Prophetæ? numquid omnes Doctores? numquid omnes virtutes? numquid omnes gratiam habent curationum? numquid omnes linguis loquuntur? numquid omnes interpretantur?* Et Ephes. cap. 4. vers. 11. *Et ipse dedit quosdam*

**VII.**

1. Cor. 12 vers. 28.

Ephes. 4. vers. 11.

*quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Evangeliſtas, alios autem Paſtores & Doctores ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti, &c.* S. Ambroſius ait Hierarchiam Eccleſiæ diverſis ordinibus fuiſſe compoſitam: ita ut in primo ſint Apoſtoli, ideſt Epiſcopi; in ſecundo Prophetæ, ideſt Interpretes ſacræ Scripturæ; in tertio Evangeliſtæ, ideſt Diaconi; in quarto Paſtores, ideſt Lectores, qui populum ſacræ lectionis pabulo reficiunt, in quinto Doctores, ideſt Magiſtri ſeu Exorciſtæ, qui in Eccleſia coercent ac verberant inquietos. Accipe ejus verba in 1. epiſt. Corinth. cap. 12. *Caput in Eccleſia poſuit, qui legati Chriſti ſunt, ſicut dicit idem Apoſtolus 2. Corinth. cap. 5. Pro quo legatione fungimur, ipſi ſunt Epiſcopi, firmante illud Petro Apoſtolo & dicente inter cætera de Judâ, & Epiſcopatum ejus accipiet alter, &c.* Et in cap. 4. ad Epheſios. *Apoſtoli Epiſcopi ſunt, Prophetæ verò explanatores ſunt ſcripturarum, &c.* Et S. Anſelmus magis accomodatitiè, quàm litteraliter explicat, dicens Apoſtolis reſpondere Primates, & Archiepiſcopos, Prophetis ſcripturæ Interpretes, Evangeliſtis Diaconos, Paſtoribus Epiſcopos, Doctoribus Præsbyteros. *Dedit* (inquit) *ipſe nobis ad eruditionem quatuor regentium ordines, ſcilicet quoſdam Apoſtolos, ſcilicet Petrum & Andræam, cæterosque tales, qui omnibus aliis majores erant officium prædicationis, & per ſe tradentes alios, quorum nunc locum Apoſtolicum & Primates, & Archiepiſcopi tenent in Eccleſia. Quoſdam autem dedit eſſe Prophetas qui ventura prædicerent, etiam qui ſub novo teſtamento, ſicut Agabum, ſibique ſimiles, quorum locum nunc tenent, qui Scripturas interpretando pronuntiant, per eas cæteris futura gaudia, malorumque ſupplicia. Alios verò dedit Evangeliſtas, ſicut Lucam & cæteros, qui Evangelium ad poſteros ſcriptum tranſmiſerunt, vel etiam, qui Evangelium prædicabant, officium miniſtrandi pauperibus habebebant, ut ſeptem Diaconi Actor. cap. 6. Sub Apoſtolis utrumque victum præbebant & ſpiritualem & corporalem, ſimiliter adhuc deberent agere omnes Diaconi. Indè etiam eſt, quod hodie legant in miſſâ Evangelium. Alios autem dedit Paſtores, & Doctores, ſicut Epiſcopos vel Præsbyteros. Paſtores enim & Doctores unum regentium ordinem intelligimus quia gregem Dei ipſe veraciter paſcit, qui docet. Et ideò non dicitur diſtinctè alios autem, alios verò Doctores: ſed dicitur conjunctè alios autem Paſtores & Doctores, ut intelligerent eſſe officium, ſuam Doctrinam. Unde per Prophetam Ieremiam cap. 3. Deus promiſit. Dabo vobis Paſtores juxta cor meum, & paſcent vos ſcientiâ & doctrinâ.*

S. Ambr.

S. Anſel.

His verbis. *Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſiâ, &c.* Seu *Et ipſe dedit, &c.* Significat primatum Eccleſiæ non competere Principibus ſæcularibus, nec Epiſcoporum inſtitutiones ab iis pendere, ſed jure divino illis competere, eodemque jure illas dignitates ad poſteros derivari uſque in finem ſæculi, juxta Chriſti oraculum, Matthæi cap. 28. verſ. 20. *Ecce vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi.* Quomodò ait *vobiſcum uſque ad conſummationẽ ſæculi?* Nunquid uterq; Jacobus, Philippus, Andræas, &c. obierunt? Nunquid Deus illos permiſit tyrannorum ferro occumbere? nihil refert (inquit S. Hieronymus.) *Qui uſque ad conſummationem ſæculi cum diſcipulis futurum eſſe promittit, illos oſtendit ſemper eſſe victuros?* Quomodò *victuros (ſemper?* In ſucceſſoribus, ut ingeniosè explicat Lucifer Calaritanus qui in opere, cui titulus eſt, *Moriendum eſſe pro filio Dei*, nomine Martyrum de tyrannis triumphantiũ, hæc effatur. *Illo videlicet in nobis, manente & nobiſcum ſemper conſtituto, quia ad beatos Apoſtolos dixit vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi: ſtetimus, & ſtamus, quo uſque conſumas corpora noſtra ſtaturi ſumus ſalutari Chriſti clypeo muniti, loricâ pietatis ejus circumdati, immobiles, magisque in omnibus victores.*

Mat. 20 v. 28.

Hieron.

Lucifer Calar.

VIII.

Id clariſſimè inſinuat idem Apoſtolus Paulus Actor. cap. 20. verſ. 28. ubi Epiſcopos ita affatur. *Attendite vobis & univerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere*

Act c. 20 v. 28.

IX.

*Ecclesiam Dei quam acquievit sanguine suo.* Advocarat Apostolus Episcopos Civitatum provinciæ Ephesinæ, quorum Metropolita erat Timotheus, ut explicat S. Irenæus lib. 3. cap. 14. *Paulus in Mileto convocatis Episcopis & Presbyteris, qui erant ab Epheso & à reliquis proximis civitatibus, multa testificans eis adjecit, &c.* Et innuere videtur Apostolus vers. 25. *Amplius non videbitis faciem meam vos omnes per quos transivi prædicans regnum Dei.* Non ergò ait Apostolus in quo vos posuit Cæsar, vel rex quispiam, sed Spiritus sanctus. Accedit ipse Christus, qui Matthæi cap. 24. vers. 45. & Lucæ cap. 12. vers. 42. ait. *Fidelis servus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.* Quid per Dominum, per servum fidelem, & prudentem, ac familiam intelligit? S. Hilarius, qui floruit sæculo quarto docet per dominum accipiendum esse Christum, per servum prudentem ac fidelem Episcopum sui gregis curam habentem, per familiam Ecclesiam particularem, seu Diœcesim.

*Mat. 24 v. 45.*

Hilarius. *Quanquam* (inquit) *in commune nos ad indefessam vigilantiæ curam adhortetur. Specialem tamen populi principibus, idest Episcopis, in expectatione adventûs sui sollicitudinem mandat. Hunc enim servum fidelem atque prudentem præpositum familiæ significat, qui si dicto audiens & præceptis obediens erit, idest si doctrinæ opportunitate, & veritate infirma confirmet, disrupta cõsolidet, depravata convertat, & verbum vitæ in æternitatis cibum alendæ familiæ dispendat, &c.* Quis illum servum fidelem ac prudentem familiæ præposuit? non Cæsar, aut quivis alius homo, sed Christus ipse. *Quem constituit Dominus super familiam suam.* Idem Lucæ cap. 12. vers. 42. non servum, sed dispensatorem vocat. *Quis putas est fidelis dispensator & prudens quem constituit Dominus super familiam suam, &c.* Græcus habet *œconomus.* Cur servum illum dispensatorẽ, seu œconomum vocat? quia Petrus (quem alloquitur) & eius successores totius Ecclesiæ œconomiam & curam habent, cæteri verò Apostoli seu Episcopi Ecclesiarum particularium. Petrus thesauros Christi Ecclesiæ orthodoxæ distribuit, Episcopi autem mensuram aliquam ex illo thesauro depromunt ut suæ familiæ distribuant. De Petro & Damaso eius successore sanctus Ambrosius ad illa verba 1. Timoth. cap. 3. *Ut scias quomodò te oporteat conversari in domo Dei, hæc scribit: Domus Dei Ecclesia dicitur, cujus hodie rector est Damasus.* Et sanctus Chrysostomus lib. 2. de sacerdotio circa initium hunc ipsum locum *Quis est fidelis servus &c.* de Petro exponit, Paulus 1. Corinth. cap. 4. vers. 1. differens de se & reliquis Apostolis. *Sic nos* (inquit) *existimet homo, ut ministros Christi & dispensatores ministeriorum Dei.* Græcus, *ut œconomos.* Quasi diceret, quemadmodum œconomus universalis totius familiæ curam habet, in eâ omnia regit, distribuit, ordinat, largitur, debita relaxat, quando & ubi credit domino suo placere, esse utile, vel honorificum, & œconomi officinarũ particularium idem præstant in suis officiis. Sic Rom. Pont. in Ecclesia universali, quasi in domo Dei, omnia ordinat, concedit indulgentias, relaxat vota, juramenta, & Episcopi in suis Diœcesibus nonnulla etiam dispensant, donant, relaxant, non temerè, sed fideliter & prudenter. Melliflue S. Bernardus libr. 3. de consider. ad Eugenium, & lib. de præcepto & dispensatione. *Quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur, ubi necessitas urget, excusabilis dispensatio est, ubi utilitas provocat, dispensatio laudabilis est. Utilitas dico communis non propria: Nam cum nihil horum est, non planè fidelis dispensatio, sed crudelis dissipatio est.* At Patrisfamilias est instituere œconomum generalem & etiam particularium officinarum, Regis est creare proregem & provinciarum ac civitatum gubernatores, illius est dare auctoritatem, quod si rectores in aliquo deficiant, non est familiæ seu populi illos judicare, plectere, expellere. S. Lucas cap. 12. citato vers. 43. ait inferioribus, famulis etiam simul congregatis nullam inesse auctoritatem puniendi & expellendi œconomum generalem, vel particulares. *Quod si dixerit servus ille in corde suo*

Bernard.

*Luc. 12. v. 42.*

*moram*

*moram facit Dominus meus venire, & cœperit percutere servos & ancillas, edere, & bibere, & inebriari veniet Dominus servi illius in die quâ non sperat, & dividet eum, partemq; ejus cum infidelibus ponet.* Quid sunt ipsi reges in Ecclesia Christi? non Præsides, sed subditi, non tantùm Pontificis, sed etiam Episcoporum, Gelasius epist. ad Anastasium. Gelasius. *Nosti fili clementissime, quod licet præsideas humano generi dignitate rerum terrenarum, tamen Præsulibus divinarum devotus colla submittis.* Et infra. *Subdi te debere cognoscis religionis ordine, potius quàm præesse nosti, itaque ex illorum te pendere judicio, non illos ad tuam redigi voluntatem.* Illam subjectionem Augustus agnovit apud Eusebium libr. 6. cap. 25. scilicet se eos judicare non posse, ut qui Dii quidam sunt, sed contra potius eorum se stare subjectum judicio. De eodem scribit Ruffinus libr. 1. histor. cap. 2. hinc Theodosius junior apud Theodoretum lib. 5. cap. 17. publicam pœnitentiam sibi ab Ambrosio Episcopo impositam subiit. S. Ignatius epist. 7. ad Smyrnenses, postquam dixit in Ecclesiâ nihil esse honorabilius Episcopo, addit primum honorem deberi Deo, secundum Episcopo, tertium Regi. S. Ambrosius lib. de dignitate sacerdotali cap. 2. supra citato Episcopum regi præponit. Sanctus Gregorius lib. 14. moral. cap. 19. asserit prima membra in corpore Domini esse sacerdotes, & lib. 4 epist. 31. ad Mauritium ait sacerdotes esse Deos quosdam inter homines, & propterea ab omnibus etiam regibus honorandos. Idem affirmat ac probat Nicolaus I. epist. ad Michaelem tomo 2. diximus, quomodo Maximus Augustus cùm in convivio foret, ac beato Martino assideret pincerna obtulerit primum calicem, qui ad Episcopum Martinum remisit, hic postquam bibit non Cæsari, sed suo Præsbytero calicem præbuit ut digniori. Ita Sulpitius. S. Chrysostomus homil. 83. in Matthæum asserit non tantùm Episcopos & Sacerdotes, sed etiam Diaconos Regibus anteponendos. *Si Dux* S. Chrys. (inquit ille Diacono suo) *quispiam, si Consul, si is qui diademate ornatur, indignè adeat, cohibe, & coerce, majorem in illo habes potestatem.* Imò Sanctus Ambrosius apud Theodoretum lib. 5. histor. cap. 17. jussit Theodosium Seniorem volentem ascendere ad loca Sacerdotum, descendere, & cum plebe consistere, quod ille libenter præstitit. Ex quibus patet Episcopos non humano, sed divino jure esse institutos.

X. Concilii Trident.

Idem declarat Concilium Tridentinum sess 23. cap. 4. *Proinde sacro-sancta Synodus declarat præter cæteros Ecclesiasticos gradus (qui in Apostolorum locum successerunt) ad hunc hierarchicum ordinem præcipuè pertinere, & positos (sicut idem Apostolus ait) à Spiritu sancto regere Ecclesiam Dei.* Et Canone 6. *Si quis dixerit in Ecclesiâ Catholicâ non esse hierarchiam divinâ ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, Præsbyteris, & Ministris, anathema sit.* Cui arridet Anacletus Papa IV. à beato Petro Apostolo Pontifex Romanus, in epistolâ de Patriarchis, & Primatibus & reliquis Episcopis. Anaclet. *Scitis à Domino Apostolos fuisse electos & constitutos, & postea per diversas Provincias ad prædicandum dispersos. Cùm verò messis cœpisset crescere, videns paucos esse operarios ad eorum adjumentum septuaginta eligi præcepit discipulos. Episcopi verò Domini Apostolorum, Præsbyteri quoque discipulorũ locum tenent.* Damasus in epist. de Damasus Coepiscopis. *Quod autem* (inquit) *solis Apostolis, eorumq; successoribus propriis sit officii tradere Spiritum sanctum, liber actuum Apostolorum docet, præsertim ex septuaginta discipulis, quorum isti in Ecclesia speciem gerunt, legatur donum Spiritus sancti per manuum impositionem (ut prædictum est)* Urbanus *tradidisse.* Urbanus Papa & Martyr epist. de communi vita & oblatione fidelium, differens de rebus Ecclesiæ assignatis, & à quibus dispensari debeant. *Ipsa verò* (inquit) *in ditione singularum Parochiarum Episcoporum, qui locum tenent Apostolorum, erant, & sunt usque adhuc, & futuris semper debent esse temporibus.* S. Clemens papa epist. ad Jacobum Episcopum Jerosolymitanum post medium fatetur se ex mandato Petri primi Christi successoris ad alias orbis partes misisse

Episcopos. *Episcopos* (inquit) *per singulas civitates quibus ille non miserat per doctos & prudentes ut serpentes, & simplices ut columbas* (*juxta Domini præceptum*) *nobis mittere præcepit, quod etiam facere inchoavimus, & Domino opem ferente facturi sumus. Vos autem per vestras Diœceses Episcopos sacrate, & mittite, quia nos ad alias partes* (*quod idem jusserat*) *agere curabimus. Aliquos verò ad Gallias, Hispaniasque mittemus, & quosdam ad Germaniam & Italiam, atque ad reliquas gentes dirigere cupimus. Vbi autem ferociores & rebelliores gentes fore cognoverimus, illuc dirigere sapientiores, & austeriores necesse habemus, qui quotidie non cessent divina semina seminare.* S. Clem.

XI. Quando Concilium Tridentinum citatum asserit Episcopos esse Apostolorum successores Non potest intelligi secundùm proprietatem (nam Episcopi moderni non sunt Apostoli) alioqui eorum jurisdictio per totum orbem esset diffusa, haberentque potestatem fundandi Ecclesias, aliaque munera Apostolica exercendi. Sed vocantur Apostolorum successores similitudinariè ac proportionaliter. Sicut enim fuerunt duodecim Apostoli primi sub Christo in terris vivente, deindè septuaginta discipuli: ita nunc primi sub Romano Pontifice sunt Episcopi, quos sequuntur Præsbyteri, & Diaconi. Secundò, dicuntur Apostolorum successores ob Episcopalem ordinem; licet etiam succedant Timotheo, Tito, ac aliis primis Ecclesiarum Episcopis, qui Apostoli non fuerunt. Tertiò aliqui Episcopi, ut Jerosolymitanus, Ephesinus successerunt Apostolis Jacobo, Joanni in particularibus Ecclesiis, ad quas illi primitus fuerunt ordinati, non autem in Apostolatu, & jurisdictione universali, quo pacto soli Petro ex institutione Christi succeditur. Ut eleganter insinuat Sanctus Leo I. epist. 87 ad Viennenses, ubi de prædicatione Evangelicâ differens. *Muneris hujus* (inquit) *Sacramentum ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, ut in Beatissimo Petro Apostolo omnium summo principaliter collocaret, ut ab ipso quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet.* Refertur in cap. *Ita Dominus*, dist. 19. Barbosa de officio & potest. Episcopi part. 1. tom. 1. cap. 2. num. 32. id explicat egregiâ similitudine. *Hæc successio* (inquit) *non est propria eo modo quo unus, verbi gratia, Rex succedit in omnibus ad antecessorem pertinentibus. Neque enim ei successerunt in dignitate Apostolatus, nec in facultate ut endi jurisdictione suâ & fundandi Ecclesias in toto orbe, quam ipsi Apostoli immediatè à Christo Domino, ut habetur Matthæi cap. ult. & Marci ultimo, nec in dono linguarum & miraculorum, nec in potestate scribendi libros canonicos. Deindè si Apostolis propriè succederent, planè hæc successio in omnibus Episcopis reperiretur. Consequens autem hoc non est verum, ut patet in Tito & Timotheo & aliis qui ut potè jam creati Episcopi, quo tempore adhuc vivebant Apostoli, non possunt dici illis successisse, quia scilicet propriè non succeditur, nisi præcedenti & non existenti.* Barbosa. Nec sequitur Episcopos in omnibus succedere Apostolis, sicut Pontifex Romanus succedit Petro. Nam secundùm Bellarminum lib. 4. de Romano Pontifice cap. 25. Sotum in 4. dist. 20. quæst. 1. art. 2. Magnum est discrimen inter successionem quæ fit Petro, & eam quæ fit Apostolis. Cùm enim pastoralis dignitas Petri fuerit ei tradita non solùm tanquam Apostolo, sed tanquam Christi Vicario, & institutа ab eodem Christo Domino tanquam ordinaria & perpetuò mansura in Ecclesia juxta illud Matth. cap. 16. vers. 16. *Tu es Petrus & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claves regni cœlorum.* Sequitur, quod dum Romanus Pontifex succedit Petro, eidem succedit ut Christi vicario, & pastori ordinario totius Ecclesiæ, & consequenter ab illo immediatè habet jurisdictionem, à quo etiam habuit Petrus. At non ita philosophandum est de Episcopis respectu Apostolorum. Quia nec ex parte Episcoporum datur propria, sed tantùm similitudinaria successio (ut dictum est) nec ex parte Apostolorum superfuit aliqua jurisdictio ordinaria in

quâ

quâ Episcopi possent succedere cùm tota fuerit à Christo delegata, & collata Apostolis, ex privilegio personali non semper duraturo, ut docet Azorius part. 2. lib. 3. cap. 10. quæst. 13. verb *dices.*

XII. Unde Episcopi habent suam jurisdictionem in particulari immediatè à Romano Pontifice, ab eoque dependentem. Quod ut intelligatur, advertendum est, in Episcopis aliam esse potestatem ordinis, aliam jurisdictionis. Per potestatem ordinis scit & potest conferre omnia sacramenta, consecrare chrisma, prædicationis munere fungi, alios ordinare, præparare ad sumptionem Eucharisticam, Sacerdotes creare. Ad ordinem ergò Episcopalem in solidum spectat ordinare, consecrare, & confirmare secundùm Glossam, verb. *de talibus*, in cap. *transmissum* de elect. & refertur in Pontifical. Rom. in Rubricâ de consecratione Episcopi. Notat Henriquez in summa lib. 6 part 5. §. 6. quod etsi consecrare Ecclesias & calices sit annexum ordini Episcopali, tamen cum sit sacramentale potest committi à Papâ, at Sacramenta, quæ ex solâ ordinis potestate conferuntur, nequeunt ministrari ab eo qui caret ordine ad illa requisito. Nec Papa potest prohibere Episcopo, nè valide ordines conferat, quia circa potestatem ordinis quam præhabet Papa vel Episcopus; habent se ut instrumentum liberum à Christo tamen motum, quæ potestas pendet tantùm in fieri a Papa consecrante: à Deo verò immediatè accipitur, & per eam omnes Apostoli sunt æquales, & æqualiter ordinati: ita ut quæ sunt ordinis Episcopalis nequeant consuetudine, vel alio jure speciali competere inferiori Prælato, qui non sit Episcopus. Ita cap. *quanto*, de consuet. & cap. *aquâ*, de consecrat. Ecclesiæ vel Altaris. Abbas in cap. *Accedentibus*, de excess. Prælat. post num. 2. quæ Alexander de Nevo clarius explicat. Potestas jurisdictionis versatur circa corpus mysticum fidelium omnium, quibus assignantur Præsules quorum alii maiorem, alii minorem potestatem jurisdictionis haberent ad leges condendas, pro ratione necessitatis vel utilitatis.

XIII. Potestas hæc jurisdictionis duplex est, una spectat ad Episcopalem dignitatem, de quâ in cap. *Accedentibus*, cujus actus sunt cognoscere de causis matrimonialibus, publicas pœnitentias imponere, & indulgentias conferre. Altera, quæ dicitur simplicis jurisdictionis, judicat, excommunicat, corrigit, juramenta recipit à vasallis, confirmat, investit, confert beneficia, instituit, & alia his similia de quibus alibi. Utraque jurisdictio differt, quod solus Episcopus consecratus cognoscat de illis, quæ spectant ad Episcopalem dignitatem, exceptis indulgentiis quas Episcopus electus necdum consecratus potest conferre, ex D. Thomâ in 4. dist. 25. art. 2. & dist. 20. quæst. 1. art. 4. Sotus in 4. dist. 21, quæst. 1. art. 4. Augustinus de Anconâ de potestate Ecclesiæ quæst. 21. Sylvester verb. *Indulgentia*, num. 13. Ugolinus de potestate Episcopi cap. 41. num. 1. De illis autem quæ pertinent ad simplicem jurisdictionem Episcopus electus & confirmatus cognoscit, licet nondum confirmatus in Episcopatu, Rebuffus de pacificis possess. n 243. quia exercitium jurisdictionis actu acquiritur per confirmationem. Cosm. in pragm. sanct. tit. de collat. verb. *nominationes*, ideòque poterit subditos de jure communi excommunicare. Navarrus in manuali cap. 27. numer. 5. & conferre beneficia, Rebuffus citatus, num. 251. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 4. proem. numer. 27. Cosm. cit. de collat. verb. *jurisdictio*. Duplex etiam est auctoritas Episcopalis, scilicet legis Diœcesanæ & legis jurisdictionis, in quibus consistit totum jus & potestas Episcoporum. Ad legem Diœcesanam pertinet perceptio Cathedratici, pars oblationum, charitativum subsidium, & ea omnia à quibus monasteria juri communi sunt exempta. Ad legem jurisdictionis spectat obedientia, subjectio, reverentia, institutio, correctio, reformatio, jurisdictio, indictio pœnitentiæ, audientia causarum, collatio sacramentorum, & alia, in quibus Monasteria Diœcesana subjiciuntur jure communi, de quibus noster Lezana quæst.

regul.

regul. tom. 1. cap. 11. tom. 3. verb. *causa judicialis regularium*, verb. *delinquens regularis*, verb. *Episcopus*.

XIV. Quamvis quælibet potestas jurisdictionis sit Episcopis collata à Deo: Deus tamen voluit, ut in illâ Episcopi essent Petro subjecti, ad hoc designandum multa singulariter ac separatim dixit Petro ut Matt. cap. 16. *Tu es Petrus, &c.* & Joan. c. 21. ter *Pasce oves meas &c.* Plura infra Licet ergò Christus fecerit omnes Apostolos pares respectu ordinis & consecrationis, inæquales tamē fecit respectu jurisdictionis, & in hac Petrus præest omnibus, Glossa cap. *in novo*, & cap. *loquitur*, 24. quæst. 1. Et hæc potestas à Christo instituta datur à Romano Pontifice, Vicario Christi, & Petri successore, ab eoque manat ac pendet; ita ut jurisdictio Romani Pontificis in totam Ecclesiam sit de jure divino à Christo instituta & immediatè accepta. Bellarminus lib. 4. de Romano Pontifice cap. 23. Fagundez in quinque præcepta Ecclesiæ part. 2. lib. 7. cap. 1. num. 22. Henriquez in summâ lib. 3. de pœnit. cap. 5 §. 5. Reliquorum autem Episcoporum jurisdictio est à Christo instituta, sed à Romano Pontifice ut Christi Vicario, & summo & primo totius Ecclesiæ pastore suscepta, ab eoque quasi Christi fonte præcepto in eos derivata. Quo fit, ut nulla potestas humana possit Papæ jurisdictionem ex toto abrogare, vel ex parte minuere, restringere, mutare vel variare potest pro majori vel minori facultate, quam illis confert Barbosa citatus num. 20. ubi citat S. Thomam Jordanum, Bannem, Fagundez. Ideò jurisdictio papæ dicitur proximè accepta à Christo, quia cum Papa eligitur, electores non dant ei jurisdictionem: quia nemo dat quod non habet, sed Christus dat illi immediatè, suppositâ cōditione legitimæ electionis: electio enim est tantùm conditio sine quâ Papa nō acciperet à Deo suam jurisdictionē. At cùm aliquis Episcopus eligitur & confirmatur a Papa, vel ab alio ejus auctoritate, electio & confirmatio non est quasi conditio, sine quâ Episcopus non acciperet à Deo jurisdictionem: sed est id, per quod Papa dat ei jurisdictionem in tali provinciâ, cui illum præficit. Ita Henriquez citatus cap. 5. §. 6. quæ jurisdictio non necessariò conjungitur velut proprietas Episcopali consecrationi, ut patet in Episcopo titulari, qui non est pastor ordinarius alicujus Diœcesis, & Episcopis, qui annuente Papâ renunciarunt dignitati, vel sunt privati Episcopatu ob crimen; quia potest Roman. Pontifex plenitudinē potestatis ex divinâ ordinatione apud se habens, & à se ut à capite in aliquem pro aliquo loco determinatam innuere, vel nullam illi dare ex dictis suprà. Licet igitur dignitas Episcopalis & ejus jurisdictio ut ordinaria & ex officio spectata saltem in genere sit à Christo instituta, ad hoc ut Petrus & successores Ecclesiam regant per Episcopos, ut suprà probavimus ex 1. Corinth. cap. 12. & Ephes. cap. 4. Actor. cap. 20. & hoc postulet ratio perfectæ hierarchiæ. Hihilominus si jurisdictio Episcop. & ejus munus in particulari accipiatur, seu ut in hoc, vel illo subjecto respectu horum vel illorum subditorum collocatur non est de jure divino, nec habet ab eo certos gradus jurisdictionis qui augeri vel minui nequeant; sed totū pendet à Papâ qui confert immediatè idem munus. Ita Cajetanus tomo 1. opusc. tractat. 1. de auctor. Papæ, & Concil. Turrecremata in summâ de Ecclesiâ libr. 2. cap. 55. Bellarminus lib. 4. de pontif. cap. 24. Navarrus cap *placuit*, num. 21. dist. 6 de pœnit. S. Antoninus part. 3.ª tit. 22. cap. 4. §. 1. Sylvester V. Papa quæst. 1. Covarruvias reg. peccatum, part. 2. §. 9. num. 6. Victoria relect. 2. de potest. Ecclesiæ. Corduba tractat. de indulgentiis quæst. 10. Richardus in 4. dist. 16. art. 9. quæst. 3. Layman, Barbosa, Molina, Vasquez 1. 2. disput. 152. cap. 3. Valentia tom. 4. disp. 7. quæst. 12. punct. 2. Quibus favet S. Bernardus epist. 131. ad Mediolanenses. *Potest* (inquit) *Romana Ecclesia novos ordinare Episcopatus, ubi hactenus non fuerunt. Potest eos qui sunt deprimere, alios sublimare, prout ratio sibi dictaverit: itaut de Episcopis Archiepiscopos creare liceat, & è converso si necesse*

*visum*

*visum fuerit.* Id sæculo præterito contigit in Episcopatu Leodiensi ex quo ob nimiam suam amplitudinem alii prodierunt, & ex Parisiensi, qui ad Archiepiscopatum evectus est.

XV. Quod Episcopatus non tantùm quoad potestatem jurisdictionis, sed etiam ordinis, Sedi Apostolicæ subjiciatur, hac ratione contra nos urgeri potest. Episcopus non accipit immediatè a Deo potestatem ordinis: Deus enim nullum Episcopum nunc ordinat vel consecrat immediatè per seipsum, sed per Ecclesiæ præfectos, igitur eodem jure dependet potestas ordinis & jurisdictionis. Responsio patet ex dictis supra.

XVI. Ex prætatis non sequitur, quod Ecclesia particularis, verbi gratiâ, Anglicana debeat particularem habere Episcopum. Primò, quia deficientibus Episcopis particularium Ecclesiarum summus Pontifex est Episcopus ordinarius & diœcesanus talium Ecclesiarum: eo ferè modo, quo secundùm Philosophos, dum deficiunt causæ secundæ particulares Deus suprema ac universalis rerum omnium causa, tunc concurrit ad res procreandas, ut agens particulare. Nam cùm summus Pontifex polleat plenitudine potestatis, potest & debet præstare quidquid inferiorum pastorum officium postulat, si id justa requirat necessitas. Hæc doctrina ab omnibus Theologis & Canonistis recepta est. Vndè cùm Anglia, verbi gratiâ, multis annis caruit Episcopis, Pontifex Romanus fuit illius particularis Episcopus, Pastor, Gubernator, ut patet ex singulari ejus affectu & sollicitudine erga illam. Undè opposita sententia est sedi Apostolicæ contumeliosa & falsa. Nam (inquit cum Isaia cap. 5. vers. 4. *Quid est, quod debui ultrà facere vineæ meæ & non feci.* Secundò, licet Anglia, verbi causâ, caruerit Episcopis, tamen multa seminaria ibi erecta sunt, multi sacerdotes tum Sæculares, tum Regulares quasi Episcopi, ac omni doctrinâ conspicui illuc missi sunt. Tertiò Ecclesia Lateranensis est particularis Romana omnibus numeris absoluta: & tamen non habet alium ordinarium nisi Romanum Pontificem. Quartò, Leo IX. sanctitate & miraculis conspicuus, cum priusquam ad Petri sedem evehretur, esset Episcopus Tullensis, ob singularem animi propensionem illius loci particularis Episcopatum retinuit. Baronius tomo 11. ad annum 1049. Leonis IX. anno 8. numer. 6. *Adeò fuit* (inquit) *suæ Tullensis Ecclesiæ amator, ut licet Romanus Pontifex esset, tamen titulum priorem non reliquerit, voluerit q; dum vixit dici etiam Tullensis Episcopus.* Quæritur, an non fuerit Tullensis particularis Ecclesia: vel potiùs an non eximiè præ aliis dilecta & honorata habens pro suo Episcopo qui pastor erat totius orbis? aliquamvè illi particulari Ecclesiæ irrogaverit injuriam retinendo nomen ordinarii illius, munusque ac administrationem obeundo. Eodē modo philosophandum de Angliâ, & aliis regionibus ab hæreticis & infidelibus occupatis. Quintò, Lauretum continens sacram domum, in quâ *Verbum caro factum est*, & Recenitum duæ sunt Diœceses diversæ sub uno & eodem Episcopo. Sextò, in Germaniâ multæ sunt Diœceses quæ ab unico Episcopo administrantur. Septimò, In Ecclesiâ multa sunt loca & personæ soli Sedi Apostolicæ immediatè subjecta, & ab Episcoporum jurisdictione omninò exempta; quæ exemptio est potius honorifica, quam indecora. Octavò, si Episcopus ob justas causas assumeret sibi administrationem alicujus parochiæ, eamque per delegatos vel sacellanos suos regeret, hæc parochia non amitteret titulum particularis Ecclesiæ. Nonò, sicut si Rex tantùm amaret aliquam Civitatem vel Provinciam, ut illius se specialem rectorem declararet, illa Provincia vel Civitas non excideret a titulo particularis Provinciæ vel Civitatis. Decimò, si etiam Cæsar particulare legionem ducendam assumeret nō desineret toti exercitui præesse. Igitur similiter Pontifex universæ Ecclesiæ pastor, poterit alicujus Ecclesiæ vel nationis curam Episcopalem suscipere, cùm universale & particulare non pugnent inter se, & in eodem homine possint reperiri. Undecimò, si Pontifex nequeat aliquam Ecclesiā

particularem regere. Quæro num ad constituendam Ecclesiam particularem sufficiat, si ab eo regatur, qui à sede Apostolicâ accepit potestatem delegatâ ad omnia ad quæ jurisdictio est necessaria. Si sufficiat igitur Ecclesia particularis stabit absque Episcopo quia nulla est jurisdictio in Episcopo quæ non possit aliis delegari, si non sufficiat. Quomodò Anglia, verbi causâ licet habeat Episcopum censetur Ecclesia particularis. Duodecimò, demus Ecclesiam particularem non esse absque Episcopo tamen ob metum persecutionis potest repudiari, sufficitque quod Catholici tunc sint membra Ecclesiæ Catholicæ & sub obedientia supremi pastoris, & Christi Vicarii vivant sanctè, ut Angli diu vixerunt, priusquam illuc Episcopi mitterentur. Decimò tertiò, esto sit præceptum ut Ecclesia particularis habeat Episcopum: tamen potest dispensari attentâ temporum, & locorum injuriâ. Nonnulla enim jure divino sancita, ut vota, integritas materialis confessionis, residentia Episcoporum, &c. quæ non semper obligant, & possunt mitigari auctoritate Apostolicâ, sic in præsenti instante manifesto discrimine potest absentia, vel carentia Episcopi excusari, nec debuerunt Clemens VIII. Paulus V. aliique Pontifices constituere particulares Episcopos in Angliâ, &c.

VII. Dices primò, particularis Episcopus non potest pascere universalem Ecclesiam, igitur nec particularis Ecclesia potest pasci ab universali Ecclesiæ Rectore. Respondeo non sequi, sicut falsum est dicere, pedes nequeunt regere caput, ergò nec caput pedes. Licet enim non possit stare Ecclesia nisi aliquibus Ecclesiis præsint Episcopi, non tamen necessarium est, ut hæc & illa Ecclesia particularis habeat suum Episcopum: nec Ecclesia Catholica fuit destructa, nec Pontifices deliquerunt, quia spatio sexaginta annorum Anglia caruit Episcopo. Dices secundò, S. Cyprianum epist. 69. ad Flor. scribere, quod *Sacerdoti plebs adunata, & pastori suo grex sit adhærens.* Respondeo S. Cyprianum non definire Ecclesiam esse plebem adunatam, & gregem adhærentem Sacerdoti ac pastori, sed indefinitè Sacerdoti ac Pastori, quæ veritas stat si semper agnoscamus Romanum Pontificem, maximè tempore persecutionis. Non item sequitur etiam, quod jure divino Ecclesia particularis regi debeat per Episcopum. Quamvis necessarii sint Episcopi in totâ Ecclesia, vel magna & notabilis Ecclesiæ pars debeat regi per Episcopos. Nec obstat primò, quod Sotus lib. 10. de justitiâ & jure quæst. 1. art. 4. doceat esse *De jure divino quod in genere singulis Ecclesiis secundùm Ecclesiasticam divisionem sui applicentur Episcopi.* Sotus. Nam vel antiqua partitio Diœceseon manet etiam in Angliâ, Scotiâ, &c. & tunc cuilibet particulari Diœcesi in Angliâ, Scotiâ, &c. jure divino erit assignandus proprius Episcopus, quod falsum est, nec ullus asseruit. Vel illa partitio cessavit in Angliâ, atque ita ex mente Soti nullus Angliæ debetur Episcopus de jure divino. Nam affirmat dumtaxat esse juris divini, ut singulis Ecclesiis secundùm Ecclesiasticam divisionem sui applicentur Episcopi. Ubi igitur nulla est divisio, cessat doctrina Soti, sed ejus mens est, quod quando summus Pontifex Episcopum instituit, & alicui Diœcesi præficit, hic exercet actionem, quæ in genere fuit instituta & præcepta à Christo, ut essent in Ecclesia aliqui Episcopi, quod concedimus conformiter ad doctrinam Soti subdentis. *Dum Dei minister ipsius jussu dispensat, actio est de jure divino censenda. Cum autem Papa Episcopum confirmat & consecrat, alicuique attribuit Ecclesiæ, id exequitur, quod Christus in genere instituit, quodque facere jussit, ergò ad juris divini censendum est.* Quibus verbis innuit institutionem & legem fuisse latam à Christo in genere, quod hoc firmat exemplo. *Sacramentalis absolutio, & similia, licet hæc per ministros Ecclesiæ immediatè fiant, nihilominus ob id juris divini sunt, quod Christus illa instituit, ejusque nomine fieri sic, ac dispensari jussit.* Ob hæc verba non sequitur ministrum Sacramenti ad id jure divino teneri, sed quod institutio sit à Deo. Sic Matrimonium

monium in genere à Deo sancitum est, & in lege gratiæ à Christo institutum, induit naturam sacramenti: ideoque cùm Christiani celebrant nuptias, agunt quod in genere præceptum fuit, & inter sacramenta à Christo repositum: non verò quemlibet Christianum, vel cœtum fidelium ad hanc nubendi legem obligari. Ideò verò Soto præfato modo loquendi usus est, ut validius impugnaret Catharinum asserentem residentiam Episcoporum non ab Ecclesiasticâ, sed divinâ lege oriri, quod tamen præceptum etiam ex mente Soti vim non habet ubique locorum & temporum. Quare licet Sotus asserat esse juris divini ut singulis Ecclesiis applicentur Episcopi: (cùm tamen id præceptum sit affirmativum) non obligat semper & ubique. Nec est etiam mens Soti, ut quælibet Diœcesis suum habeat Episcopum.

XVIII Nec obstat secundò quod Bannez 2. 2 quæst 1. art. 10. dicat *Episcopos per Pontificem removeri non posse à totâ Ecclesiâ vel magnâ notabili parte illius.* Respondeo Bannez oppositum docere. Cùm enim docuisset Episcopos universam suam potestatem habere a Sede Apostolicâ sibi objicit, si Episcoporum auctoritas immediatè derivatur à summo Pontifice, posset eos omnes à suis Ecclesiis amovere, sicque Ecclesia foret absque Episcopis: quam objectionem ita refellit. *Quod licet summus Pontifex possit pro suo arbitratu unum aut alterum Episcopum amovere, nec in locum eorum aliquem designare: non tamen admittendum est, quod in totâ Ecclesiâ, aut in magnâ ejus parte tam temerè suâ potestate abutatur.* Ex quo patet non esse de jure divino, ut quælibet Ecclesia habeat proprium Episcopum, quandoquidem possit quasdam Ecclesias privare Episcopis. Igitur non est sancitum à Deo, ut quælibet Ecclesia particularis habeat Episcopum, imò docet Bannez plures Diœceses, verbi causâ Angliæ, posse esse etiam absque Episcopis.

Instabis, de jure divino debent in Ecclesia esse Episcopi particulares, sed non est major ratio cur Ecclesia, verbi gratiâ, Gallicana potius quam Anglicana regatur per Episcopos. Igitur Anglia, & quæcumque latè patentes Ecclesiæ debent regi per Episcopos. Respondeo hoc argumentum non convincere, quod patet a simili. Aliquis cibus est necessarius sustentationi hominis, sed nulla est ratio cur caro ovina sit potius necessaria, quam alii cibi determinati. Item est juris divini & naturalis, ut ad propagandum genus humanum, aliqui contrahant matrimonium: sed stando intra leges naturæ, non est potior ratio cur unus homo, vel pagus, vel civitas ad id teneatur præ aliis. Igitur quilibet homo, pagus, vel civitas tenetur inire matrimonium Respondendū est conferendo unum cibum cum aliis in particulari esse parem rationem unius ac alterius: ita ut nullus in genere præ alio sit præcipuè necessarius. At verò seorsim quivis minus necessarius est ad sustentationem vitæ humanæ, verbi causâ Petri vel Pauli Sic aliquibus Ecclesiæ partibus sub indeterminatione Episcopi necessarii sunt non determinatè his aut illis. Negari tamen potest objectio si Ecclesia cum Ecclesiâ conferatur, possunt enim occurrere causæ, verbi gratiâ, persecutio, quæ reddant unius Ecclesiæ diversam ab aliis, ut patet in Anglià, cujus gravissima persecutio Episcoporum institutionem ac residentiam potuit impedire, & sufficere paternæ sedis Apostolicæ sollicitudo ad providendum de subsidiis spiritualibus. Adde quod Anglia nō est notabilis pars universę Ecclesiæ. Præterea quamvis norma vitæ religiosæ sit divinitus instituta, teneaturque summus Pontifex providere, ut in Ecclesia tam sanctum vitæ institutum non aboleatur, non tamen curare debet, ut in Anglià vigeat.

Nec obstat, quod Suarez dicat in Monarchico regimine non modo esse oportere unum aliquem qui cæteris præsit, sed & quosdam alios inferiores seu Ecclesiæ proceres requiri: ait enim: *Minor declaratur, tum quia Monarchia debet habere aliquid admistum Aristocratiæ*, quia oportet ut in Ecclesia sint varii Principes sub uno primo. Hæc objectio est contra leges XIX. Suarez.

8 Grammaticæ, quia nullum attexit vocabulum, respondens particulæ *tum*, sed Suarez hæc verba immediatè subjicit. *Tum etiam quia in Republica Christiana erat hoc maximè necessarium, nam est amplissima & universalissima, & ejus regimen est spirituale & internum, quod non sit exactè, nisi per proprios pastores, & principes Ecclesiæ.* Quibus verbis innuit Episcoporum necessitatem in genere respectu magnitudinis & universalitatis Ecclesiæ, at Anglia, verbi gratiâ, non est mundus universus.

XX. Nec est par ratio Africanæ & Anglicanæ Ecclesiæ, nam populus Africanus publicè conveniebat, Episcopi Concilia celebrabant, Catholici cogniti erant, ac universa ferè natio Catholica. Erat ibi primas publicè notus, non erant Missionarii (sicut Anglia abundat) ideoque Episcopis indigebat. Audi Baronium ad Annum 504. *Eo consilio ita præceperat Trasimundus ut absque exercitu ad persequendum gladio ipsæ orthodoxorum Ecclesiæ aliquo temporis spatio orbatæ universæ pastoribus sponte concideremus.* Undè subdit Baronius. *Quanam spes de Ecclesiis pastoribus destitutis, ulterius reliqua esse poterat, convulsis eorum fundamentis ipsis, quibus innitebantur Episcopis.* Nec refert quod populus Carthaginensis efflagitarit Episcopũ, nam potius à zelo laudandus, quam imitandus. Laudandus est (inquam) lugens exilium suorum Episcoporum, Sacerdotum, Diaconorum, videns immaniter à se divelli ad quater mille nongentos sexaginta sex, & sic privari Missæ Sacrificio, pœnitentiæ Sacramento, &c. Quibus subsidiis non privatur Anglia, cùm abundet Sacerdotum copiâ. Quod Trasamundus prohibuerit nè Episcopis defunctis alii sublegerentur, ut ita absque cæde & sanguine Ecclesiæ Africanæ interirent. Patet responsio ex dictis.

## CAPUT V.

### *Gradus Episcopalis non tantùm jure Ecclesiastico, sed etiam divino est Sacerdotali superior.*

QUidam Aerius teste Sancto Epiphanio hæresi 75. S. Augustino lib. de hæresibus cap. 53. Onuphrio ad annum 349. Alphonso a Castro verb. *Episcopus*, Sandero hæresi 69. Prateolo verb. *Aeriani*, nostro Thomá Waldensi lib. 2. Doctrinalis fidei art. 3. cap. 60. Cardinale Bellarmino lib. 1. de Clericis cap. 14. Azorio tomo 2. part. 2. lib. 3. cap. 16. asseruit sub Julio I. Constantino Magno Augusto nihil interesse inter Episcopum & Præsbyterum. Huius erroris ansam præbuit non adeptus Episcopatûs, quem modis omnibus ambierat, ut suam ambitionem aliquo remedio mitigaret, docuit Præsbyterum ab Episcopo non differre, nec esse illi imparem, sed æqualem gradu & auctoritate. In eundem errorem & propter idem motivum lapsus est Joannes Wicleffus ob non affecutum Episcopatum Vigornensem, quem optavit (inquit Waldensis) illos secutus Lutherus lib. de captivitate Babylonicâ ubi ait Episcopos non tantùm Sacerdotibus, sed & laicis esse pares. *Omnes* (inquit) *quotquot baptisati sumus, & quilibet laicus potest Ecclesias consecrare, & pueros confirmare, &c.* Calvinus lib. 4. institut. cap. 4. §. 2. hunc errorem propugnat hoc verborum tenore. *Neque tamen sic honore & dignitate superior erat Episcopus, ut dominium in collegas haberet, sed quas partes habet consul in senatu, ut referat de negotiis consulendo, monendo, hortando, aliis præerat, auctoritate suâ totam actionem regat, & quod decreto communi consilio fuerit exequatur, id muneris sustinebat Episcopus in Præsbyterorum cœtu.* I. Ca. Luther.

II. Sed Episcopos iure divino maiores esse Præsbyteris, primò patet ex figurâ veteris Testamenti, Exodi cap. 28. & 40;

& 40. Levitici cap. 8. Numerorum cap. 3. 4 & 20. ubi Divinis officiis mancipati ex divinâ ordinatione in tres classes dividuntur. In primâ Summus Sacerdos Aaron, & ejus successores: in secundâ Minores Sacerdotes, scilicet filii Aaron, & qui ab illis descendebant: in tertiâ Levitæ ex stirpe Levi oriundi, qui & consecratione, & vestibus, & officiis distincti erant, ut diximus superiori capite. Secundò, ex verbis Christi Matthæi cap. 24. vers. 45. *Fidelis servus & prudens quem constituit Dominus super familiam suam* Quæ verba sanctus Hilarius ait intelligenda esse de Episcopis, qui ex ordinatione Christi habent curam ac regimen Ecclesiæ. Joannis cap. 20. vers. 21. Christus solis Apostolis dixit. *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.* Arabicus & Vatablus. *Ita & ego mitto vos*, scilicet quasi meos legatos, ut Ecclesiam regatis. Ita S. Chrysostomus, S. Cyrillus, Theophilactus, Rupertus, Cornelius, & noster Sylveira asserentes quod Apostoli fuerunt à Christo creati Vicarii, orbis Doctores & Pastores, seu Episcopi, & acceperunt auctoritatem ac potestatem Ecclesiasticam, sed (ut vult Turrianus ex Ammonio, Theophane, Damiano, & aliis) Apostoli fuerunt creati Episcopi in Pentecoste. S. Augustinus in quæst. Novi & Veteris Testamenti quæst. 97. ait Apostolos fuisse creatos Episcopos à Christo priusquam cœlos conscenderet, sed tempus non exprimit. *Ipse enim* (inquit) *priusquam in cœlos ascenderet imponens nomen Apostolis ordinavit in Episcopos.* Quo fit ut Suarez tractat. de fide, disput. 10. sect. 1. num. 8. de loco & tempore ordinationis dubitet. Quarto, postquam duodenarius Apostolorum numerus imminutus est ex Apostasiâ Judæ, Actor. cap 1. vers. 15. post Christi ascensum. *Exurgens Petrus in medio fratrum dixit, (erat autem turba hominum ferè centum viginti) Viri fratres oportet impleri scripturam, quæ prædixit Spiritus sanctus per os David de Juda, qui fuit Dux eorum qui comprehenderunt Jesum, qui connumeratus est in nobis, & sortitus est sortem ministerii hujus, &c.* Vers. 20. *Scriptum est in Libro Psalmorum: Fiat commoratio eorum deserta, & non sit qui habitet in eâ, & Episcopatum ejus accipiat alter.* Vers. 24. *Et orantes dixerunt, Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus unum accipere locum ministerii, de quo prævaricatus est Judas, ut abiret in locum suum, & dederunt sortes eis, & sors cecidit super Matthiam, & annumeratus est cum undecim Apostolis.* Quorsum Petrus tot ritus adhibet, ut aliquem in locum Judæ inducat? nisi quia Ordo Apostolicus respondens gradui Episcopali erat superior cœtui Discipulorum, quod probat ex Psalm. 68. vers. 26. *Fiat commoratio eorum deserta* & Psal. 108. vers. 8. *Et Episcopatum ejus accipiat alter.* Per Episcopatum intelligit inspectionem, superintendentiam, custodiam, speculationem: quia Episcopus debet intendere rebus sibi commissis. Doctè noster Michael de Bonnoniâ in psal. 108. *Nota quod Episcopatus in Ecclesiâ alti sit honoris, sed magni laboris, quod ex suo patet nomine. Nam scopus, quod est intendere, vel speculari, componitur cum epi, quod est supra, & indè dicitur Episcopus, quasi speculator, & superintendens, curam subditorum gerens. Vel dicitur ab Epi & copos, quod est labor, quasi superlabotans supra gregem sibi commissum. Et quia talis labor & speculatio est labor bonus & meritorius, ideò de Episcopatu ait Apostolus 1. Timoth. cap. 3. Si quis Episcopatum desiderat, opus bonum desiderat, sed ut ait Catholicon, hodie magis videtur esse nomen honoris, quàm oneris, magis domini quàm ministrateris. De tanto officio depositus fuit Judas, &c.* Sicut ad Apostolatum seu Episcopatum, Judas à Christo fuerat vocatus, ita eo apostatante ex divinâ ordinatione donatus Mathias ejus loco succedere. Quod collige ex nomine Matthias Hebraicè *Mattan ia*, ideſt *Donum Dei*, vel *donatus à Deo.* Vel nomē Matthias idem ferè est quod Matthanias, & Matthinæus. Imò Pagninus existimat Matthiam idem esse ac *Mattamach*, ideſt donum Domini, vel interfectio Domini, quia Matthatias ex duplici *Thau* Pater Judæ, Jonathæ, & Simeonis

Mat. 24 v. 45.

Joan. 20 v. 21.

Michael Bonnon.

S. Aug.

Act. 1. v. 15.

vers. 20.

vers. 24.

Machabæorum interfecit ex zelo ducem Antiochi, quo Matthias non fuit minor, imò superior extitit. Beda nomen Matthiæ fuisse omen, quod donandus foret Apostolatu seu Episcopatu. Idem cum Hebræis arbitratur, quod Mathias idem est ac *munus Dei*, eo quod fuerit ultimus Apostolorum, seu per meritum humilitatis; juxta illud Matthæi cap. 23. vers. 12. *Mat. 23 v. 12.* *Qui se humiliat exaltabitur.* S. Hilarius *Deus humilitatem elaturus in gloriam.* In vitis Patrum libr. 7. cap 13. *Humilitas est arbor vitæ in altum excrescens.* S. Bernardus tract de modo benè vivendi cap 39. *Quantò humilior fueris, tantò te major sequetur gloria altitudo, descende ut ascendas, humiliare ut exalteris, nè exaltata humilieris, humilitas casum nescit, scit ascensum.* Ita ut S. Matthiam ita affari possumus lib. 1. Reg. 15. vers. 17, *Nunquid cum parvulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es.* Idest, cùm esses tantùm de numero discipulorum evectus es ad Apostolatum seu Episcopatum non humano jure seu favore, sed divina ordinatione. *Act. c. 1. v. 26.* *Et cecidit sors super Matthiam.* Idest, quodam signo divino ad Apostolatus gradum provectus est. D. Dionysius Hierarch. Eccles. cap. 5. *Videtur mihi scripturam sortem appellasse divini quiddam & præcipui muneris, per quod illi choro sacratissimo insinuaretur, qui esset divinâ electione declaratus.* Quid per divinum illud quiddam ac præcipuum munus intelligit? Sanctus Antoninus part. 1. tit. 6. cap. 2. ait fuisse radium cœlitus demissum in Matthiam, quemadmodum S. Gregorius Magnus radio lucis fuit demonstratus Pontifex, & nonnulli alii. Dionysius Carthusianus putat fuisse columbam è cœlo delapsam in Matthiam, sicut Fabianus declaratus Papa per illapsum columbæ. Alii arbitrantur fuisse donum prophetiæ vel sapientiæ S. Matthiæ infusum, ita ut per nomen sortis debeat accipi oraculum, seu divinam declarationem. Sic Gentiles sua oracula & responsa Deorum vocabant sortes: & apud Valerium præcipi sortibus, idem est ac præcipi oraculis. Vel *Sors cecidit super Matthiam*, idest Apostoli ex instinctu divino Matthiam ex Discipulatu evexerunt ad Apostolatum & Episcopatum. Illo autem instinctu divino Deus suam voluntatem demonstravit, magisque idoneum designavit (inquit Lessius de justitiâ cap 43. dub. 9.) Cui arridens S. Augustinus in illud *Psal 30. v. 16. S. Aug.* psal. 30. vers. 16 Conc. 2 *In manibus tuis sortes meæ* Subdit. *Sors res est in dubitatione humanâ divinam indicans voluntatem.* Et statim docet hanc sortem esse specialem Dei gratiam. *Quia* (inquit) *in sorte non est electio, sed voluntas Dei: Nam ubi dicitur, iste facit iste non facit, merita considerantur, & ubi merita considerantur electio est, non sors. Quando autem Deus nulla merita nostra invenit, sorte voluntatis sua alvos non fecit, quia voluit, non quia digni fuimus, hæc est sors.* Ex quibus patet Discipulum Matthiam non humano suffragio ac nutu, sed divinâ ordinatione fuisse promotum ad Apostolatum seu Episcopatum Judæ.

III. Dignitatem Episcopalem supra Sacerdotium nonnulli colligunt, ex eo quod Actor. cap. 8. Apostoli (quibus succedunt Episcopi) missi sunt in Samariam, ut per manus impositionem darent baptisatis Spiritum sanctum, vers. 14. *Cùm audissent Apostoli, quod recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem.* Et ibidem vers. 17. *Tunc imponebant manus super illos & accipiebant Spiritum sanctum.* Idest contulerunt sacramentum Confirmationis more Episcopali, ut passim docent Doctores contra Calvinum negantem confirmationem esse Sacramentum. Et probatur ex eo quod licet Philippus Diaconus foret in Samariâ, tamen confirmare non potuit, sed ad id munus obeundum vocavit Episcopos, idest Petrum & Joannem, ut veros ministros secundum decretum Concilii Florentini in formulâ unionis Armenorum, & Tridentinum sess. 7. can. 3. *Si quis dixerit sanctæ Confirmationis ordinarium ministrum non esse solum Episcopum, sed quemvis simplicem Sacerdotem anathema sit.* Undè notat Barbosa in collect. in Concil. Trident. Doctores inferre Sacramentum Confirmationis ita esse

actum ordinis Episcopalis, ut administrati nequeat ab Abbate etiam cõsecrato qui non sit Episcopus, nec à simplici etiam de licentiâ Episcopi, nisi tantùm ex speciali delegatione sedis Apostolicæ. Nominatim S. Thomas part. 3. quæst. 72. art. 11. ad 1. *Papa in Ecclesia habet plenitudinem potestatis, ex quâ potest quædam, quæ sunt superiorum ordinum committere quibusdam inferioribus, sicut quibusdam Presbyteris concedit conferre minores ordines, quod pertinet ad potestatem Episcopalem. Et ex hac plenitudine potestatis concessit beatus Gregorius Papa lib. 3. epist. 26. quod simplices Sacerdotes hoc Sacramentum conferrent, quamdiu scandalum tolleretur.* Cui subscribunt Nugnus ibi, Coninck ibidē, Angl. in floribus Theol. Gammacheus ibi, Richardus, Paludanus, Marsilius, Major in 4. dist. 7. Cardinalis Bellarminus de confirm. cap. 12. Navarrus in Manuali cap. 22. num. 8. & consil. 14. num. 2. de privil. De Graffis, Henriquez, Valentia, Vasquez, Ledesma, Fernandes, Ugolinus, Mauritius Alzedo, Molfesius, Azorius, Franciscus Emm, Franciscus de Pirig, & alii Theologi & Canonistæ. Quæ auctoritas ordinaria conferendi Sacramentum Confirmationis arguit in Episcopis præeminentiam jure divino illis competentem.

S. Thom.

IV. Sed audiamus Apostolum Paulum Actor. cap. 20. vers. 28. ubi Episcopos ita hortatur. *Attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo.* Quid est regere? ideſt pascere, ut vertit Græcus, & fusius tomo 2. probavimus pag. 448. Non ait, posuit vos Præsbyteros, sed Episcopos, quorum munus est pascere, quo pabulo? verbi orationis & exempli. Christus principem Apostolorum & Episcoporum alloquens Joannis cap. 21. vers. 17. *Pasce* (inquit) *oves meas.* Non dicit rege. Sanctus Bernardus epist. 201. hæc verba ponderans. *Pasce* (inquit) *verbo, pasce oratione, pasce exemplo.* Quibus innuit Episcopatus non esse regimina, sed pascua orationis & sanctitatis. Cujus rei fidem facit habitus aliquorum Archiepiscoporum, & aliquorum Episcoporum, ut nostri Leodientis, vulgò pallium, de quo S. Isidorus Pelusiota. *Illud enim anicutum ex lanâ contextum, quod ibi gestant humeris, ovis illius quam Dominus dum aberravit, quæsivit, inventamq; humeris suis sustulit pellem designat.* Hinc passim Textus sacer vocat populum Episcopo carentem, gregem absque pastore, Ezechielis cap. 34. vers. 5. 6. *Et dispersæ sunt oves meæ, eo quod non esset pastor, & factæ sunt in devorationem omnium bestiarum agri, & dispersæ sunt. Erraverunt greges mei in cunctis montibus, & in universo colle excelso, & super omnem faciem terræ dispersi sunt greges mei, & non erat qui requireret, &c.* De iisdem Episcopis sub nomine pastorum differit S. Gregorius Nazianzenus in Apol. cur in Pontum fugerit. *Quemadmodum* (inquit) *in corpore aliud membrum principatur, ac velut præsidet, aliud subest ac sequitur: ad eundemquoque modum Deus vel æquabilitatis lege, quæ meritum cujuscumque perpendit, vel etiam providentia, quæ universam molem vel quibusdam vinculis astrinxit. Hoc in Ecclesiis constituit, ut alii pascant, imperiumque accipiant* (quibus id utilius est) *ac tum sermone, tum opere ad officium dirigantur, alii contra ad concinnitatem perfectionemq; Ecclesiæ pastorum, magistrorumq; munere fungantur, nimirum qui virtute necessitudineque ad Deum, & familiaritate vulgus antecellant rationem animæ ad corpus, aut mentis ad animam sustinentes, &c.* Quibus verbis ostendit ideò Prælatos in Ecclesiâ esse à Deo constitutos, non ut instar regum præsint, imperent, sed pastorum, seu potius animæ in corpore, & mentis in animâ, ut Ecclesiam suâ sanctitate illustrent, fideles ad amorem Dei promoveant.

Act. 20. vers. 28.

Ioan. 21 vers. 17.

S. Isidor. Pelusiot.

Ezec. 34 v. 5. 6.

S. Gregor. Nazianz.

V. Eodem loquendi modo utitur sanctus Cyprianus lib. 4. epist. 9. explicãs illa verba Petri Christum alloquentis Joannis cap. 6. vers. 69. *Et nos credimus & cognovimus quoniam tu es filius Dei vivi.* Subdit. *Loquitur illic Petrus super quem ædificata fuerat Ecclesia, Ecclesia nomine docens & ostendens, quia etsi contumax ac superba obaudire volentium*

Ioan 6. v. 69.

S Cyprianus.

*lentium multitudo discedat, Ecclesia tamen à Christo non recedat, & illi sunt Ecclesia, plebs sacerdoti coadunata & pastori suo grex adhærens. Vndè scire debes Episcopum in Ecclesiâ esse, & Ecclesiam in Episcopo, &c.* Quibus verbis innuit Sacerdotes seu Episcopos esse in Ecclesiâ, quasi glutinum, quo greges Christo capiti suo connectuntur, ac uniuntur compagine fidei, obedientiæ ac sanctitatis. S. Leo serm. 3. de suo anniversario sub nomine pastorum eosdem Episcopos designat. S. Leo, *De toto mundo unus Petrus eligitur, qui & universarum gentium vocationi, & omnibus Apostolis, cunctisque Patribus, ut quamvis in populo Dei multi sacerdotes sint, multique Pastores, omnes tamen propriè regat Petrus, quos principaliter regit & Christus.* Ubi distinguit sacerdotes à pastoribus, idest episcopis.

VI. Et sanè si Præsbyteri non essent Episcopis inferiores judicio eorum nō subjicerentur, quos tamen subjectos fuisse docet Apostolus 1. ad Timoth. cap. 5. vers. 19. ubi Timothæum monet. *Adversus Præsbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.* Eundem cap. 4. vers. 14. ita affatur. *Noli negligere gratiam quæ in te est, tibi per prophetiam cum impositione manuum Præsbyterii.* Per gratiam S. Ambrosius intelligit officium & ordinem Episcopi. S. Chrysostomus auctoritatem & munus docendi, de quo vers. 13. dixit. *Attende lectioni, exhortationi doctrinæ.* Quam auctoritatem & munus accepit in suâ Episcopali ordinatione.

1. Tim. 5. v 19. & cap. 4. v. 14.

VII. Idem Apostolus ad Titum cap. 1. vers. 5. *Hujus rei gratiâ reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt corrigas, & constituas per civitates Præsbyteros sicut ego disposui.* Hoc loco Apostolus per Præsbyteros intelligit Episcopos, quia secundùm S. Chrysostomum & Theophilactum nolebat Paulus totam Insulam Cretensem uni Episcopo committi, præcipuè cùm adeò ampla foret, ut centum oppida munita haberet. Ideò scribit Tito, ut cuilibet urbi proprium præficiat Episcopum, credens quod hoc modo populus melius pasceretur. Quod autem nomine Præsbyteri debeat Episcopus accipi, patèt ex textu Cùm enim præcepisset ordinari Episcopos, postea subjungens qualis esse debeat is, qui est ordinatus, tunc nomen Episcopi exprimit, Vers. 7. *Oportet enim Episcopum esse sine crimine, sicut Dei dispensatorem, etc.* Ibi exprimitur nomen Episcopi, cujus est Præsbyteros ordinare, quod simplex Sacerdos non potest. Vers. 9. Idem Apostolus vult ut Episcopus *potens sit exhortari in doctrinâ sanâ, & eos qui contradicunt arguere.* Quod nō præcipitur simplici Sacerdoti. Non enim Apostolus ait, oportet Præsbyterū esse Doctorem, *sed oportet Episcopum esse Doctorem.* 1. Timoth. cap. 5. vers. 2. & 2. epist. cap. 4. vers. 5, *Opus fac Evangelistæ.* Quod si Præsbyter publicè doceat, ad id non obligatur sicut Episcopus, potestque ab eo abstinere, ut animadvertit Gammachius in part. 3. de sacramento Ordinis cap 6. *Falsum ergo* (inquit) nostet Waldensis art. 3. citato num. 3.) *eundem esse Sacerdotem & Episcopum sine distinctione graduum, quos Wiclefus dicit superbiam Cæsaream invenisse.*

*vers. 7.*

*vers. 9.*

Sed audiamus ipsum Principem Apostolorum, epist. 1. cap. 5. vers. 1. compellans Ecclesiæ Episcopos, vocat Pastores, Seniores, atque vers. 3. esse formam gregis sui. *Seniores qui in vobis sunt, obsecro consenior & testis Christi passionum.* Quid per seniores intelligit? Episcopos, quibus præscribit ut strenuè pascant gregem sibi commissum. Undè Cornelius notat, quod hæc epistola solita sit legi apud Syros in electione & ordinatione Episcopi, & confirmatur ex eo quod licet Petrus foret summus Pontifex ac universalis Ecclesiæ Pastor, vocat tamen se conseniorem, *consenior & testis.* Hujus imitatione, modestiæ causâ, Romani Pontifices in suis Epistolis & bullis Episcopos vocant fratres & coepiscopos. Cur fratres, & coepiscopos? quia licet jurisdictione sint impares, tamen potestate ordinis (inquit Cornelius sunt pares. Undè sanctus Gregorius Romanus ad coercendam insolentiam Joannis Archiepiscopi Cōstantinopolitani, qui Patriarchæ universalis nomen sibi arrogaret, nè reliquis Episcopis derogare vel minuere videretur

VIII. 1. Petr. 5. cp. c. 5 v. 3.

videretur jus Episcopale, solusque ipse esset de jure Episcopus, reliqui autē tantum Vicarii vel Suffraganei. Accipe verba S. Gregorii lib. 4. ep. 36. ad Eulog. *Si unus Patriarcha universaliter dicitur, Patriarchārū nomen cæteris derogatur* Et lib. 7. epist. 69 ad Eusebium. *Si unus universalis est, restat ut vos Episcopi non sitis.* Nunquid Romanus Pontifex est Episcopus universalis? Nunquid Concilium Chalcedonense vocat sanctum Leonem universalem Archiepiscopum seu Episcopum Episcoporum, Episcopum totius Ecclesiæ? nunquid cæteri Episcopi sunt, illi subjecti ac subordinati? Esto tamen S. Petrus vocat se consenior em, & Pontifices Romani vocant non Sacerdotes, sed reliquos Episcopos fratres, coepiscopos, ad imitationē S. Petri qui apud OEcumenium in cap 1 Petri Episcopos sic affatur. *Si ego qui talium miraculorum spectator fui, atque eorum vobis præceptor fui, non dedignor compresbyterum & socium vestrum me ipsum vocare, neque vos supra illos, qui vobis subsunt, debetis. Quippè cum etiam Christus hujus Magister, cum humilitatem doceret, dixerit: Si ego Dominus & Magister vester lavi vobis pedes, sic & vos alter alterius pedes lavare debetis, Ioan. cap. 13.* Quod eosdem Seniores non ut simplices Sacerdotes, sed Episcopos illis superiores alloquatur innuit S. Petrus vers. 2. *Pascite, qui in vobis est gregem Dei.* Quasi diceret, quemadmodum Christus me Episcopum Episcoporum cōstituens, curamque ac sollicitudinem totius Ecclesiæ committens, dixit Jo-
Ioan. 21. v. 17. annis cap. 21. vers. 17. *Pasce oves meas.* Mariana, *Pasce omnes aves meas.* Sic vos Episcopi subordinati mihi idem præstate. Quomodo Episcopi gregem suum pascere debeant. Mellifluè insinuat S. Bernardus in sententiis circa
Bernard. initium. *Quantùm distat inter pastorē & gregem, tantùm debet distare inter Episcopum & plebem. Stat ille sublimis & rectus, curvat iste caput solo depressus. Undè Poeta:*

*Pronaque cum spectent animalia cætera terram,*
*Os homin. sublime dedit, cœlumque tueri.*

*Ille regit, iste regitur: ille pascit, iste pascitur: utrumque ex ipsâ formâ & habitu uterque discernatur. Habet ille in manu virgam, quâ feriat, vel potius ducat & reducat ovem. Quid est autem habere in manu virgam? nisi in opere disciplinam, ut subjectos suo exemplo magis instruat, quàm verbo.* His ultimis verbis, *ut suo exemplo, &c.* Innuit se non simplices Sacerdotes affari, sed Episcopos ad quos spectat subditos verbo & exemplo docere, quibus cohærent quasi anima corpori, quasi mens animæ, ut supra dixit Gregorius Nazianzenus, vel potius ut S. Petrus citatus Vers. 3. quasi forma materiæ. *Neque, ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo.* Quomodo vocas Episcopos formam gregis sui? Quid per formam intelligis? Cornelius & alii intelligunt exemplar: quia formam hanc S. Petrus opponit Dominationi: quasi diceret, Episcopi non dominentur imperio, sed exemplo sanctè vivendo præscribant fidelibus formam sanctæ vitæ: ita ut S. Petrus alludere videatur ad regulam quam sanctus Paulus præscribit Timotheo Episcopo, 1. epist. cap 4. v. 12. *Exemplum esto fidelium in verbo, conversatione, in charitate, in fide, in castitate.* Et Tito Episcopo Cretensi cap. 2. vers. 7. *In omnibus præbe te ipsum exemplum bonorum operum, in doctrinâ, in integritate, in gravitate.* S. Chrisostomus S. Chrys.
in epist. ad Titum. *Sit omnibus* (inquit) *doctrina exemplarque tuæ virtutis speculum vitæ, quod omnibus ad imitandum proponitur, veluti primaria quædam imago, omnia in se habens quæ bona & honesta sunt.* S. Hieronymus ibidem. *Optat ut Timotheus & quicumque Prælatus sit instar Archetypi, sivè primaria forma, ex quâ viva virtutum simulachra lineamentis vitæ honestæ in se translatis exprimantur.* Sed mihi occurrit alia interpretatio deprompta ex verbis S. Gregorii Nazianz. supra citati scilicet per formam debere accipi animam, quæ est actus substantialis corporis organici, ita ut anima ita est unita & cōpaginata corpori, ut secundū aliquos Philosophos seipsa illi cōjungatur absque medio modo unionis: ita illud informat, ut sit principiū

principale omnium actionum vitalium illius, nec corpus absque illa videre, audire, gustare, &c. possit, & eâ recedente ac separatâ illicò fiat esca vermium, sic Episcopus debet esse forma gregis sui, gluten, anima, mens, illi vitam spiritualem influere debet.

IX. Id totum (ni fallor) innuere videtur Ezechiel cap. 1. vers. 5. *In medio ignis similitudo quatuor animalium*, id est de medio ignis, seu in illo apparebant quatuor animalia. S. Joannes Apoc cap. 4. vers. 6. *Vidit in medio sedis & in circuitu sedis quatuor animalia.* Si quatuor illa animalia sunt in medio sedis & apparent in medio ignis, quomodò ex illo prodire dicuntur? quomodo in circuitu esse possunt? implicat sanè aliquid esse centrum, seu medium, & circulum, implicat aliquid ambire, esse intra & extra, intus & foris. Quæ sunt illa animalia quę sūt in medio, & in circuitu existere dicuntur? sunt Episcopi, qui ita adsunt suis gregibus, ut dum uni oviculæ adsunt reliquum gregem non deserunt, dum in toto grege sunt, in uno quoque agno esse censeantur. Quemadmodum anima rationalis ita est in toto corpore, ut sit in singulis partibus: ita est in toto corpore, ut sit in singulis partibus, ut à toto corpore nunquam recedat, sed illud semper informet. Hæc explicatio desumitur ex Glossâ in Apoc. citante sanctum Ambrosium. Glossa. *In circuitu sedis quatuor animalia sunt, quia Doctores populum sibi commissum & à visibilibus & ab invisibilibus hostibus quantâ virtute possunt, defendunt. In medio sedis consistunt, quia unumquemque eorum, ut in virtutibus, omnibusque bonis operibus proficiant admonere non desinunt.* Quibus verbis docet Episcopos non tam corpore, quam spiritu suis gregibus adesse debere. Quo spiritu? non tantùm cogitatione, sed affectu, sed zelo; sed sanctis operibus, sic enim Episcopi suis ubique adsunt ac Ecclesiā sanctificant.

Ezec. 1. vers. 5.

Apoc. 4. vers. 6.

X. Illum spiritum postulabat Eliseus à patre suo Eliâ lib. 4. cap. 2. vers. 9. *Obsecro, ut fiat in me duplex spiritus.* Quid per illum duplicem Eliæ spiritum intelligit? aliqui cōtendunt postulasse spiritum prophetiæ & miraculorum, sed utroque spiritu pollebat Eliseus, eum enim obtinuit, dum Eliæ substitutus est: frustra autem expetitur quod habetur. Deindè utrumque spiritum largiri Eliseo non erat difficile omnipotentiæ divinæ, à quâ præfati spiritus concessio dependebat. Existimo per spiritum Eliæ, quem Eliseus postulabat, intelligendum eum esse, de quo Ecclesiasticus cap. 48. v. 1. dit. *Surrexit Elias quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat.* Idest zelus eius tam fervens erat ad continendum populum in verâ religione; ad propagandam fidem orthodoxam, dilectionem ac veneratione Dei mentibus inserendam, & verbo & exemplo ut igni non videretur absimilis, qui cuncta in suam naturam convertit: illo ergò spiritu animatus fuit Eliseus, ut idem Ecclesiasticus innuit vers. 13. *Elias in turbine tectus est, & in Eliseo completus est spiritus ejus.* Græcus & Vatablus. *Cujusque spiritu repletus est Eliseus.* Alii. *Repletus est ore Eliæ.* Meritò per spiritum Eliæ zelus & sanctitas Eliæ ubique diffusa, ubique operans, nunquam otiosa exprimitur: quia ex dictis, sicut spiritus & anima rationalis definitivè & indivisibiliter est in toto corpore, vel in toto spatio sibi proportionato. Ita Episcopus zelo & sanctitate conspicuus à suis subditis indivisibilis est, semper illos fovet ac Ecclesiam propagare non cessat. Vel quemadmodum vir zelotypiâ laborans suam uxorem ita custodit, illi ita intendit, ut ab eâ nec cogitationem nec oculos avertat, ita Episcopus ab Ecclesiæ & animarum sollicitudine mentem non deflectit. Rectè S. Augustinus contra Adimantium cap. 7. *Quoniam zelando solent mariti uxorum pudicitiam custodire; potestatem & disciplinam Dei, quæ fornicari animam impunè non sinit, zelum Dei scripturæ vocaverunt.* Eodem libro cap. 11. *Quæro zelum hominis, & invenio perturbatione perturbantem cor: tamen cum quæro causam, nihil aliud invenio nisi quod non patitur conjugis adulterium, itaque si maritus esset per se ipsum beatus, omnipotens, & justus sine ullo cruciatu*

l. 4 Reg c. 2. v. 9.

S. Aug.

cruciatu

*ciatu, & tota felicitate, & nullâ iniquitate peccatum conjugis vendicaret. ſicut ergò poteſt eſſe misericordia ſine cordis miſeriâ, ita etiam ſine labe & cruciatu animi Zelum Dei non dedignemur accipere.* Qualis erat Eliæ ſpiritus? non pravo, ſed cœleſti, & planè divino zelo affectus, ut innuit Eccleſiaſticus citatus. *Et irritantes illam invidiâ ſuâ pauci facti ſunt.* Verſ. 2. Græcus. *In zelo ſuo paucos fecit eos.* Etſi præfatæ explicationes Epiſcopi officium optimè delineent, accipe hanc, quæ eius dignitatem & eminentiam ſupra gregem & Sacerdotem magis exprimit. Scire vis cur Apoſtolus Petrus vocet Epiſcopum formam gregis, & S. Gregorius Nazianzenus animam, mentem? quia ex Philoſophis forma eſt nobilior materia, actus perfectior potentiâ, quia forma dicitur ratio quidditatis. Cùm igitur Epiſcopus ſit forma, anima, mens gregis, ſequitur illum eſſe perfectiorem, non tantùm ſibi, ſubjecto populo, ſed etiâ omnibus Sacerdotibus ſimplicibus: imò & animarum curam habentibus.

## §. 1.

## *Ejuſdem Argumenti proſecutio.*

I. QUamvis ſatis patenter conſtet ex ſuperioribus ſcripturis Epiſcopatum jure divino eſſe nobiliorem ſacerdotio, tamen illi adjiciemus authoritatem Conciliorum, Patrum, &c. Ac primò occurrit Concilium Antiochenum cap. 10. & Ancyranum can. 12. quæ docent ſolos Epiſcopos poſſe ordinare Præsbyteros, & eodem modo generare Patres Eccleſiæ: Præsbyteros autem non ordinare, ſed tantùm baptiſare poſſe, quod manifeſtam inferioritatem jure divino arguit. Concilium ſecundum Hiſpalenſe definit à ſolis Epiſcopis poſſe Confirmationem conferri. Item Præsbyterum alium in Præsbyterum aut Diaconum ordinare nequaquam poſſe. Quod ſi quis ordinare attentaverit, ejus ordinationẽ decrevit eſſe nullam, ac neceſſariò iterandam ab Epiſcopo, ut ſic ordinatus poſſit vel Sacerdotis, vel Diaconi officio fungi. At ſi Præsbyter ex inſtitutione divinâ poſſet ordinare, quamvis peccaret faciens cõtra Eccleſiæ decretum, tamen ejus ordinatio eſſet valida, quemadmodum dici ſolet de Clerico excommunicato conſecrante Euchariſtiæ ſacramentum, qui licet peccet conſecrans, nihilominus tamen ejus conſecratio rata & firma eſt. Cùm ergò Concilium tam expreſsè definierit ordinationem a ſimplici Sacerdote factam eſſe nullam, temerarium eſt contrarium opinari. Sed audiamus Concilium Tridentinum, quod de hac nobilitate Epiſcopatus ſupra Sacerdotium ita decernit ſeſſ. 23. cap. 4. *Sacra Synodus declarat, præter cæteros Eccleſiaſticos gradus Epiſcopos, qui in Apoſtolorum locum ſucceſſerunt, ad hunc Hierarchicum ordinem præcipuè pertinere, & poſitos, (ſicut idem Apoſtolus ait) à Spiritu ſancto regere Eccleſiam Dei, eoſque Præsbyteris ſuperiores eſſe.* Et Canone 7. *Si quis dixerit Epiſcopos non eſſe Præsbyteris ſuperiores, vel non habere poteſtatem confirmandi, vel eam, quam habent illis eſſe cum Præsbyteris communem, &c. Anathema ſit.* Concilii Trident.

II. Anacletus Papa epiſt. 2. docet Præsbyteros 70. diſcipulis, & Epiſcopos Apoſtolis ſuccedere. Idem aſſerit Damaſus Papa epiſt. 3. de Chore-epiſcopis. Leo epiſt. 88. Sicut igitur Apoſtoli ſunt jure divino, ita & Epiſcopi. Undè Gregorius III. epiſt ad Bonifacium decernit à non Epiſcopis collatos ordines eſſe irritos.

III. Illis arridents ex Patribus Sanctus Ignatius Apoſtolorum diſcipulus epiſtol. ad Philadelph. *Boni ſunt Sacerdotes & ſermonis miniſtri. Melior autem & Pontifex, cui credita ſunt ſancta ſanctorum, cui ſoli commiſſa ſunt ſecreta Dei.* S. Clemens cœvus Ignatio in Canonibus Apoſt. can. 40. *Præsbyteri* (inquit) *& Diaconi præter Epiſcopum nihil agere pertenteni, nam Domini populus illi commiſſus eſt, & pro animabus eorum hic redditurus eſt rationem.* S. Dionyſius Areopagita Pauli Apoſtoli diſcipulus Eccleſ. Hierarch. cap. 5. primo loco collocat Pontifices, ſecundò Sacerdotes, tertiò Miniſtros. S. Ignat. S. Clem.

Dionys. *Tempus est* (inquit) *ut post divina opera ipsos Sacerdotum ordines exponamus, & distributionem, vimque eorum, & actiones atque perfectiones.* Infra. *Triplicem autem numerum eodem modo habet hierarchia divisionis, quod & in sanctissima caremoniarum sacrificia tribuitur, & in divinos sacrorum ministros, & in eos qui ab illis pro captu suo ad sacra evehantur, &c.* Infra. *Est igitur Pontificatus ordo qui perficiente vi praditus, munera hierarchica, quæ perficiunt secretus à cæteris, ac cum delectu exequitur, sacrorumque disciplinam interpretando tradit, sanctamque & consentaneum eorum statum atque vim docet. Sacerdotum autem ordo, qui ad lucem deducit, spectatum divina mysteria introducit eos qui initiantur, subjectus Pontificum ordini, & cum eo propria sua munera exequitur, atque in iis quidem quæ facit, divina opera sanctissima signis & sacramentis ostendit, spectatoresq; eos qui accedunt, efficit, & in sanctorum mysteriorum societatem, communionemque admittit, sed ad Pontificem remittit eos, qui disciplinæ mysterium, quæ aspexerunt, cupiditate ducuntur.* Inter alia hæc expende. *Sacerdotum ordo subjectus Pontificum ordini.* S. Irenæus etiam Apostolorum temporibus vicinus lib. 3. cap. 3. hæc pronunciat. *Habemus annumerare eos, qui ab Apostolis instituti sunt Episcopi, & successores eorum. Nam si recondita mysteria sciissent Apostoli, quæ seorsim & latentes ab reliquis perfectos docebant, iis vel maximè traderent ea, quibus etiam ipsas Ecclesias committebant, &c.* His verbis, *Quibus Ecclesias committebant*, docet Ecclesiarum curam commissam esse Episcopis, ut Apostolorum successoribus Accedit Tertullianus inter Latinos antiquissimus, lib. de Baptismo. *Ius habet dandi baptismum summus Sacerdos, qui est Episcopus, de hinc Presbyteri, & Diaconi, sed non sine Episcopi facultate.* His arridet sanctus Hieronymus epist. 85. ad Evagrium. *Quid facit Episcopus excepta ordinatione, quod Presbyter non faciat.* Vide S. Epiphanium hæresi 75. S. Chrysostomum, Theodoretum, Theophilactū, & Oecumenium in cap. 3 & 4. epist. 1. ad Timotheum.

S. Iren.

Tertul.

Hieron.

Ex verbis S. Hieronymi & aliorum hoc argumentum deduci potest. Soli Episcopi, ut ordinarii ministri possunt Confirmationis sacramentū conferre, templa & altaria consecrare. Et ex S. Dionysio cap. 4. & 5 Ecclesiasticæ Hierarchiæ, solus Episcopus ex ordinatione divinâ potest Chrisma consecrare: Igitur gradus Episcopalis est jure divino excelsior Sacerdotali. IV.

Quod confirmatur ex praxi & consuetudine Ecclesiæ, quæ ex decreto Clementis I. qui Cathedrā sivè Sedem Episcopalem in choro supra cœteros statuit, non tantùm ut superintendat, & populum custodiat, omnesque conspiciat, & illum cuncti, sicut vinitori altior locus est pro vineâ custodienda; sed etiam ut innuat Episcopum esse reliquo clero nobiliorem. *Faldistorium etiam Episcopi* (inquit Durandus in rationali divinorum offic. tomo 1. lib. 2. cap. 11.) *spiritualem jurisdictionem Pontificalis dignitatis designat, quoniam exercere definiendo non debet, nisi pro tribunali sedent, quod probatur Matth. cap. 23. ex verbis Domini dicentis in Evangelio super Cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi quæ dixerint facite. Et 19. dist. secundum 3. quæst. 7 §. final. Per scabellum temporalis potestas significatur quæ subjecta debet esse spirituali, sicut probat Gelasius extr. de Majoritate & Obedient. solit. 96. dist. duo &c. e. sequi. Et Innocentius III. in suâ epist. decretali, & à spiritualis per disciplinam correctionis conculcatur, quando à vero exorbitat per peccatum, &c.* Eadem excellentia Episcopi supra Sacerdotes patet ex solemni ritu, qui adhibetur in ejus consecratione. *Nam Episcopus* (inquit idem) *cùm ordinatur Comprovinciales Episcopi convenire debent cum Metropolitano, & duo Episcopi ponunt & tenent Evangeliorum codicem super caput & cervicem ejus, sive super humeros, uno super eum fundente benedictionem, reliqui verò omnes Episcopi qui adsunt, manibus suis caput ejus tangunt. Dist. 23. Episcopi siquidem tenetur liber super caput ejus, &c.* Undè Azorius tomo 2. part. 2. libr. 3. cap. 30. concludit Pontificem Romanum nō posse delegare Presbyteros ut Episcopum V.

Durand.

pum

pum consecrent, quia Episcopus ordinis potestatem habet, quâ caret Præsbyter. Igitur Præsbyter eam potestatem ordinis nequit dare, quippe qui eam non habet, sicut nec Diaconus potest etiam summi Pontificis mandato vel auctoritate Præsbyterũ consecrare: quam opinionem fundat in doctrinâ D. Thomæ in 4. dist. 25. quæst. 1. art. 1. ad 3.

VI. Excellentiam, Episcopatus supra Præsbyteratum aliqui probant ex eo quod ordo Episcopalis sit verè & propriè talis, & à Præsbyteratu distinctus. Ita Durandus, Major, Paludanus, Sotus, Mayro, Rubio, Gabriel, Palat. in 4. dist. 24. Cajetanus tom. 1. opusc. tract. 11. art. unic. Bellarminus lib. 1. de Sacramento Ordinis cap. 5. Navarrus in Manuali cap. 22. num. 18. Gammachius in 3. part. de Sacramento ordinis cap. 9 Valquez disp. 240. cap. 3. & 4. Valentia tomo 4. disp. 9. quæst. 1. puncto 4. Medina lib. 1. de Sacram. hom. cont. cap. 16. Quam opinionẽ Petrus Soto existimat esse de fide, Bellarminus certissimam, Valquez conclusionem Theologicam ex principiis fidei manifestè deductam, Medina ita certam, ut oppositam periculosissimam appellet. Esse Ordinem seu Sacramentum distinctum à Præsbyteratu probant primò ex Apostolo 1. Timoth. cap. 4. *Noli negligere gratiam quæ data est tibi per prophetiam per impositionem manuum Præsbyterii.* Per Prophetiam Apostolus intelligit ordinem Episcopalem. Undè S. Ambrosius de dignitate Sacerdotali cap. 5. *Si gratiam non accepisti, quomodò Episcopus efficipotuisti?* Et intra. *Qui dat Episcopalem gratiam, Deus an homo? respondes sine dubio Deus sed tamen per hominem dat Deus.* Eundem gradum Episcopalem distinctum à sacerdotali denotant illa verba, *cum impositione manuum Præsbyterii.* Idest (inquiunt S. Chrysostomus, Theophilactus, OEcumenius, Theodoretus) cœtus Præsbyterorum majorum, seu Episcoporum. Nam Episcopus (ut dictum est) ordinatus ab aliis tribus Episcopis, qui ordinando Episcopo manus imponunt. Vel per impositionem manuum Præsbyterii: idest per ordinationem, quâ ordinatus & consecratus es Episcopus. ita S. Anselmus. Et confirmatur ex eo quod Timotheus fuit ab Apostolo consecratus Episcopus; & ita per Præsbyteros non possunt significari simplices Sacerdotes, sed Episcopi. Secundo probant ex Concilio Tridentino sess. 23. cap. 3. de Sacramento Ordinis. *Cum Scripturæ testimonio, Apostolicâ traditione, & Patrum unanimi consensu perspicuum sit per sacram ordinationem, quæ verbis & signis exterioribus perficitur, gratiã conferri, &c.* Quibus verbis Concilium definit ordinem esse verè & propriè Sacramentum. Cap. 4. hæc effatur. *Sacro sancta Synodus declarat præter cæteros Ecclesiasticos gradus Episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt ad hunc hierarchicum ordinẽ præcipuè pertinere, &c.* Et Canone 6. damnat anathemate asserentes in Ecclesiâ Catholicâ non esse hierarchiam divinâ ordinatione institutam, quæ ex Episcopis, Presbyteris, & Ministris cæteris constat. Igitur ordinatio Episcopi est sacra per quam Concilium dixit gratiam conferri. Tertiò, probant ex verbis illis, quæ in ordinatione Episcopi proferuntur, Accipe Spiritum sanctum, sicut & in ordinatione Præsbyteri cum manuum impositione. Sicut igitur in ordinatione Præsbyteri nova gratia, novusque character imprimitur, ita in consecratione Episcopi per illa verba, *Accipe Spiritum sanctum*, nova gratia, novusque character imprimitur, juxta illud sess. 23. canon. 4. *Si quis dixerit per sacram ordinationem non dari Spiritum sanctum, ac proindè frustra Episcopos dicere, accipe Spiritum sanctum, aut per eam non imprimi characterem, anathema sit.* Hunc novum characterem Episcopalem imprimi sustinent Abbas in c. *aqua* de consec. Eccles. Jacobat. lib. 10. de Concil. actu 7. Henriquez lib. 10. cap 7. §. 1. Sebastianus Cæsarius de Eccles. Hierar. quæst. 4. proœm. num. 19. Hurtado de Sacram. tomo 2. tractat. de ordine, diffic. 3. Gammachius citatus, & alii: maximè Doctores in cap. *quoties* 3. de purg. canon. Durandus in 4. dist. 24. quæst. 6. Paludanus ibi quæst. 7. Waldensis

Concilii Trident.

1. Tim. 4. v. 14.

S. Ambr.

noster tomo 2. de sacram. cap. 116. & alii apud Covarr. var. cap. 10. num. 16. per ipsam ordinationem Episcopalem novam gratiam communicari asse. unt Cardinalis Bellarminus tom. 2. controvers. 5. lib. 1. de sacram. Ordinis cap. 5. Campanile, Sebastianus Cæsarius, Henriquez. Quartò Episcopatus habet propria officia, functionesque peculiares, & quidem illustrissimas, ut conferendi ordines, Sacramentum Cõfirmationis administrandi, conficiendi Chrisma, nec ullus consecratur Episcopus eodem die, quo fuerit ordinatus Sacerdos. Quintò, Episcopatus refertur ad Corpus Christi verum quatenus ab eo solo possunt ordinari sacerdotes, sine quibus Eucharistia nequit consecrari. Denique Episcopatus nunquam iteratur, & consequenter imprimit characterem, vel saltem extendit priorem jure divino ex institutione Christi, & ex vi ordinationis, ita ut extensio semel facta in nullo casu possit amitti: Undè hujus opinionis assertores, docent, quod Episcopalis ordo includat essentialiter Presbyteralem: quia impossibile est ordinare Episcopum qui ante non sit verus sacerdos. Et quamvis potestates consecrandi & absolvendi non constituant in Sacerdote duos ordines, non tamen sequitur Episcopatum & Præsbyteratum esse ordinem indistinctum. Ratio disparitatis est, quia utraque potestas consecrandi & absolvendi in Sacerdotibus pertinet jure divino & necessariò ad eundem ministrum, ac unam eandemque personam: nec una potestas potest separari absque gravi scelere & sacrilegio, nec foret perfectus Sacerdos, qui utramque potestatem non gereret. At verò Præsbyteratus & Episcopatus non connectuntur necessariò, cùm sint innumeri Sacerdotes, qui nec sunt Episcopi, nec esse possunt ac debent. Undè concludunt ordinationem Episcopalem esse verè & propriè Sacramentum, ita Cardinalis Bellarminus lib. 1. cap. 5 Greg. à Valentia tomo 4. disp. 9. quæst. 1. puncto 4. Campan. rub. 2. num. 7. Filliucius tom. 1, tract. 9. num. 24. Gammachius loco citato. Primo, quia nihil deest ordinationi Episcopali ad verum sacramentum. Nam confertur per cæremoniam visibilẽ libri Evangeliorum & impositionis manuum, ac prolatione solemni horum verborum, *Accipe Spiritum sanctum.* Ut notant Armilla verb. *Ordo*, num. 11. Sylvester verb. *Ordo*, cap. 2. num. 4. Cõcilium Carthaginense quartum can. 2. facit mentionem ejusdem Codicis Evangelici super caput ponendi ac impositionis manuum Episcoporum: Etiam Apostolus Paulus 1. ad Timotheum cap. 4. & 2. ad Timoth. cap. 1. vocat ordinationem Timothei in Episcopum manuum impositionem. Secundò, quia est ordo & quidem nobilior Præsbyteratu, cui aliquid addit potestque multa, quæ nequit Sacerdos. Tertiò Episcopatus magis spectat ad Hierarchiam Ecclesiæ quam sacerdotium ex Concilio Tridentino, sibique vindicat simul tres actiones hierarchicas, purgare, illuminare, & perficere confertur Episcopatus manuum impositione (ut dictum est) & per tres Episcopos simul saltem jure communi, ut patet ex Pontificali, & D. Gregorio cap. *Fraternitatem*, dist. 80. Nec refert, quod sit ferè eadem cæremonia in ordinatione Diaconorum, quibus etiam traditur liber Evangelicus, & fit manuum impositio. Non enim hic spectanda est cæremonia tantùm materialiter, quoad substantiam, sed relativè quoad peculiarem & propriũ finem. Deindè non est omninò eadem cæremonia: nam Diacono liber Evangelii tantùm porrigitur tangendus, Episcopo verò imponitur à tribus Episcopis capiti. Durandus in rationali lib. 2, cap. 11. & alii citati docent per unctionem chrismatis in vertice, & traditionem pedi pastoralis conferri novam gratiam. Præterea ex communi Doctorum mente Diaconatus est verum Sacramentum, igitur à fortiori Episcopatus, cùm ejus officia sint multò plura, ac longè sublimora.

§. 2. Argu-

## §. 2.

## *Argumenta contraria diluuntur.*

I. *Philip. 1 verſ. 1.*

Prima adverſariorum obiectio fundatur in verbis Apoſtoli ad Philipp cap. 1. verſ. 1. *Paulus & Timotheus ſervi Ieſu Chriſti omnibus ſanctis, qui ſunt Philippis cum Epiſcopis & Diaconibus.* Ibi Epiſcopi ſumuntur pro Præsbyteris. Si enim Epiſcopus haberet aliquem gradum ſuperiorem ac nobiliorem Sacerdote, Sequitur in eadem urbe fuiſſe multos Epiſcopos. Variâ eſt S. Epiphanii. ſancti Ambroſii, & Theodoreti reſponſio, ſed magis mihi placet explicatio ſancti Chryſoſtomi OEcumenii, Bellarmini & aliorum dicentium hic per Epiſcopos intelligi Præsbyteros. Undè Syriaca verſio habet. *Cum Præsbyteris & eorum miniſtris.* Duobus ergò iſtis nominibus Apoſtolus intendit ſalutare totum Clerum Philippenſem, vocatque honoris gratiâ Præsbyteros Epiſcopos, Subdiaconos autem & reliquos Cleros inferiores nomine Diaconorum exprimit, & hæc ſolutio confirmatur ex eo, quod (inquit Theodoretus) harum litterarum lator erat Epaphroditus Epiſcopus. Deindè reſpondet Barboſa de officio & poteſtate Epiſcopi part. 1. tit. 1. cap. 2. numer. 9. Epiſcopos dici Sacerdotes curam animarum habentes etiam Paſtores non impropriè, & ſubditos eorum ſimilitudine oves appellari. Reſpondet tertiò Alphonſus à Caſtro nomina illa Præsbyter & Epiſcopus olim latiorem habuiſſe ſignificationem, quam nunc. Nam Epiſcopus eſt dictio Græca. & compoſita ab epi, quæ idem ſignificat, quod Latinè ſuper: ſcopos verò idem quod intentio, & ſic Epiſcopus idem eſt ac ſuperintendens. Epiſcopi ergo nomen indè ſumptum rum videtur, quod qui aliis præficitur, eorum curæ ſuper intendere debet. Hoc modo Sacerdotes præcipuè parochi Epiſcopi dici poſſunt. cum ſuperintendant curæ animarum ſibi commiſſarum, tandem Eccleſia reſtrinxit nomē Epiſcopi ad ſolum Diœceſanū, nè forè ex communione aut identitate vocabulorum quidam arriperent antiam exiſtimandi, & docendi res per illa nomina deſignatas eſſe prorſus eaidem, ut Aerius & Wicleffus fecerant. Reſpondeo quartò, cum Gammachio ſufficere, quod multis etiam in locis ſeparentur ac diſtinguantur, ut oſtendimus ſupra.

II. Secundum argumentum contrarium fundatur in cap. 1. ad Titum verſ. 5 *Hujus rei gratiâ reliqui te Cretæ ut conſtituas per civitates Præsbyteros, ſicut ego diſpoſui tibi.* Et intra. *Oportet enim Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe.* Hoc ſupra explicavimus.

III. Opponunt tertiò Hæretici caput 3. epiſt. 1. ad Timoth. ubi poſtquam Apoſtolus docuit quibus ornamentis & virtutibus debeat Epiſcopus decorari, omiſſo Præsbyterorum ordine, tranſit immediatè ab Epiſcopis ad Diaconos, verſ. 8. *Diaconos ſimiliter pudicos non bilingues, &c.* Undè Aerius, Wicleffus, & Hæretici moderni inferunt Epiſcopalem & Sacerdoralem gradum eſſe indiſtinctum, idemque officium ex divinâ & Apoſtolicâ ordinatione Epiſcopis ac Præsbyteris incumbere. Reſpondet Bellarminus univerſum Clerum ab Apoſtolo inſtrui: ita ut ſub nomine Epiſcoporum comprehendantur Præsbyteri, ſub Diaconis omnes miniſtri inferiores, nam utriſque eadem præcepta conveniunt. Reſpondet Stevartius ideò Apoſtolum ab Epiſcopis tranſire ad Diaconos ut Epiſcoporum miniſtros, docetque à quibus abſtineri debeant. Licet enim Epiſcopus ex vi vocis ſignificet ſuperintendentem & ſpeculatorem, tamen ex ordinatione, & apud Paulum ſignificat non vulgarem Sacerdotem, ſed gradum ſuperiorem. Sicut nomen Diaconi quamvis ex ſe generaliter quemlibet miniſtrum ſignificet, quomodò Apoſtolus Roman. cap. 15. vocat Chriſtum miniſtrum Circumciſionis, & Matth. cap. 20. Chriſtus de ſe ait, Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare: tamen ex Apoſtolicâ inſtitutione certum ordinem miniſtrorum in Eccleſiâ denotat, ut inſinuant SS. Ignatius & Hieronymus, *Omnes autem* (inquit Stevartius)

Stevart. S â: ius) *Ministros in Ecclesiâ non esse ni s & ejusdem ordinis ac modi, sed m: nò diversi, atque adeo inæquâ- is c i ſtitus one divinâ, certum est, um . o nan. cap. 12. ſcriptum ſit, ſicut in u. . corpore multa me bra habemus: omn a item mem ra non eundem actum a en : ita multi unum corpus ſumus in Chr ſto, &c. Habentes autem d nati nes ſecundùm gratiam, quæ data e ſi nab s, differ ntes, ſivè Prophetiam differentes, &c. Et ad Epheſios cap. 4. D d t quoſdam quidem Ap o lo, &c. Quibus ſententiis de inſtitutione divinâ miniſtrorum diverſorum, quæ in Eccl ſia ad ædificationem fidelium ſermonem eſſe Apoſtolo nemo n ſi ſ nus dubitat. Et in his miniſteriis ſapientia d vina maximè eluceſcit, quæ ordinata in rerum diſtinctione repræſentatur, quâ etiam ratione infirmitas humana m.lius conſulitur, dum ad v rſa o ficia adminiſtranda, quæ per unum commodè præſtari non poſſunt plures miniſtri ſuppetunt, quorum dignitas ad plures p rtinere potest, in eo maximè elucens, quod ſunt quidam cooperatores ipſius Dei: quo munere nihil eſt divinius. ut affirmat cap. 3. de cæleſti Hierarchiâ D. Dionyſius. Cui rei illud pulchrè accommodat D Auguſtinus quod in Pſalm. 4. ſecundùm 70. Interpretes legitur, Deus in gradibus ejus cognoſcetur, ideſt in gradibus ordinum miniſterii Eccleſiæ, inquit Auguſtinus in comment. illius Pſalm. Quo etiam ſpectat quod in Pſalm. 44. legitur de Eccleſia. Omnis gloria filiæ regis ab intus in fimbriis aureis circumdata varietate.* Hæc illæ.

IV. cap 4. n. 4. Ut Kemnitius probet Epiſcopum non differre gradu à Præsbytero, utitur auctoritate ejus Apoſtoli citatæ epiſt. cap. 4. ubi Timotheum ita hortatur. *Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum Præsbyterii.* Etſi hunc locum ſupra expoſuerimus, tamen audire non pigebit Stevartiũ.

Stevart. *Licet Præsbyteri nomen ſæpè tam Epiſcopo quàm ſimplici Sacerdoti conveniat, hoc tamen loco Præsbyterium Epiſcoporũ cœtum ſignificat. Hinc Chryſoſtomus hic non de Præsbyteris, ſed de Epiſcopis: Neque enim profectò Præsbyteri ipſum ordinarunt. Ex quo ſufficienter probatur munus ordinandi proprium eſſe Epiſcoporum cùm cap. 5. inſuper moneat Epiſcopum Apoſtolus. Manus citò nemini impoſueris, &c.*

Majorem difficultatem nobis ſubminiſtrant verba ſancti Hieronymi epiſt. 85. ad Evagrium. *Cùm Apoſtolus* (inquit) *perſpicuè doceat eosdem eſſe Præsbyteros, quos Epiſcopos. Quæris auctoritatem? audi teſtimonium, Paulus & Timotheus ſervi Chriſti omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, qui ſunt Philippis cum Epiſcopis & Diaconis. Vis & aliud exemplum? Attendite vobis & cuncto gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, ut regerent Eccleſiam Domini. Et alibi Apoſtolus ait: Reliqui te Creta, ut conſtitueres Præsbyteros per civitates. Si quis eſt ſine crimine, oportet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe. Noli negligere gratiam, quæ in te eſt per prophetiam cum impoſitione manuum Præsbyterii. Et Petrus 1. epiſt. cap. 5. Præsbyteros in vobis precor Comprasbyter.* Deindè idem Sanctus ſubjungit. *Quod unus Epiſcopus electus ſit, qui cæteris præponeretur, in ſchiſmatis remedium factum eſt. Nam & Alexandriæ à Marco Evangeliſtâ uſque ad Heraclam & Dionyſium Epiſcopos, Præsbyteri ſemper unum ex ſe electum in excelſiori gradu collocatum Epiſcopum nominabant: quomodò ſi exercitus Imperatorem faciat, aut Diaconi eligant de ſe, quem induſtrium noverint, aut Archidiaconum vocent. Quid enim facit excepta ordinatione Epiſcopus, quod Præsbyter non facit.* Et in caput 1. epiſt. ad Titum, ait Epiſcopum fuiſſe olim indiſtinctum, nec diſcrimen fuiſſe introductum, & decretum, ut unus præſideret, niſi poſtquam diaboli inſtinctu cœptum eſt dici. *Ego ſum Cephæ, ego ſum Pauli.* Tunc enim patet magis cõſuetudine, quam Dominicæ diſpenſationis veritate Epiſcopos Præsbyteris factos eſſe ſuperiores. Noſter Thomas Waldenſis tomo 1. Doctrinal. Fidei lib. 2. art. 3. cap. 60. admittit Epiſcopos & Sacerdotes ejuſdem appellationis fuiſſe participes, ſed negat fuiſſe ejuſdem gradus & dignitatis, quod probat à ſimili. *Ecce quod milites Dauid pueri dicebantur lib. 1. Reg. cap. 3.*

V. Hieron.

dicente

*dicente Sacerdote, si tamen pueri mundi sunt, dicente Propetâ Isaiæ cap. 3. Tumultuabitur puer contra senem, & tamen alibi virierant. Igitur pueri tunc à viro nutu erat distinctio. Et cap. 30. Puer Ægyptius ego sum. Et lib 2. Reg. cap. 2. Surgant pueri & ludant. Matt. cap. 8. Mundatus leprosus jubetur se ostendere Principi Sacerdotum. Cui illud Marci cap. 1. dicitur, Ostendite Sacerdotibus.* Hanc responsionē reprobat Alphonsus a Castro, aitque se doctrinam S. Hieronymi summè extollere, eius sanctitatem maximè venerari, sic tamen ut existimet eum hominem fuisse, qui cùm hic ageret falli potuisse. Amicus tomo ultim. disp. 22. sect. 56. admittit Hieronymum fuisse illius sententiæ: sed negant fuisse Ario, qui negabat etiam Ecclesiæ constitutione ordinem Episcopalem esse Sacerdotali superiorem. Clarius & verius respondeo, quod tempore Apostolorum passim Præsbyteri, qui in civitatibus constituebantur, erant etiam simul Episcopi. Rari enim tunc erant Ecclesiarum præfecti, & ideo Apostoli frequenter populis præficiebant pastores, qui Sacerdotali & Episcopali potestate pollebant, ut animadvertit S. Epiphanius hæres. 75. Seu eo id ipsum Presbyteros & Episcopos creabant, ut singulis civitatibus adesset, qui omnia Sacramenta possent conferre, ministros constituere, ac Presbyteros consecrare. Deinceps crescente Presbyterorum numero, Ecclesia alios creavit Præsbyteros sola Sacerdotali auctoritate pollentes, alios Episcopos Episcopalem auctoritatem habentes, & hæc indubiè fuit opinio sancti Hieronymi, non autem quod Episcopi dignitas & potestas sit ab Ecclesiâ instituta. Aliud est ergo Episcopi & Presbyteri potestatem in eandem personam convenisse, aliud est utramque potestatem esse indistinctam. Primum asserit S. Hieronymus, non secundum, ita Messana in notis ad opera D. Hieronymi verb. *Episcopus*, extat in editione Colonienſi. Azorius & Gammachius citati. Idem Gammachius respondet S. Hieronymum loqui de solâ potestate jurisdictionis, quando ait eam Episcopis consuetudine tantùm non dispensatione competere, non autem loqui de potestate ordinis, seu characteris, qui est essentialis Episcopo, & ab eo inseparabilis. Jurisdictio vera & spiritualis auctoritas non est essentialis est, sed amitti potest per excommunicationem latam nominatim, aut per depositionem: imo & consecrari possunt Episcopi, qui nullam de facto jurisdictionē habeant, ut olim erant Corepiscopi, qui erant verè Episcopi, & tanquam Episcopi consecrati, ut docent Bellarminus lib. 1. de Clericis, cap. 17. Baronius tom. 3. annal. ad annum 377 Genebrardus lib. 3. Chronologiæ in Damaso, Onuphrius in epitome Romanorum Pontificum, patetque ex Concilio Antiocheno canone 10. ubi dicuntur consecrati tanquam Episcopi; & tamen non posse consecrare sacerdotes absque Episcopo civitatis. Alia editio habet præter cōscientiam Episcopi. Ex quo sequitur eo consentiente potuisse, proindèque fuisse veros Episcopos. Zacharias papa epist. 7. ad Pipinum tomo 3. Conciliorum facit illorum mentionē, S. Damasus epist. 5. ad Prosperum agnoscit etiam eosdem Corepiscopos, aitq; à tribus Episcopis fuisse consecratos, vocat eos villanos, quasi diceret rurales, qui ruri & in villis degerent, talis fuit S. Vrsmarus. Hos Damasus ibidem reprobat, ac præcipit eorū usum aboleri. Genebrardus vocat Episcopos Portatiles, Onuphrius coadiutores Episcoporū. Alii asserunt dici χωρεπισκοποι, ideſt locus; eo quod essent loco Episcoporum, vel quasi eorum vicarii: alii deducunt à vocabulo χώρις, quia seorsim extra urbes degebant, vel carebant propriâ & subjectâ sibi Diœcesi. Dico igitur posse de facto creari Episcopum absque propriâ jurisdictione, sed tantùm ad nutum Diœcesani & ordinarii Episcopi. Tales à quibusdam vocantur titulares, & quasi habentes solum titulum, non rem: ideſt non provinciam vel civitatem titulo significatam. Quidam eorum sunt veri titulares de jure, licet non de facto, quoad executionē, cujusmodi sunt plerique nominati in partibus infidelium, ubi Episcopi nequeunt tutè habitare, ob Paganorum

furorem, vel ob defectum Christianorum. Alii sunt titulares solo nomine, quia de facto, vel de jure carent jurisdictione Diœcesanâ, nec sunt ordinati ad eum finem: sed tantùm ut sint Suffraganei, Coadjutores, seu Corepiscopi ordinariorum, ut dictũ est. Cõfirmatur ex eo quod secundùm aliquos Theologos (ut dictũ est) Episcopi habeant tantum potestatẽ ordinis seu characteris immediatè à Christo, & potestatẽ jurisdictionis à papâ, hac privari possunt, illâ minimè. Vel secundùm Suarem tom. 4. de pœnit. part. 2. disp. 25. sect. 1. Barbosam part. 1. tit. 1. c. 1. n. 24. Bellarminum lib. 4. de Rom. Pont. c. 25. Episcopi habent à Christo jurisdictionem ordinariam, saltem in generali: in particulari autẽ immediatè à Rom. Pontif. apud eundẽ Suarem, Barbosam n. 26. Bellarminum, Valentiam, Covar. vel secundùm Laymã l. 1. tract. 4. c 4. § 2. n. 1. & alios ibi. Episcopi habent ex divinâ institutione jurisdictionẽ quoad substantiam à Rom. Põt. ut Christi vicario, & universalis Ecclesiæ pastore ac capite, jurisdictionem quoad modũ & ordinem institutionis.

VI. Cœterum (ut ad S. Hieronymum redeamus) notat Bellarminus libr. 1. de Clericis, cap. 15. sanctum illum Doctorem non videri in suâ sententiâ adeò constantem. Nam in explicatione cap. 1. ad Titum, ait consuetudinem præponendi Episcopos Præsbyteris cœpisse ex quo dictum est, *Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ.* Licet Præsbyteros pares Episcopis conetur colligere ex epist. ad Titum, ad Philip. & epist. Petri & Joannis, quæ sunt scriptæ post 1. epist. ad Corinth. ubi habentur illa verba. *Ego sum Pauli, ego Apollo, &c.* Deindè in lib. de scriptoribus Ecclesiasticis, ait Jacobum statim post Christi ascensum fuisse ordinatum Episcopũ Jerosolymorum, ex quo sequitur Ecclesiam nunquam caruisse Episcopis, vel fuisse à solis Præsbyteris gubernatam. Præterea idem Hieronymus epist. ad Evagrium comparat Episcopum Aaroni, Præsbyteros filiis Aaronis. Vide plura apud eundem Bellarminũ.

VII. S. Ambr. His opponitur auctoritas S. Ambrosii comment. in c. 4. ad Ephesios scribentis, *Timotheum Episcopum à se creatum Præsbyterum vocat: quia primi Præsbyteri Episcopi appellabantur, ut recedente eo sequens ei succederet. Denique apud Ægyptum Præsbyteri consignant, si præsens non sit Episcopus: sed quia cœperunt sequentes Præsbyteri indigni inveniri ad primatus tenendos, immutata est ratio prospiciente Concilio ut non ordo, sed meritum crearet Episcopum multorum sacerdotum judicio constitutum, &c.* Respondet primò Bellarminus commentaria non videri ab Ambrosio edita. Secundò, ait commentaria illa loqui tantùm de ratione successionis Episcoporum, docetque in primitivâ Ecclesiâ Præsbyterum seniorem consuevisse ordinari Episcopum, & eo defuncto succedisse etiam Sacerdotem absque aliâ electione. Sed non negat primum illum Præsbyterum Episcopo succedentem iterùm debere consecrari, & jurisdictionem accipere. Tertiò, ait eundem commentarium sæpè ponere discrimen inter Episcopum & Præsbyterum, ut in cap. 4. ad Ephes. in cap. 3. prioris ad Timoth. ubi asserit Episcopum esse majorem Præsbytero & ideò Episcopum à Præsbytero ordinari, quia hic caret Episcopali ordinatione.

Contra etiam urgetur mens sancti Chrysostomi in cap. 3. epist. 1. ad Timoth. Primasi, Theophilacti, & OEcumenii. Accipe verba S. Chrysostomi homil. 11. *Inter Episcopum atque Præsbyterum interest ferè nihil, quippe & Præsbyteris Ecclesiæ cura permissa est, & quæ de Episcopis dixit, ea etiam Præsbyteris congruunt, sola quippe ordinatione superiores illi sunt, atque hoc tantùm plus quam Præsbyteri habere videntur.* Respondet Bellarminus illis verbis Episcopos esse majores Præsbyteris, cùm asserant Episcopos posse ordinare, non autem Præsbyteros, quæ ordinatio ita est propria Episcopis, ut Præsbyteris nullo modo competat, licet potestas jurisdictionis possit competere Præsbyteris. Porrò quod S. Chrysostomus asseruerit fuisse discrimen inter Episcopum & Præsbyterum etiam tempore Apostolorũ, patet ex homil. 1. in epist. 1. ad Philippenses. Nec illi contradicit Theodoretus in cap. 1. ad Philipp. sæpè VIII. Chrysost.

repetens

repetens Præsbyteros fuiſſe quos Apoſtolus Præsbyteros vocat. Ibi enim Theodoretus ait Præsbyteros habuiſſe nomen Epiſcopi, ſed ibidem addit veros Epiſcopos tunc fuiſſe vocatos Apoſtolos: ita ut ex mente illius Epiſcopi nomine & re fuerunt majores Præsbyteris. Vide quid pro hac ſuperioritate dicat in cap. 3. prioris ad Timotheum.

IX. S. Aug. Sanctus Auguſtinus epiſt. 19. ad Hieronymum videtur eandem æqualitatem inter Epiſcopum & Præsbyterum aſſerere. *Quamvis enim* (inquit) *ſecundùm honorum vocábula, quæ jam Eccleſiæ uſus obtinuit, Epiſcopatus Præsbyterio major ſit in multis rebus: tamen Auguſtinus Hieronymo minor eſt.* Reſpondet Bellarminus particulas *jam obtinuit*, non opponi primitivæ Eccleſiæ, ſed tempori præcedenti Eccleſiæ Chriſtianæ originem. Non igitur ſentus eſt olim Epiſcopos & Præsbyteros fuiſſe æquales: ſed ſentus eſt ante Chriſtianitmi originem nomina Epiſcopi & Præsbyteri fuiſſe tantùm officii vel ætatis, nunc autem eſſe honoris & dignitatis, & ſic Auguſtinus eſt major Hieronymo, quamvis aliis nominibus Auguſtinus ſit minor & inferior. Dices ex Ignatio epiſt. ad Smyrnenſes, Clemente lib. 2. conſtit. cap. 32. ſicut Epiſcopi, ita & Presbyteri Apoſtolis ſuccedunt, ſunt igitur pares. Reſpondeo Patres aliquando dicere Epiſcopum tenere locum Dei, Præsbyterum locum Chriſti, Diaconum locum Apoſtolorum. Ita Sanctus Ignatius epiſt. ad Trallianos. Clemens lib. 2 conſtit. cap. 30. Aliquando aſſignant Epiſcopo locum Chriſti, Præsbyteris locum Apoſtolorum, Diaconis locum 72. Diſcipulorum. S. Ignatius epiſt. ad Smyrnenſes, ſanctus Clemens lib. citato cap. 32. Aliquando iisdem Epiſcopis Apoſtolicum locum attribuunt, Præsbyteris 70. Diſcipulorum.

X. Nonnulli obiiciunt Præsbyteros fuiſſe a Chriſto ordinatos in Cœnâ, nequaquam verò Epiſcopos, & conſequenter hos non eſſe jure divino majores Præsbyteris. Reſpondet Bellarminus lib. 1. de Pontific. cap. 23. & lib. 1. de Clericis cap. 15. in fine S. Petrum fuiſſe ordinatum à Chriſto, Jacobum, & Joannem à S. Petro, & reliquos Apoſtolos ab his tribus. Idem cenſent Turrecremata in ſummâ de Eccleſiâ lib. 2. cap. 32. Henriquez in ſummâ lib. 10 cap. 4. §. 2. & ſeq. Barboſa de offic. & poteſt. Epiſc. part. 1. tom. 1. cap 1. numer. 8. Ex quibus patet non ab Eccleſia, ſed à Chriſto Epiſcopos fuiſſe inſtitutos, ac eſſe de jure divino. Ut etiam fateri videntur Centuriatores Magdeburgenſes cent. 1. lib. 1. cap. 7. de Pontificibus antiquæ legis. *In Eccleſia populi Judaici unus tantùm erat lege divinâ Sacerdos ſummus, quem omnes cogebantur agnoſcere, eique parere.* Magdeb. Item aſſerit Calvinus lib. 4. inſtit. cap. 6. §. 2, *Illic unum antiſtitē præficit, quem omnes reſpicerent, quo melius in unitate cōtinerentur.* Calvin. Epiſcopi autem in Eccleſia eundē locum tenent quod olim Pontifices, & nunc Præsbyteri quod tunc minores Sacerdotes, nunc Diaconi quod tunc Levitæ, ut docent Damaſus epiſt. 3. de Coreepiſcopis. S. Hieronymus 85. epiſt. ad Evagrium. Leo epiſt. 88. ad Epiſcopos Germaniæ & Galliæ. Concilium Hiſpalenſe II. canone 2. & alii multi. Ratio, quia lex Moſaica erat umbra legis gratiæ, ut teſtatur Apoſtolus Hebr. cap. 10. Sicut igitur in antiqua lege Pontifices jure divino antecedebant dignitate & auctoritate minores Sacerdotes & Levitas, ita etiam Epiſcopi in Eccleſiâ præcedunt dignitate Præsbyteros.

## CAPUT VI.

### *Status Epiſcopalis Religioſo dignior & excellentior.*

I. VEteres tantis laudibus ſtatum Religioſum extulerunt, ut eum Regiæ dignitati ac poteſtati prætulerint. Id probat S. Chryſoſtomus tomo 5. de comparatione Regis & Monachi, exemplo Patrum Eliæ & Eliſei. *Nonne Achab Iudæorum Rex per famem & annonæ charitatem in Eliæ precibus pœnam ſuam poſuit? Nonne Ochozias illi ad idem imperium obtinens ager, ac jam jam moriturus, inſtantem*

S.Chrys. *instantem sibi mortem cum videret ad eum prophetam confugit, tanquam morte potentiorem ac vitæ largitorem? At qui bello erumpente & Palestina in tantum adducta periculum, ut funditus excidenda esset, Iudæorum Reges misso exercitu ad Elisei preces se receperunt, existimabant enim Dei servũ sibi multarum myriadum instar fore.* Undè ipsimet Imperatores, Reges, ac Principes habitum Religiosum purpuræ antepositerunt. Dum Monarchia apud Græcos floreret Anastasius, Theodosius, uterque Michael, Isaac id præstiterunt. Translatum in Occidentem Imperium Lotharius dimisit, Hugo reliquit, Rachisius Rex Italiæ, Pipinus filius major natu Caroli Magni Regis Franciæ, Bamba Rex Hispaniæ, Verenradus Rex Castiliæ, Ramirus Rex Aragoniæ, Sigebertus, Ceolulfus, Egbertus Reges Nortombriæ, Elteredus & Chenredus Reges Merciorũ, Offa & Iuas Reges Saxonum, Carolomannus Rex Austrasiæ, Trebellius Rex Bulgarorum, Prena Rex Hierosolymorum, Henricus Rex Cypri, Joannes Rex Armeniæ, palatia sua cum cellulis commutarunt. Omitto innumeros filios Regum, Ducum, Comitum, &c. qui eadem animi generositate mundi honoribus renuntiarunt. Hanc monasticam excellentiam delineasse videtur Deus celebratissimâ illâ scalâ, quam Jacob Patriarcha humi jacens vidit, ex unâ parte cœlum & alterâ terram attingentem, per quam Angeli quasi Aulici vota hominum deferebant ad Deum, & vicissim Dei beneficia ad homines. Illa Scala ex sancto Antonino part. 3. tit. 16. cap. 20. est status Religiosus. Cœlos attingebat, Jacob humi decumbebat, ut innnueret statum Religiosum esse Patriarchali ac Regali superiorem. Et meritò cœlos tangit, quà verus Religiosus vitam cœlestem ducit, & terra quam incolunt Religiosi cœlum est (inquit Climacus gradu 4. ( Undè ejusmodi Religiosi vocantur à Sancto Bernardo ad fratres de monte Dei, hõmines cælestes, Angeli terrestes. *Quos quo nomine dignius appellem nescio, homines cælestes, an Angelos terrestres, degentes in terris, sed conversationem habentes in cœlis.* Horum vitam, & conversationem esse Angelicam docent S. Ambrosius epist. 82. S. Joannes Damascenus in vitâ Josaphat. Quod si corpus Christi mysticum attentius intueamur, audiemus à S. Bernardo sermone 63. ex parvis, Religiosos esse illius dentes. Cantic. cap. 4. vers. 2. *Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lavacro.* Audiemus ab Hugone Cardinali in illud Psalmi 34. vers. 11. *Omnia ossa mea dicent Domine, quis similis tibi.* Religiosos esse ejus ossa. Audiatur Mendoza in lib. 1. Regum cap. 1. num 11. sect. 2. num. 17. esse abditos in Christi vulneribus. *Moysem* (inquit) *imitatur.* ( Idem de Eliâ dicendum occurrit. ) *Ut enim hic ab hominum conspectu sepsratus, & in foramine petræ inclusus Dei gloriam transeuntis speculabatur.* Exodi cap. 3. vers. 22. *Ita illi à publicâ luce remoti, & in foraminibus petræ, seu in vulneribus Iesu abditi Domini gloriam non transeuntis, sed habitantis in eis contemplabuntur.* Audiemus à Patribus apud Platum lib. 1. cap. 3. de statu Religioso esse instar Baptismi seu regenerationis spiritualis. Audiemus à sancto Laurentio Justiniano Patriarcha Vener. tractat. de obedientiâ cap. 18. quod *Claustrum est horius conclusus, paradisus deliciarum, thalamus nuptialis, cubile immaculatum, virtutum schola, tabernaculum fœderis, reclinatorium sponsi, bellatorum statio, sanctitatis domus, castitatis custos, pudicitiæ firmamentum, religionis magisterium, & obedientiæ sanctæ speculum singulare.* Audiemus à sancto Chrysostomo homil. 59. ad populum. *Ab omnibus mundi est ille locus, ubi silentium & quies multa, &c.* Nam (inquit idem libr. 3. adversus vituperatores vitæ monasticæ.) *Quamvis procellæ, & maris hujus sæculi desæviant, Religiosi in Monasterio tanquam in tranquillo portu residens, & veluti ex cælo ipso cæterorum naufragia prospectant, conversationem enim cælestem elegerunt, &c.* Vel à Simone juniore in cap. Moralibus cap. ultim. *Quies Monastica est imperturbatus animi status, liberæ, & exultantis animæ serenitas, basis quædã cordis*

Cant. 4. vers. 2.

Mendoz.

S. Laur. Iustin.

Chrysost.

Simon Iunior.

*cordis nullis agitata turbis, nullis mandata fluctibus, contemplatio luminis, mystica Dei cognitio, sermo sapientiæ, abyssus consiliorum Dei, raptus mentis, pura cum Deo conversatio, oculus pervigil, intellectualis adoratio, unio & copulatio cum Deo terminus Deificatio, & in magnis ascetices vitæ laboribus sine labore requies.* Vel potius S. Ephrem tractat. de patientiâ & consummatione sæculi exclamantem. *O quies Monachorum profectus! ô quies scala cœlestis! ó quies via regni cœlorum! ô quies compunctionis mater! ó quies pœnitentiæ conciliatrix! ó quies peccatorum speculum, quæ homini sua scelera atque delicta ostendit! &c.*

S. Ephr.

II. Hinc fit ut S. Gregorius lib. 2 Moral. cap. ult. S. Augustinus, S. Bernardus, & alii concludant statum Religiosum esse optabiliorem statu Episcopali, quia minus periculosus est. S. Bernardus epist. 42. ad Henricum Archiepiscopum Senonensem fusè refert pericula quibus Episcopi sunt obnoxii, quæ ut evaderent S Bernardus, S. Dominicus, S. Thomas Aquinas, S. Vincentius Ferrariensis, S. Bernardinus. B. Andræas nepos Alexandri Papæ & alii constanter Episcopatus recusarunt Alii coacti jugũ Episcopale susciperé nihil de observantiâ regulari relaxarunt, ut Martinus apud Sulpitium, Archebius apud Cassianum cap. 2. coll. 11. S. Malachias apud S. Bernardum, S. Fulgentius, S. Anselmus, S. Antonius, S. Andræas Corsinus, S. Thomas à Villâ Novâ, & alii. At qui ad religionem vocatur, reluctari non debet, nec consilium petere ab iis qui vocationem impedire possunt. Id probat S. Chrysostomus tomo 5. sermone 1. *Quod dispensatio rerum terrenarum, &c.* Et eodem tomo lib. 2. adversus vituperatores vitæ Monasticæ, ostendit quam graviter peccent parentes, & alii, qui filios & agnatos à religionis ingressu revocare contendunt. Vocatus igitur imitari debet Petrum & filios Zebedæi, qui vocati a Christo Matthæi cap. 4, vers. 22. *Continuò relictis retibus secuti sunt eum.* Syriacus. *Illi autem confestim retia sua dimittentes post eum ivere.* Vatablus. *At illi relictis illicò retibus.* Vatablus. *Statim cum reliquissent retia.* S. Bernardus serm. 2. de sancto Andræâ. *Illi continuò nihil dijudicantes, aut hæsitantes, non solliciti unde viverent, non considerantes, quonam modo rudes homines sine litteris Prædicatores fieri possent, nihil denique interrogantes sine morâ relictis retibus & navi secuti sunt eum.* Imitari debet Eliseum Prophetam ad quem, *cum venisset Elias, misit pallium suum super eũ, qui statim relictis bobus cucurrit post Eliam,* Lib. 3. Regum cap 19. vers. 19. Cornelius. *At hic ex eo factus est Religiosus, ex agricolâ Propheta, ex idiotâ Theologus.* Horum obedientiam ita ponderat S. Chrysostomus homiliâ 14. in Matthæum. *Perpende fidem & obedientiam piscatorum, siquidem in medio operis constituis (scitis autem quam avidares sit piscatio) cùm illum audirent jubentem nihil distulerunt, nihil omninò cunctati sunt, non dixerunt, revertamur domum, loquemur propinquis, sed cum eis illicò relinquentes fecerunt quod Eliseus quoque sub Eliâ legitur implesse. Talem quippe à nobis obedientiam Christus exflagitat, ut neque punctum temporis differamus, etiamsi nos aliquid necessarium urgere videatur* Noster Sylveira tomo 2. lib. 4. cap. 8. quæst. 12. num. 94. subdit. *Apte utitur Elisei exemplo, qui inchoatum arandi opus intermisit, ut post Eliam curreret, ac ipsum sequeretur, cum tamen Elias ipsum apertâ & altâ voce non vocaret.* Vers. 20. *Misit Elias pallium suum super illum, qui statim reo lictis bobus cucurrit post Eliam, perfecta ac consummata obedientia jussionem non exopiat, sed ut ad obediendum moveatur qualibet est insinuatione judicio contenta.* Cui arridens mellifluus Bernardus lib. de contemptu sæculi. *Vocat (inquit) magni consilii Angelus, quid opus est, ut aliena consilia præstoleris? Quis est enim fidelior? quisve sapientior illo. Sedue me Domine, & seducar, fortior esto, & invalesce, &c.*

Chrysost.

Sylveira.

His non obstantibus Sanctus Ignatius Martyr, Joannis discipulus epist. ad Smyrnenses ait Episcopatum omni statui, principatui, & potestati supereminere. *Honora Deum, ut omnium auctorem & Dominum, Episcopum verò*

III. S. Ignat.

Mat. 4. vers. 22.

*ut Principem sacerdotum, imaginem Dei referentem: Dei quidem propter principatum, Christi verò propter Sacerdotium & hic Episcopo, qui Deo consecratus est pro totius mundi salute quicquam majus in Ecclesiâ.* Et paulò post. *Qui honorat Episcopum à Deo honorabitur, sicut qui ignominiâ afficit illum à Deo punitur. Si enim jure censebitur pœna dignus qui adversus regem insurgit, ut qui vitet bonas legum constitutiones, quantò putatis graviori subjacebit supplicio, qui sine Episcopo quid velet agere, concordi numquam & decentem rerum ordinem conservans. Sacerdotium enim est omnium bonorum, quæ in hominibus sunt, author.* Secundò, eandem dignitatem cunctis Ecclesiasticis præcellere habetur cap. 1. *de privileg.* cap. princ. *de præbend* cap. *de his*, cap. *manus*, de consecrat. dist. 5. Nullum esse ordinē in Ecclesia majorem Episcopatu habetur in Glossa verbo *Episcopus*, in proœmio lib 6. Glossa verb. *de Episcopis*, in cap *qua à periculosum*, de senten. excommunicat. eodem lib. Hoieda de incompatibilitate benef. part. 1. num. 5. Alzedo part. 1. cap. 8, num. 23 Barbosa de offic. & potest. Epiic. part. 1. tit 1. cap. 2. numer 3. Cassaneus in catalogo gloriæ mundi part. 4. consid. 25 Unde summus Pontifex hoc nomine non dedignatur: nam nonnunquam se appellat Episcopum urbis Romæ vel Ecclesiæ Catholicæ, cap. *Si Episcopus*, 2. quæst. 9. cap. *Transmarinos*, cap. *Aphros*, 98. dist. Gambarupta de casibus reservatis cap. 1. num. 7. & 8, Barbosa supra, num. 11.

IV. S. Thomas 2. 2. quæst. 184. art. 5. 6. & alibi, probat ex differentia status Religiosi & Episcopalis, quod religio sit status perfectionis acquirendæ, status Episcopalis sit perfectionis acquisitæ. Unde Religio vocatur schola perfectionis, sita ut quemadmodū studentes in schola non tenentur esse docti & sapientes, sed tendere & exnari ad acquirendam sapientiam & doctrinam: ita etiam Religiosus non tenetur esse perfectus, sed tendere ad perfectionem. Noster Lezana tomo 1. quæst. regul. cap. 1. num. 4. post D. Thomam supra art. 5. & quæst. 186. art. 2. Tostatum in cap. 19. Matthæi. Confirmatur etiam ex eo quod Episcopi, aut in Episcopali dignitate constituti nequeant admitti absque licentiâ Sedis Apostolicæ, ex D. Thomâ 2. 2. quæst. 184. art. 6. in corpore, quæst. 185. art. 4. in corpore, quæst. 189. art. 7. in corpore, quem sequitur Suarez de Religione tomo 3. libr. 1. cap. 19. num. 13. Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 53. num. 23 Menochius, Miranda, Marcus, Antonius Genuensis, Lezana, Valerius, Reginaldus, Navarrus. Probatur ex cap. *Licet*, vers. *illa*, & decreto Innocentii III. cap. *Nisi cùm pridem*, de renunciat Ex quo concludunt statum Episcoporum esse altiorem statu Religiosorum.

Porrò nec mutatio status & vitæ est V. justa causa resignandi Episcopatum ad suscipiendum habitum Religiosum. Ita Flaminius de resignat. lib. 5. quæst. 3. num. 233. Barbosa supra, num. 24. Majolus de irregul lib. 3. cap. 3. num. 31. Probatur ex cap. *Suggestum*, 7. quæst. 1. cap. *Scisciatis*, 7. quæst 1. Quod tamen quantum in se erit debeat allaborare; ut obtineat à Papa facultatem abdicandi se munere Episcopali, resolvunt Marcus Antonius Genuensis supra, cap. 31. num. 11. Barbosa, Azorius. Probatur quartò ex eo quod Archidiaconi, Curati, & alii Prælati Episcopo inferiores possunt admitti ad Religionem. Ita Sylvester verb. *Religio*, 2. quæst. 8. Suarez tomo 3 de Religione libr. 5. cap. 4. num. 14 Lezana supra num. 11. Quibus favet D. Thomas 2. 2. quæst. ult. art. 7. in corpore, hac ratione. *Obligari autem voto perpetuo & solemni ad vacandum divinis obsequiis competit propriè Episcopis & Religiosis. Presbyteri autem, Curati & Archidiaconi non obligantur voto perpetuo & solemni ad curam animarum retinendam, sicut ad hoc obligantur Episcopi. Unde Episcopi Prælatum non possunt deserere quacumque occasione absque auctoritate Romani Pontificis. ut habetur extra, de regular. & transeuntibus ad religionem cap. Licet. Archidiaconi autem & Presbyteri Curati possunt liberè abrenunciare Episcopo curam eis commissam absque*

*speciali*

*speciali licentiâ Papæ qui solus potest in votis perpetuis dispensare. Vnde manifestum est quod Archidiaconus & Præsbyteris Curatis licet ad Religionē transire.* Et ad primum. *Præsbyteri Curati, & Archidiaconi obligarunt se ad curam agendam subditorum quamdiu retinent Archidiaconatum vel Parochiam, non autem obligarunt se ad hoc, quod perpetuò Archidiaconatum vel Parochiam teneant.* Probatur quintò, ex eodem D. Thomâ supra quæst. 185. art. 4. ad 2. ubi docet, quod *Episcopus potest si impedimentum alienæ salutis procurandæ interveniat ad religionem transire, & impedimento cessante potest iteratò ad Episcopatum assumi, puta per correctionem subditorum, vel per sedationē scandali, vel per curationem infirmitatis, aut depulsa ignorantia per instructionem sufficientem, vel etiam si simoniacè sit promotus eo ignorante, si se ad regularem vitam Episcopatu demisso transtuleris, poteris iteratò ad alium Episcopatum promoveri.* Quod possit etiam Religiosus creari Episcopus absque ullâ juris relaxatione, patet ex Clementina 1. de elect. & cap. *Si quis Abbas*, de electione in 6. ex quibus rectè infertur Episcopatum esse sublimiorem statu regulari.

1. Thom.

VI. Contra præfata objicitur, quod is qui vovit religionem nequeat fieri Episcopus, nisi prius adimpleto voto. Ita Jacobus de Graffis in aureis decis. part. 1. lib. 2. cap. 24. num. 12. Marcus Antonius Genuensis in practic. Eccles. cap. 31. num. 127. Valerius Reginaldus in praxi fori pœnit. lib. 18. num. 382. Henriquez in summâ tomo 2. lib. 10. cap. 32. §. 5. Azorius instit. moral. part. 1. lib. 11. cap. 16. §. *quæres*. Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 53. num. 25. Probatur ex cap. *Per tuas*, 10. de voto. Aliqui respondent, ideò Episcopum creatum post simplex votum religionis, non teneri ad religionem transire Episcopatu relicto, quia votum non infringit, qui commutat in melius, cap. *pervenit*, de jure jurando. At status Episcopalis est perfectior statu regulari, ex dictis & cap. *veniens*, eod. tit. cap. *licet*, de regularibus. Undè Marcus Antonius Genuensis cap. 31. num. 12. citato. Emmanuel in summâ tomo 2. cap. 6. num. 6. Henriquez in summa libr. 10. de Sacramento Ordinis cap. 32. num. ult. in comm. lit. I. concludunt cap. *per tuas* per particulam *consulimus*, loqui tantùm de consilio. Ratio est, quia cum nulla sit culpa acceptare Episcopatū, non peccat, qui ob id non implet votum Religionis. Respondent Sanchez in præcepta Decalogi lib. 4. cap. 18. num. 5. Azorius part. 1. lib. 11. cap. 16. quæst. 2. & cap. 22. quæst. ultim. & part. 2. lib. 3. cap. 32. quæst. ultim. Post Angelum, Tabienam, Sylvestrū, cum qui vovit religionem, & voto non impleto ad Episcopatum promovetur debere se abdicare Episcopatu & votum implere, nisi Sedes Apostolica voti vinculum relaxet. Quibus favet D. Thomas 2. 2. quæst. 189. art. 3. ad 1. & probant ex cap. *per tuas*, de voto & voti redemptione. Ubi Innocentius III. consuluit Episcopo Gratianopolitano, qui post votum Religionis Episcopatum assumpserat, voto non impleto, ut si suam desideraret conscientiam exonerare regimen Ecclesiæ resignaret, & redderet Altissimo vota sua, *Nos igitur consulimus*. Nec refert primò, quod status Episcopalis sit perfectior statu Regulari. Id non impedit, quin teneatur depositio Episcopatu religionem ingredi. Ratio est, quia votum cadit sub præceptum, at Episcopatus non est opus præcepti. Nec refert secundò quod licitus sit transitus à Religione ad Episcopatum: respondent ejusmodi transitum non fieri propriâ voluntate Religiosi, sed Sedis Apostolicæ. Respondent tertiò, alii votum ingrediendi Religionem non magis obligare, quam juramentum non acceptandi Episcopatum emissum à quodā Archidiacono. Ratio est, quia juramenta illa non sunt obligatoria, quæ sunt directè impeditiva melioris boni, ut docent D. Thomas 2. 2. quæst. 89. art. 7. ad 2. & quodlibeto 5. art. 27. Suarez de Religione tom. 2. lib. 2. de jurament. cap. 17. art. 7. Abbas in cap. *quamvis*, part. 1. §. 6. num. 7. Sayrus in clavi regiâ lib. 5. cap. 7. num. 3. At acceptatio Episcopatus est inter meliora

liora opera misericordiæ, cap. *in scripturis*, & cap. *qui Episcopatum*, 8. quæst. 1. Igitur juramentum de non acceptando Episcopatu debet invalidum judicari. Confirmatur ex eo, quod juramentum non ingrediendi Religionem secundum Auctores citatos non obligat, sed status Episcopalis est perfectior statu Religionis, cum magis charitatem astringat, ex Joanne cap. 10. vers. 11. & Tridentino sess. 13 de reformat. cap 1. quæ charitas consistit in expositione vitæ, Joannis cap 15. vers. 13. *Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Et refertur ad hoc intentum in cap. *Nisi cum pridem*, §. *quippe*, de renunc. Undè facilius permittitur Religioso assumi ad Episcopatum, quàm Episcopo descendere ad Monachatum, ex cap. *nisi*, vers. *Nec putes*, & textu in cap. *licet*, vers. *illa*, de regul. D. Thoma 2. 2. quæst. 84. art. 1. Quare à fortiori juramentum de non acceptando Episcopatu non obligat. Azorius part. 1. lib. 11. cap. 5. quæst. 1. vers. *quæres an ejusmodi*, Navarrus in cap. 12. num. 16. Barbosa supra num. 30. & patet ex Authen. multò magis C. de sacrosanct. Eccles. Ratio est, quia impedit perfectiorem & utilissimum Ecclesiæ statum. Plura apud Barbosa supra num. 31. & seqq. aliosque ab eo citatos. Romanus Pontifex tanti facit dignitatem Episcopalem, ut Episcopos quasi sibi æquales reputet, undè vocat Episcopos fratres, Cardinales autem & Reges filios. Soto in 4. sentent. dist. 21 quæst. 1. art. 4. Alzedo part. 1. cap. 8. num. 27. Lancellottus in templo omn. judic. lib. 2. cap. 5. num. 6. Felinus in proemio decret. num. 1. Colm. in pragm. tit. num. Cardinal. Glossa *Cardinales*, Deci, in cap. *cùm venerabilis*, num. 2. de except. & probatur ex cap. *quam gravis*, 6. *de crimine falsi*. Quibus subscribens Cornelius in illa verba 2. epistol. ad Corinth. cap. 1. vers. 1. *Timotheus Frater*. Subdit *Frater, idest Coapostolus, uti Papa Episcopos, Episcopi Canonicos, Abbas, Monachos fratres vocant*. Consule legem *inter cæteras*.

## CAPUT VII.

### *Gradus Episcopalis jure divino est inferior Papali.*

I. MArcus Antonius de Dominis in sua republicâ Ecclesiasticâ lib. 2. cap. 1. num. 9. asserit singulos Episcopos cum plenâ potestate in solidum regere Ecclesiã. *Episcopi* (inquit) *omnes simul & in solidum eandem regunt Ecclesiam, simul cum plenâ potestate.* Num 13. *Episcopi dicuntur Apostolorum successores, quia in eorùm officio, quod erat Apostolorum omnium commune succedunt omnes omnibus in solidum.* Num. 15. *In potestate universali succedunt Episcopi non modo universi, sed etiam singuli.* Et lib. 3. cap. 8. num. 14. *Docuimus unumquemque Episcopum jure divino esse universalem, & generi ex officio & ex charitate Ecclesiæ Christi in quacumque parte illa illius operâ indigeat subvenire.* Hunc errorem fusè refutavimus tomo 2. tractat. 2. 3. & 4. tamen huic errori tantùm opponam aliquorum Episcoporum assertionem.

II. Ex Patriarchis Paulus Constantinopolitanus, & S. Athanasius Patriarcha Alexandrinus, se Romano Pontifici inæquales esse testati sunt apud Sozomenum lib. 3. cap. 7. *Nam* (inquit) *Athanasius fugiens Alexandriâ Romam advenisset. Eodem tempore Paulus etiam Constantinopolitanus Episcopus, fortè illos accessit, & Marcellus quoque Episcopus Ancyræ, & Asclepas Gazæ Episcopus, qui cum doctrinæ Arianæ adversarentur, in crimen vocatus est ab Arianis quibusdam, quod altare everterat, & fuit propterea abdicatus. Cujus locum in Ecclesia Gazæ administrandâ obtinuit Quintinianus, itemque Lucius Adrianopolis ab aliis accusatus, suâ, quam regebat, Ecclesiâ spoliatus, Romæ ætatem degit, quorum criminationes cùm Episcopus Romanus intelliexisset, & omnes fidei Concilii Nicæni consentientes reperisset, in communionem recepit, singulis suam Ecclesiam restituit, scripsitque ad Episcopos Orientis, eosque incusavit, quod inconsultè de hisce viris judicassent, Ecclesiasque perturbassent,* Sozom.

*cum*

*cum decretis Concilii Nicani stare nollent, dedisque mandatum, ut quidam illorum omnium nomine ad diem constitutum accederent, præcipuè declaraturi sententiam quam de his tulerant, æquam justamque esse. Quin etiam minatus est se de reliquo non passurum eos multos esse, nisi novis rebus studere desisterent. Athanasius autem & Paulus ad suas Sedes revertuntur, litteraque Iulii Episcopi Orientis mittunt. Quibus illi graviter commoti conveniunt Antiochiæ in unum, & epistolam verbis elegantibus ornatâ, & diserte (n. Rhetorum mos est) cõpositam ad Iulium scribunt, eamq; plenam ironiæ & minarum non expertem gravissimarum: nam quamquam litteris suis fatebantur Ecclesiam Romanam primas apud omnes ferre, utpotè quæ Apostolorum Schola, & pietatis Metropolis (licet Auctores Religionis Christianæ primùm ex Oriente cò venissent, jam ab initio fuisset: tamen indignati sunt se posteriores ideò ferri quod magnitudine superarentur.* Ex quâ historiâ patet quomodò Episcopi & Patriarchæ Orientales Rom. Pontificem sibi præesse affirmarint. Idem Sozomenus cap. 9. scribit. *Iulius certior factus non tutum esse Athanasio in Ægypto vitam agere, eum ad se accersivit. Ad illos autem, qui Antiochiæ in unum convenerant (nam fortè fortunâ id temporis eorum acceperat epistolam) scripsit: atque adeò incusavit, quod clam contra fidem Concilii Nicæni novas res moliti fuerant; quodq; contra legem Ecclesiæ ipsum ad Concilium non vocarant. Nam legem esse ad Sacerdotii dignitatem spectat, quæ pronunciat acta illa esse irrita quæ præter sententiam Episcopi Romani constituuntur, ea autem Tyri & non Mareote adversus Athanasium decernebantur iniqua esse.* Hoc decretum, *præter sententiam Episcopi Romani, &c.* Orientales Episcopi non tulissent, si universi Episcopi habuissent potestatem in solidum regendi Ecclesiam. Idem concludendum est ex verbis Socratis lib. 2. cap 11. & 13. *Quoniam Ecclesia Rom. privilegium præter cæteras obtinebat, cùm Iulius intellexisset, contra Athanasium Antiochiæ pseudosynodum fuisse celebratam, scripsit eos contra Ecclesiæ canones egisse, quod illum ad Concilium non vocassent, quippè cum Canon Ecclesiasticus vetet præter sententiam Episcopi Romani Concilia celebrari.* Cur permisissent Orientales Episcopi si ipsi prohiberi Concilia celebrari præter sententiam Episcopi Romani, si ipsi in solidum habuissent potestatem Ecclesiam administrandi. Theodoretus lib. 2. cap. 7. scribit, quod *Ducenti & quinquaginta Episcopi, sicut est à veteribus memoriæ proditum Sardicæ in unum convenere.* Ex quibus Provinciis Episcopi illuc confluxerũt, ibidem refert, quod autem ex Romani Episcopi sententiâ illa Synodus fuerit indicta. Idem Socrates innuit cap. 16. ejusdem Concilii Patres, seu nomine illorum Ösius Episcopus canone 3. alias 14. potestatem regendi in solidum competere Romano Pontifici, dum ait: *Quod si a quis Episcopus adjudicatus fuerit in aliquâ causâ, & putat se bonam causam habere, ut iterùm judiciũ renoveatur. Si vobis placet S. Petri Apostoli memoriam honoremus, ut scribatur, vel ab his qui examinarunt vel etiam ab aliis Episcopis, qui in propinquo morantur Iulio Rom. Episcopo, & si judicaverit renovandum esse judicium, renovetur, & det judices. Si autem talem causam, ut ea non refricentur quæ acta sunt, quæ decreverit Romanus Episcopus confirmata erunt.* Cui omnes Episcopi subscripserunt canone 7. Vide plura de hoc argumento apud Sozomenum lib. citato cap 11. & 12. In Concilio Chalcedonensi actione 10. Anatholius Patriarcha Cõstantinopolitanus dixit. *Definimus nihil horum valere, quæ in secundâ Synodo Ephesinâ sunt facta, nisi circa Maximum Antiochiæ Episcopum: quoniam & Sanctissimus Leo Romanus Archiepiscopus in communionem eum recipiens, præesse eum Antiochensium judicavit Eccle æ.* Si Romanus Pontifex judicavit Maximum Antiochenæ Ecclesiæ præesse. Non igitur omnes Episcopi in solidum regunt Ecclesiam.

III. Dionysius Alexandrinus (teste Eusebio lib. 7. c. 4.) Stephanum Papam certiorẽ reddidit de omnium Orientalium Ecclesiarum fide & cõsensione innuens Roman. Sedem curam semper habuisse omnium Ecclesiarum,

etiamsi & loco & moribus & linguâ ab eâ plurimùm distarent. Ex Pontificali in vitâ Theodori Papæ Pyrrhus Patriarcha Constantinopolitanus in libello Sedi Apostolicæ oblato condemnavit omnia quæ scripta, vel acta sunt à se, vel Prædecessoribus suis *contra immaculatam nostram fidem*, scilicet Romanâ. Sophronius Patriarcha Ecclesiæ Hierosolymitanæ cùm propter incursionem Saracenorum Romam venire non posset, ita affatur Stephanum I. Episcopum Diœcesis Hierosolymitanæ Ecclesiæ. *De finibus terræ ad terminos ejus ambula, donec ad Apostolicam Sedem, ubi orthodoxorũ dogmatum fundamenta existunt pervenias.* Non dicit penes Antiochenâ Sedem, vel alias orthodoxorum dogmatum fundamenta existere. Quod si Episcopi & maximè Patriarcha Alexandrinus Ecclesiam universam in solidum rexissent, seu parem in Ecclesiâ dignitatem obtinuissent cum Romanâ Sede, non eò se demisisset, ut ejus vices gereret in Concilio Ephesino, nec ad Præsbyteros & populum Constantinopolitanum, in hæc verba scripsisset. *Nisi Nestorius ad terminum à Sanctissimo Cœlestino præfixum novis suis dogmatibus abstineat, scripto anathemate detestetur, quæ apud vos & locutus est, & libellis inseruit, sivè ut insereretur subornavit, nihil cum Sacerdotibus Dei habiturus commercii, sed omnia facturus est alienus.* Idem ad Joannem Patriarcham Antiochenum epist. 13. de præfato Nestorio, ita scribit. *Nestorius Romanorum quoque aures corripere se & occupare posse arbitratur. Scripsit enim enormia quædam congerens in epistolâ prolixâ ad Dominum meum pientissimum Romanæ Ecclesiæ Episcopum Cœlestinum, & scriptis suis hoc inseruit cõtra eos, qui à se diversa sentiunt, quod non horrescant, cùm Sanctam Virginem Deiparam esse dicunt. Deindè & quaterniones expositionum suarum misit, quibus lectis, qui in magnâ Româ pii reperiuntur Episcopulsis habitis confessibus reclamarunt disertè dicentem eum omninò periculosam renovare hæresim.*

IV. Fortè S. Joannes Chrysostomus pietate & doctrinâ nulli secundus sustinuit se æqualem cum Romanâ Sede omnium Ecclesiarum curam habere. Absit imò per factionem Theophili Alexandrini & 36. Episcoporum in exilium actus ad Innocentium Papam ita scribit. *Obsecro, ut scribas, quod hæc tam iniquè facta, & absentibus nobis & non declinantibus judicium non habeant robur, sicut neque sub naturâ suâ habent illi autem, qui iniquè egerunt pœnæ Ecclesiasticarũ legum subjaceant.* Quibus verbis S. Chrysostomus fatetur omnia facta Theophili & assectarum posse à Romano Pontifice irritari. Innocentius videns Theophilum ab Arcadio Augusto, & Eudoxiâ foveri, nec sanctum Chrysostomum in sedem restitui, his verbis scribit Arcadio, ut cum Georgio testatur Nicephorus lib. 13. cap. 34. *Vox sanguinis fratris mei Joannis clamat ad Deum adversùm te, ô Imperator.* Et post. *Quapropter ego minimus & peccator, cui thronus magni Apostoli concreditus est, separo te & illam* (scilicet Eudoxiam) *à participatione immaculatorum sacramentorum, & quemcumque Episcopum aut Clericum qui præsumpseris eâ vobis ministrare.* Idem Innocentius videns Arcadium cum suâ Eudoxiâ resipuisse, in calumniatores S. Chrysostomi justâ indignatione sævire rescripsit illi. *Confirmato animo accedite ad Dominica Symbola, jubete Joannis nomen sacris tabellis inscribi. Quæ enim adversùs Joannem gesta sunt à Theophilo, nos auctoritate freti Sancti Petri eximii Apostolorum Principis disensis causis docebimus ex animo sanguinario processisse.* Omitto hic Patriarchæ Antiocheni fidei professionem de primatu & curâ universali Sedis Romanæ factam anno 1552. quam ex autographo Syrico traduxit Andræas Masius Bruxellensis. Item epistolam Nestorianorum abjurantium hæresim Nestorianam ad Romanum Pontificem eodem Masio Interprete. Præterea professionem fidei, quam eodem Interprete Siud Patriarcha Romæ fecit.

V. Imò tanta fuit Sedis Romanæ auctoritas etiam apud hæreticos Præsules, ut (inquit Synodus Constantinopoli tanæactione 4.) *Animus deceptibilibus*

*deceptibilibus rationibus usus promisit se omnia facere quæcunque summus Pontifex magnæ Sedis Apostolicæ decerneret, & ad sanctissimos Patriarchas scripsit se sequi per omnia sedem Apostolicam* Hoc fraude usus est, ut hæreticos suspicione careret. *At* (inquit Synodus) *magno Deo non permittente talia usque in finem procedere, missus est huic regiæ urbi Agapetus Papa, qui statim ipsum de sede sibi non conveniente depulit, datâ veniâ his, qui talis rei participes, aut communicatores sunt. Nos igitur* (inquit Synodus) *sequentes ea, quæ à Beatissimo Papâ benè examinata sunt cognovimus omninò ipsum tanquam membrum inutile.* Vide acta Concilii Chalcedonensis, ubi a Legato Leonis Papæ Dioscorus Episcopus Alexandrinus omni Episcopali dignitate spoliatur, ac omni Sacerdotali ministerio abdicatur. Undè miror quomodò Marcus Antonius de Dominis in suâ elaboratissimâ Hierarchiâ Ecclesiasticâ asserat omnes Episcopos æqualem in solidum Ecclesiæ curam habere, cùm ipsi Patriarchæ etiam hæretici universalem Ecclesiæ curam penes solum Romanum Pontificem esse constanter affirmarint, hanc veritatem etiam aliquorum Episcoporum testimonio comprobemus.

VI. De Asiæ Episcopis testatur Irenæus apud Eusebium Eccles. Historiæ lib. 5. cap. 24. Sixtum Telesphorum, Higinum, Pium, Anicetum, licet non observarent festum Paschatis eo die, quo Episcopi Asiæ, tamen Episcopis illarũ Ecclesiarum *ad se accedentibus Eucharistiam misisse*, & cum illis pacem & concordiam perpetuò retinuisse. Quâ ex re id tantùm hoc in loco animadvertendum est Episcopos Asiaticos solitos accedere ad Romanos Pontifices. *Pacem habebant Pontifices Romani cum Episcopis, qui ex paræciis Asiæ ad se accesserunt.* Illo accessu testabantur Romanum Pontificem esse supremum gregis Dominici pastorem, à quo etiam Ecclesia Asiatica in rebus dubiis certum responsum & in certis confirmationem præstolabatur, ut patet in sancto Polycarpo, ad cujus notitiam cùm Pii decretum de celebratione Paschatis pervenisset, ex S. Irenæo lib. 5. cap. 24 apud Eusebium, aut ei obedire, aut Pontifici Romano satisfacere, & ob eam causam quamvis Asiæ totius primas esset, jam propè confectâ ætate Romam petiit, ut debitum Romano Pontifici Aniceto honorem exhiberet, ac obedientiam profiteretur. Idem præstitit Dionysius Corinthiorum Episcopus Soteri Papæ apud Eusebium lib. 4. cap. 22. vel secundùm Russinum cap. 23. Nec refert quod Eusebius lib. 5. cap. 24. scribat excommunicationem Ecclesiarum Asiæ à Victore papâ promulgatam. *Cæteris parum placuisse Episcopis, eosque Victorem acrius, acerbiusque coarguisse.* Hæc enim dissplicentia manifestat Romani Pontificis primatum. Si enim cæteri Episcopi æquale regimen habuerunt, cur omnibus ferè contradicentibus unius auctoritas prævaluit. Undè non tantùm apud Latinos, sed etiam apud Græcos pro hæreticis & Schismaticis habiti, & Quarta-decimani appellati sunt, quia decimâ quartâ die mensis Martii Pascha celebrassent contra ordinationẽ Sedis Romanæ, ut refert Tertullianus lib. de præscriptionibus adversus hæreticos. S. Augustinus hæresi 29. Theodoretus hæret. Fab. lib. 3. cap. ultim. S. Damascenus hæresi 50. Philastrius in Catalogo hæreseon, Concilium Antiochenum cap. 1. Laodicenum cap. 7.

VII. Quod Africani Episcopi regimen omnium Ecclesiarum sibi non competere existimarint patet ex S. Augustino contra Julianum Pelagianum lib. 1. cap. 2. contra epist. Parmeniani, lib. 1. cap. 5. epist. 162. epist. 106. epist. 157. contra epist. fundamenti cap. 4. lib. 2. contra Pelagium & Cœlestinum lib. 2. cap. 7. & 8. & alibi. Possidius Calamensis Episcopus in vitâ sancti Augustini cap. 17. Eugenius Carthaginensis Episcopus ex Victore lib. 2. cùm Hunnericus Wandalorum Catholicos Episcopos provocasset ad rationem suæ fidei reddendam, respondit. *Causam fidei communem esse, & ideò sine universitatis consensu non debere tractari. Se igitur scripturum fratribus suis, ut in Africam veniant, & præcipuè Ecclesiæ Romanæ*

*quæ caput est omnium Ecclesiarum.* Victor Carthaginensis Episcopus Theodoto papæ ita scribit. *Vestrum est Fratres jam tertiùm canonicâ discretione sollicitè contrarius Catholicæ fidei obviare.* Primates & Episcopi Africæ, Numidiæ, Byzancii, Mauritaniæ eundem Theodorum papam salutant. *Patrem Patrum, & summum omnium Præsulum Pontificem.* Adduntque. *Magnum & indeficientem omnibus Christianis fluenta redundantem apud Apostolicam Sedem consistere fontem nullus ambigere possit, de quo rivuli prodeunt affluenter, universum largissimè irrigantes Orbem Christianorum, &c.*

VIII. De Europeis Episcopis non est dubium S. Ambrosius Italus in cap. 3. ep. 1. ad Timoth. *Ecclesia* (inquit) *domus Dei dicitur cujus nodie rector est Damasus.* Idem epist. ad Syricium papam. Non dicit cujus rectores sunt Episcopi. S. Hieronymus tomo 2. epist 57. ad Damasum epist. 58. ad eundem. Sanctus Bonaventura lib. 4. sentent. dist. 25. quæst. 3. & 6. part. Breviloquii cap. 12. S. Thomas Aquinas opusc. contra errores Græcorum, quod Urbano IV. dedicavit, opusculo de Symbolo Apostolorum, lib. de regimine Principum ad Regem Cypri cap. 14. lib. 4. contra Gentiles cap. 76. Paulinus Aquileiensis Episcopus adversus Fœlicem Urgelitanum. *Elipandum* (inquit) *& Fœlicem à gremio Sanctæ Ecclesiæ censeo alienos, reservato per omnia jure privilegio Summi Pontificis & Patris nostri Adriani primæ Sedis beatissimi Papæ.* Maximus Taurinensis Episcopus hom. 2. in natali S. Laurentii, hæc de sancto Xisto Papâ effatur. *Xistum (cum Apostolicæ Sedis Sacerdotio fungeretur.) ante omnes summum Sacerdotem furor gentilis aggreditur, ut Ecclesiastica membra tam valido truncata capite, velut munimine præsidii cœlestis amoto cruentus persecutor invaderet.* Inter Germaniæ Præsules Bonifacius, qui postea Martyr occubuit in Frisiâ ex ordinatione Zachariæ papæ Herbipolensem, Bambergensem & Erptordiensem Episcopatus erexit. Albertus Magnus in illa verba Christi ad Petrum, *Et ego dabo tibi, &c.* & in illa Lucæ cap. 22. *Ego rogavi pro te,* Ex Gallia in Synodo apud Medardum habi à S. Hincmarus Archiepiscopus Rhemensis, *Ego Hincmarus Metropolis Ecclesiæ Rhemorum Episcopus, ego mihi judices, &c. Salvâ reverentia Apostolicæ Sedis, cui in omnibus causis debet reverentia exhiberi.* Infra. *Idem Hincmarus in conventu Principis & Synodi porrexit Epistolam totius Galliæ Episcoporum manibus subscriptam ad Apost. Sedem pro confirmatione ipsius ordinationis, quoniam Sedes Apostolica per Sergium Papam sæpè dictum Elbonem damnavit Episcopũ, &c.* Joannes Turpinus ejusdem Ecclesiæ Archiepiscopus in vita Caroli Magni cap. 19. *Inter Romæ Sedes Apostolica prima præponitur, quia eam Princeps Apostolorum Petrus prædicatione suâ, & proprio sanguine & sepultura dedicavit.* Idem docet Petrus Lombardus lib. 4. sent. dist. 24. Ex Hispanis pluribus videndus noster Guido Episcopus in summa de hæresibus primo errore Waldensium, Jacobus de Valentia in psalm. 106. summa Concil. Bartholomæi Carancæ Archiepiscopi Toletani Petrus Oxoniensis Palinodiam canit Compluti in hæc verba. *Consentio Sanctæ Matri Ecclesiæ Romanæ & Sedi Apostolicæ, et ore ac corde confiteor sacramenta Ecclesiæ, & illam fidem tenere, quam Dominus Xistus Papa modernus auctoritate Apostolicâ & Evangelicâ jenet.* Pro Bohemis & Ungaris sufficiat S. Adalbertus Pragensis Episcopus apud Cromerum lib. 3. de rebus Poloniæ, qui cum apud suos exhortationibus frequentibus nihil proficeret. *Romam primùm & deindè impetrato à Pontifice maximo commeatu in Vngariam profectus est.* Prutenisque prædicans Martyrii coronam consecutus est. In Austriâ Fredericus Nausea Episcopus Viennensis centuria prima homiliarum homil. 89. de sanctis. *Christo* (inquit) *visum est in Ecclesia varios esse gradus & ordines oportere, non modò Sacerdotes verùm etiam Episcopos, & Summum ipsum etiam Pontificem, & qui unus vice capitis toti præsideret Ecclesiæ, &c.* Infra. *D. Petrum & non minus Romanum Pontificem Petri successorem, & super omnes universi orbis*

Maximus

Frederic. Nausea.

Ecclesias

*Eccleſias primatem inſtitutum, totiuſq; Eccleſiæ eſſe caput, atque patrum patrem teſtatur unanimis tam Græcorum, quàm Latinorum Sacræ Scripturæ Interpretum & Patrum, imò quæque omnium orthodoxorum, qui ſpectatiſſimi ſunt, conſenſus.*

IX. Staniſlaus Hoſius Polonus Epiſcopus Warmienſis, ſcriptis, & re agnovit Romanum Pontificem ut Eccleſiæ univerſalis Paſtorem, ſcriptis quidem in Catholicæ fidei Chriſtianâ confeſſione cap. 26. & 28. lib. 2. cõtra Brentium. Re autem: nam in purpuratorum numerum aſſumptus eſt. Hoc argumentum claudant aliqui Prælules Angli, in primis S. Anſelmus Cantuarienſis Epiſcopus Wilelmo Abbati Hirſaugienſi apud Trithemium in Chronico. *Anſelmus dum pro defenſione juſtitiæ Eccleſiæ ſuæ ad Sedem Apoſtolicam pertexiſſet Wilelmum Abbatem Hirſaugienſem, quem pro confirmatione inſtitutæ libertatis Romam ſub Gregorio Papâ iviſſe jam diximus reperit.* Referique verba S. Epiſcopi ſcribentis excommunicationem latam in Henricum IV. juſtam eſſe. Reginaldus Polus Epiſcopus & Cardinalis quatuor libros pro unitatis Eccleſiaſticæ defenſione conſcripſit, ibique poſt ſtudioſam diſputationem de Petrâ ſuper quam Chriſtus ædificabit Eccleſiam ſuam, probat Hæreticos ignorare quid illis verbis ſignificetur, modò Chriſtum, modò fidei confeſſionem, modò Eccleſiam: docetque Chriſtum locutum eſſe de lapide uno qui tanquam caput reliquis membris proſpiceret. *Quaſi planè intelligi vellet multitudinem nullam poſſe ullo modo conſiſtere, niſi in uno aliquo firmaretur. Eaque magis decere illam multitudinem, quæ unitatis vinculo reliquos omnes ſuperaret, qualis futura erat Eccleſia, ad unius curam & ſolicitudinem reduci.* Infra. *Si omnes, quicunque in Eccleſia ſunt, oves Chriſti ſunt, cùm oves Chriſti Ioan. cap. 21. ſine ulla exceptione Petro committantur, nonne tota Eccleſia illius curæ & gubernationi ſine ulla exceptione attribuuntur? En Chriſti teſtamentum, en omnes ſuas opes, quas in hoc ſæculo reliquit, Petri curæ commendavit, en Dei filius Petrum unum, neque alium præterea tutorem relictum, poſt tot ſæcula oves Chriſti Petri & ejus ſucceſſorum cuſtodiæ commiſſas tam à ſucceſſore abigere hæretici ſtudent.* Plura ibi, & maximè lib. de ſummo Pontifice. Joannes Roſſenſis Epiſcopus articulo 25. contra Lutherum oſtendit unitatem Eccleſiæ ab unitate Sedis Romanæ pendere, de quâ fuſiſſimè diſſerit. Undè non immeritò Univerſitas Pariſienſis propoſitas Antonii de Dominis propoſitiones cenſuit eſſe hæreticas, ſchiſmaticas, ac unitatis Eccleſiæ ſubverſivas.

Pro quibus hæ rationes ſuffragantur: Prima, ſequetur ſingulos Epiſcopos jure divino habere plenam poteſtatem regendi in ſolidum Eccleſiam toto orbe diffuſam, quod repugnat praxi. Nec eſt quod dicat ſingulos regere Eccleſiam cum plenâ poteſtate quoad actum, non quoad habitum. Nam praxis etiam implicat, & ab ipſis Eccleſiæ incunabilis contrarium Eccleſiæ Orientalis & Occidentalis contenderunt. Secunda, Si ſinguli Epiſcopi non tantùm ex charitate, ſed etiam ex officio habent curam in ſolidum omnium & illis ſubvenire tenentur, cur Epiſcopi Lutherani, & Angli non ſuccurrunt Eccleſiis ac provinciis, quæ Turcico jugo ſubjectæ ſunt? inſtructioneque magis indigent, quàm Germania & Anglia ex mente Antonii de Dominis. Nam ex Evangelio *Bonus Paſtor ponit animam pro ovibus ſuis.* Joannis cap. 10. verſ. 11. ideſt Paſtor animarum ex officio tenetur & debet vitam ſuam temporalem diſcrimini exponere pro conſervandâ vitâ ſpirituali ſui gregis, ac fidelium ſibi commiſſorum. Verſ. 12. *Mercenarius autem & qui non eſt Paſtor, cujus non ſunt oves propriæ videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit, & lupus rapit & diſpergit oves, Mercenarius autem fugit, quia Mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ovibus.* Arabicus. *Et non habet curam de ovibus.* Vatablus. *Oves non ſunt illi curæ.* D. Auguſtinus. *Non eſt ei cura de ovibus.* Ideſt majorem diligentiam & curam habet de ſuis rebus quam de animabus fidelium ſibi ſubditorum. Tertia, Si quilibet Epiſcopus

X.

jure divino est universalis. Cur negant Hæretici Petrum & Romanos Pontifices eius successores esse universales? *Nullus* (inquit de Dominis lib. 4. cap 7. num. 22.) *in Ecclesia est Episcopus universalis.* Item. *Qui se dicit Episcopum universalem reliquis Episcopis nomen & honorem auferet.* Ecce quomodo gradus Episcopalis nec tantillus est, ut Sacerdotio non sit sublimior, nec tam sublimis, ut Romano Pontificatui æquipararetur. Tamen quantum conferat ad sanctificationem seu ædificationem Ecclesiæ iuxit Apostolus Paulus Ephesiis cap. 4. vers. 12. *Ad consummationem Sanctorum in opus ministerii in ædificationem Corporis Christi.* S. Hieronymus. *Ad instructionem & perfectionem sanctorum*, idest Ecclesiæ. *Nam* (inquit idem Hieronymus) *Si quis non ædificat Ecclesiam Christi, nec subjectam sibi plebem instruit, ut de subjecto populo Christi Ecclesia construatur, iste nec Apostolus, nec Propheta, nec Evangelista, nec Pastor, nec Magister est appellandus.* Cæterùm licet ex sancto Ambrosio, & Gregorio Nazianzeno prætatus gradus nullis possit cõparationibus adæquari, omniaque civilia regna & potestates antecellat, illum tamen aliquibus similitudinibus ex Scripturâ & Patribus depromptis delineabimus.

Ephes. 4. v. 12.

## CAPUT VIII.

### *Episcopo Angeli & Divini nomina conveniunt.*

1. CLemens Alexandrinus libr. 7. Stromatũ 18 initio docet Prophetas aliosque insigni pietate conspicuos, singulatemque cum Deo familiaritatem habentes Angeli nomen fortitos esse *In terrâ quidem* (inquit) *res est præstantissima homo qui est maximâ in Deum pietate. In cœlo autem res est præstantissima Angelus, qui loco proprius, & jam partus est æterna, & beata vitæ particeps.* Sic Tertullianus lib adversus Judæos cap 9. ait Moysem seu Josue fuisse Angelos. *Constat ipsum Dei filium Moysi esse locutum, & dixisse ad populum, ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, idest qui te custodiat in itinere, & introducat in terram, quam præpravi tibi, intende illi, & audi eum; & ne inobediens fueris ei. Non enim celavit te: quoniam nomen meum super illum est. Populum enim introducturus erat Iesus in terram promissionis, non Moyses. Angelum enim dixit eum ob magnitudinem virtutum quas erat editurus.* Aggæum Propheram Angelum appellatum legimus cap. 1. vers. 13. *Et dixit Aggæus nuntius Domini in Angelis Domini dicens, ego sum vobiscum dicit Dominus.* Pagninus. *Et dixit Aggæus legatus Domini in legatione Domini* Syrus. *Et Dixit Aggæus Angelus Domini in angelatione Domini.* Hebræus. *Dixit Aggæus Angelus Domini in Evangelio Domini*, Vel. *Nuntius in annuntiatione Domini.* Septuaginta. *Dixit Aggæus Dominus in Angelis Domini.* Malachiam etiam idem esse ac Angelum Domini testatur Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromat. S. Augustinus lib. 20. Civit. cap. 25. S. Chrysostomus oratione 2. contra Judæos, & homil. 13. in epist. ad Hebr. S. Elias etiam Angeli nomẽ meruit, quia licet fuerit homo *passibilis similis nobis* (ut ait Jacobus) tamen vitam Angelicam duxit, ac Angelicis virtutibus fuit præditus. Secundò, ab Angelis fuit salutatus ac pastus, teste Hidoro, dum adhuc in cunis ageret vel potius utero materno inclusus esset. Tertio, quia Angelicâ visione sæpè dignatus est. Quartò, quia fuit cibi parcissimi. Quinto, quia fuit purissimus ac castissimus, perpetuamque virginitatem coluit instar Angeli, juxta illud S. Athanasii libr. de Virginitate *Virginitas est Angelorũ vita.* Et sancti Augustini lib. de Virginitate cap 13. *Virginalis integritas Angelica portio est, & in carne corruptibili corruptionis perpetuæ meditatio.* Sextò, quia sicut *Angeli semper vident faciem Patris, qui in cœlis est.* Matthæi cap. 18. vers. 10. Sic sanctus Elias semper mente Deum habuit præsentem, lib. 3 Regum cap. 17. vers. 1. *Vivit Dominus in cuius conspectu sto.* Septimo, quemadmodum Angeli Deum

S Clem Alexan.

Tertul.

S. Athan

S. Aug.

Deum incessanter amant, laudant, venerantur, sic Elias Deum in omnibus invocat, &c. ut patet in resurrectione pueri Sareptani, vers. 20, in sacrificio, in Carmelo cap. 18. vers. 36. Octavò, sicut Angelus acceptam gratiam nunquam amisit, sic Elias ut doctissimè probat Ægidius Cammartus olim Generalis Minimorum lib. de gestis Eliæ cap. 3. sect. 16. in uteró materno fuit sanctificatus, atque à peccato originali purgatus, & consequenter donum sanctificationis in gratia accepit ex eodem Cammarto sect. 17. Nonò, sicut Angeli primum Christi adventum prænunciarunt, ut patet ex legatione Gabrielis ad Virginẽ, & apparitione Angelicâ factâ pastoribus in ortu Christi, sic Elias secundi adventus Christi præcursor futurus est, Malachiæ cap. 4. vers. 5. *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam antequam veniat dies Domini magnus & terribilis.* Decimò, sicut nomen Angeli non est naturæ spiritualis sed officii, ut docet S. Gregorius. Et Angelum esse idem est ac esse nuntium ac legatum: sic Elias fuit legatus ac nuntius Domini, ut patet ex ejus historiâ. Undecimò, quemadmodum ex Tertulliano lib. adversus Judæos cap. 9. *Non est novum Spiritui sancto Angelos appellare eos, quos ministros suæ virtutis Deus præfecit.* Elias verè Angelus censendus est, cùm divinæ potentiæ minister & arbiter fuerit, ut docet Ecclesiasticus cap. 48. vers. 2. & expresè S. Joannes Apocal. cap. 11. vers. 3. *Hi habent potestatem claudendi cælum nè pluat diebus prophetiæ ipsorũ, & potestatem habent super aquas, &c.* Undè Eucherius in lib. 3. meritò exclamat. *Magna vis prophetiæ dignitatis, humanus sermo est, divinus effectus, in terris homo loquitur, & imperio ejus cælestes obediunt potestates, &c.* Duodecimò, si Angeli superiores docent inferiores, homines purgant, illuminant, ac perficiunt: idem præstitit Elias, ut patet lib. 3. Regum cap. 18. & Joannes 44. lib. de instit. Monach. cap. 10. *Viri quippè timore Dei repleti cernentes Eliam ita verbo Domini tunc continere cælum quod pluviam non dabat super terram ad eum tanquam ad veri Dei custodem accedebant occultè in solitudine Carith, ut sub ejus doctrinâ in cultu veri Dei persistere possent & idololatriam, &c.* Idem in fine mundi præstabit Ecclesiasticus cap. 48. vers. 10 *Qui scriptus es in judiciis temporum, lenire iracundiam Domini conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Jacob.* Malachiæ cap. 4. vers. 6. *Et convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad Patres eorum.* Et Christus Matthæi cap. 17. vers. 10. *Elias quidem venturus est, & restituet omnia.* Denique si Angeli superiores à Deo immediatè illuminantur, Elias non alium Doctorem habuit quam ipsum Spiritum sanctum, undè ab ipso passim raptus dicitur, ut testatur Abdias lib. 3. Reg. cap. 18. vers. 12. *Cùm recesserò à te Spiritus Domini asportabit te in locum, quem ego ignoro.* Et filii Prophetarum lib. 4. Regum cap. 2. vers. 16. *Ecce cum servis tuis sunt quinquaginta viri fortes, qui possunt ire & quærere Dominum tuum, nè fortè tulerit eum Spiritus Domini, & projecerit eum in unum montium, aut in unam vallium.*

*3. Reg. 18. v. 12.*

*4. Reg. 2. v. 16.*

II. Episcopos esse Angelos docet sanctus Joannes Apocal. cap. 1. vers. 20. Primò quia instar Angelorum debent inter homines, imò inter bruta versari, sanctè, castè, & Angelicè vivere. S. Chrysostomus homil. 10. in epist. 1. ad Timoth. *Eum, qui regendos alios suscepit, tantâ decet gloriâ virtutis excellere, ut instar solis velut stellas suo fulgore obscuret.* Et infra. *Oportet Episcopum Angelum esse, nulli humanæ perturbationi, vitiovè subjectum.* Et in morali *Idcircò nos Dominus elegit, ut simus quasi luminaria, &c. ut veluti Angeli cum hominibus versemur in terris, tanquam viri cum infantibus pueris, quasi spirituales cum animalibus, ut ex nostro contubernio ingentia illi lucra conquirant.* S. Gregorius in pastorali. *Tantùm debet populi actionem actio transcendere Præsulis, quantùm distat à grege vita pastoris.* S. Hieronymus epist. 34. ad Heliodorum Episcopum. *In te omnium oculi diriguntur, domus tua & conversatio quasi in specula constituta magistra est publicæ disciplinæ. Quidquid feceris, id sibi omnes faciendũ putant*

Chrysost.

S. Greg.

*putant. Cave ne committas quod aut qui prohibere volunt, dignè lacerasse videantur, aut qui imitari, cogantur derelinquere.* Et epist. 43. *Tanta debet esse conversatio, & eruditio Pontificis, ut omnes motus, gressus & universa ejus opera notabilia sint, veritatem mente cõcipiat, & eam toto habitu resonet & ornatu, ut quidquid agit, quidquid loquitur doctrina sit populorum.*

III. Episcopi sunt Angeli, quia sunt cœlestes nuntii, & pro Christo legatione funguntur. Malachiæ cap. 2. vers. 7. *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore ejus, quia Angelus Domini exercituum est.* Septuaginta. *Angelus Domini omnipotentis est.* Tigurina. *Legatus enim est Domini exercituum.* Hinc S. Chrysostomus libr. 2. de sacerdotio, sacerdotis seu potiùs Episcopi dignitatem Angelicam ita expendit. *Aspicite sacerdotis dignitatem, agitur in terrâ sed officium cælestibus negotiis continetur. Non enim homo, non Angelus, non Archangelus, non aliqua alia creatura non spiritus, sed ipse Spiritus sanctus hoc munus instituit, atque adhuc manentes in carne ministerio fungi persistit Angelorum.* Apostolus Corinth. 2. epist. cap. 5. vers. 20. dicebat. *Pro Christo legatione fungimur.* Et Ephes. cap. 6. vers. 20. *Pro quo legatione fungor.* Sanctus Chrysostomus homil. 11. in 2. epist. ad Corinth. *Nos enim ipsius muneri successimus. Quod si hoc magnificentius aliquantò tibi dictum videtur, audi quæ sequuntur, ex quibus Apostolus perspicuum illud facit, quod non Christo duntaxat, sed Patri quoque in hac re vicariam operam navent.* Clarius ad intentum nostrum Theophilactus Archiepiscopus Bulgariæ in 2. epist. ad Corinth. *Pro Christo*, idest, *Christi locò legatione nos fungimur. Quodcumq; enim ille erat facturus, nos in præsenti exequendum suscepimus. Et quemadmodum hortabatur nos Deus, sic vos hoc tempore per nos ille hortetur, ut sibi conciliemini.* Et in epist. ad Ephesios. *Ad quos es nunc ipse delegatus? ad homines quidem, ut eos Deo conciliem.* Episcopos autem esse Pauli & aliorum Apostolorum successores supra diximus.

Malach. c. 2. v. 7.

Chrysost.

1. Cor. 5. vers. 20.

Ephes. 6. v. 20.

Chrysost.

Theoph.

IV. Episcopi Angeli nuncupantur, quia instar Angelorum suas oves purgant, illuminant, ac perficiunt. De purgatione loquens Christus ait, Matthæi cap. 5. vers. 13. *Vos estis sal terræ.* S. Hilarius. *Sal ignem & aquam in vinum continens, hoc est rebus præbet incorruptionem & saporem. Ita Apostoli sunt immortalitatis & incorruptionis satores, hanc enim conferunt iis, quibus eorum sermo aspersus est.* S. Hieronymus contra Luciferanos ostendit Episcopos esse sal mundi, seu fidelium. *Ut sal omnem cibum condit, ita mundi & Ecclesiæ totius condimentum est Episcopus, qui si infirmus fuerit per hæresim, libidinem, &c. à quo alio poterit condiri, cùm ipse fuerit omnium condimentum.* Quod Episcopus populum illuminet innuit Chromatius in cap. 6. Matthæi. *Episcopus est quasi oculus, Ecclesiæ corpus illuminans. Si ergò lumen quod in te est, ô Ecclesia, tenebræ sunt, tenebræ corporis quantæ erunt.* Theophilactus in cap. 3 epist. 1. ad Timoth. *Præsidem ac Principem, velut stellam & illuminationem decet esse, ut ad ipsum omnes defigentes oculos illustrentur, atque ducantur in viam rectam.* S. Gregorius part. 1. Pastor. cap. 3. per eosdem populum illustrans docet his verbis. *Sit Pastor operatione præcipuus, ut vita viam subditis vivendo denunciet, & grex qui pastoris vocem, moresq; sequitur, per exemplamelius quam per verba gradiatur. Illa vox libentius auditorum corda penetrat quam dicentis vita commendat.* Episcopo potius quàm Principi sæculari convenit illud Senecæ libr. de clementiâ cap. 8. *Tibi non magis quàm soli latere contingit, multa contra te lux est, omnium in istam conversi oculi sunt.* Episcopo magis quàm præfecto urbis potiùs convenit illud Cassiodori lib. 3. ad Argol. *Non patitur claritas illa cõmittere, quod possit mobilis turba nescire, locatus in medio ad cunctorum trahit aspectum, & totius vita judicium promulgat fama populorum.* Et lib. 11. epist. 6. *Latere non potest, quod intra cancellos egeris: tenes quippe lucidas fores, claustra patentia, & quamvis studiose claudas, necesse est, ut te cunctis aperias. Nam si foris steteris, meis emendatis*

Mat. 5. vers. 13.

Hieron.

Chrom.

Theoph.

Gregor.

Seneca.

*emendaris obtutibus, si intus ingrediaris observantium non potes declinare conspectus. Vide, quò te antiquitas voluerit collocari, undeque conspiceris, qui in illâ claritate versaris.* Undè multi Doctores docent Episcopis Angelum superioris ordinis esse assignatum ad Ecclesiam suam regendam ac illustrandam.

V. Quod si Angelorum est perficere; pertectionem Ecclesiæ adhibent Apostoli, juxta illud Apostoli ad Ephesios cap. 4. vers. 11. *Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, &c. ad consummationem sanctorum.* Quid per consummationem intelligit? Scio quoidam intelligere reparationem, restaurationem, & revocationem ad primævam sanctitatem. Ego verò inhæreo interpretationi S. Ambrosii, Theophilacti, Oecumenii, existimantium per consummationem intelligi completionẽ, perfectionem Sanctorum, quasi Deus instituerit Episcopos in Ecclesia ut fideles in Christo tum numero, tum meritis perficiantur per illos. Nam Ecclesia est domus Dei, est Christi ædificatio, pro cuius cõsummatione ac perfectione Episcopi allaborare debent. Undè meritò vocantur à S. Basilio ædificatores Templi Dei, regul. 80. cap. 15. *Tanquam ædificatores templi Dei, qui uniuscujusque animam ita cõcinnent ut fundamento Apostolorum & Prophetarum aptè congruat, secundùm gratiam Dei, quæ data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui, alius autem superædificat, &c.* Basilius. Sanctus Gregorius epist. 37. docet ædificium spirituale Ecclesiæ vix posse culmen pertingere, nisi Episcopus, quasi amussis & regula subditorum suorum sit, alioqui absque hujus amussis usu fabrica spiritualis corruet, ita enim loquitur de sancto Basilio. *A nullo alio mihi solatium capere posse videris, quàm à te ipso recordatione, quippe qui aliis quoque omnibus philosophiæ exemplum fueritis, ac velut amussis quædam spiritualis tam moderationis in rebus secundis, quàm tolerantiæ in adversis.* Gregor. Nazianz. Hugo Cardinalis explicans illa verba sancti Petri 1. epist. cap. 5. vers. 3. *Pascite qui in vobis est gregem, &c. forma facti gregis ex animo.* Aut per formam intelligi perfectionem, regulam, & exemplum: ita ut quemadmodum forma perficit materiam, sic Episcopus perficit Ecclesiam suam. *Sed forma facti gregis, idest perfectio: in hoc movet eos ad regulam & exemplum exterioris bonæ conversationis, &c. Notandum quod dicit forma, non utique substantialis, sed accidentalis & talis, separata à subjecto nihil est. Sic ergo Prælatus separatus à grege suo nihil est. Iob. c. 18. Habitent in tabernaculo ejus qui non est. Item forma dicit, ut ad ejus aspectum alii majores informentur, & concipiant fœtus similes, sicut ad virgas Iacob concipiebant oves, Genesis cap. 30. vers. 9. Sic fuerunt forma gregis antiqui Prælati Augustinus; & cæteri Confessores & Martyres, &c.* Quod populorum perfectio ac ædificatio ab Episcopis dependeat, innuit S. Laurentius Justinianus tract. de compunctione & complanctu Christianæ perfectionis. *Virtutibus universis expedit ut sint decorati, qui præsunt, quatenus sine abjectione eos liceat corrigere delinquentes. Oportet (inquis Doctor egregari) Episcopum irreprehensibilem esse, sobrium, prudentem, pudicum, ornatum, hospitalem, Doctorem, angelicam potius quam humanam debent habere conversationem populorum pastores, alioqui infrenabunt os suum, nè audeant loqui, non quod sibi libeat, sed quod ædificet illis, quærere congruit, &c.* S. Laur. Justin. Quibus verbis innuit Episcopos debere esse Angelos, non naturâ, sed vitâ & moribus, eorumque munus esse, ut populos ædificent ac perficiant.

VI. Accedit Petrus Blesensis epist. 25. S. R. E. Cardinali ac Apostolicæ Sedis Legato dolenter queritur sæpè indignos ad Episcopatus, aliasque dignitates promoveri, sivè eorum ætatẽ, sivè scientiam, sivè virtutem spectes. ostenditque eos Episcopatu donandos, qui possunt purgare, illuminare, ac perficere. *Tu igitur amantissime Pater, qui à latere Summi Pontificis missus es, ut legatione fungaris pro Christo, Surge in extirpationem execratissimæ pestis hujus. Ecce constituit te Dominus super gentes & regna ut evellas, & destruas, ut disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes.* Petrus Blesensis His, *evellas, destruas, disperdas*

*dissperdas, dissipes*, declarat eis officium purgare. Duobus ultimis, *ædifices & plantes*, significat illuminandi ac perficiendi munus ab eo exerceri debere. Quod officium fusius deducit. *Accendatur, & igneſcat Zelus tuæ auctoritatis adversus ambitionis malum. Dissipa & evelle plantationes iniquas. Ædifica & planta in Ecclesiâ Dei tales, quos humilitas, quos innocentia, quos vita probatior, & litteratura commendet, qui subjectos doceant, qui divites non palpent, pauperes non gravent, qui minas potentum non timeant, qui crimina corrigant & marsupia non emungant, quorum sermo sit doctrina, quorum conversatio sit justitia, quorum auctoritas sit non in habitu, non in fastu, sed in eruditione & defensione fidei, quorum vita sit publicè commendabilis, quorum memoria in benedictione: ad tuum & collegæ tui ingressum quæso lætetur Ecclesia Christi, ut à Simoniacis & ambitiosis oppressa sub vestrâ consolatione respiret. Congaudeant Clerici, & exultent populi, se hodie in vobis suscepisse cives Apostolorum & domesticos Dei portantes facem, & illuminantes patriam, nobis & aliis vitæ æternæ possentes præmia, &c.*

VII. Synesius epist. 105. appellat Episcopum non Angelum, sed hominem divinum. *Episcopum divinum esse hominem oportet, ut potè qui ab omni ludo pereque, ac Deus ipse alienus & inexorabilis esse debeat.* Ideſt, quemadmodum Deus est incorporeus à curis, ludis, ac nugis omninò abstractus. Sic Episcopus debet habere mentem ab amore & studio rerum terrenarum omninò defœcatum, & sicut domum sanctimonia incolit, Psalm. 92. vers. 5. *Domum tuam decet sanctitudo Domine, in longitudine dierum.* Sic Episcopalem domum sanctitas incolere debet. Petrus Blesensis epist. 15. Domum cujusdam Comitis in Episcopum Carnotensem electi ita instruit. *Ad honorem vocavit te propter onera, non ad multiplicandũ numerum familiæ aut equorum, non ad dandas parentibus dignitates, sed ad dandam scientiam salutis plebi ejus. Majus gaudium Deo & Angelis ejus si convertatur peccator à via sua mala Prælati officio, quàm si per ejus industriam pompa Episcopalis eminentiæ in evectionibus & familiis augeatur. Si te illius discipulum profiteris, qui venit ministrare non ministrari, sic ministrabis pauperibus, ut non vituperetur ministerium tuum, ut patrimoniũ Christi, & pauperum ejus, quod tibi commissum est in egentium necessitates, non in usus extraordinarios expendatur, &c. Electus es in Episcopum à Christo ut ei fungaris sacerdotio, ut reddas populum acceptabilem Domino, sectatorem bonorum operum, ipsum verbo instruens & exemplo, propter quod omni antiquâ vanitate depositâ studeas moribus implere Pontificem, & sancto sanctorum devotæ servitutis impendas officium, induas sanctitatem: sis quæso cõpositus ad mores, fervidus in dilectione, mansuetus in societate, stabilis in promisso, fortis ad patientiam, prõnus ad concordiam, rigidus ad censuram. Sis in judiciis rectus, in loquendo modestus, in jubendo discretus, in dispensatione industrius, in agendo strenuus, in auxiliando sollicitus, in consiliis fidus, in responsionibus circumspectus. Exhibe te majoribus devotum, minoribus blandũ, æqualibus mansuetum, rigidum superbis, benignum humilibus, misericordem pœnitentibus, inflexibilem obstinatis. Exhibe te Ioannem incestuosis, Apostatis, fornicantibus Phineem, Etiam idololatris, mentientibus Petrum, blasphemantibus Paulum, negotiantibus Christum. Quantò est celebrior titulus tuæ nobilitatis, tantò glorioſius tibi cedit ad cumulum laudis, si alios in Christi ministerio superas sanctitate, quos generositate transcendis. In Episcopali conditione nihil est medium: vel secularis erit tua conversatio & probrosa, vel sancta, & tam apud Deum, quàm homines gloriosa. Nihil est, quod adeò vitam hominis obtenebret aut illustret, sicut Pontificalis auctoritas, citò fit vel bonus ordo, vel rumor in populo.* Quod in domo Episcopali non tantùm sanctimoniâ Præsulis relucere debeat, sed etiam domesticorum. Audi Sanctum Bernardum lib. 4 de considerat. cap. 1. & 2. *Clerum illum ordinatissimum esse decet, ex quo præcipuè in omnem Ecclesiam Cleri forma processit, &c. Interest gloriæ sanctitatis tuæ, ut quos præ oculis*

Synesius

Bernard.

*oculis habes, ita ordinati, ita sint formati, quatenus totius honestatis & ordinis ipsi speculum, ipsi sint forma. Inveniantur præcæteris oportet expediti ad officia, idonei ad sacramenta, ad plebes erudiendas solliciti, circumspecti ad se custodiendos in omni castitate, &c. Sint compositi ad mores, probati ad sanctimoniam, parati ad obedientiam, mansueti ad patientiam, subjecti ad disciplinam, rigidi ad censuram, Catholici ad fidem, fideles ad dispensationem, concordes ad pacem, conformes ad unitatem. Qui sint in judicio recti, in consilio providi, in jubendo discreti, in disponendo industrii, in agendo strenui, in loquendo modesti, in adversitate securi, in prosperitate devoti, in zelo sobrii, in misericordia non remissi, in otio non otiosi, in hospitio non dissoluti, in convivio non effusi, in cura rei familiaris non anxii, aliena non cupidi, sua non prodigi, ubique & in omnibus circumspecti, &c. qui missi post aurum non abeant, sed Christum sequantur, qui regibus Ioannem exhibeant, Ægyptiis Mosem, fornicantibus Phinees, Eliam idololatris, Eliseum avaris, &c.*

## CAPUT IX.

### *Episcopalis Gradus Partitio.*

I. Ioan. 44.

IOannes 44. Patriarcha Jerosolymitanus scribit libr. de institut. Monach. cap. 23. de S. Eliâ; quòd *Legitimè administratâ religione per eum institutâ agnovit Elias per divinam revelationem, quod Deus volebat eum ab hoc mundo elevare per turbinem ignis in Paradisum voluptatis. Pergens ergo ad locum, undè assumendus erat in cælum, profectus est cum Eliseo ejus discipulo ad Iordanem, quem Elias pallio suo involuto percussit, & divisa tunc fuerunt aqua Iordanis in duas partes cedentes illis viris Dei, qui transierunt per alveum siccum fluminis, &c. priusquam autem Elias ab hoc mundo transferretur in Paradisum voluptatis, fuit ei cura imminente translatione Monachos discipulos suos filios Prophetarum sigillatim visitare, & de Patre idoneo eis providere, qui eos omnes generaliter ejus loco regeret, & gubernaret. Propter quod descendentes ipse & Eliseus de monte Carmelo, venerunt ambo in Galgala, dein in Bethel, & inde in Iericho.* Cornelius, Salianus, & alii ex hoc colligunt tunc fuisse Collegia in Carmelo, in Galgalis, Bethel, &c. ab Eliâ & aliis instituta, quæ Elias ante raptum suum visitavit, alumnosque suos in verâ fide, asperoque vitæ Eremiticæ instituto confirmavit ultimâque salutis ac perfectionis monita dedit, ac Eliseum suum successorem, utpotè suo spiritu plenum instituit, talemque promulgavit. Joannes 44 hanc donationem ac creationem ita describit. *Et in hujus rei signum tunc suum insignem religionis habitum, relinquens eis pallium suum dum ferebatur in cælum.* Omitto nunc explicationem anagogicam ac moralem ascensus ac pallii Eliani. Dico tamen collegia filiorum prophetarum constructa in Galgala, in Bethel, in Jericho, in Carmelo, &c. quæ cap. 24. Joannes Patriarcha vocat cuneos Prophetarum. *Sollicitus fuit Eliseus cuneos Monachorum filiorum Prophetarum sigillatim visitare.* Quasi diceret quemadmodum secundùm Aristotelem lib. 1. Polit. cap. 1. & 2. quælibet Universitas & Civitas uni Præfecto subjicitur. Ecclesia triumphans in varios Angelorum ordines distincta est, Academia in varia collegia, acies in varias cohortes & cuneos. Sic ordo ab Eliâ Prophetâ institutus variis collegiis ac diversis cuneis constat, seu potius spiritualis œconomia; ac spiritualis Monarchia varias Diœceses habet, quarum Præfecti nuncupantur.

Joannes Patriarc.

II. S. Isidor.

S. Isidorus lib. 7. etymol. cap. 12. differens, non de ordine Episcopali (qui unus tantùm est ex Anacleto papâ epist. 3. in cap. 3. in vers. *Episcoporum verò*, & aliis) sed de gradu, hunc ita distinguit. *Ordo Episcoporum quadripartitus est, ideſt, in Patriarchis, Archiepiscopis Metropolitanis, atque Episcopis.* Alphonsus, Alvarez, Guerrez in speculo juris Pontificis cap. 8. Petrus Gregorius Syntagm. juris libr. 15. cap. 2. n. 8. Mauritius de Alzedo de præexcellentiâ Episcopalis dignitatis part. 1. cap. 8. num. 1. gradum

Episcopalem distribuunt in quatuor classes, in primâ est Romanus Pontifex; in secundâ Primates, & Patriarchæ; in tertiâ Archiepiscopi; in quartâ Episcopi, Corepiscopi. De OEcumenico Episcopatu Romani Pontificis latis fusè tractat. supra, & tomo 1. & 2.

III. Patriarchæ seu Primates licet nomine differant, tamen idem sunt, ut probat textus in cap. 1. & 2. dist. 99. & in cap. *duo sunt*, de offic. ordin. Glossa in cap. *coram*, de integr. restit. Castan. in catal. part. 4. consider. 9. in prin. Joannes Paulus, Lancellottus. Aliquam tamen distinctionem inter Primates & Patriarchas suggerunt Hieronymus Gonzalez ad reg. 8. cancell. Gloss. 41. num. 12. & Textus in cap. *antiqua* de privileg. quod omnes Primates non sint verè Patriarchæ, nec idem habeant officium & auctoritatem. Nam quatuor tantùm sunt principales Patriarchæ, Antiochenus, Constantinopolitanus. Alexandrinus, Hierotolymitanus. Gonzales supra. At Primates seu Patriarchæ minus principales sunt in Italiâ, Aquilienſis; in Galliâ Bituricensis & Lugdunensis; in Hispaniâ Toletanus; in Lusitaniâ Bracharensis; in Angliâ Cãtuarienſis; Venetus Gradensis, seu potius Venetiarũ, ex Urbano II. in cap. *erubescant*, 32. dist. Cœlestino 3. in cap. *ex litteris*, de offic. deleg. Hieronymus Gigas in tract. de residentiâ Episcopõrum cap. 18. num. 12. Dionysius Paulus de verâ quatuor Patriarchalium sedium erect. cap. 12. Gonzales citatus num. 13. Boverius censura parænet. part. 2. cap. 10. Sebastianus Cæsar in select. de Eccles. Hierarchiâ disput. 4. §. 1. num. 2. Azorius tomo 2. part. 2, lib. 3 cap. 35. quæst. 2. notant Textus in cap. *Cleros*, vers. *Patriarcha*, 21. dist. Gonzales citatus num. 11. Modern. de sacrâ Episc. auctoritate cap. 9 §. 6. Sigismundus Scaccia de appel. quæst. 8. Petrus Andræas Gambara tractat. de legat. lib. 2. num. 11. Petrus Gregorius syntag. juris lib. 15. cap. 2. numer. 11. Paulus Fuschus de visit. lib. 1. cap. 1. Lælius Zechius de Republicâ Eccles. tit. de statu Reverendiss. Patr. num. 1. Jacobus Hermondus adversus Salmach. hæreticum lib. 2. cap. 6. & 7. Zacharias Boverius in censurâ parænn. part. 2. lib. 3. cap. 10. Antonius Augustinus in epist. veteris juris Pontif. tom. 1. lib. 2. de Patriarchis, & Primatibus, Patriarchas post summum Pontificem secundum locum tenere, quia sunt Patres Patrum, seu Principes Episcoporum.

IV. Patriarchas sequuntur Archiepiscopi, sic dicti, quia secundùm Isidorum cap. *Clerus*, vers. *Archiepiscopus*, 21. distin. Azorium citatum cap. 33. Homobonum de Bonis de statibus humanæ vitæ part. 1. cap. 6. Sebastianum Cæsar in relectione de Ecclesiasticâ Hierarch. part. 1. disput. 5. §. 1. Layman de Prælat. Eccles. electione cap. 14. quæst. 151. Michaelem Ferrum de præced. & Prælat. Eccles. quæst. 4. num. 1. Archiepiscopus præsidet uni provinciæ, quæ multas complectitur civitates, quarum singuli sunt Episcopi: sic Archiepiscopatus Colonienſis habet sub se Episcopatum Leodiensem, Monasteriensem, Mindensem, Osnaburgensem. Alii Archiepiscopum vocant Metropolitanum ex textu in cap. *Pastoralis*, in princip. de offic. ordin. & in extravag. *Salvator*. de præbend. Non quod Metropolitana civitas sit, ut putant Covarruvias pract. cap. 19. num. 2. Stephanus Forcatulus dialog. 61. num. 4. Dionysius Paulus de verâ 4. Patriarch. sedium erectione cap. 1. n. 25 Gambara de offic. Legati de latere lib 2 tit. de vãriis ordinariorũ nom. n. 34. Sed quia Metropolitana Ecclesia Colonienſis est grandioris honoris & tituli, quam suffraganea, quæ est sub jurisdictione, potestate, subiectione Archiepiscopi Metropolitani. Ita Imola, Franciscus Zabarella in Clement. Archiepiscopo de Privileg. Cæterùm etsi Michael Ferrus, Gregorius, Dionysius Paulus citati, Monetæ de conservat. cap. 5. Rabanus Maurus de instit. Cleric. lib. 1. cap. 5. Panormitanus de officio & potestate Capituli Sede vacante prælud. 6. num. 14. Gomez in reperit. cap 1. num. 20. de constit. in 6. expressè doceant Metropolitanum idem esse ac Archiepiscopum; tamen Homobonus citatus, Azorius lib. citat.

cap. 33.

cap. 33. quæst. 1. aiunt esse aliquos Archiepiscopatus, qui nullos sibi subjectos Episcopos habent, ut Archiepiscopus Rossanensis, teste Auctore libri, qui dicitur provinciale omnium Ecclesiarum. Ex quibus patet, quod sicut Primas est Archiepiscopo superior, non ordinis potestate sed jurisdictione, ita Archiepiscopus est Episcopo superior jurisdictione, non ordine. Nam quoad Sacramenta & reliqua, quæ sunt potestatis ordinis, nihil habet amplius Archiepiscopus, quàm Episcopus (inquit Azorius citatus quæst. 6.)

V. Quartum locum possident Episcopi Præsbyteris superiores (ut supra dictum est) quorum varia nomina supra retulimus, & plura alia videri possunt apud Barbosam de officio & potestate Episcopi part. 1. tit. 1. cap. 6. num. 14. seu potius apud Concilium Aquisgranense II. sub Ludovico Pio part. 4. cap. 5. Parisiense lib. 1. cap. 4. & lib 3. cap 9. Porrò Episcopi sunt instituti, & singulis singulæ Diœceses assignatæ ut subditis studiosius invigilent. Sicut autem omnes mundi Ecclesiæ uni Romano Pontifici subsunt, plures provinciæ & Archiepiscopi suo Primati; plures Episcopi suo Archiepiscopo; ita plures Parochi suo subsunt Episcopo. Et hæc subordinatio plurimùm confert ad laudem Dei, & Ecclesiæ ædificationem, ut innuit Concilium Tridentinum sess. 14. de reformatione cap. 9. *Et quia* (inquit) *jure optimo distincta fuerunt Diœceses & Parochiæ, ac unicuique gregi propriis attributi Pastores, & inferiorum Ecclesiarũ Rectores, qui suarum quisque ovium curam habeant, ut ordo Ecclesiasticus non confundatur, aut una & eadem Ecclesia duarum quodammodo Diœcesim fiat; non sine gravi eorum incommodo, qui illi subditi fuerint.* Contule Valerianum Reginaldum in praxi fori pœnitent. lib. 3. tract. 30. num. 302. Joannem Aloysium Riccium, Hieronymum Rodericum, Sanchez, Paulum Fuscum de visit. Thomam Zerola § 8. Nicolaum Garcia, & alios apud Henriquez citatum libr. 10. cap. 32. Quid dicendum sit de Episcopis titularibus, qui solum titulum Ecclesiarum habent, sed carent grege, & Clero Christiano, ac facultatibus; vide Barbosam de officio & potestate Episcopi part. 1. tit. 1. cap. 6. Et quare hodie ejusmodi Episcopatus conferuntur num. 16. Cur ejusmodi titulares Episcopi crebrò assignantur ut Coadjutores Episcopis infirmis, senibus, vel aliâ simili ratione impeditis, n. 17. Quid etiam de Chorepiscopis dicendum sit, vide Alzedo citatum part. 1. cap. 3. num. 47. Petrum Soto, Petrum Gregorium, Illescum in histor. pontif. Istos omnes gradus quoad ordinis potestatem jure divino institutos est indubitatũ, tamen quoad gradus Prælationum & dignitatũ, an jure divino vel humano controversia est. Illos ad jus divinum referunt Albertus Pighius de Ecclesiasticâ Hierarchiâ lib. 3. cap. 1, Henriquez supra lib. 10. cap. 30. Duenas reg. 72. limit. 2. Quibus favet Textus juris in cap. 1. dist. 99, & aliis quæ tradit Pighius de diversitate ministrorum in Ecclesiâ Dei, & refertur in cap. *cùm ex injuncto*, de hæreticis. Sed Franciscus Bursatus consil. 125. num. 45. Onuphrius Panuinus de primatu Petri, Suarez tomo 4. disput. 25. sect. 1. Probabilius censent præfatarum prælationum gradus ex Ecclesiæ institutione & humano jure esse, & probant ex cap. *in illis*, cap. *nulli*, 99. dist. ubi institutio Primatuum refunditur in Apostolos & eorum successores. Certum enim est omnem potestatem regiminis seu jurisdictionis immediatè procedere ab Ecclesiâ, saltem quoad modum, & à Romano Pontifice pendere quoad distributionem inter singulos inferiores. Quamvis igitur isti Prælati quoad ordinem Episcopalem sint unius juris divini, tamen quoad potestatẽ jurisdictionis seu regiminis, per quam distinguuntur sunt juris humani Quod ejusmodi Primates secundum diversos respectus sint juris divini & Ecclesiastici; juris divini quoad Episcopatus ordinem, Ecclesiastici quoad prælationem, patet ex decimis, quæ secundùm Covarruviam lib. 1. var. cap. 17. num. 2. Theologos apud Gutier. can. libr. 1. cap. 21. num. 9. quæ respectu congruæ sustentationis

tationis debentur iure divino respectu quotæ dependent à consuetudine. Pro quibus videndus etiam Malderus de justitiâ & religione tract. 10. tit. de decimis, dub. 2. Moneta de decimis cap. 1. Antonius Fernandez in examinatione Theologiæ moralis part. 1. ad 7. præceptum Decalogi, Thomas Zerola in praxi Episc. part. 1. Breviter concludo quoad præcedentiam inter Episcopos quod licet Cæremoniale Romanum statuat observandum lib. 1. cap. 31. §. in sessione ordinem prioritatis, ordinationis, seu consecrationis, ita ut qui primus consecratus est, licet pauperem Diœcesim habeat, debeat præcedere alium consecratione posteriorem, licet polleat majore jurisdictione, uberiores fructus percipiat cap. *legimus*, 93. dist. cap. *sicut*, 96 dist. Vel sit Consiliarius Regis ita Aloysius Riccius in praxi resol. 203. num. 3. Vincentius de Franciis decis. 138. num. 5. Campan in diversis juris canon. rub. 12. num. 11. Ferrus citatus quæst. 27. num. 10. Fœlix, Conteralius de præcedentiâ num. 20. Tamen si Episcopus posterior consecratione sit in suâ Diœcesi, debet in omnibus actionibus, quas ibi exercet, reliquos Episcopos consecratione priores imò Archiepiscopos præcedere, ut innuit Cæremoniale Rom. lib. 1. cap. 23. ordinans ut in Vesperis & Missa solemni Episcopus proprius thurificetur ante Archiepiscopum & Episcopos hospites. Ratio est, quia quilibet in suo territorio major est altero, Glossa verbo *potest*, in l. apud ff. de manumiss. Ferrus citatus quæst. 4. num. 6. Boertius tract. de auctoritat. magni Consilii num. 54. num. 6. Berfold. differt. de præced. cap. 3. num. 5. Notat Ferrus quæst. 27. num. 7. Acunna in cap. 7. num. 1. dist. 18. Quod si Episcopus Titularis & Clero carens, prior tamen consecratione concurrat cum alio qui sit junior consecratione, sed habeat populum & clerum, debet huic postponi, nisi fortè præter Episcopatum sit Doctor, virtutis clarus, nobilis, vel majori Archiepiscopo & Patriarchæ subditus; vel secundùm Menochium consil. 126. num. 14. Episcopus *Titularis antiquior* habeat officium in Curiâ Romanâ.

TRACTA-

# TRACTATVS SECVNDVS DE POTESTATE EPISCOPORUM.

## PROLOGUS.

ELIÆ ſpiritus tam potens eſt, tam varios, tam portentoſos ac inauditos effectus produxit, ut Doctores ac Interpretes inter ſe non conveniant in eo explicando, & qualiter in Eliseo fuit completus juxta illud Eccleſiaſtici cap. 48. verſ. 14. *Elias in turbine tectus eſt, & in Eliseo completus eſt ſpiritus ejus*, vel dupicatus eſt, juxta illud lib. 4. Regum cap. 2. verſ. 9. *Obſecro, ut fiat in me duplex ſpiritus tuus.* S. Proſper lib. 2. de prædeſtin. & promiſſ. cap. 30. *Volo ut ſpiritus, qui in te eſt, duplum in me ſit.* Pagninus. *Fiat menſura duarum partium de ſpiritu tuo ſuper me.* Cornelius. *Oro ut tuus ſpiritus multiplex, validus & eximius in me derivetur, ut te abeunte ego quaſi filius tibi in ſpiritu tuo eximio, quaſi in hæreditate ſpirituali ſuccedam, eodemq; zelo, quo tu cultum veri Dei contra Baalitas propugnem.* Ita tanta eſt Epiſcoporum non tantùm dignitas; ſed etiam auctoritas, ut in eâ explicandâ Doctores potiùs deficiant, quàm excedant. Nos quæ ſcitu magis neceſſaria ſunt de poteſtate eorum proferemus.

Eccl. 48. v. 14.

4. Reg. 2. v. 9.

## CAPUT PRIMUM.

### *De Poteſtate Patriarcharum.*

1. SUppono primò ex dictis tomo 1. & 2. & hoc 4. Romanam Sedem primatum obtinere ſuper univerſas orbis Sedes ac Eccleſias, & ex ſingulari ejus beneficio & Conciliorū auctoritate Patriarchales Sedes prærogativas & privilegia ſpecialia præ aliis ſivè Primatibus, ſivè Epiſcopis obtinere: ut probat ep. 52. Anacletus & apud Gratianum in cap. *Privilegia* 1. 25. quæſt. 2. Secundò, quia in Romano Pontifice reconditi ſunt omnes theſauri dignitatum præcipuè Eccleſiaſticarum, ut ex Baldo & Barbatiâ, Quintilianus Mandoſius in reg. 6. cancel. de reſign. quæſt. 3. num. 2. quia ſecundùm Antherum Papam epiſt. ad Epiſcopos Bethicæ, quæ refertur in cap. *mutationes*, 7. quæſt. 2. & à Dionyſio Paulo cap. 10. num. 80. Solus Romanus Pōtifex poteſt Prælatos mutare & inthronizare.

II. Primum igitur dignitatis Patriarchalis privilegium eſt, quod in ſignum plenitudinis officii Pontificalis Patriarchæ acciplunt à Romano Pontifice pallium ut conſtat ex cap. *antiqua*, 23. de privileg. Abbate in rubricâ de authoritate, & uſu pallii num. 2. Azorio inſtitut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 34. quæſt. 4. Sebaſtiano Cæſarino in tract. de Eccleſ. Hierarch. part 1. Petro Gregorio Syntagm. juris part. 2. Lancellotto Conrad. in templo omnium judicum lib. 2. cap. 3. & 4. per totum. Gambara de officio & poteſt. Legati de latere lib. 2. tit. de variis ordinandorum nominat num. 21. Chriſtophoro Marcello in Cærem. Rom. lib. 1. cap. 8. per totum. Nec refert, quod Romanus Pontifex poſſit univerſaliter dare pallium, ut patet ex Textu cap. *nili*, de auctoritate & uſu pallii, cùm ſit inſigne plenitudinis poteſtatis,

testatis ex cap. *ad honorem*, & cap. *antiqua*, quæ plenitudo potestatis dari potest ab Apostolicâ Sede, & Petri successore, ut capite Ecclesiæ, à quo emanat omnis jurisdictio Ecclesiastica ex cap. *in novo*, 21. distinct. Respondet Azorius supra olim subjectos Patriarchis Antiocheno, Constantinopolitano, Alexandrino, & Hierosolymitano petiisse pallium à suis Patriarchis. Respondeo secundò tunc à Patriarchis pallium collatum fuisse Archiepiscopis auctoritate à Romano Pontifice concessâ. Plura de pallii etymologiâ & usu, vide apud Durandum in rationali divinorum officior. lib. 3. cap. 17. Petrum Greg. Syntag. juris lib. 15. Stephanum Durantum de ritibus Ecclesiæ, Henriquez in summa, Azorium, Polydorum Virgilium de inventoribus rerum libr. 12. cap. 12. Conradum Brunum de cæremoniis lib. 13. cap. 4. Lælium Zechium de republicâ Ecclesiasticâ tit. de statu illustr. Patriarcharum; Guidonem Pancirolam in thesauro variarum lectionum lib. 1. Hoc solùm notandum quod pallium sit vestis candida ex lanâ albâ contextâ, habens circulum humeros constringens, id patet in pallio S. Eliæ, quod ascendens dimisit discipulo suo Eliseo libr. 4. Regum cap. 2. vers. 13. *Et levavit pallium Eliæ quod ceciderat ei.* Septuaginta. *Et sustulit melotem, quæ ceciderat super eum*, ideſt vestem factam ex pelle ovinâ. Nam μῆλον Græcè vocatur ovis, & μηλωτὴ seu melota, ideſt ac pellis ovina, seu exuvium detractum ex corpore ovis unà cum lanâ. Hinc Ochozias filius Achab, inquirens à nuntiis suis cujus figuræ & habitus foret Elias, dixerunt cap. 1. vers. 8. *Vir pilosus & zonâ pelliceâ accinctus renibus.* Dicitur pilosus, non tam à barbâ & comâ, quàm à melote, & veste pilosâ & hirsutâ. Joannes 44. lib. de institut. Monach. cap. 40. de hac melote ita loquitur. *Hoc habitu operuit Elias vultum suum, lib. 3. Regum cap. 19. vers. 13. Cùm in monte Oreb transiret Deus ante eum, hoc quoque pallium misit ipse super Eliseum, quando accepit eum in discipulum.* Huius antiquitatem altius repetit ibidem. *Hoc pallium Elias Propheta Eliseo dimisit, dum ab eo in paradisum voluptatis ascendit. Docuit autem per hoc Elias Monachos hanc religionem profitentes debere pallio superveſtiri albo quemadmodum eos albis indutos Dominus præostendit Sabachæ patri Eliæ, ante quippè filii sui Eliæ nativitatem vidit Sabacha in somnis viros candidatos, qui ipsum salutabant. Quæ visio illi præsignavit quales ejus filius Elias imitatores suæ vitæ Monasticæ habituros esse, &c.* Sic tanta est antiquitas pallii Patriarchalis & Archiepiscopalis, ut Auctor vetus rituum Ecclesiasticorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ post Maximum Episcopum, & Eusebium Cæsariensem referat in tempora Apostolorū. Sanctus Gregorius frequenter mentionem pallii facit, ut lib. 1. epist 30. 39. lib. 6. epist. 23, lib. 7. epist. 156. lib. 4. epist. 14. 15. 54. libr. 12. epist. 42. lib. 7. epist. 112. 129. Vide Rabanum, Alcuinum, Innocentium, & maximè Rupertum libr. 1. de divinis officiis cap. 27. ubi scribit quod S. Maternus missus à S. Petro reliquerit Trevirensi Ecclesiæ, seu successoribus suis pallii hæreditatē. Quod si pallium album nostri Ordinis dicitur habitus Eliæ. Sic cap. *significasti*, de electione, pallium Patriarchale, seu Archiepiscopale dicitur à corpore Petri assumi, seu cōferri ex corpore B. Petri assumptū. Quia ex glossa cap. *significasti*, super altare, ubi corpus B. Petri sepultum jacet, auctoritate Romani Pontificis consecratur & sumptum ex illo altari mittitur ad Archiepiscopos vel potius ex Auctore rituum Ecclesiasticorum lib. 1. tit. 10. cap. 5. *Quia pallia confecta ad Basilicam Principis Apostolorum deferuntur, & ponuntur per Canonicos super corpora Petri & Pauli Apostolorum sub altari majore, ubi facilius vigilus illa per noctem dimittunt, deindè restituunt Subdiaconis, qui ea in loco honesto, & commodo conservant.* Quemadmodum S. Elias pallium suum non dimisit omnibus promiscuè, sed Eliseo instanter postulanti duplicem suum spiritum. Sic ex cap. *Priscæ*, distin. 100. pallium non dat Pontifex nisi enixè petenti. S. Elias respondit Eliseo postulanti. *Rem difficilem postulasti, attamen si videris me quando tollar*

Auctor tit. Eccl.

*A te*

l. 4. Reg. 2. v. 13.

c. 1. v. 8.

Ioann. 44

l. 3. Reg. 18. v. 12. vers. 19.

l. 4. Re 2. v. 1.

*à te, erit tibi quod petisti, si autem non*
Dionys. *videris, non erit.* Ubi Dionysius. *Incessabilis & diligentissima illa directio oculorum Elisei ad Eliam fuit effectus & signum suæ devotionis ad Eliam: imò magis ad Deum, ideò illum intuitum cõtinuando ex tali radice capacem se præbuit gratiæ tantæ, à quo intuitu si terpuisset, detrimentum hujus gratiæ sustinuisset.* Sic Archiepiscopus postulans pallium jurejurando promittere debet Romano Pontifici perpetuum obsequium, observantiam, ac obedientiam, dist. 100. cap. *optatum*, ac polliceri se servaturum fidem Catholicam, Romanæ Ecclesiæ unitatem, pacem & concordiam, cap. *significasti* de elect. Quod si aliæ Religiones habitu albo utantur, illud privilegium in sanctum Eliam refundere debent.
Isidorus. Isidorus lib. 2, offic. cap. 5. *Secundùm Scripturas Elias Propheta fuit auctor regulæ & habitus Monachorum.* Paremque obedientiam suis superioribus Præmonstratenses, Trinitarii de Mercede præstare debent, qualem Eliseus & filii Prophetarum. Ita peculiari Romani Pontificis beneficio Episcopus Hostiensis ad Ostia Tiberina, Papiensis in Logobardiâ, Lucensis in Tusciâ, Bambergensis in Germaniâ, ut habetur in cap. *cum juventute*, de præsumpt. Quinque-Ecclesiensis in Hungariâ, noster Leodiensis eandem obedientiam & fidem profiteri debent.

IV. Quod si Eliseus ante receptionem pallii Eliani nullam jurisdictionem habuit, nullum miraculum patravit, at illo suscepto lib. 4. Regum cap. 2.
4. Reg. 2. v. 14. vers. 14. *Percussit aquas & divisæ sunt, huc atque illuc & transiit Eliseus.* Vers. 15. sic. 15. *Videntes autem filii Prophetarum qui erant in Iericho, è contra dixerunt, requievit spiritus Eliæ super Eliseum, & venientes in occursum ejus adoraverunt proni in terram.* P. Philippus à S. Trinitate nostri Ordinis Discalceatus tomo 3. de virtute Religionis disput. 6. dub. 2. ad primum ubi de Eliseo. *Si tantam exhibuit statim à principio Eliæ obedientiam, &c. Idem dicendum est de aliis Eliæ discipulis, qui maximam semper obedientiam præstiterunt, & post ejus raptum eandem exhibuerunt Eliseo successori, ut habetur lib. 4. Regum cap. 2. Videntes autem filii Prophetarum, &c.* Sic Patriarcha & Archiepiscopus ante pallii susceptionem nequit ea munera obire & exequi, quæ sunt potestatis ordinis vel jurisdictionis. Non enim potest se Patriarcham & Archiepiscopum nominare, cap. *nisi*, de auctoritate & usu pallii; nec Concilium convocare, nec Basilicas dedicare, nec Chrisma conficere, nec Episcopos consecrare, nec Clericos ordinare, cap. *Quod sicut*, §. *præterea*, de elect. Pallii ergò defectu non habet plenam jurisdictionem, nec ordinis potestatem. Hinc in cap. 1. de auctoritate & usu pallii, dicitur cum pallio conferri plenam pontificiam potestatem. Nec obstat, quod cap. *suffraganeis* de elect. legitur mandato Metropolitani post confirmationem electionis suæ, licet pallium non receperit, licet Suffraganeis electum, qui ad ipsius Metropolitani jurisdictionem pertinet, consecrare: Quasi diceret, Metropolitanus confirmatus ante receptionem pallii potest committere aliis Episcopis, ut ordinent & consecrent suum suffraganeum. Respondent quidam cum Glossâ illam constitutionem *Suffraganeis*, non esse receptam. Melius eadem Glossa, Panormitanus in caput *Suffraganeis*, respondent Archiepiscopum cõfirmatum ante receptionem pallii posse facere aliqua, quæ sunt potestatis jurisdictionis, non tamen omnia majora & grandiora, ut Concilium convocare, ex cap. *quod sicut*, §. *præterea*, de elect. Dans autem facultatem Episcopis ût consecrent suum Suffraganeum, Clericos ordinent, Ecclesias dedicent, non reputantur majora & graviora. Hostiensis in summa tit. de auctoritate & usu pallii, ait posse exequi ea, quæ stolâ tantùm indutus facere solet, ut calices & alia ejusmodi vasa consecrare, cœmiterium sacrare, &c. in summâ tit. de auctoritate & usu pallii, non autem Sacramentum Confirmationis conferre, Virgines vel Abbates sacrare, publicam ac solemnẽ pœnitentiam agentes Ecclesiæ reconciliare, & similia, quæ absque Missæ sacrificio fieri nequeunt, quia hæc sunt potestatis ordinis. Undè si hæc præstet ante receptionem

tionem pallii, aut consecrationem Episcopalem irrita sunt & inania, quia ex dictis Præsbyter nequit exercere quæ sunt Episcopalis potestatis, si exerceat nullius sunt momenti. Si verò consecratus Episcopus, sed non susceptο pallio, illa præstet, facta subsistent, & peccabit tantùm contra canones & jura, & per sententiam ab officio & ministerio poterit removeri, vel aliâ mitiori pœnâ plecti. Discrimen unicum referam inter pallium Eliæ, & Patriarchale, seu Archiepiscopale, quod Elias & Eliseus potuerunt suum pallium alteri dare, at Archiepiscopus nequit suum pallium alteri etiam commodato dare, ut si concedat facultatem ut rem divinam ritu solemni in suis Ecclesiis faciat, ut habetur cap. *ad hoc*, de auctoritate & usu pallii. Si tamen Archiepiscopus transeat ad aliam sedem superiorem auctoritate, secum prius pallium deferet, & novum accipiet, ac cum utroque sepelietur. Ita Panormitanus in cap. *ad hoc*. Azorius citatus cap. 24. quæst. 8.

V. Secundum privilegium, seu potestas Patriarcharum est, quod liberè possint ubique præ se ferre Crucem, sed non Romæ, vel ubi Romanus Pontifex, vel ejus Legatus utens insigniis Apostolicæ dignitatis aderit. Ita Antoninus & Abbas in cap. *antequam*, Petrus Gregorius Syntagm. juris lib. 15. cap. 9. num. 6. Stephanus Gratianus Marchiæ decis. 29. num. 3. Cassanæus in Catalogo gloriæ mundi, part. 1. consid. 33. concl. 4. Lælius Zechius de republica Ecclesiastica tit. de statu illustr. Patriar. num. 2. Gonzales ad regul. 8. cancell. Glossa 41. num. 25. Henriquez lib. 10. cap. 26. §. 3. Sebastianus Cæsarinus in relect. de Ecclesiasticâ Hierarc. part. 1. disp. 4. §. 4. Sulinus Pacianus de probat. lib. 2. cap. 33. numer. 20. Acunna de primatu Ecclesiæ Brachar. cap. 6. Alzedo de præcell. Episcopalis dignitatis part. 2. cap. 1. numer. 35. Undè in hoc distinguuntur Patriarchæ ab Archiepiscopis, quod Patriarchæ jure communi possunt ubique ferre Crucem, Archiepiscopi autem tantùm intra suam Provinciam, ut patet ex textu Clement. *Archiepiscopo*, de privilegiis, Lælius Zechius tit. de statu illustriss. Patriarch. num. 6. Acunna de primatu Eccles. Brachar. cap. 6. num. 5. Tamen extra Provinciam Archiepiscopi Crucem deferre possunt ex speciali Apostolicæ Sedis Privilegio, cap. 1. ut *lite pendente*. Secundò differunt Patriarchæ ab Archiepiscopis, quod illi præ se ferant Crucem gemino transversario constantem, cujus lignum superius transversum brevius, & inferius longius; Archiepiscopi intra suam Provinciam præ se ferre possunt Crucem cum uno ligno transverso, ut animadvertunt Justus Lipsius in notis ad suos de cruce libros Cujacius paratit. ad tit. de for. comp. in cap. *sane*, 3. in fin. Grethserus de ortu sanctæ Crucis part. 3. in descriptione Crucis Werderanæ. Hieronymus part. 3. de republicâ. Alzedo de præcell. Episc. dignitate part. 1. cap. 10. num. 43. Bleda in tract. S. Crucis cap. 7.

VI. Tertium Privilegium seu potestas Patriarcharum est, quod ad ipsos possit provocari in causis suarum Provinciarum, verbi causâ, Cæsareæ, Cappadociæ, Ephesi, Asiæ, Heracliæ, in Thraciâ vel Macedoniâ, Ancyrâ in Galatia, Corsici in Hellesponto, Sardis in Lydiâ, Nicæâ, Calcedone, Nicomedia in Bithyniâ, Syda in Pamphiliâ, Sebaste in Armeniâ, Amassea in Hellesponto, &c. & patet ex cap. *antiqua*, vers. *in omnibus*, Petro Gregorio part. 2. lib. 15. cap. 9. num. 6. Sebastiano Cæsar. in relect. de Eccles. Hierarch. part. 1. disput. 4, §. 4. num. 8. Probatur ex communi regulâ, quæ docet appellationem gradatim esse faciendam non autem omisso medio l. *Imperatores* 21. in princip. ff. de appellat. Maranta de ordine judiciorum part. 6. cap. de appell. Sigismundus Scaccia de appell. quæst. 7. Garcias Falconius reg. 32. Socinus reg. 39. Porrò regula hujus appellationis Ecclesiasticæ ex cap. *dilecti* 66. de appellat. cap. Roman. in princip. & §. *ab Archidiaconis*, & §. *debet*, & §. ult. eodem tit. l. 6. Est primò ab Archidiaconis & aliis inferioribus Prælatis ad Episcopum, ab Episcopo ad Archiepiscopũ, ad Patriarchas: tamen ipso jure cap.

*antiqua*

*Antiqua*, sine medio potest appellari in omnibus suarum Provinciarum locis. Quem textum ita interpretantur Innocentius, Hostiensis, Abbas, Lælius Zechius citatus num. 4. Maranta de ordine judiciorum part. 6. cap. *de appellationibus*, Petrus Gregorius citatus. Lancellottus Conrad. in templo omnium judicum libr. 2. cap. 3. num. 9. Matthias Ugonius tract. de præstantiâ Patriarchali col. 20. Barbola de officio & potest. Episc. part. 1. tit. 3. cap. 1.

VII. Quartum Privilegium seu potestas competens quatuor Patriarchis veris Alexandrino, Constantinopolitano, Antiocheno, & Hierosolymitano, est, ut illi Patriarchæ æquiparentur Regibus & Principibus qui carent superiore, quia instar multarum provinciarum administrationem habēt. Ita Baldus in lib. 1. §. *ius cunabulis*, numer. 3. ff. de officio præf. prætorio. Jacobus de Nigris in repet. lib. 1. ff. de officio ejus cui mandata jurisdictio, num. 16. Lælius Zechius num. 2. Andræas Barbatius Cardinalium quæst. 1. Basilicæ 1. num. 43. Lancellottus Conrad. citatus libr. 2. cap. 3. Cassaneus in catalogo gloriæ mundi part. 4. cōsil. 9. Jacobatius de Concil. lib. 1. art. 1. Gaspar. Valascus in repet. l. *imperium*, ff. de jurisdict. omnium judic. Sebastianus Medices tract. de legibus & statutis part. 1. quæst. 12. Petrus Andræas Gambara lib. 2. de officio & potest. Legati, addit cap. *renovantes*, quæst. 22. eos uti prærogativis summ. Pontificum. Accipe ejus verba. *Similia Privilegia, quæ superior Roma habet, accipiat.* Illi favent Justinianus in auth. de Eccles. tit. §. 1. collat. 9. Honorius & Theodosius in lege *omni innovatione* 6. C. de sacrosanctis Eccles. adeò ut secundùm Hostiensem, Abbatem, Parnormitanum & alios, in cap. *Antiqua*, Jacobatium tractat. de Conciliis lib. 1. num. 184. Petrum Andræam Gambara citatum tit. de variis ordin. nomin. num. 21. Alzedo citato part. 1. cap. 5. num. 61. Uti posse Romani Pontificis ornamentis veste rufeâ, equo albo phalerato fræno ac calcaribus deauratis. Vigore jurisdictionis in omnes Archiepiscopos & Episcopos dispensant Patriarchæ cum Episcopo, vel alio beneficiorum collatore sibi subjecto, qui ob malam beneficiorum collationem fuerat suspensus à Concilio cap. *grave*. Item absolvunt excommunicatos à suis Suffraganeis absolutionem negantibus, cap. *ad reprimendam*, 8. de officio ordinar. Matthias Ugonius citatus vers. *ita quandoque*.

## CAPUT II.

### *De Potestate Archiepiscoporum.*

I. Archiepiscopus idem est ac Princeps Episcoporum. Isidorus in cap. *Cleros*, verbo *Archiepiscopus* 21. distin. Sebastianus Cæsarinus in select. de Eccles. Hierar. part. 1. disput. 5. §. 1. Azorius instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 33. quæst. 1. Homobonus de Bonis de humanæ vitæ statibus part. 1. cap. 6. Paulus Layman de Prælat. Ecclesiast. electione cap. 14. quæst. 151. Michael Ferrus de præced. & prælat. Eccles. quæst. 4. num. 1. Princeps autem dicitur non tantùm ratione dignitatis sed etiam potestatis etiam in Episcopos. Licet enim ordinis in substantiâ seu respectu characteris non superet Episcopū, tamen respectu executionis & exercitii major est. Nam in primis ex cap. *dilectus*, lib. 2. de Simoniâ, Quaranta verb. *Archiepiscopi auctoritas* num. 7. Marco Antonino Genuensi in praxi Archiep. Neapol. cap. 70. numer. 21. potest injungere Suffraganeis observantiam eorum, quæ in Metropolitanâ servantur, item injungere servanda, quæ servanda sunt de jure, scilicet ut juxta juris terminos subditi à labe Simoniacâ caveant.

II. Quando Archiepiscopus Synodum in sua Provinciâ cogit. *Episcopi omnes* (inquit Concilium Tridentinum sess. 24. de reformatione cap. 2.) *& alii, qui de jure vel consuetudine interesse debent, &c.* Idem habetur distinct. 18. per totam, Marcus Antonius Genuensis citato cap. 70. numer. 22. in quo Concilio provinciali Archiepiscopus præsidet cap. *placuit*, distin. 18.

verb. *exceptis*, in cap. *pastoralis*, de officio ordinarii illiusque; Concilii est caput, Abbas in cap. *grave*, num. 8. Cardinalis Alexander in cap. *si quis Episcoporum*, 18. quæst. Imol. num. 10. de præbend. Estque judex principalis in eo Concilio cap. 1. distin. 34. principaliterque judicat de consilio aliorum Episcoporum. Cardin. Alexander in cap. *de eo*, 50. distin. Quaranta in summa Bullarii verb. *Concilium Provinciale*, ubi breviter, utiliter & ordinatè (ut ait) probat auctoritatem Archiepiscopi quadraginta solutionibus ad totidem quæstiones, non tam per rationes, quàm per sacros Canones, varios Doctores, ac loca. *Non sine* (inquit) *maximo studio, labore, atque vigiliis.* Quæstionem 32. & 33. referam, quas causas possit cognoscere Concilium Provinciale, quam habeat jurisdictionem, & super quos, an de Metropolitano cognoscat.

III. Asserit Concilium Provinciale cognoscere de omnibus causis Ecclesiasticis totius Provinciæ, probatque ex cap. *propter*, & ibi gemi. not. dist. 18. habetque jurisdictionem super omnes de Provinciâ. Abbas in cap. *grave*, n. 4. de præbend. cognoscit & examinat delicta non solùm Suffraganeorum, sed etiam subditorum suorum, cap. *grave*, cap. *sicut olim*. Ubi Hostiensis de accusat. & cap. *propter*, Philippus Franciscus in cap. fin. 1. de cens. in 6. Lancellottus Corradus in Templo omn. judic. libr. 2. cap. 6. num. 2. & habet jurisdictionem ordinariam, Cardinalis Alexander in cap. *experientia*, 11. quæst. 1. & 3. quæst. 8. in summ. Augustinus Berous in cap. 1. num. 125. de judic. & cognoscit de omnibus causis, nedum per appellationem, sed etiam per simplicem querelam. Card. Alexander in cap *de Conciliis*, dist. 18. & in rub. de appellat. num. 36. & in cap. *cum speciali*, num. 29. eodem tit. Quem sequitur Cardinalis Jacobatius tract. de Conciliis lib. 15. art. 11. Lancellottus Corrad. citatus lib. 2. cap. 3. Et debent audiri querelæ omnium læsorum cap. *propter*, & secundum Innocentium, quem sequuntur Joannes Andræas Imol. Franciscus Zabarella in cap. *grave*, Abbas in cap. 1. de judic. Cardin. Alexand. in idem cap. *de Conciliis*, distinct. 18. Etiam non citati tenentur respondere de querelis civilibus, ac si citati: De criminalibus autem nonnisi sint citati, & exposita crimina super quibus accusantur. Habent tamen jus revocandi domum accusati, si pro specialibus fiat Concilium, & petatur quod respondeant pro aliis argumentis cap. fin. de form. compet. aliàs secùs, si indistinctè fiat Concilium pro omnibus negotiis emergentibus, competit jus revocandi domum, si Concilium fiat de longinquo; nisi in casibus, qui de sui natura tractantur in Concilio secundùm Cardinalem Zabarella in cap. *grave*, Bott. de Synodis part. 3. in princ. n. 41. 42. Cardinalis Jacobatius citatus art. 8. Synod. Ugol. in præludio cap. 10. & in part. 3. Episcopi in Concilio Provinciali congregati loco ordinarii sunt in omnibus causis Clericorum, quæ ad Cõcilium referuntur, ad illum autem qui præest definitio pertinet de consilio & assensu aliorum Episcoporum omnium vel majoris partis. Hostiensis in cap. *grave*, Concilium insuper Provinciale habet potestatem excommunicandi Episcopos illius Provinciæ. Abbas in cap. 1. num. 5. de judic. Ubi Augustinus Berous num. 67. & Prælatos ex proprio delicto potest suspendere Episcopum, tamen deponere non potest. Abbas in cap. *grave*, num. 4. de præbend. Quia depositio Episcoporum soli Papæ reservata est. Abbas in cap. *Pastoralis*, in princip. de offic. ordin. Felinus in cap. 1. num. 23. de judic. Dicit tamen Abbas in cap. 3. de accusat. quod Archiepiscopus cum suis Suffraganeis potest audire causam sed non definire. Idem dicit Anchar. in cap. *grave*, num. 18. Imol. sub num. 18. solùm enim interdicitur Concilio potestas deponendi Episcopos, Abbas in cap. 1. de judic. Juxta hoc Concilium Tridentinum sess. 24. de reformat. general. cap. 5. plura ibi.

IV. Idem Quaranta censet Concilium Provinciale non judicare Archiepiscopum cap. *grave*, de præbend. possit tamen ex charitate reprehendi Glossa in cap.

in cap. *si autem*, ibi Cardinalis Alexander 9. quæst. 3. &c. Potest cognoscere de causis ad Ecclesiam ipsius Metropolitani spectantibus, Glossa in cap. *sicut*, de persunâ autem & statu ipsius Archiepiscopi Provinciale Cōcilium non cognoscit ad effectum judicandi, sed admonendi ipsum Archiepiscopum, ut se corrigat. Et si obstinatus se corrigere nollet ad effectū denunciandi summo Romano Pontifici, cap. *grave*, 1. de præbend. Cardinalis Alexander in cap. *si Clerus* 11. quæst. 2. Non tamen potest se intromittere ad effectum judicandi de eo, ut notat Glossa in cap. *sicut*, per ea, quæ habentur in cap. *cum infer.* de minor. & obed. & in cap. *Inferior*, distin. 21. Cardinalis Alexander 2. quæst. 8. Ratio est, quia ipse præest Concilio, & ideò ab ipso Concilio tanquam inferiore, non debet judicari, Imol. in cap. *grave*, num. 10.

V. Archiepiscopus suam auctoritatem & potestatem in eo manifestat, quod possit probare in scriptis absentiam Episcopi Suffraganei. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 1. tit. 4. n. 9. citans Concilium Trident. sess. 6. de reform. cap. 3. & sess. 21. de reform. cap. 1, Quarantam verb. *Archiepiscopi auctoritas*, num. 7. vers. *undecimum*. Quod si non resideat absque legitimâ causâ potest applicare fructus fabricę Ecclesiæ, vel pauperibus locis, ex Tridentino sess. 23. de reformat. cap. 1. Quod si crescat contumacia potest denunciare Romano Pontifici juxta constitutionem Pii IV. quæ incipit, *De salute gregis*, Quaranta Ver. *Archiepiscopi auctoritas*, vers. *Duodecimum jus est*.

VI. Archiepiscopi auctoritatē etiam cōpelli potest Episcopus ad fungendum suo officio, Abbas in cap. *Si quis contrà Clericum*, num. 40. de foro compet. & in cap. *Pastoralis*, in princ. de officio ordin. in cap. *Avaritiæ*, de præbend. in cap. *cum Bertoldus*, de re judic. numer. 1. Quaranta verb. *auctoritas Archiepiscopi*, vers. 14. *auctoritas*, Marcus Antoninus Genuensis in praxi Archiepis. Neapol. cap. 70. Eosdem Episcopos potest compellere ad faciendam Synodum quotannis, cap. *sicut* de accusat. & eum cogere ut constituat œconomium, cap. *in nova*, 16. quæst. 7. & cap. *cum simus*, 9. quæst. 3. Sboz. de Vicario Episc. lib. 1. quæst. 46. Ut creet Archipræsbyterum Ruralem cap. fin. de officio Archipræsb. Insuper potest cogere Episcopum, ut erigat Seminarium, juxta Concil. Trid. sess. 23. de reform. cap. 18. Quaranta verb. *Archiepiscopi auctoritas*, vers. 14.

Auctoritas Archiepiscopi eo extenditur, ut possit suspendere, interdicere, & excommunicare Episcopū, cap. 1 §. final. de officio ordin. in 6. cap. *venerabil*. Ubi Abbas de sentent. excommunicat. Glossa in cap. final. 12. distinct. Hostiensis in cap. *grave*, de præbend. & cap. 2. de officio Vicarii in 6. Abbas in cap. *non potest*, num. 8. de senten. & re judic. in cap. *postulatio*, num. 11. de cler. excomm. ministr. gemi. in cap. *ut litigantes*, num. 4. de offic. ordin. in cap. 2. §. final. de fol. comp. in 6. Decius in cap. 1. de judic. num. 29. in 2 lect. Synod. Ugol. in prælud. cap. 9. Lancellottus Corrad. in templo omnium judic. lib. 2. cap. 4. Guilelmus Rosæus de Synodo part. 1. num. 45. 46. 47. ubi opinatur, quod Archiepiscopus, cui subest, potest Episcopum omittentem congregare Synodum suspendere ab executione officii. Quaranta verbo *Archiepiscopi auctoritas*, vers. 13. Marcus Antonius Genuensis citato cap. 70. num. 3. Addit Joannes Berthachinus Vicarium Archiepiscopi absente Archiepiscopo posse suspendere, interdicere, & excommunicare Suffraganeum, ita de Episcopo part. 7. libr. 4. tit. de Vicario Episcopi quæst. 10. Antonius Pichardus 16. inter consilia Menochii 52. n. 187. Jacobus Sbozius de Vicarii Episc. potest. lib. 2. 58. numer. 3. Quod si Episcopus non fuerit consecratus, posse à Vicario Archiepiscopi etiam præsentis excōmunicari sustinet Marcus Anton Cuchus instit. Can. lib. 4. tit. de consecr. Episcopi, num. 6. & tit. de Vicario Episcopi, num. 123. Sbozius citatus & alii. Notat Marcus Antonius Genuensis citatus, Archiepiscopum & consequenter ejus Vicarium coercendo Suffraganeos Episcopos debere servare for-

VII.

mam cap. 2. de offic. delegati in 6. Ut scilicet primò, illis prohibeatur ingressus Ecclesiæ, vel Sacerdotale ministerium interdicatur, deindè suspendatur ab officio, postea censurâ afficiatur

VIII. Si Episcopus sit negligens circa id, quod facere tenetur; jurisdictio devolvitur ad Archiepiscopum cap *cum sumus*, in cap. *Pastoralis*, numer. 6. de officio ordin. Marcus Antonius Genuensis citato cap. 70. num. 4. Gambara de officio & potestate Legati de latere lib. 2. tit. de variis ordin. nominibus, num. 32. Barbosa in collect ad cap. *Pastoralis*, 11. numer. 8. decis. 1222. num. 2 Quaranta verb. *Archiepiscopi auctoritas*, numer. 21. Notat Prospert de Augustino in additionibus ad Quarantam citatum litt. M. post Joannem Franciscum Pavinum de visit. part. 2 quæst. 5. quod propter solam negligentiam jurisdictio nō devolvatur ad Archiepiscopum „nisi post terminum assignatum ab ipso Archiepiscopo. Tamen ex Joanne Hieronymo Campanile in diversor. juris can. cap. 13. num. 484 ab Episcopo exempto fit devolutio ad Papam. Notant secundò Abbas in cap. *Pastoralis*, Lancellottus Conrad. in templo omnium judicum lib. 2. cap. 4. sub num, 22 Marcus Antonius Genuensis. Barbosa in collect. ad cap. *nullus*, numer. 17. vers. *Veruti*, Spinola in speculo testamentorum Glossa 28. num. 42. Marta de jurisdictione part. 2. cap. 10. num. 4. Franciscus Carpius de executoribus testamentorum lib. 1. cap. 22. num. 77. Quod si Episcopus sit negligens in executione ultimæ voluntatis, Archiepiscopum posse exequi. Notat tertiò Covarruvias pract. cap. 10. num. 10. Barbosa citatus num. 8. posse recurri ad Metropolitanum, ut cogat Episcopum præstare opem denegatam judici sæculari. Notant quartò Borgas. de irregul. in 2. part. principali Marcus Antonius Genuensis citatus num. 4. negatam ab Episcopo dispensationem posse dari ab Archiepiscopo, quæ secundùm Sanchez in præcepta Decalogi tomo 1. lib 4. cap. 38. num. 12. debita dicitur ratione personæ, ætatis, loci, temporis, pietatis, necessitatis & utilitatis Ecclesiæ. Nota quinto, ex cap. *ad reprimendum*, de officio ordinarii Archiepiscopum absolvere posse, quem Episcopus non vult. Notant sextò Abbas in cap. *quoniam*, de officio ordinarii, Jacobus Sbozius de Vicario Episcopi lib. 1. quæst. 57. Barbosa in collect. ad cap. *Pastoralis*, numer. 9. Archiepiscopum posse cogere Episcopum ut constituat Vicarium, si non sit idoneus ad regendum, vel nequeat commodè regere. Notant septimò Quaranta verb. *Archiepiscopi auctoritas*, num, 21. Marcus Antonius Genuensis citatus num. 4. Barbosa in collect. ad cap. *nullus*, numer. 2. Lambertinus de jure patronatus lib. 1. part. 2. Archiepiscopum supplere non posse negligentiam Episcopi, quia hic non cognoscit alium superiorem, nisi Papam, ac proindè Archiepiscopus ejus negligentiam nequit supplere.

IX. Archiepiscopus ex Clement. Archiepiscopo de privileg. Zabarella ibi num. 5. Rusæus de prærogativis Archiepiscopalis dignitatis privil 2. Lælius Zecchius, Melchior Lotterius, Vincentius de Franchis. Posse in suâ totâ Provinciâ præ se ferre Crucem, ac populo benedicere, etiam in locis exemptis, ut notat Quaranta verbo *Archiepiscopi auctoritas*, vers. 28. nisi (inquiunt Gratianus Marchiæ decis. 29. num. 5. & alii.) adesset Legatus Papæ, Cardinalis non Legatus, seu Nuntius cum facultate Legati de latere. Notat Alzedo part. 1. cap. 13. num. 87. Archiepiscopum, electum, consecratum, & confirmatum nondum accepto pallio Crucem præferre non posse.

X. Habetur cap. 1. de authoritate & usu pallii, quod Archiepiscopus possit uti pallio intra quamlibet Ecclesiam suæ Provinciæ, Clement. Archiepiscopo de privil. Durandus in rational. divinorum offic. libr. 3. cap. 17. Guido Pancirola in thesauro variarum lect. lib. 1. cap. 20. Petrus Gregorius Syntagm. lib. 15. Rusæus de prærogativis Archiepiscopalis dignitatis privil. 21. Quantara verb. *Archiepiscopi auctoritas*. Sanchez in opuic. moral. lib. 7. cap. 1. Melchior Lotterius de re

de re benef. lib. 1. quæst. 12. num. 2. Novar. in praxi var. for. Stephanus Durandus de ritibus Ecclesiæ; extendunt illud jus ad loca etiam exempta; cap. *ad honorem*, & cap. de auctoritate & usu pallii. Limitant ad certos tantummodò dies, Durandus citatus cap. 17. num. 13. & alii proximè citati, illos recensent. Pallio autem uti possunt quando solemniter celebrant cap *pallium*, 110. distin. Sanchez in opusc. morali lib. 7. dub. 16. numer. 5. Vel quando consecrat Episcopum, ita Gregorius epist. 1. ad Bonifacium: vel etiam in ordinatione Clericorum, cap. *quod sicut*, 28. §. *Super eo*, de elect.

XI. Potest Archiepiscopus de jure communi benedicere populo per totam Provinciam, etiam in loco exempto, Clement. Archiepiscopo de Privileg. Quaranta verb. *Archiepiscopi auctoritas*, vers. 29. quod intelligit non tantùm de simplici benedictione, quæ iterando datur & habetur expressè in cæremon. Episc. sed etiam de benedictione solemni per illa verba *Sit nomen Domini benedictum*. Quod etiam possit in pontificalibus celebrare, in locis exemptis suæ Provinciæ, testatur Clement. Archiepiscopi auctoritas, vers. 30.

XII. Posse Archiepisc. concedere Indulgentias per totam suam provinciam, etiam extra visitationis actum, modò non excedat statutum Concilii generalis, docet cap. *nostro*, de pœnit. & remiss. Cui subscribunt Rosella de Indulgent. num. 274. Bonacina de Sacramentis disput. 6. de Indulgentiis; quæst. 1. punct. 3. num. 2. Franciscus Leo in thesaur. fori Ecclesiastici part. 1. cap. 7. num. 18. Quaranta verbo *Archiepiscopi auctoritas*, vers. 31. Marcus Antonius Genuensis citatus cap. 70. Henriquez in summa lib. 7. cap. 32. §. 1. Corduba quæst. 14. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 1. tit. 41. Melchior Lotterius citatus, Julius Lavorius de indulg. part. 2. cap. 11. Azorius instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 55. quæst. 6. Hujus accipe verba: Archiepiscopus potest indulgentias dare in totâ provinciâ sibi subjectâ, seu omnibus subditis suffraganeorum Episcoporum cap *nostro*, de pœnitent. cap. 1. eodem titulo in 6. Addit Barbosa citatus ex cap. *tuarum*, de privileg. Quaranta verbo *Archiepiscopi auctoritas*, vers. 34. Marcus Antonius Genuensis citatus, Archiepiscopum posse per totam suam Provinciam aliquibus interdicere prædicationis exercitium.

XIII. Dicit Barbosa citatus, posse ab Archiepiscopo visitari provinciam, & procurationem à subditis Suffraganeorū exigit, favet cap. *cum Apostolus*; ubi Glossa verbo *Archiepiscopi*, cap. *sopitæ*, cap. *super eo*, de censibus, cap. *cùm ex officii*, de præscript. cap. 1. & cap. final. de censibus lib. 6. Ex quibus textibus Quaranta verbo *Archiepiscopi auctoritas*, vers. 33 Marcus Antonius Genuensis citatus, Henriquez lib. 11. cap. 3 §. 1. Joannes Franciscus Pavinus colligunt Archiepiscopū visitando provinciam posse subditorum Suffraganeorum confessiones excipere, absolvere, pœnitentiasque salutares injungere, & a casibus reservatis Episcopo, & censuris absolvere, imò secundùm Suarem tomo 4. disp. 25. sect. 1. num. 14. Valerium Reginaldum in praxi fori pœnit. lib. 1. numer. 23. Andræam Moltesium in summa moralis Theol. absolvere potest tam per se, quàm per alios. Hanc autem visitationem Archiepiscopi in Diœcesibus Suffraganeorum limitat Concilium Tridentinum sess. 24. de reformatione cap. 3. Accipe verba: *A Metropolitanis verò etiam post plenè visitatam propriam Diœcesim non visitentur Cathedrales Ecclesiæ neque Diœceses suorum comprovincialium nisi causâ cognitâ & probatâ in Concilio Provinciali.* Et tunc visitando eâdem pollebit auctoritate, quo ante Concilium de jure communi, & eâ quæ illi committetur in specie à Concilio Prov. ciali, & quam habet à jure ipsum Cōcilium Provinciale, ita Henriquez lib. 6. de pœnit. cap. 14. num. 6. in textu & in scomment. litt. 2. Sanchez in præcepta Decalogi tomo 1. libr. 2. cap. 11. num. 6. Archiepiscopus sic visitando potest in pœnitentialibus dispensare in foro conscientiæ, ita Abbas in cap. *ad extirpandas*, de filiis

Præsby-

Præsbyterorum, Gambara de officio Legati lib. 2. tit. de variis ordin. nom. num. 33. Marcus Antonius Genuensis citatus, Barbosa citatus. Notat Borgasi de irregularitat. part. 5. tit. de dispensat. Archiepiscopi, quod in foro exteriori, quando dispensatio est debita ratione causæ & personæ, debet dispensandus remitti ad Suffraganeum, ut subditum dispenset. Quod si renuat, vel negligat, Archiepiscopus dispensabit. Prosper. de Augustino in additionibus ad Quaranta verb. *Archiepiscopi auctoritas*, post. vers. 40. subdit suspenso ad tempus illa dispensatio devolvitur ad Metropolitanum pro faciendo majori bono, vel scandalo vitando. Suarez tomo 4. disput. 30. sect. 2. num. 8. & tomo 5. disput. 41. sect. 2. numer. 12. censet Archiepiscopum visitantem modo præscripto à Cõcilio Tridentino posse in foro pœnitentiæ absolvere, & à casibus concessis Episcopo a Concilio Tridentino sess. 24. de reformatione cap. 6.

XIV. Colligo ex cap. *sicut tuis*, & Glossa ibi, verbo *Colonienſem*, de Simoniâ, Quarantâ verbo *Archiepiscopi auctoritas*, vers. 35. Barbosâ citato. Quod si Ecclesia Suffraganea careat Suffraganeo Episcopo, Archiepiscopum posse confirmare electum confirmandum à præfato Suffraganeo, imò tanquam Sedis Apostolicæ delegatum posse compellere Abbates & Prælatos regulares negligentes, ut verbum Dei annuncietur in Ecclesiis provincialibus subjectis. Monasteriis in nullâ Diœcesi existentibus, ita Quaranta verb. *Archiepiscopi auctoritas*, vers. 37. Barbosa supra citans Concilium Tridentinum sess. 5. de reform. cap. 2.

XV. Archiepiscopus est judex omnium Episcoporum suæ Provinciæ, cap. *quia cognovimus*, 20. quæst. 3. cap. *Pastoralis*, ubi Abbas num. 2. de officio ordinarii, cap. *sollicitudinem*, de appellat. Quaranta verbo *Archiepiscopi auctoritas*, num. 10. vers. *decima sexta*. Marcus Antonius Genuensis citatus, Gondisalinus. Soarez de pace in pract. tomo 2. prælud. 1. Gonzalez ad reg. 8. juris Cancell. Glossa 42. Henricus Borreus de Synodo part. 3. art. 2. Sbozius de Vicario Episcopi lib. 2. quæst. 58. Barbosa citatus. Notat tamen Hostiensis in cap. 2. per textum de transl. Episcopi Archiepiscopum nullã habere potestatem in Suffraganeos respectu suarum causarum, nisi quatenus est in jure expressum. Potest ergò Archiepiscopus cognoscere in causis civilibus Suffragancorum, ita Abbas in cap. *Pastoralis*, Quaranta citatus num. 10. Sbozius de Vicario Episcopi lib. 2. quæst. 58. num. 6. Lælius Jordanus tract. de Rom. Sedis origine, cap. 13. & ult. Melchior Lotterius citatus quæst. 22. num. 29. Plura de causis illis civilibus coram Archiepiscopo agitandis, habet Scaccías de appellat. quæst. 8. num. 98. Erasmus à Chokier de jurisdictione ordinarii in exemptos part. 1. quæst. 41. Andræas Molfesius in summâ Theologiæ moralis tract. 11. cap. 15. Sbozius citat. quæst. 58. num. 7. Quaranta citatus, Aloys. Riccius in decis. Archiep. Neapol. Gonzalez ad regul. Cancel. Prosper. de Augustino in additionibus ad Quaranta verbo *Archiepiscopi auctoritas*, vers. 40. Joannes Bertachinus de Episc. in prælud. num. 13. Melchior Lotterius lib. 1. quæst. 22. num. 35. Marcus Antonius Genuensis citato cap. 70. Sylvester verbo *Archiepiscopus*, num. 2. & seq. Imol. in Clement. abusionibus, num. 28. Zarabella eodem tit. num. 9. Covarruvias pract. cap. 9. num. 2. Sebastianus Cæsar. in relectione de Eccles. Monarch. disp. 5. s. 2. Sigismundus Scaccia de appel. quæst. 8. Petrus Gregorius de appellat. lib. 4. cap. 2. Oliv. Seraphinus decis. 1183. Obiter animadverte non tantùm in Spiritualibus, sed etiam in temporalibus posse ab Episcopo ad Archiepiscopum appellari, ita Barbosa de officio & potest Episcopi part. 1. tit. 4. num. 6. post Quaranta verbo *Archiepiscopi auctoritas*, num. 13. Scaccia citatum quæst. 8. Azorium instit. moralium part. lib. 3. cap. 33. & 34. Quædam Suffraganeæ prætendunt aliqua privilegia & exemptiones à recursu ad Archiepiscopum, quorum examen ad alios relinquo.

CAPUT

## CAPUT III.

### *Potestas Episcopalis circa doctrinam Verbi Divini.*

I

SAnctissimos Prophetas Eliam & Eliseum aliis Prophetis coævis fuisse superiores nō tantùm dignitate, sed etiam gratiâ sermonis ac potestate, & operatione miraculorū, constat ex lib. 3. & 4. Regum, cap. 48. Ecclesiastici, cap. 4. Lucæ. Ut autem Elias suam missionem ac potestatem probaret à prædicatione auspicatus est. *Surrexit* (inquit Ecclesiasticus cap. 48. vers. 1.) *Elias quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat.* Vatablus. *Elias Propheta velut ignis est exortus, & sermo ejus instar facis flagravit.* Græcus, *Ardebat.* Complutensis. *Urebat.* Quasi diceret, quemadmodum prima ignis proprietas est ardere, flagrare, urere, sic Elias suam potestatem, ac activitatem prædicatione manifestavit. Nam *Surrexit Elias quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat.* Elias zelo veræ religionis æstuans quasi ignis verba ignea emisit, quæ auditores suos incendit, juxta illud Ecclesiæ canticum. *Flammescat igne charitas, accendat ardor proximos.* Incendit (inquam) maiori vi, quam Nathan Propheta, hic enim solùm David incendit, Ecclesiastici cap. 47. vers. 1. *Surrexit Nathan Propheta in diebus David.* S. Epiphanius lib. de vitis Prophetarum. *Nathan Propheta in lege Domini Davidem instituit.* At Elias non solùm Achab & Ochosiam reges corripuit, lib. 3. Regum cap. 17. vers. 1. *Dixit Elias ad Achab, &c. Vivit Dominus Deus Israel, &c.* cap. 18. vers. 18. *Non ego turbavi Israel, sed tu & domus patris tui, qui dereliquistis mandata Domini, & secuti estis Baalum.* Cap. 21. vers. 19. *In hoc loco, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum, &c.* Lib. 4. Regum c. 1. Ochoziam ita affatur v. 16. *Quia misisti nuntios ad consulendū Beelzebul Deum Accaron, quasi non esset Deus in Israel; idèo de lectulo super quem ascendisti nō descendes sed morte morieris.* Sed de ipsâ Jezabel hæc prænunciavit lib. 3. Regum cap. 20. vers. 23. *Canes comedent Iezabel in agro Iezrael.* Imò solus in monte Carmeli inconstantiam universi Israel intrepidè arguit cap. 18. v. 21. *Usque quo claudicatis in duas partes.* vers. 22. *Ego remansi Domini Propheta solus. Propheta autem Baal, quadringenti & quinquaginta viri sunt, &c.* S. Chrysostomus homiliâ de SS. Petro & Eliâ, sermonis Eliani activitatem summam ita describit. *Vix dum exiverat sermo ejus, cùm subitò mutatur aer, cælum æneum factum, idemque sermo in terra viscera tanquam febris incubuit & è vestigio exaruerunt omnia, omnia solitudine ac vastitate horruerunt, herbæ siccatæ sunt, plantæ simul & arbores tum frugiferæ, tum steriles.* Expende illa verba. *Vix dum, &c. Cùm subitò, &c. Et è vestigio, &c. tanquam febris.* Quæ zelum ejus igneum fuisse non remissum, sed intensissimum declarant, quod colligo ex vocabulo Carith, ad cujus torrentem se recepit, ac latuit tempore siccitatis (in cujus memoriam teste Nicephoro lib. 8. cap. 30. S. Helena Ecclesiam ædificavit). Carith enim secundum Hebræos idem est, quod *excisio, succisio*, quia Elias verbo suo igneo universam terram succendit, ut hoc pacto mortales ad amorem Dei inflammaret. Eucherius Lugdunensis ad hujus ignei sermonis vim obstupescens, exclamat. *Magna vis prophetica dignitatis humanus sermo est, divinus effectus. In terris homo loquitur, & imperio ejus cælestes obediunt potestates, commovit omnem creaturam unus sermo Propheta, & miro modo sonantia, cælumque concussit, &c.*

*Eccl. 48. v. 1.* — *l. 3. Reg. c. 17. v. 1* — *cap. 18. vers. 18.* — *cap. 20. v. 16.* — *4. Reg. 1. v. 16.* — *l. 3. Reg. 20. v. 23* — *cap. 18. vers. 21. v. 22.* — Chrysost. — Eucher. Lugd.

II

Tales fuerunt Apostoli Episcoporum antecessores, qui acceptis à Spiritu Sancto in die Pentecostes linguis igneis illicò universum orbem suâ prædicatione incenderunt. Act. cap. 2. vers. 3. *Et apparuerunt illis dispertita linguæ tanquam ignis, sedit q; supra singulos eorum, & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cæperunt loqui variis linguis, &c.* Cur in specie linguæ Apostolis insedit? quia Apostolos constituebat Episcopos, quorum primarium exercitium est prædicatio Evangelii, ac populorum instructio per se, vel suos Pastores ac Missionarios, studiosè facienda per linguam igneam, ut prædicationis

*Act. 2. v. 3.*

dicationis instrumentum figurata. Undè S. Leo serm. 1. de Pentecoste ait; *Ab hoc igitur die tuba Evangelicæ prædicationis intonuit, ab hoc die imbres Charismatum, flumina benedictionũ omne desertum & universam aridam rigaverunt.* S. Gregorius homil. 30. in Evangelia. *Foris apparentibus linguis igneis, intus facta sunt corda flammantia.* Addam & totum orbem ferientia, ut Vates Regius diu ante prænunciavit. psal. 7. vers. 14. *Sagittas suas ardentibus effecit.* Ubi sanctus Augustinus. *Hinc tanquam sagittæ emittuntur Apostoli, qui divina præconia jaculantur. Sagittas ardentibus operatus est, ideſt; qui percussi divino amore flagrarẽt. Quid enim aliâ sagittâ percussa est, quæ dicit, vulnerata charitate ego sum Cant. c. 2; v. 5. cap. 5. v. 8.* Unicum Paulum proferam, de quo S. Chrysostomus hom. 4. de laudibus Pauli. *Sicut radiis solis orientibus fugantur tenebræ, fera latitant, recondunt se fures & latrones: sic prædicatione fulgente, & Evangelium disseminante Paulo fugabatur error, veritasq; remeabat: idololatria, ebrietates, commessationes, stupra, adulteria, aliaq; dictu fœda defecerunt, atque consummata sunt instar ceræ ignis vapore pereuntis & instar palearum, quæ subitò cremantur incendio.*

S. Leo. Gregor. Psal. 7. vers. 14. August. Chrysost.

§ III. Prædicationem verbi divini esse primarium Episcopi munus, quo fungi debet per se (si possit) docet Concilium Tridentinum sess. 5. de reformatione cap. 2. *Quia verò Christianæ Reipublicæ non minus necessaria est prædicatio Evangelii, quàm lectio, & hoc est præcipuum Episcoporum munus, Statuit & decrevit eadem sancta Synodus, omnes Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & omnes alios Ecclesiarum Prælatos, teneri per se ipsos, si legitimè impediti non fuerint, ad prædicandum sanctum Jesu Christi Evangelium. Si verò contigerit Episcopos, & alios prædictos legitimo detineri impedimento juxta formam generalis Concilii viros idoneos assumere teneantur ad hujusmodi prædicationis officium salubriter exequendum.* Per illa verba *Concilii Generalis*, intelligit Lateranense sub Innocentio III. cap. 10. & refertur cap. *inter cætera*, de officio judicis ordinarii. Quæ verba Concilii fusè explicant Stephanus Weyms ad 24. constitutiones ex jure antiquo desumptas, & per Concilium Tridentinum innovatas constit. 5. Joannes Hieronymus Campanile in diversis juris can. rubr. 12. cap. 13. num. 6. Armendar. in addit. ad recopil. legũ. Navarræ lib. 4. tit. 30. lib. 3. de prædicatoribus sacræ Scripturæ. Marcus Antonius Genuensis in manuali prælat. cap. 32. Quaranta in summa Bullarii verb. *Prædicator*, Sbozius de officio Vicarii libr. 2. cap. 21. Paulus Fuscus de visitatione libr. 2. cap. 20. num. 23. Valerius Reginaldus in praxi for. pœnit. lib. 18. num. 118. Laurentius de Franchis, Stephanus Gratianus Paulus Piateesius, Joannes de la Cruz, Franciscus Leo, Ludovicus Miranda, Tamburinus de jure Abbatum. Barbosa de officio & potestate Episcopi, Aloysius Riccius, Scipio Rendina in prompt. Sayrus in floribus, Possevinus, Ugolinus. Undè sanctus Ephrem tomo 1. tractat. de vitâ spirituali cap. 37. *Nihil* (inquit) *æquè animum hominis ducit ad salutem, juniores q; ad laborandum incendit, quàm si doctorem reipsâ & exemplo ad virtutum cohortatorem invenerint.* Petrus Damianus libr. 4. epist. 3. quendam Episcopum suæ saluti prospicientem, sed sui gregis incurium egregiè corripit, comparatoque Angelo seu Episcopo Thyatiræ, qui etiam salutis curam habebat, sed oves suas, nec per sẽ, nec per missionarios curare satagebat. *Quamvis* (inquit) *temetipsum præbeas vernanti pudicitiæ candore conspicuum, permittis tamen, ut in clero tuo, tanquam cruenta illa Iezabel obtineat luxuria principatum. De qua dicitur Angelo Thyatiræ, habeo adversùm te pauca, quia permittis mulierem Iezabel, quæ se dicit Prophetem, docere & seducere servos meos fornicari, & manducare de idolothytis, Apoc. cap. 2. vers. 20. Authentica certa est illa sententia, quâ dicitur, facti culpam habet, qui quod potest negligit emendare.* Unicum Heli Sacerdotis exemplũm proferam, qui cum duos filios reprehenderet, quia tamen nimis leniter graves suæ lenitatis pœnas incurrit, ut optimè animadvertit Sanctus Basilius in regulis disputatis

S. Ephr. Petrus Damian.

interrogatione

interrogatione 28. *Heli quamvis nequaquam dissimulanter scelus tulisset filiorum suorum, sæpeq; eos ab eo deterrere fuisset conatus, ac longâ oratione, & magnitudinem sceleris, & necessitatem inevitabilis judicii demonstrasset, quia tamen de illis non meritas pœnas sumpserat, neque eo modo quo æquum erat adversum ipsos indignatus fuerat, usque adeò Dei iracundiam irritavit.* Quam ponderans D. Chrysostomus hom. 26. ad populum Antiochenũ hæc effatur. *Quid dicam cùm tunc accusabor? quare non allocutus es? quare nõ mandasti? quare non statuisti legem? cur inobedientes non cohibuisti? non mihi satis est dicere, quod admonui: verum & acriori inquiet, opus erat increpatione. Nam & Heli admonebat, & dicebat, nolite filii mei, &c. Sed procedens ait Scriptura, eo quod non corripuerit filios suos, eo quod non acriter, neque cum increpatione hoc fecerit.* Quibus verbis innuit quantas pœnas incurrunt ii, qui nimis indulgenter ac leniter suos subditos admonent. Has apprehendens S. Hildebertus Episcopus Cœnomanensis epist. 74, ad quendam Ecclesiasticum. *Væ mihi* (inquit) *cui nihil est, quo possum meam purgare garditatem. Legeram enim, væ his, qui consuunt pulvillos sub omni cubito manus & faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis ad capiendas animas. Ezechiel cap. 13. vers. 18. legeram verba sapientum sicut stimuli, & quasi clavis in altum defixi. Ecclesiastes cap. 12. vers. 11. Porrò dum blandis & lenibus, quibus te tibi redderem indulsi, cubito tuo, quasi pulvillum supposui, quasi cervical, quo capta est anima tua feci. Tali pulvillo, tali cervicali circa filios delinquentes usus est Heli.* Nonne potiùs illud *væ mihi &c.* ab iis Episcopis & Prælatis dicendum est, qui nec per se, nec per suos Missionarios populos suos fidei ac virtutum documentis instruunt, sed eos in ignorantiæ tenebris, ac peccatorum sordibus delitescere sinunt. In hac Diœcesi Præsulem habemus, ita de gregis sui salute sollicitum, ut absque adulationis suspicione dicendũ sit vix esse ullum pagum ubi Conciones & Catechismi frequentissimè non habeantur, in quibus Confraternitates B. Mariæ de Monte Carmelo, Sancti Rosarii, Sanctissimæ Trinitatis, Venerabilis Sacramenti non sint erectæ, uno verbo innumera ad virtutum incitamenta efficacissimè non suggerantur.

Basilius. Chrysost. Hildeb.

IV. Notat Barbosa de officio & potestate Episcopi part. 1. tit. 1. cap. 5. num. 12. hanc ovium curam seriò omnibus inculcari Episcopis, dum in consecratione eorum manus unguuntur, ut sciant dignitatem Episcopalem sibi imponi, non ad otium, sed ad negotium animarum, non ad se pascendum, sed ad gregem suum pascendum verbo Dei. Quod si illud pabulum parvipendat, dicens cum populo, anima nostra nauseat super cibo isto levissimo, ac paterno præsulis seu pastoris amore abutatur, traditur in manus novi Præsulis *Baculum auctoritatis scilicet* (inquit Barbosa citatus num. 13.) *& disciplinæ insigne sustentaculum imbecillitatis humanæ, vt si in coercend is vitiis piè sæviens, judicium sine irâ tenens, in fovendis virtutibus auditorum animos demulcens, in tranquillitate severitatis censuram non deserẽs, revocet errantes, regat justos, pungat & stimulet ignavos & inertes, repellat nocentes, & juxta Ezechielem cap. 34. attrahat vagum, sustentet languidum, flectat pigrum, portet in humeris exemplo Principis pastorum ægrum, & debile.*

V. Cæterùm licet id prædicationis munus ex officio spectet ad Romanum Pontificem 19. dist. can. *in memoriam*, & ex commissione ipsius, cui ipse commiserit de officio delegat. cap. final. & ex officio id etiam munus competat, tamen nè illum oraculum propheticum verificetur. *Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.* Quod si illud munus ubique & eorum pastores subalterni obire nequeant, illud munus prædicandi debent cõmittere viris idoneis. *Viros idoneos* (inquit Concilium Trid sess. 5. cap. 2.) *assumere teneantur.* Dummodò sint Clerici, saltem in minoribus ordinibus constituti: Potest enim prædicandi munus committi per Episcopum Clericò Diacono, inquit Sylvester in summa verbo *Prædicatio*, n. 1. Navarrus consil. 2. de tempore ordin. imò etiam Subdiaconis, vel in sacris

non cõstitutis, ita Rendina in promptuario recept. sentent. tomo 1. tit. 17. num. 24. Sayrus in floribus decis. sub titulo de temp. ordin. decis. 2. Armandar. in addit. ad recop. leg. Navarræ, Possevinus de officio Curati, cap. 3. num. 14. Ugolinus de officio Episcopi cap. 42. § 2. num. 1. Barbosa, de officio & potest. Episcopi part. 3. alleg. 76. noster Lezana quæst. regul. tomo 3. verbo *Concionari;* numer. 4. Ratio hujus est, quia prædicare non est actus ordinis, sed jurisdictionis, quæ est delegabilis. Imò laicis munus prædicandi committi posse tenet Navarrus cõsil. 2. de temp. ordin. numer. 3, Suarez tomo 5. in 3. part. D. Thomæ disput. 12. sect. 2. num. 4. Quidquid sit de sæcularibus, Gregorius XIII. in Bulla vigore privilegii in Bullario Laertii tomo 2. inter constitutiones Gregorii numer. 95. & in Bullario Rodriguez inter bullas eiusdem Papæ num. 28. conformiter ad privilegium Pauli III. concedit Præposito & Religiosis Societatis Jesu, quod Clerici primâ tonsurâ initiati, etiam non promoti ad ordines sacros, aliàs tamen idonei à Præposito deputati possint publicè prædicare verbum Dei, quo privilegio uti possunt alii Religiosi communicationem privilegiorum habentes. Quare S. Thomas existimavit non omittendam hanc quæstionem 2. 2. quæst 188. art. 4. an aliqua Religio possit institui ad prædicandum, vel confessiones audiendas, ad quam respondet affirmativè, ubi postquam docuit aliquas Religiones esse institutas ad militandum, ad ministrandum ægrotis, ait incorpore. *Quod eleemosynæ spirituales sint corporalibus potiores, hoc etiam pertinet magis ad obsequium Dei, cui nullum sacrificium magis acceptum est, quam Zelus animarum, ut Gregorius dicit super Ezechielem hom. 12. Majus etiam est spiritualibus armis contra errores hæreticorum, & tentationes dæmonum fideles defendere, quàm corporalibus armis populum fidelem tueri, & ideò convenientissimum est ad prædicandum, & ad alia hujusmodi, quæ pertinẽt ad salutem animarum aliquam religionem instituì.* Thomas. Cùm autem in ordinibus ad prædicandum institutis non omnes sint Sacerdotes, non omnes Diaconi, non omnes Subdiaconi, sed etiam quidam Clerici, imò & Conversi reperiantur, sequitur illis prædicandi jus competere.

VI. Concilium Tridentinum distinguit duplicem locum ubi concionari possunt, scilicet intra & extra Monasterium. Si intra sess. 5. cap. 2. *Regulares cujuscumq; ordinis nisi à suis Superioribus de vitâ, moribus et scientiâ examinati, & approbati fuerint, ac de eorũ licentiâ, etiam in Ecclesiis suorum ordinũ prædicare non possunt, cum quâ licentiâ personaliter se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur antequã prædicare incipiant.* Concilii Trident. Vide Portellum in dubiis regul. verb. *Prædicatores.* Hieronymum Rodericum in compen. qq. regul. resol. 122. *de prædicatoribus*, Homobonum de Bonis in examine Eccles. tract. 2. cap. 3. quæst. 36. Aloysium Riccium in paxi aureâ, Valerium Reginaldum, Miranda in Manuali, Campanile in diversis juris. Ugolinum de potestate Episcopi Barbosam citatum alleg. 76. num. 18 nostrum Lezanam quæst. regul. tomo 1. cap. 20. & tomo 3. verb. *Concionator.* Addit Marcellus Vulpe in praxi fori Eccles. cap. 42. Episcopum posse compellere regulares ad emittendam professionẽ fidei, priusquam prædicationis munus aggrediantur. Quoad prædicationem habendam extra Monasterium, Concilium citatum hoc statuit: *In Ecclesiis verò quæ suorum Ordinum non sunt, ultra licentiam suorum Superiorum, etiam Episcopi licentiam habere teneantur, sine quâ in ipsis Ecclesiis non suorum ordinum nullo modo prædicare possunt.* Ex quibus patet Regulares pro Concione habendâ in suis Ecclesiis non requirere licentiam Episcoporum, sed tantùm examen & approbationem Superiorum, de vitâ, moribus, scientiâ, ipsorumque licentiam: at extra suas Ecclesias etiam Episcoporum licentiam esse obtinendam. Et hoc casu non debere examinari tenet Ludovicus Miranda in Manuali Prælatorum tomo 1. qûæst. 50. art. 2. Campanile in diversis juris canon. tub. 12. cap. 13. num. 9. Hieronymus

nymus Rodericus in compen. quæst. regul. resol. 112. Quod si Regulares absque licentiâ Episcopi in alienis Ecclesiis prædicarint à suis Superioribus puniendi sunt. (inquiunt Quaranta in summâ Bullarii verb. *Privilegia Regularium.* Thomas Zerola in praxi Episc. part 1. verb. *excommunicatio causa materialis*, §. 4. Paulus Piasecius in simili praxi part. 2. cap. 3. num 41. verf. *prædicans.* Portellus in dub. reg. verb. *Prædicatores*, num. 1. Campanile loco citato num. 10. Rodericus citatus num. 3. Aloysius Riccius citatus num. 3.) Sed secundùm constitutionem Gregorii XV. quæ incipit *Inscrutabili*, datam anno 1622. die 9. Februarii possunt etiam coerceri, ac puniri ab Episcopis tanquam Apostolicæ Sedis delegatis. Vide nostrum Lezanam quæst. regul. tomo 1. cap. 20. num. 3, Barbosam in collectaneis DD. in Concilium Tridentinum sess. 5. cap. 2. Imò potest Episcopus mandare alteri Episcopo extraneo ne in suâ Diœcesi concionem habeat 21. dist. cap. in nov. Sylvester & Angelus ibidem, imò Stephanus Gratianus discept. forens. cap. 393. Barbosa in collectaneis Bullarum verb. *Prædicator*, declaratum fuisse à Clemente VIII. & decisum a Sacra Congregatione posse Episcopum prohiberi nè concionetur in alienâ Diœcesi.

VII. Quod spectat ad materiam Concionum Concilium Tridentinum vetat, nè Concionatores verba & sententias sacræ Scripturæ adhibeant ad superstitiones & incantationes, vel in alia prophana & scurrilia convertant sess. 4. in decreto de editione, & usu sacrorum librorum. *Post hac temeritatem illam reprimere volens, quâ ad profana quaque convertuntur, & torquentur verba & sententia sacra Scripturæ, ad scurrilia scilicet fabulosa, vana, adulationes, detractiones, superstitiones impias, & diabolicas incantationes, divinationes, sortes, libellos etiam famosos, mandat, & præcipit ad tollendam hujusmodi irreverentiam & contemptum nè de cætero quisquam quomodolibet verba scripturæ sacræ ad hæc & similia audeat usurpare, ut omnes hujus generis homines, temeratores & violatores verbi Dei, juris & arbitrii pœnis per Episcopos coerceantur.* De Prædicatoribus ejusmodi fabulas concionantibus, vel sententias & verba sacræ Scripturæ ad scurrilia & fabulosa detorquentibus per Episcopos plectendis. Vide Concilium Lateranense sub Leone X. session. 11. Mirandam quæstion. 50. art. 7. Homobonum de Bonis de examine Eccles. tract. 11, cap. 7. quæst. resol. 3. Aloysium Riccium Joannem de Solorzano, Barbosam. Idem Concilium Tridentinum sessione 5, cap. 2. declarat Prædicatores errores, aut scandala disseminantes, per Episcopum à prædicatione esse interdicendos. *Si verò (quod absit) Prædicator errores aut scandala dissemiaverit in populum, etiamsi in Monasterio sui vel alterius ordinis prædicet, Episcopus ei prædicationem interdicat, Quod si hæreses prædicaverit cõtra eum secundùm juris dispositionem, aut loci consuetudinem procedat.* Super hoc consule Mirandam citatum quæst. 50. art. 7. Campanile citatum cap. 13. num. 24. Franciscum Leonem in thesaur. fori Eccles. part. 1. cap. 8. Fr. Emmanuelem quæst. regul. tom. 2. quæst. 32. art. 8. Franciscum Galetum in Margarita casuum conscientiæ, verb. *Prædicare*, Hieronymum Rodericum, Marcellum Vulpe, nostrum Lezanam tomo 1. quæst. regul. cap. 20. num. 9. Addit Tamburinus tom. 3. disput. 5. quæst. 11. num. 60. Episcopos posse procedere contra quoscumque Concionatores, qui relationes, aut miracula non authentica prædicaverint.

Concilii Trident.

VIII. Episcopus non tantùm providere debet ut Theologalis præbenda, & lectio sacræ Scripturæ habeatur in suâ Diœcesi secundùm Concilium Tridentinum sessione 5. de reformatione cap. 1. Homobonum de Bonis de humanæ vitæ statibus part. 1. cap. 11. & 12. Aloysium Riccium in praxi aureâ resolut. 175. & in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis. 101. part. 4. Monetam de distribut. quotid. part. 2. quæst. 10. & de commut. ultimæ volunt. cap. 10. Nicolaum Garciam de benef. part. 5. cap. 4. Fuschum de visit. lib. 1. cap. 17. Thomam Zerolam

in praxi Episc. part. 1. verb. *Præbenda Theologalis*, Barbosam de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 56. sed etiam ex eodem Concilio Tridentino sessione 5. cap. 1. curare debet, ut in Monasteriis Monachorum lectio sacræ Scripturæ habeatur. *In Monasteriis quoque Monachorum, ubi commodè fieri queat, lectio sacræ Scripturæ similiter habeatur: quâ in re si Abbates negligentes fuerint, Episcopi locorum, in hoc ut Sedis Apostolicæ delegati, eos ad id, oportunis remediis cõpellant. In Conventibus verò aliorum regularium in quibus studia cõmodè vigere possunt sacræ Scripturæ lectio similiter habeatur, quæ lectio à Capitulis Generalibus vel provincialibus assignetur dignioribus Magistris.* Ubi aliter loquitur de Monasteriis Monachorum, & Conventibus Regularium illis præcipit haberi lectionem *ubi commodè haberi queat.* His Conventibus tantùm præcipit, *in quibus studia vigere possunt.* Deindè aliter loquitur de Monasteriis Monachorum, & Conventibus aliorum Regulariũ, illa agit Episcopos posse cogere, Conventus autem Regularium minimè. Nihilominus Rodriguez tomo 2. qq. regul. quæst. 130. art. 2. propter verbum illud *similiter habeatur*, existimat etiam Conventus Regularium posse cogi ab Episcopis. Sed noster Lezana tomo 3. verb. *lectio sacra*, ait tantùm denotari habendam esse talem lectionem. Præterea Rodriguez tomo 2, quæst. 130. art. 2. Peirinis tomo 1. privileg. Minimorum in constitut. 2. Julii II. §. 5. num. 16. noster Lezana tomo 1. cap. 9. num. 48. dicunt satisfieri huic decreto, si habeatur lectio Theologiæ Scholasticæ vel moralis, his accedunt Marcellus Megala part. 2. lib. 2. cap. 27. num. 14. Naldus in summâ verb. *legere*, numer. 2. Addit præfatus Lezana post Rodriguez & Peirinis supra posse Abbates cogi cẽsuris, eoquod Episcopi deputantur tanquam Sedis Apostolicæ delegati, qui hoc modo possunt contra Regulares procedere. Cæterùm ad habendã lectionem Theologicam sivè positivam, sivè moralem, vel scholasticam non prærequiri licentiam seu examen Ordinarii. Decisum à Sacrâ Congregatione refert Franciscus Galletus in Margaritâ cas. consc. verb. *legere*, & verb. *licentiâ*, Tamburinus de jure Abbatum, Barbosa de officio & potestate Episcopi, Lezana tomo 3. verb. *Episcopus*, num. 26. & tomo 4. verb. *lectio quoad Regulares*, num. 2.

## CAPUT IV.

### *Potestas Episcopalis circa Missa Sacrificium.*

I. NAvarrus in manuali cap. 22. num. 2. & de horis Canonicis cap. 39. num. 29. censuit Episcopos teneri quotidie audire sacrum, sed Marcus Antonius Genuensis in manuali Prælat. cap. 12. Aloysius Riccius in praxi aureâ resol. 203. Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 24. n. 1. negant: licet enim cap. ult. de Privileg. lib. 6. dicatur, quod Episcopus singulis diebus celebret, vel audiat sacrum apud Alzedo de præcell. Episc. dignit. part. 1. cap. 13. num. 1. id intelligi debet de congruentiâ, de consilio, & ad bene esse, ita Sylvester verb. *Missa*, quæst 2. vers. 1. Rosella eodem verbo §. 23. Azorius instit. moral. part. 1. lib. 7. cap. 4. quæst. 3. Aloysius Riccius loco citato. Stephanus Fagundez in quinque præcepta. Itinerando possunt vel celebrare, vel audire sacrum, notabiliter ante lucem, vel post meridiem spatio videlicet unius horæ. Hujus privilegii Episcopo concessi meminit Glossa in cap. ultim. de privileg. in 6. Sylvester verb. *Missa*, 1. quæst. 6. Paludanus in 4. dist. 13. quæst. 2. conc. 2. art. 2. Henriquez in summa libr. 9. de Missa, cap. 24. §. 5. Navarrus in manuali cap. 25, num. 85. Illud privilegium ad Cardinales etiam iter nõ facientes extendunt Paludanus, Sotus, & Henriquez citati. Diebus Dominicis & festivis, diebus solemnibus (si sit oportunum) debere Episcopos celebrare docent Aloysius Riccius in praxi aureâ resolut. 203. num. 6. Marcus Antonius Genuensis in Manuali prælat. cap. 12. Advertendum tamen est, quod Sacerdos nequit eo die sacrificare

crificare in altari in quo Episcopus sacrificavit solemniter, & in pontificalibus, nisi de licentiâ Episcopi, cap. final. de consecrat. distin. 2. Azorius instit. moral. lib. 10. cap. 17. quæst. 10. Alzedo part. 1. cap. 13. num. 24. Basilius de Leon variar. disput. lib. 2. cap. 2. Ugolinus de offic. Episcopi part. 1. cap. 2. §. 2. Henriquez lib. 9. cap. 28. §. 1. Facundez præc. 1. lib. 3. cap. 22. num. 5. Barbosa de officio & potest. Episcopi part. 2. alleg. 24. Bonacina de Sacramentis disp. 4. quæst. ult. Hujus ratio est, quia sic postulat reverentia Episcopalis dignitatis. Nihilominus Azorius lib. 1. instit. moral. lib. 10. cap. 27. quæst. 10. Layman de sacrificio Missæ lib. 5. tract. 5. cap. 6. num. 10. Scortia lib 2. de sacrificio Missæ lib. 5. cap. 14. num. 6. Notant hoc non observari ubique, ideòque consuetudini patriæ standum esse.

II. An extra Ecclesiam & locum sacrum ad id specialiter deputatum celebrare sit vetitum difficultas est. Scio olim apud Hebræos unum locum à Deo fuisse electum, ut ibi sacrificaretur, Deuteronomii cap. 12. vers. 4. & 5. cap. 14. vers. 23. 24. cap. 26. vers. 2. hic autem locus à Moysis tempore usque ad erectum templum Salomonis fuit Tabernaculum, statutamque fuisse pœnam in eos, qui victimas offerrent extra Tabernaculum. Tabernaculo successit Templum quod Rex Salomõ ædificavit lib. 3. reg. c. 6. v. 1. & Zorobael reædificavit lib. 1 Eldræ c. 3. vers. 8. extra quod sacrificare non licuit juxta illud lib. 2. Paralip. cap. 17. vers. 12. *Elegi locum istum mihi in domum Sacrificii.* Undè Samaritani censebantur hæretici, quia teste Josepho lib. 11. cap. 7. & 8. Templum condiderant in monte Garizim, ibique sacrificabant. Omitto rationes hujus præcepti, quæ apud Interpretes videri possunt. In novâ lege & ubi Christiana Religio exercetur extra Ecclesiam & locum ad id specialiter deputatum missæ sacrificium celebrare nõ licet. Ita cap. *sicut*, cap. *Missarum*, & seqq. de consecrat. dist. 1. Concilium Tridentinum sess. 22. de observandis in celebratione missæ, D. Thomas 3. part. quæst. 83. art. 3. ad 1. Durandus in rationali divinorum offic. libr. 4. cap. 1, num. 41. Naldus verb. *Missa*, Petrus de Ledesma in summâ part. 1. de Sacramento, Euchar. cap. 2. Suarez tom. 3. disp. 81. sect. 3. & 5. Henriquez in summa libr. 9. cap. 27. §. 1. Joannes de la Cruz de statu Relig. lib. 2. cap. 5. dub. 7. Chamerota de Sacramentis tractat. 4. de Euchar. tit. de sacrificio Missæ, dub. 15. Cenedo can. quæst. lib. 1. quæst. 4. numer. 5. Azorius instit. moral. part. 1. lib. 10. cap. 26. quæst. 1. Paulus Piasecius in praxi Episc. Ludovicus Miranda in Manuali Præl. Aloysius Riccius, Homobonus de Bonis, Joannes Valerianus de differentia inter utrumque forum verb. *Missa*, Fernandez in examine Theologiæ moralis, Fagundez in S. Ecclesiæ præcepta, Bonacina de Sacramentis disp. 4. quæst. ult. punct. 9. & alii ab ipso citati. Ratio est, quia violatur præceptum Ecclesiæ in re gravi, licet non extet prohibitio sub censurâ.

III. Quemadmodum in lege scriptâ Deus sæpè dispensavit olim, ut posset licitè extra locum Sanctuarii Deo sacrificari, ita in hac lege dispensatur aliquando pro Missâ celebrandâ extra Ecclesiam. Primum probat S. Augustinus tom. 4. quæst. 36. in Judices. *Ita Deus legitima illa constituit, ut leges non sibi, sed hominibus daret. Unde quodcumque præter illa ipse præcepit, non à transgressoribus, sed potius à piis & obedientibus hominibus impletum intelligendum est.* S. Aug. Undè ex dispensatione divinâ licitè filii Israel sacrificarunt extra Sanctuarium, ut in Gangalis, Judicum cap. 2. numer. 5. Hebræi eodem libro cap. 6. vers. 26. Gedeon in Ephra lib. 1. Reg. cap. 7. vers. 9. & 17. Samuel in Malphat & in Ramathâ. Idem cap. 11. vers. 15 in Galgala. Idem cap. 16. vers. 5. in Bethleem David libr. 2. Regum cap. 24. vers. 25. in Areâ Arcunâ Jebusæi, Sanctus Propheta Elias in monte Carmelo lib. 3. Regum 18. vers. 36. *Cumque jam tempus esset ut offerretur holocaustum, &c.* *l. 3. Reg. 18. v. 36* Theodoretus ibi quæst. 15. *Cum* (inquit) *sciret Deus populi propensionem ad impietatem divinum locum loco circumscripsit: piis enim, & iis, qui sciunt locum*

*pium*,

*pum legis quilibet locus est consecratus ad Dei cultum. Nam celeberrimus ille Elias cùm divinum templum omnes ad se vocaret ex lege, in Carmelo extruxit altare, & obtulit sacrificium.* Idem ferè habet Procopius. Ita licet sit peccaminosum extra casum necessitatis in loco non sacro non celebrare, etiam sublato scandalo. Ex D. Antonino 3. part. tit. 13. cap. 6. num. 4. Navarro in manuali cap. 25. numer. 80. & 81. Sylvestro verb. *Missa*, 1. num. 5. Azorio institut. moral. part. 1. libr. 10. cap. 26. quæst. 8. Suarez tomo 3. disput. 81. sect. 3. Vasquez 3. p. disp. 233. cap. 3. num. 46. Henriquez in summa Fr. Emman. in summa part. 1. & qq. regul. tomo 1. Jacobo de Graffis, Reginaldo in praxi fori pœnit. Bartholomæo ab Angelo de Missâ, Chamerota de Sacramentis tract. 4. Robles de Salzedo ad Bernard. cap. 37. Nugno quæst. 83. art. 3. Fagundez in quinque Ecclesiæ præcepta citato.

IV. Tamen Episcopum cum altari portatili posse celebrare, & sibi facere celebrari sustinet Azorius instit. Moral. part. 1. lib. 10. cap. 26. quæst. 4. Ugolinus de officio Episcopi cap. 2. §. 2. num. 4. Ludovicus Beia respons. casuum conscientiæ part. 4. casu 33. Hurtado de sacramentis tomo 2. tractat. de sacrificio Missæ disput. 4. diffic. 6. Armendas in addit. ad recop. Vasquez, Joannes de Lugo de Sacramentis, Barbosa de offic. & potestat. Episc part. 2. alleg. 23. Laurentius de Portel, in respons. reg. part. 5. cas. 20. Diana tract. 4. miscellan. resol. 15. Nec per Concilium illud privilegium esse ipsis ablatum, hac ratione probatur. Quia intentio Concilii est tollere abusus, in Episcopis autem non est abusus, cùm fiat ex causâ, scilicet ut quotidie Episcopus sacrum audiat, cap. final. quam non audiret si illud privilegium esset sublatum, maximè transeundo & itinerando, ut notat Joannes Valer de differentia inter utrumque forum, verb. *Missa*, differ. 2. Vel saltem occasione pestis & belli ut opinatur Sel in selectis cap. 28. num. 5. referens id fuisse decisum in causâ Lombardiæ 17. Augusti 1630. Beia aliter respondet, si scilicet Episcopus fuerit in alienâ Diœcesi diu permanens, ita ut non sit per modum transeuntis, & itinerantis: sed ob justum & utile negotium Ecclesiæ, tunc nequit uti privilegio celebrandi extra Ecclesiam in altari portatili, quia cessat ejus ratio, maximè si Diœcesanus prohibuerit, nè quis in suâ Diœcesi celebret nisi in loco sacro, vel qui ab eo fuerit destinatus. Huic opinioni suffragatur Navarrus consilio 5. & 16. de privileg. & Emmanuel Sa verb. *Episcopus*, numer. 24. hic: *Episcopus* (inquit) *potest dicere ubique Missam in sua Diœcesi cum altari portatili, & extra cum licentiâ Episcopi loci, ubi receptum est Concilium Tridentinum.* Em. Sa. Sed Diana mavult amplecti opinionem Laurentii Portelli in resp. regul. part 5. casu 20 num. 7. asserentis Episcopum posse erigere altare privatum, ut in eo celebret, vel celebrari curet in oratorio privato etiam in alienâ Diœcesi. Primò, quia caput final. de privileg. in 6. favere videtur, dicens de illis, quia sæpè absunt à suis Ecclesiis, quod evenit maximè quando sunt in alienâ Diœcesi. Secundò Episcopum celebrare sacrum in alienâ Diœcesi in oratorio privato non est actus jurisdictionis contentiosæ, sed voluntariæ, seu est privilegium personale, quo uti potest in alienâ Diœcesi, ut vult Sanchez lib. 3. de matrimonio disp. 19. num. 7. Igitur nonobstante Concilio Tridentino sess. 22. cap. 8. & decreto possunt Episcopi non infirmi, non itinerantes erigere oratorium in suis palatiis, & villâ rurali, ibique celebrare, vel audire missam. Tertiò in jure cap. *in his*, de privileg. concessum est Prædicatoribus & Minoribus ab Urbano V. & Sixto IV. Carmelitis, ut habetur in speculo Ordinis, à Julio II. Minimis, a Gregorio XIII. in Bullâ *Usum altaris*, ut in altari portatili possint celebrare, quod privilegium nō est revocatum maximè si permittat, vel non contradicat Episcopus. Ratio nostri Lezanæ tomo 3. quæst. regul. verb. *Altare*, num. 13. est, quia Concilium Tridentinum directè & expressè non prohibet vel interdicit regularibus usum suorum privilegiorum, quantùm ad hoc: sed tantùm

præcipit

præcipit Episcopis ne permittant illis uti. *Nevè* (inquit sess 22. in decreto de observandis & evitandis in celebr. Missæ.) *patiatur privatis in domibus, atque omninò extra Ecclesiam, & ad divinum tantùm cultum dedicata oratoria ab eis ordinariis designanda & visitanda, sanctum hoc sacrificium à sæcularibus aut regularibus quibuscumque peragi.* Casu ergò, quo id patiantur, vel permittant Episcopi, regulares poterunt uti suis privilegiis, maximè cùm hoc privilegium sit concessum in jure Prædicatoribus & Minoribus, & Patres Societatis suo privilegio utantur in missionibus, quas agunt in Indiis, & ubiq; gentium, modò loca sint tuta & honesta, quo etiã uti possunt Religiosi in privilegiis cõmunicantes, ut docent Peirinis tomo 1. privileg. Minim. in constit. Pyrrhi n. 18. noster Lezana quæst regul. tomo 1. cap. 21, n. 14. tomo 3. verb. *Altare*, n. 13. Rodriguez tom 1. qq. reg. & tom. 2. Joan. à Cruce de privil regul. lib. 2. cap. 5. Portellus in dub. reg. verb. *altare*, referens Petrũ de Ledesma 1. part. summæ, cap. 20. de Eucharistia, alios etiam referentẽ. Iidem Regulares possunt celebrare in suis Monasteriis, Claustris, Infirmariis, &c. quia Gregorius XIII. id concessit Societati Jesu anno 1575. *Decet* (inquit) *Romanum Pontificem, &c. in Oratoriis & Capellis, quæ ipsius Societatis Provinciales per se in domibus, collegiis. & aliis locis, ubi aliqui Societatis residebunt, approbaverint, & ad divinum duntaxat cultum deputaverint; Missa & alia divina officia celebrari possint.* Quod privilegium ad alios Religiosos, qui communicant in privilegiis docent Reginaldus in praxi lib. 29. num. 178. Peirinis citatus num. 29. Lezana tomo 1. quæst. reg. cap. 21. num. 14. Denique prætati Religiosi possunt in grangiis seu prædiis Monasteriorum erigere Oratoria, in quibus cum altari portatili celebrent sacrum, maximè si non repugnet, vel contradicat Episcopus. Ratio pro hoc militans, est multitudo privilegiorum, quæ referuntur à Joanne à Cruce de privil. regul. lib. 2. cap. 5. dub. 7. concl. 2. Peirinis tomo 1. privileg. Minimorum in constit. Pyrrhi num. 30. & 31. Rodriguez tomo 2. (& maximè privilegium Cisterciensium, cujus meminit Rodriguez in Bullario tomo 1. in Alexandro VI. Bulla 14. & generaliter privilegia, quæ concedunt id fieri posse in loco honesto & decente, cujusmodi debent esse grangiæ, & prædia Religiosorum, quæ etiam non sunt privatarum personarum vel sæcularium, sed Monasteriorum & Communitatum Religiosarum, nec sunt omninò extra Ecclesiam, sed partes Ecclesiæ, & partes ipsius, ut post auctores citatos docet Lezana tomo 3. verbo *altare*, num. 14. & 15. ait id practicari in Hispaniâ de Cameris particularibus aliquorum Religiosorum, quando ob infirmitatem nequeunt camerâ egredi ad sacrum audiendum die solemni, vel sacra Synaxis recipienda. Pro hoc etiam Peirinis citatus num. 34. refert ex Peregrino in compendio privilegiorum congregationis regularium, tit. *infirmi*, §. 2. refert notabile privilegium Pii IV. pro Canonicis Regularibus Sancti Salvatoris Lateranensis concessum 18. Maii anno 1565. post Concilium Tridentinum, & cum derogatione ipsius. Non video cur Episcopis eadem gratia non sit concessa, vel aliàs concessa, sit revocata per Concilium Tridentinum, non attentâ eorum dignitate. Maximè cùm communis Catholicorum sententia sit apud Bellarminum de Conciliis & Ecclesia lib. 1. cap. 15. solos Episcopos in Conciliis Generalibus & Provincialibus habere jus suffragii decisivi ordinariè. Ex privilegio autem & consuetudine Cardinales, Abbates & Generales Ordinum, licet non sint Episcopi. Pro conclusione notat Diana citatus post Gavantum in Enchir. Episc. verbo *Episcopus*, num. 8. & 9. Ugolinum de potestate Episcopi lib. 1. cap. 2. §. 2. Maùritium Alzedo in praxi Episc. part. 2. cap. 13. Venerum in examine Episc. lib. 4. cap. 17. Episcopos Romæ non posse celebrare vel audire sacrum in Oratorio sui Palatii. Notat secundò cum Portello citato, quod in Oratorio Episcopi Sacerdos potest celebrare præsente Episcopo, non verò absente, quia illud privile-

Concilii Trident.

Greg. 13

legium non est reale, sed personale, seu non est concessum loco, sed personæ Episcopi celebrantis, vel audientis, proindèque absente Episcopo cæteri Sacerdotes illo privilegio gaudere nequeunt.

V. Non minus probat Episcopalis potestatis exercitium controversia illa, quâ quæritur an Episcopus existens in alterius Diœcesi possit celebrare Missam in Pontificalibus, scilicet insignitus mitrâ, baculo pastorali, annulo, sandalibus, tunicellâ, dalmaticâ, chirotecis, & cruce pectorali, &c. de quibus Isidorus Molconius in suo tractatu de magnitudine militantis Ecclesiæ part. 1. lib. 1. cap. 8. vers. *ornamenta*. Quibus Campanile in diverf. tūb. 6. cap. 3. Muzzetam, cappam Pontificalem, galerum, qui duplicis formæ est. Alter, quo in solemnioribus equitationibus utitur: alter simplicior, uterque tamen ex lanâ & serico viridi exornatus juxta modum descriptum in cæremoniali. Dico Episcopum sæcularem posse in omni loco uti vestimentis violaceis coloris rubeis trāsversis. Ita cæremoniale Episc. lib. 1. cap. 1. & 2. Lancellottus in templo omnium judicum lib. 2. cap. 5. §. 3. Joannes Garcia de nobilit. gloss. 48. §. 3. Hieronymus Venerus de examine Epise. lib. 4. cap. 17. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 1. Posse item uti Rochetto, quod est indumentum lineum & album, cap. *Clerici*, de vitâ & honestate Clerici, lib. 39. lib. 5. part. 1. Joannes Trull supra num. 11. Barbosa citatus, cum hac moderatione, quod in propriâ Diœcesi possunt incedere rochetto discooperto: at extra suam Diœcesim vel in præsentia Legati à latere gerunt manteletum ad cooperiendum Rochettum. In propriâ enim Diœcesi loco manteleti utuntur mozzettâ supra rochettum, ita cæremoniale Episcop. lib. 1. cap. 2. Ugolinus de officio Episcopi part. 1. cap. 5. Uti item possunt galero nigro, lanco, serico viridi suffultu cum chordulis & floccis sericis, viridibusque. Cæremon. Episcop. citatum, Hieronymus Venerus lib. 4. cap. 17. num. 1. Barbosa citatus alleg. 1. num. 48. Portare etiam possunt annulum gemmatum in quarto digito à pollice manus sinistræ cap. *Clerici*, de vitâ & honest. Clerici. Lancellotus lib. 2. cap. 5. Petrus Gregorius Syntagm. juris part. 2. lib. 5. cap. 12. Insuper possunt cappam gerere, cujus caudâ a Capellano deferatur, Lancellottus lib. 2. cap. 5. num. 17. Stephanus Gratianus discept. forens. cap. 467. tomo 3. Barbosa citatus num. 49. At Episcopus Regularis cùm Monasticum habitum non amittat, imò illum gestare non tantùm ex vi regulæ, sed etiam ex jure, cap. *Clerici officia* in fin. Alphons. Alvarez Guetteto in speculò juris Pontif. cap. 12. Nicolao Boerio decis. 158. num. 5. Navarr. in comm. de regul. com. 4. num. 27. Henriquez lib. 10. cap. 32. & cap. 33. in fine, Azorio citato quæst. 4. Lessio de justitia libr. 2. quæst. 40. dub. 14. num. 113. Fr. Emman. tom. 2. quæst. 58. art. 3. Sanchez lib. 6. cap. 6. num. 22. Bartholomæo à S. Fausto in thesauro Relig. Ferdinando de Castro Palao in opere moral. Joanne de la Cruz, Francisco de Sosa de obligatione Relig. Barbosa & officio & potest. Episcopi, nostter Lezana tomo 1. qq. regul. cap. 17. numer. 9. Emmanuele Sa in summa verb. *Episcopus*, ita tamen, ut retento colore sui Ordinis possint in formâ seu figurâ habitus se conformare cum Episcopis sæcularibus lib. 6. in decal. cap. 6. numer. 22. & annulum gemmatum ferre. Imò ad Cardinalatum assumpti, possunt ex concessione Gregorii XIV. anno 1591. die 9. Junii apud Laertium tomo 2. Bull. gerere biretrum rubrum. His vestibus Episcopi ubique utuntur.

IV. Quo ad Pontificalia insigniora supra enumerata, Riccius part. 4. dicec. 27. num. 7. Erasmus à Chokier Jurisconsultus Leodiensis de jurisdictione Ordinarii in exemptos part. 2. quæst. 1. num. 8. Barbosa de potestate Episcopi part. allegat. 80. num. 14. Diana tract. 6. miscell. resol. 36. tenent solum Episcopum Diœcesanum posse in suâ Diœcesi uti inter sacra Missarum solemnia, & quando consecrationes, aut ordinationes, vel benedictiones personales auctoritate Apost.

Apostolicâ facere oportet. Ratio est, quia baculus, & mitra non tantùm sunt ornamenta, sed etiam insignia superioritatis, potestatis, & officii. Nam ex Gratiano tomo 3. cap. 467. num. 6. Baculus Episcopalis æquiparatur vexillo Crucis quo Archiepiscopus utitur, & signum est jurisdictionis ex Tamburino de jure Abbatum, tomo 1. disput. 21. quæst. 3. num. 8. Venero de examine Episc. lib. 4. cap. 10. num. 22. & 23. Fulvio Paciano de Prælat. lib. 2. cap. 29. numer. 56. & 64. & apparet in verbis quæ adducit Glossa in cap. unico ff. final. verb. propter historiam, de sacrâ unctione. Glossa. His verbis *In baculi forma Præsul datur hac tibi forma. Attrahe per primum, medio rege, punge per imum.* Idest attrahe peccantes, rege justos, punge vagantes. *Attrahe sustenta, stimula, vaga, morbida, lenta.* Et in ritu consecrationis Episcopi, consecrans consecrando, & tradendo baculum ait: *Accipe baculum pastoralis officii, ut sis in corrigendis vitiis piè sæviens, in tranquillitate severitatis censuram non deserens, &c.* Et in libro, qui ordo Romanus nuncupatur, dicitur. *Accipe baculum pastoralis officii, potestatem ligandi atque solvendi, ut sis in corrigendis vitiis perseverans, &c.* Unde quia curvatio Baculi Episcopalis potestatem coarctatam, ac ad Diœcesim limitatam significat, ideò Rom. Pont. non eo utitur, ob universalem potestatem quam possidet, ut notat Anastasius Germanius de sacrâm. minim. lib. 3. cap. 5. num. 108. num. 100. & de indulg. Cardin. §. *Episcopus*, num. 25. & seqq. & alii apud Barbosam in collect. tomo 1. lib. 1. tit. 15. cap. unico, §. *ungitur*, numer. 15. Ex quibus patet baculum non tam esse signum dignitatis, quàm potestatis, ut Gratianus testatur etiam tomo 3. decis. 29. num. 7. Gregorius Tholosanus de republicâ lib. 6 cap. 20. num. 21. & hic usus baculi observatur Leodii, in solemnioribus Processionibus quibus Scabini, ut supremi judices interfunt cum baculis, similiter Magistratus ut Civitatis administratores.

VII. Eadem Episcopalis potestas non minus commendatur per contrariam opinionem, quæ asserit Episcopum existentem in alterius Diœcesi posse licitè celebrare missam in Pontificalibus, seu cum baculo & mitrâ. Quia nullus id illis prohibet, igitur est illis licitum, nec obstat Concilium Tridentinuum cap. 5. sessionis sextæ, *Nulli* (inquit) *liceat cujusvis privilegii pretextu Pontificalia in alterius Diœcesi exercere, nisi de Ordinarii loci expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subjectas tantùm si locus faciem fuerit Episcopus ab exercitio Pontificalium, & sic ordinati ab executione ordinum sint ipso jure suspensi.* Concilii Trident. Non (inquam) obstant hæc verba, illis enim vetat usum Pontificalium cum aliquo exercitio consecrationis, confectionis Chrismatis, ordinationis, degradationis & similium, quæ ab Ordine Episcopali dependent, ut animadvertit Joannes Baptista Villabodos in summâ tomo 1. tractat. 18. difficul. 9. num. 5. Tamburinus de jure Abbatum tomo 1. disp 15. quæst. 15. numer. 3. Campanile de divers. juris can. Rub. 9. cap. 5. num. 1. & 3. Quaranta in summa verb. *Archiepiscopi auctoritas*, numer. 32. Ubi hæc refert: *Non obstat Concilium Tridentinum sess. 6. cap. de reformat. quia loquitur de Pontificalibus cum exercitio, ut de collatione ordinum, & de Episcopo volente etiam pretextu privilegii ordinandi extra suam Diœcesim, pro ut erant ante Concilium Tridentinum multi titulares Episcopi, & ordinabant ubicumque volebant sine Episcopi illius loci consensu, & ita dicit Navarrus consil. 21. de tempore ordin. in antiq. qui in consil 69. de sentent excommunic. in antiq. Extendit etiam ad Episcopum, qui in alienâ Diœcesi sine licentiâ consecravit Calices, & benedixit corporalia. Et Episcopus circumscripto privilegio etiam ante Concilium non poterat per cap. Episcopus 7. quæst. 1.* Quaranta. Legendus etiam Conninck de sacramentis disput. 26. dub. 5. num. 35. Quod hæc expositio verborum Concilii sit vera, patet ex ejus verbis *exercere*, quæ vox non tantùm significat usum Pontificalium, sed etiam exercitium super alios. Secundò, ex his verbis *in personas eidem Ordinario subjectas.* Tertiò ex sequentibus. *Et sic*

*ordinati. Quia* (inquit Barbosa in collectaneis Doct. in Concil. Trident. post Marium Alterium Felicianum de Vega, ad cap. *Etsi Clerici*, §. *si verò*, num. 34. de judic.) *Etsi fortassis in Ordinato non adfuerit aliqua culpa, attamen quia ob ipsam ordinationem Episcopus, qui confert ordinem ipso facto incurrit Pontificalium suspensionem, indè est quod eadem suspensio respectu ordinis suscepti adipsum ordinatum protrahatur.* Cùm igitur Concilium Tridentinum prohibeat Episcopis exercere in aliis Diœcesibus officia Pontificalia, sequitur posse ibi celebrare in Pontificalibus cum mitrâ & baculo, sic enim celebrans non exercet in alios officia Pontificalia prohibita à Concilio, sed tantùm sacrum celebrat cum Pontificalibus ornamentis. Porrò hanc opinionem probabilem putat Paulus Layman in quæstionibus Canonicis cap. 17. num. 224. Veram existimat Joannes Vanshel in Clemen. de privileg. Mauritius Alzedo in praxi Epis. part. 1. cap. 13. num. 88. qui plures alios citat.

VIII. Dum Episcopus sacros Ordines cõfert licet de honestate Missæ requiratur ut post Imol. cap. *quod sicut*, num. 16. Sotum in 4. dist. 24. quæst. 2. art. 1. conc. 2. Sanchez in opusc. morali lib. 7. cap. 1. dubio 4. Docet Barbosa de officio & potestate Episc. part. 2. allegat. 14. num. 16. tamen non est de eorum substantiâ, ut notant Doctores in cap. *Quod sicut*, de elect. Armilla verb. *Ordo*, Barbosa citatus, sic (inquit) Azorius part. 2. instit. moral. lib. 9. cap. 4. Licet ex præcepto vel consuetudine, non autem ex consecrationis substantiâ in cõsecratione Ecclesiæ debeat Missæ sacrificium offerre, ut docent Hostiensis, Bernardus & Hugo in cap. *Quod sicut*, de elect. & cap. de fabricâ, de consecrat. dist. 1. Tamen potest Episcopus consecrans Ecclesiam rem divinam omittere (inquit idem Azorius citatus post Sylvestrum in verb. *Consecratio*, 2. numer. 1.) Quando verò inter Missarum solemnia ordinat sacerdotẽ principalis minister, dux concurrens ad consecrationem Eucharistiæ est Episcopus. Accipe verba Layman Theologiæ moralis lib. 5. tract. 2. cap. 7. numer. 5. Layman
*Solet ex consuetudine fermè ubique receptâ, ut sacerdotes noviter ordinati, cum Episcopo in Missarum solemniis consecrent. Vbi vides plures Sacerdotes tanquam causas totales concurrere ad idem sacramentum Eucharistiæ conficiendum, inter quos principalis est Episcopus, velut Dux ac Padagogus aliorum. Quare curandum est illi, ut non post alios verba consecrationis finiat. Nam si alius quisquam absolutam consecrandi intentionẽ habens ante alios, ipsumq; principalem sacrificantem Episcopum verba consecrationis finiat, solus is consecrabit. Quod incommodum ut evitetur, monẽt Doctores celebrantes oportere habere intentionem conditionatam videlicet consecrandi si simul cum Episcopo verba consecrationis absolvant, non item ita si præveniant.* Subdit idem Layman num. 6. *Mihi verò magis placet cautio Cajetani part. 3. quæst. 82. art. 2. Henriquez lib. 8. cap. 18. num. 2. Suarez part. 3. disput. 61. sect. 4. monentium, ut novi Sacerdotes servent generalem intentionem proferendi verba secundùm voluntatem Ecclesiæ, quia non desunt, qui existimant illos verba consecrationis non dicere formaliter, & cum intentione consecrandi, sed tantùm recitativè, & materialiter in signum potestatis sibi concessæ, & memoriam Cœnæ ultimæ, in qua Christus cõram Apostolis missæ sacrificium instituit, in quam sententiam valdè probabilem propendent etiam Richardus in 4. distin. 13. art. 2. quæst. 1. Suarez loco citato. Cùm enim moraliter impossibile sit, ut cum Episcopo celebrante concelebrantes eodem instante temporis verba consecrationis finiant, sicut notavit Cajetanus citat. art. 2. Non apparet alius modus dictam consuetudinem defendendi ab incommodis, quæ contra eam objiciunt, & ideò improbant Durandus in 4. dist. 13. quæst. 3. Angelus verb. Eucharistia 2. §. 3. &c.* Idem censet Diana tract. 4. de sacramentis resol. 50.

IX. Etsi audiendo Missam in Ecclesiis Regularium diebus Dominicis & Festis satisfiat præcepto juxta constitutionem Leonis X. quam refert Cõfectius in collectaneis privileg. Mendicantium, & Paulus Pialecius in praxi novâ Episc. part. 2. cap. 3. num. 22.

&

& declarationem Clementis VIII. in quodam brevi directo ad Nuntium Sedis Apostolicæ Germaniç inferioris, seu ad tractum Rheni anno 1592. die 2. Septembris, quam refert Emmanuel in Collectaneis privilegiorum, & novissimè Nicolaus du Bois sacrarum Litterarũ Lovanii Regius & Primarius Professor in Motivo juris. Potest tamen Episcopus cogere Regulares ut in offertorio Missæ Conventualis quæ Dominicis Diebus in Monasteriis celebratur, declarent fidelibus quæ festivitates & jejunia in illâ hebdomadâ occurrant, nè ignorantia horum festorum & jeiuniorum præcepta Ecclesiastica fideles transgrediantur. Ita Emmanuel Rodriguez quæst. regul. tom. 1. quæst. 43. art. 7. Portellus in dubiis regul. verb. *Episcopus*, num. 7. Barbosa de officio & potestate Episcopi, part. 2. allegat. 24. numer. 21.

X. Quoad Missarum reductionem ac moderationem, quamvis Bonacina de sacramentis dispur. 4. quæst. ultim. puncto 7. §. 2. num. 9. Garcias de beneficiis tit. 2. part. 7, cap. 1. numer. 134. Reginaldus lib. 23. num. 39. Miranda in Manuali Prælatorum, Facundez in quinque præcepta, Covarruvias, Navarrus, & alii apud Henriquez lib. 9. cap. 22. num. 6. asserant missarum reductionem ad minorem numerum spectare ad Episcopos in Synodo Dioecesana, & ad Generales in Capitulis Generalibus ob exiguum stipendium, maximè quoad Missas, quæ fuerunt relictæ ante Concilium Tridentinum conformiter ad sess. 25. de reformat. cap. 4. *Contigit sæpè ut in quibusdam Ecclesiis, vel tam magnum Missarum celebrandarum numerum ex variis defunctorum relictis impositum esse, ut illis pro singulis diebus à testatoribus præscriptis, nequeat satisfieri: vel eleemosynam hujusmodi, pro illis celebrandis adeò tenuem esse, ut non facilè inveniatur qui velit huic se muneri subjicere, unde depereunt piæ testantium voluntates, & eorum conscientiæ, ad quos prædicta spectant onerandi occasio datur. Sancta Synodus cupiens hæc ad pios usus relicta, quò plenius & utilius potest impleri, facultatem dat Episcopis, ut in Synodo Dioecesana, itemq; Abbatibus, & Generalibus Ordinum, ut in suis Capitulis Generalibus, re diligenter perspectâ, possint pro suâ conscientiâ in prædictis Ecclesiis, quas hac provisione indigere cognoverint, statuere circa hæc, quidquid magis ad Dei honorem & cultum, atque Ecclesiarum utilitatem viderint expedire, ita tamen ut eorum semper defunctorum commemoratio fiat, qui pro suarum animarum salute legata ea ad pios usus reliquerunt.* Nihilominus Barbosa de officio & potestate Episcopi part. 2. alleg. 29. num. 19. post Navarrum in manuali cap. 25. putat Episcopum posse absque consensu Cõgregationis Synodalis temperare onera missarum in beneficiis, sivè Capellaniis sibi subjectis, prout statutum erat jure communi. Quo ad Abbates & Generales novissimè disponit Cõcilium citatum injungendo, ut in Capitulis generalibus fiat talis reductio Missarum Quam opinionem propugnant de Lara de Anniversar. & Capellaniis lib. 1. cap. 14. num. 9. Moneta de commut. ultim. voluntatis cap. 5. num. 372. Diana part. 1. tract. 14. resol. 4. Addit noster Lezana tomo 4. quæst. regul. verb. *Missa*, numer. 31. Quod si Episcopo concedatur privilegium à Sede Apostolicâ reducendi onera Missarum suæ Dioecesis, tale privilegium extenditur ad onera Missarum regularium, ita ut possit etiam ea reducere, si verba privilegii non restringant, illud ad onera dumtaxat Clericorum Regularium. Ratio est: quia etiam ejusmodi onera spiritualia commissa Religiosis ex propriâ vocabuli significatione dicuntur onera Dioecesis Episcopi habentis privilegium. Igitur etiam illud extenditur ad Religiosos. Citat Bordonum. Præfatam autem moderationem comprehendere anniversaria & officia pro defunctis docent Naldus in summâ verb. *Missa*, num. 19. Garsias de benef. tomo 1. part. 7. cap. 1. num. 13. Galletus in Margarita casuum conscientiæ verf. *Missa* num. 4. Piasecius in praxi Episc. part. 2. art. 3. num. 15. Riccius in praxi part. 1. resol. 341. Quaranta in summâ Bullarii verb. *Missa*, Diana part. 1. tract. 14. resol. 5.

Concilii Trident.

XI. Breviter concludo quoad stipendium Missæ posse Episcopum ordinare ac præscribere certum stipendium, ita ut Laici non dent minus, nec Sacerdotes majus exigant Ita Barbosa de potest. & offic. Episc. part. 2. alleg. 24. num. 8. post Cordubam lib. 1. quæst. 4. dub. 4. Reginaldum lib. 23. num 241. Mirandam in manuali Prælat. tomo 1. quæst. 41. art. 23. Suarez tomo 3. disp. 86. sect. 2. contra Navarrum, Sotum, & alios. Possunt tamen Sacerdotes accipere minus stipendium, quia Episcopus non intendit præcludere viam liberalitati, charitati, & pietati, quam Sacerdotes exercere possunt in remittendis eleemosynis sibi debitis, ita cum Suare, Reginaldo, & Barbosa citatis Emmanuel Rodriguez cap. 252. numer. 4. Bartholomæus ab Angelo in examine confess. Econtra si Sacerdos importunè exigat ab invitis eleemosynam supra taxam præscriptam ab Episcopo, Fraxinellus de obligationibus Sacerdotum sect. 3. prænot. 5. § 3. Lessius de Justitiâ lib 2. cap. 4. dub. 6. num. 37. Suarez tomo 3. disput. 86. sect. 2. Possevinus, Ludovicus Miranda in Manuali prælat. Reginaldus libr. 23. Michael Zanardus p. 1. direct. Theol. de Euchar. cap. 13. de Missâ. Barbosa supra num. 10. Dicunt peccaturum mortaliter, & teneri ad restitutionem, secùs si ex offerentis liberalitate pinguius stipendium recipiat supra taxã, sicut enim liberum est sacerdoti minus stipendium accipere, ita liberum accipere majus stipendiũ à liberè dantibus. Nec lex Justitiæ impendit opera liberalitatis & misericordiæ Christianæ. Barbosa citatus post Fraxinellum sect. 3. præn. 1. § 2. Graffis in decis. aureis part. 1. lib. 2. cap. 96. Docent Sacerdotẽ pro obligatione celebrandi summo mane, vel in loco à civitate distanti pro labore itineris, vel etiam certis diebus, & locis determinatis posse accipere stipendium pinguius, quam lege Episcopi vel consuetudine receptum sit.

## CAPUT V.

### *Potestas Episcopalis circa Altaris consecrationem.*

I. Minutius Fœlix rectè probat aras Gentilium potius prophanas fuisse, quam sacras. Cùm enim Altare etiã apud Gentiles dictũ sit ab altâ Arâ, seu ab altitudine, quia in ædificiis à terrâ elatis diis suis immolabant, ut probat Melch. Lotterius de re benef. lib. 1. quæst. 30. num. 4. ex Virgilio Durandus in rationali divinorum lib. 1. cap. 2. & 7. Jacobus de Graffis in decis. part. 1. lib. 2. cap. 47. num. 6. Stephanus Durantus de ritibus Ecclesiæ lib. 1. cap. 15. & 25. Paulus Fuscus de visitat. lib. 1. cap. 21. Petrus Gregorius Syntagm. juris lib. 2. cap. 1. Lambertinus de jure patron. lib. 1. part. 1. quæst. 11. art. 8. Henriquez in summâ lib. 9. cap. 28. Bellarminus controvers. tomo 3. de missa lib. 1. cap. 14. Suarez tomo 3. disput. 18. sect. 3. & 5. Barbosa de officio & potestate Episcopi part. 2. alleg. 27. noster Lezana quæst. regul. tomo 3. verb. *Altare*, num 1. Tamen in ipsis aris magis horrenda flagitia etiam à Sacerdotibus perpetrabantur. Minut. Fœlix. *Vbi autem* (inquit) *magis à Sacerdotibus quam inter aras & delubra conducuntur, stupra, tractantur lenocinia, adulteria meditantur, frequentius denique in adituorum cellulis, quàm in ipsis lupanaribus flagrans libido defingitur.* At verò si Elias ideò in Carmelo fabricavit Altare, quia (inquit Joannes 44. Patriarch. Hierosol. lib. de infirt. Monach. cap. 20.) *Elias montem hunc devotiorem suis discipulis reddidit, non solùm exempli sui, quê ex tunc, quamdiu in hoc mundo mansit (scilicet per sedecim annos) montem istum incoluit, sed quia præcæteris eremis, in quibus habitavit montem hunc quibusdam magnis miraculis spectaliter insignivit.* Ioann. 44

II. In hujus altaris extructione aliquos ritus ab Eliâ fuisse observatos docet sacer Textus lib. 3. Regum cap. 18. vers. 31. *Tulit duodecim lapides juxta numerum tribuum filiorum Iacob, ad quem factus est sermo Domini, dicens, Israel* l. 3. Reg. 18. v. 31

*Israel erit nomen tuum. Et ædificavit de lapidibus altare in nomine Domini.* Hæc ultima verba *in nomine Domini*, denotant aliquas preces fusas fuisse à sancto Propheta. Et illa, *Tulit duodecim lapides juxta numerum filiorum Jacob*, significant aliquos ritus tunc ab eo fuisse observatos. Sic priusquam Altare Missæ sacrificio celebrando inserviat debet consecrari. Consecratio autem propriè dicta secundùm Tamburinum de jure Abbatum tomo 1. disput. 11. quæst. 1. Azorium tomo 1. instit. moral. lib. 12. cap. 20. quæst. 2. Lezanam tomo 3. qq. regul. verb. *Consecratio*, est sacra Chrismatis unctio. Undè distinguitur à benedictione, quod licet largè sumpta dicatur etiam consecratio; tamen propriè loquendo non est: cùm non sit Chrismatis unctio, sed quoddam sacramentale, seu Ecclesiæ ad postulanda à Deo quædam bona ac fœlicia.

III. Altarium consecratio soli Episcopo competit cap. *Altaria*, de consecratione dist. 1. cap. *nullus*, de consecrat. dist. 1. can. *concedimus*, Azorius tom. 1. institut. moral. lib. 10. cap. 27. quæst. 2. 3. 6. Suarez tomo 3. in part. 3. disput. 81. sect. 5. Ratio est quia in illa cõsecratione intervenit unctio sacra, cap. *Altaria*, de consecratione dist. 1. Fuscus de visitat. lib. 1. cap. 22. Vgolinus de potestate Episc. cap. 30. Melchior Lotterius de re benef. lib. 1. quæst. 30. Lezana tomo 3. quæst. reg. verb. *Altare*, num. 3. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 37. Ita ut nulli sacerdoti liceat altare consecrare, qui non sit in ordine Episcopali, cap. *nullus*, de consecrat. dist. 1. ita ut Episcopus facultatem consecrandi nequeat ulli delegare, qui non sit Episcopus: quia ejusmodi consecratio non est actus jurisdictionis tantùm, ut contendunt Azorius citatus quæst. 6; Lotterius quæst. 30. num. 23. sed ordinis secundùm Barbosam de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 27. Tamburinus de jure Abbat. tomo 1. disput. 23. quæst. 4. ait ex privilegio summorũ Pontificum aliquibus Abbatibus competere, sed Joannes Maria Novarius in lucernâ regul. verb. *benedicere*, ait esse revocatum à sacrâ Congregatione anno 1732. die 13. Martii, his verbis. *Abbates, Priores, Guardiani, & alii Religiosorum Prælati.* Navarr. *etiam ex Societate Jesu habentes privilegia benedicendi vestes sacras, cœmiteria & similia, dicto privilegio uti non possunt, nisi in iis rebus, in quibus sacra unctio non adhibetur.* Et idem refert Barbosa in collectaneis bullarum verbo *Abbas*, & noster Lezana tomo 3. quæst. regul. verbo *Altare*, num. 3.

IV. Quemadmodum S. Propheta Elias ad fabricandum suum Altare tulit duodecim lapides, sic in hâc lege Altare debet esse lapideum, nõ ligneum, vel terreum ex cap. *Altare*, de consecratione dist. 1. Fuscus de visitatione lib. 1. cap. 21. Vgolinus de potestate Episc. cap. 30. Lotterius citatâ quæst. 30. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 27. Lezana tomo 3. qq. reg. verb. *Altare*, num. 2. Ratio est quia est signum Christi, qui vocatur petra, 1. Corinth. cap. 10. vers. 4. *Petra autem erat Christus.* Potest tamen permitti Altare ligneum cum arâ lapideâ, nonobstante Constitutione Synodali. Ita post S. Congregationem rituum in Cajetanâ 10. Novemb. 1612. Barbosa de off. & potest. Episc. part. 2. alleg. 17. n. 24. & in collect. bull. verb. *Altare*, Lezana qq. reg. tom. 3. v. *Altare*, n. 2. qui n. 3. in fine ait potestatẽ consecrandi concessam fuisse à Paulo III. anno 1549. PP. Societ. Jesu pro locis remotissimis infidelium. Idem refert Suarez tom. 3. in part. 3. disp. 81. sect. 5.

V. Licet autem officium consecrandi Altaria ad solum Episcopum Diœcesanum spectet, vel ad alium jure cõmuni, modò ipse annuat, ut habet Concilium Tridentinum sess. 6. de reformatione cap. 5. *Nulli Episcopo liceat cujusvis privilegii prætextu Pontificalia in alterius Diœcesi exercere, nisi de ordinarii loci expressâ licentiâ, & in personas eidem Ordinario subjectas tantùm: si secus factum fuerit Episcopus ab exercitio Pontificalium, & sic ordinati ab executione ordinum, sint ipso jure suspensi.* Nihilominus Xistus IV. ante Concilium in bullâ *Dum attentâ, &c.* quæ est mare magnum Carmelitarũ concessit Fratribus nostris, & ex Rodriguez tomo 1. quæst. regul. quæst. 19. art. 4. Concil. Trident.

art. 4. Augustinianis hoc privilegium.
Xistus 4. *Quia verò interdum proprio rum Episcoporum copiam non habetis, si quos Episcopos Romanæ Sedis, ut diximus, communionem, & gratiam habentes, & de quibus plenam notitiam habeatis, per eos transire contigerit, ab eis benedictionem vasorum, vestium, & consecrationem altarium auctoritate Sedis Apostolicæ recipere valeatis.* Rodriguez existimat hoc privilegium intelligi debere prævia licentia Diœcesani ob citatum decretum Concilii Tridentini. Sed noster Lezana credit, quod in casu, in quo loquitur Concilium talis facultas non prærequiratur, nec illud sit à Cõcilio revocatum. Ratio est, quia casus privilegii est quando deest copia Episcoporum, ut quando Fratres sunt in locis remotis à Sede Episcoporum Diœcesanorum ut Brasiliæ, in Indiis, tunc enim si necesse esset celebrare, & deesset Altare consecratum, Episcopus Catholicus illac transiens notus nostris Fratribus posset altaria consecrare. Cùm igitur Concilium tantùm loquatur generaliter & indefinitè extra hunc casum necessitatis, non est credendum velle derogare huic privilegio. Idem Xistus etiam subdit. *Chrisma verò, oleum sanctum, consecrationem Altarium seu Basilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad ordines fuerint promovendi à Diœcesanis suscipietis Episcopis, si quidem Catholicè & ritè gratiam & communionem sacrosanctæ Romanæ sedis habuerint, & ea vobis sine prauitate aliqua exhibere.* Quibus verbis Pontifex innuit, quod regulariter ad prædicta obtinenda sit recurrendum ad Episcopos Diœcesanos. Secundò, quod si per Schisma, vel hæresim ab Ecclesia & sede Romanâ sint sejuncti, vel nollent concedere, nisi pravitate, ideſt simonia, tunc non sit opus ad eos recurrere. Quid autem in illo casu agendum sit, idem Pontifex ita statuit. *Pro consecratione verò Altarium, seu Ecclesiarum, pro oleo sancto, & quolibet Ecclesiastico Sacramento, nullus à vobis sub obtentu cujusvis consuetudinis, vel alio modo quidquam audeat extorquere: sed hæc omnia vobis gratis Episcopi Diœcesani, ut tenentur libere & gratiosè impendant, alioquin liceat vobis quoscumque malueritis Catholicos Antistites gratiam & communionem Apostolicæ sedis habentes, qui Apostolicâ freti auctoritate vobis quod postulatis impendant.* Rodriguez citatâ quæstion. 19. artic. 5. ait hæc non esse revocata per Concilium Tridentinum, si Episcopi ter requisiti noluerint id facere grátis, ut innuit cap. de supplen. negligent. Prælatorũ. Ex his patet quanta sit sanctitas potestatis Episcopalis, quæ in casu quæstuariæ administrationis permittit nostris ad extraneos Episcopos in benedictione altarum ordinum collatione recursum habere.

VI. Certum est in antiquâ lege altaria fuisse fixa ac stabilia ab eo tempore, quo Hebræi terram Chanaam possiderunt, seu à Rege Salomone ædificatum est templum, lib. 3. regum cap. 6. & sequentibus. Antea verò fuisse mobilia ac portatilia ad motum castrorum Exodi cap. 26. Ratio litteralis est, quia Hebræi ab egressu ex Ægypto usque ad tempora Salomonis non fuerunt quieti, tum quia per 40. annos erraverunt in deserto, tum quia perpetua bella cum vicinis gẽtibus in Palæstinâ habuerũt conventens, itaq; fuit, ut haberent tabernaculum mobile, quod posset transferri de loco in locum, non autem fixum & immobile, nè à Gentibus occuparetur. Tempore verò Salomonis, cùm essent in summâ pace & quiete poterant absque ullo periculo habere altare fixum & immobile, in quo Deo immolarent, non tantùm in Jerusalem, sed etiam alibi, ut patet ex lib. 3. Regum cap. 18. vers. 30. de sancto Prophetâ Eliâ. *Curavit altare quod destructum fuerat,* id- *l. 3. Reg.* est (inquit Salianus ad annum mundi 3126.) ante Christum 925. quod ibi instinctu Dei erectum fuerat, & ab Israelitis ad idola conversis, vel à Jezabele & Baalitis destructum erexit, instauravit. Sic in novâ lege est duplex altare, aliud stabile, seu fixum, aliud portatile. Primũ est tota mensa in qua sacrificium fit, de qua loquitur Textus in cap. *si motum*, de consecratione distinct. 1. & in cap. 1. de consecratione Ecclesiæ, dum probat, quod si motum fuerit Altare, debet iterùm

consecrari

consecrari. Vide Suarem tomo 3. disput. 81. sect. 5. vers. *Sed quæri potest utrum absque fractione, &c.* Secundum verò portatile dicitur parvus ille lapis, qui vulgò *Petra ara*, dicitur, continens in se foramen cum consecratione, & signo superposito, & facile moveri potest de loco in locum, & secundùm Paludanum debet esse tantæ latitudinis, quod in eo possit poni pes calicis & hostia consecrata. Ita Petrus Gregorius Syntagm. lib. 2. cap. 1. num. 15. Durantus de ritibus Ecclesiæ lib. 5. cap. 25. num. 7. Jacobus de Graffis in decis. aureis part. 1. lib. 2. cap. 42. Fagundez in 5. præcepta Ecclesiæ part. 1. lib. 3, cap. 22. Suarez citatus, Henriquez in summâ lib. 9. cap. 28. Barbosa de officio & potestate Episc. part. 2. alleg. 27. Altaris utriusque consecrationem dependere ab Episcopo supra ostendimus, quod portatili non liceat uti, non exemptis, nisi in casu necessitatis, etiamsi absit scandalum. Tenent contra Sotum in 4. dist. 13. quæst. 2. art. 3. Emmanuelem Sa in Aphorismis sanctus Antoninus 3. part. tit. 13. cap. 6. num. 4. Sylvester verb. *Missa*, 1. n. 5. Navarrus in manuali cap. 25. Jacobus de Graffis in summa part. 3. lib. 2. cap. 42. Nugnus quæst. 83. art. 3. Emmanuel in summa part. 1. cap. 249. & quæst. regul. tomo 1. quæst. 43. Henriquez citatus cap. 27. §. 1. Reginaldus in praxi fori pœnitent. Hieronymus Liamas in summâ part. 3. Methodi cap. 5. §. 15. Chamerota de Sacramentis tractat. 4. de Eucharistiâ, tit. de sacrificio Missæ dub. 15. Coninck de Sacramentis, quæst. 83. art. 3. dub. 1. Bartholomæus de Missâ, dialogo 5. §. 617. 619. Salzedo ad Bernard. cap. 37. Azorius instit. moral. part. 1. lib. 10. cap. 26. quæst. 1. Barbosa de officio & potestate Episc. part. 2. alleg. 23.

VII. Quemadmodum libr. 3. Regum cap. 18. sanctus Pater Elias precationibus & aliis ritibus *Curavit Altare Domini quod destructum fuerat, &c.* vers. 30. Ita altare fixum indiget novâ consecratione Episcopali si sit execratum seu violatum & enormiter læsum. Quod contingit primò, quando sigillum sub quo reliquiæ conduntur, seu lapis, sub quo reliquiæ sunt amovetur, & Episcopus judicat esse execratum. Ita Ugolinus de potest. Episc. cap. 30. num. 1. Ludovicus Miranda in Manuali Prælat. quæst. 39. artic. 3. Joannes Piasecius in praxi novâ Episc. cap. 5. Secundò quando ita est fractum, ut altera pars, quæ manet non possit commodè continere pedem calicis & hostiam cum patenâ absque periculo lapsus, cap. 1. cap. *quod in dubiis*, cap. *ligneis*, de consecratione Ecclesiæ vel Altaris, Suarez tomo 3. in 3. part. disput. 81. sect. 5. Henriquez in summâ lib. 9. cap. 28. Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 27. Tertiò, quando est ita enormiter fractum, ut enormitas appareat, ita noster Bacconius in 4. dist. 11. artic. 1. Sylvester in summâ verb. *Altare*, Azorius tomo 1. lib. 10. cap. 27. quæst. 12. Lezana tomo 3. quæst. regul. verbo *Altare*, num. 20. Quartò, quando cornua, quæ conjunguntur fuerint fracta, tunc enim etiam enormiter fractum censetur, Tamburinus de jure Abbatum tomo 1. disput. 23. quæst. 6. Barbosa citatus, Lezana verb. *Altare*, Quintò, quando in altari fixo mensa à stipite vel columnis quibus innititur, removetur, hoc sensu intelligi debent jura relata cap. *si motum*, de consecratione Bacconius, Sylvester, Suarez, Barbosa, Lezana. Sextò, quoties signum sepulchri, idest repositorii ubi reliquiæ reconduntur frangitur, removetur, vel minuitur. Ita Sylvester, Azorius, Tamburinus, Barbosa, Lezana. Septimò, si quid de lapidibus stipitis tangens, ipsam mensam moveatur, ita Ludovicus, Miranda citatus quæst. 1. Nota tamen sextam conditionem non admitti ab omnibus. Licet enim ex can. *placuit*, de consecratione distinct. 1. statuatur ut Reliquiæ Sanctorum ponantur, tamen Lezana verb. *Altare*, num. 6. existimat non esse de essentia consecrationis, primò, quia constat ex usu Ecclesiæ multa Altaria sine reliquiis consecrari. Secundò, quia Canon ille tantùm tollit & prohibet superstitiones & incertorum Martyrum memorias erectas, & ordinat potius veras adhibendas. Tertiò, quia in tanta templorum

& altarium multitudine nequeunt adhiberi certæ & exploratæ Sanctorum Reliquiæ. Illi favent Bacconius citatus, Suarez tomo 3. in 3. part. disp. 81. sect. 5. Layman libr. 5. de Sacrificio Missæ tract. 5. cap. 6. Quanquam (inquit hic) Episcopi providere debent, ut hæc laudabilis consuetudo ponendi reliquias, si commodè fieri potest, perseveret. Addit Sacra Congregatio Episcoporum & Regularium apud Gavantum in Manuali Episc. verbo *Altare*, ut Reliquiæ ponendæ in Altari sint approbatæ ab Ecclesiâ. Undè Sylvester verb. *Altare*, nostrum Cæremoniale lib. 2. rubricâ 53. num. 6. declarant Sacerdotem in principio Missæ cum osculatur altare non debere dicere. *Quorum Reliquiæ hic sunt*, si non sint positæ in Altare. Septimò, ex Sylvestro & Lezana num. 20. execratur Altare, si ita augeatur vel minuatur, ut formam amittat. Forma enim mutatio est, quæ dat esse rei, quod intelligendum est, quando mutatio est in lapide consecrato, non autem in lignis, columnis vel stipitibus quibus innititur.

VIII. Quod si lib. 3. Regum cap. 18. vers. 32. Sanctus Pater Elias sacrificaturus. *Fecit aquæ ductum quasi per duas aratiuncalas in circuitu Altaris.* Ne quis scilicet existimaret eum sub altari abscondisse ignem prophanum, ac proindè ignem ab eo cœlitus evocatum non è cœlo descendisse, sed in terrâ ab eo absconditum. Ut Surius refert die 1. Augusti post Metaphrastem, potius S. Hieronymum homiliâ de SS. Petro & Eliâ. Sic Episcopi studiosè cavere debent, nè sub altari in quo Christi Corpus immolari debet, corpora mortuorum sint sepulta. Ita Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 27. post Archidiaconum, in cap. *non oportet*, de consecrat. dist. 1. Fuscum de visit. lib. 1. cap. 21. Piasecium in praxi Episc. cap. 1. num. 7. & conformiter ad responsionem sacræ Congregationis factam Archiepiscopo Tranensi 8. Novembris 1599.

*l. 3. Reg. 18. v. 32*

IX. De execratione Altaris portatilis eodem ferè modo differendum est, ac fixi, solùm adjiciam hoc execrari, quando ita frangitur, ut ea pars quæ manet non sit apta commodè continere Calicem & hostiam, & quando ipsius anguli, in quibus Chrisma ponitur franguntur, Portellus in dubiis regularium verb. *altare*, Lezana citatus num. 22. Non tamen censetur execratum quando separatur à lignis, quibus aliquando innititur vel circumdatur, neque per mutationem loci (inquiunt Suarez citatâ disp. 81. sect. 5. Lugo de Sacramento Eucharistiæ disp. 20. sect. 2. num. 72. & 75. nec etiam execrata Ecclesia, execratur altare fixum, vel portatile. Ita Lezana citatus num. 22. Nec polluta, seu violata Ecclesia altare portatile censetur pollutum seu violatum: sicut Altare fixum. Ita noster Lezana citatus proximè post Azorium supra cap. 27. quæst. 14. Sylvestrum verb. *altare*, quæst. 11. Ratio est, quia portatile non habet tantam connexionē cum Ecclesiâ sicut fixum, ac proindè non violatur cum ipsâ. Ideò autem execratâ Ecclesiâ fixum altare non execratur, sed violatâ & pollutâ etiam polluitur. Quia consecratio Ecclesiæ distincta est à consecratione Altaris. Nam consecratio Ecclesiæ consistit in parietibus & muris, consecratio verò altaris in integritate ipsius. Potest igitur execrari Ecclesia muris & parietibus combustis vel collapsis remanēte altaris consecratione, quia illud integrum permanet. At violatio seu pollutio Ecclesiæ totam Ecclesiam concernit, & sic ipsa violatâ etiam altaria violantur. Ita Lezana num. 21. post Panormitanum in capitulo *proposuisti*, de consecratione Ecclesiæ, vel Altaris, Sylvestrū in summa, verb. *Altare*, quæst. 11.

X. Discrimen est inter Elianum Altare, & hujus temporis, quod de illo sacer textus dicat lib. 3. Regum cap. 18. vers. 31. *Et tulit duodecim lapides juxta numerum tribuum filiorum Israel.* Id est, sicut erant duodecim filii Jacob, qui per suos filios & posteros constituerunt duodecim tribus Israel. Sic Sanctus Elias ex duodecim lapidibus composuit suum Altare, ut ostenderet se eidem Deo immolare, quem Jacob coluit, ac eundem debere à duodecim tribubus coli rejecto Baalis

*l. 3. Reg. 18. v. 31*

cultu

cultu. At Episcopus non potest consecrare Altare constans duobus vel pluribus lapidibus invicem conjunctis, sed unum tantùm lapidem, sic enim consuetudine receptum est ad indicandum Christum esse lapidem angularem & petram Ecclesiæ, illum esse mediatorem Dei & hominum, ac unicum mundi Redemptorem, seu in Christo esse unicam personam, ut post Sylvestrum verbo *Altare*, quæst. 3. docent Vasquez part. 3. disput. 233. cap. 2. Bonacina de sacramentis disputat. 4. quæst. ultimâ, puncto 9. num. 12.

## CAPUT VI.

### *Potestas Episcopalis circa Ecclesiæ consecrationem.*

1 IN Carmelo monte fuisse Templum Deo sacrum ad publicas preces Deo fundendas, ac alios solemnes ritus obeundos in honorem Dei docet Joannes 44. Patriarcha Hierosol. lib. de institut. Monachorum cap. 19. *Studuit* (inquit) *ipse* (scilicet Elias) *de inceptis religionem, quam inchoaverat in loco idoneo plantare, quorum ad sui & suorum discipulorum regimen mansionem elegit præ aliis eremis Carmeli montem, tanquam commodiorem ad propheticam disciplinam & vitam Monasticam in eo edocendam & exercendam. Mons quippe præbet Eremitæ homini ex suâ solitudine silentium & quietem: ex suis antris congruam mansionem, ex suo saltu jucunditatem, ex suo eminenti situ aerem salubriorem, ex suis herbis & fructibus pastum uberem, & ex suo fonte aquæ vivæ haustum dulcẽ, propter quæ omnia Elias etiam domum orationi consecratam appellatam Seunion, in eo ædificavit, quæ ideò Seunion dicta fuit, quoniam Elias, & discipuli ejus de eorum tabernaculis & speluncis egredientes ad domum illam honestè tribus vicibus conveniebant, non quidem ad refectionem corporalem, vel ad reliqua corporis ministeria peragenda, sed ad Creatorem omnium Litaniis & orationibus supplicitèr placandum.* Particula *ædificavit*, significat, non post raptum Eliæ à filiis Prophetarum (ut vult Genebrardus in suâ Chronologia) sed ab ipso Eliâ fuisse ædificatum illud *Seunion*, ut destinatum ad cultum debitũ Deo exhibendum, ut etiam innuit Suarez tomo 4. de Religione tract. 1. lib. 2. cap. 10. Et nomen *Seunion* id significare videtur, ut benè animadvertit noster Matthias a S. Joanne in suâ historiâ Panegyricâ ordinis Carmelitarum cap. 26. *Seunion* enim derivat à nomine latino *unio* vel *unitio*, ita ut *Seunion* idem sit ac *simul unio*, seu *simul unitum*, quia (ut dictum est) *ad domum illam conveniebant*. Vel potius secundum eundem est nomen Græcum corruptum loco *Sebnion*, à verbo Græco *Seno*, quod significat colere, venerari, & congruit usui illius loci specialiter instituti ad colendum Deum, eique ministrandum. *Ad Creatorem omnium Litaniis & Orationibus supplicitèr placandum* Vel (ut idem) quia Græci maximè laborant in derivatione vocabuli *Seunion* à *Seno*, vel *Seneßay*, loco *Seunion*: nr eius alii legunt *Semneon*, quia nonnulli Auctores agentes de vita Monasticâ primitivæ Ecclesiæ narrant loca sacra fuisse vocata *Semnea*. Sic Philo lib de vitâ contemplativâ, Eusebius libr. 2. historiæ Ecclesiasticæ cap. 17. Nicephorus lib. 2. cap 16. institutum Essenorum, seu filiorum Prophetarum ac successorum Eliæ & Elisæi vocant Semnion locum sacrum, ad quem cõveniebant orationis ergò. Non incongruè Jacobus Bolduc Capucinus differens de Ecclesia veteris legis lib. 1, cap. 12. deducit nomen *Seunion* à nomine Hebræo *Semnim*, quod significat locum somnii, seu meditationis, vel recollectionis, quo convenientiam viri pii ad vacandũ Deo, ad fundendas preces mentales & vocales. Idem Bolduc opinatur ideò Joannem Patriarcham ritum fuisse hoc nomine *Seunion* ob convenientiam, quam habet cum historiâ Judicum cap. 4 vers. 11. *Haber autem Cinæus re ejserat quondam à cæteris Cineis Fratribus suis filiis Hobat & cognatis Moysi & tetenderat tabernacula usque ad vallem, quæ vocatur Semnim.* Eò (inquit Bolduc) frequenter confluebant fideles & Prophetæ

Ioann. 44

ad veræ religionis munia obeunda. Cùm igitur sanctus Elias illis Prophetis cohabitasset, ritum illum in unum conveniendi ad orationem faciendâ, filiis prophetarum observandum tradidit.

II. Id præmisi, non ut probem templorum antiquitatem & religionem contra Arianos & Donatistas qui Catholicorum templa prophanabant odio religionis, teste S. Athanasio in Apologiâ suâ pro fugâ suâ, Theodoreto lib. 4. histor. cap. 19. & 20. Optato lib. 6. contra Parmen. Nec contra Manichæos & Messalianos, qui (ut referunt S. Augustinus contra Faustũ lib. 20. cap. 3. & 4. & S. Damascenus lib. de 100. hæresibus) templa omnia & altaria execrabantur, aiebantque Deum in privatis domibus esse exorandum. Nec contra Eustathium, qui (ut scribit Socrates lib. 2. Histor. cap. 33.) in domibus conventicula facienda esse asserebat. Nec contra Petrobrusianos qui ex Cluniacensi epist. contra Petrobrusianos, & auctore vitæ S. Bernardi libr. 3. cap. 5. Nec contra Albigenses apud Bernardum Lutzemburgensem in Catalogo. Nec contra Waldenses apud Claudum Comsordium lib. contra Waldenses c. 6. Nec contra Wicleff. apud nostrũ Thomam Waldensem tomo 3. titul. 17. & 22. Nec contra Taboritas apud Æneam Sylvium de origine Bohemorum cap. 35. Nec contra Anabaptistas Transylvanos in antithesibus Christi veri & Christi falsi editis Albæ Juliæ anno 1568. qui omnes templa destruebant, ac novas templorũ fabricas irridebant. Nec contra Lutheranos & Calvinistas admittentes quidem templa, non eorum ornatum, ædificanda esse contendunt, non in honorem Sanctorum, vel ad orandum, sed ad concionandum & sacramenta ministranda. Hæ controversiæ alibi diluentur. Sed contra Magdeburgenses centur. 4 cap. 6. qui reprehendunt Catholicos, eo quod curent ab Episcopis consecrari templa sua cum tantâ lætitiâ & celebritate more Judæorum, & tot ritibus utantur quos ad superstitionem & magiam referunt, cujusmodi est pulsatio & aspertio templi, descriptio in pavimento super cineres adhuc sparsos alphabethi Græci baculo pastorali ab uno angulo ad alium, & alphabethũ Latinum ab alio angulo ad alium, ita ut inde Crux fiat. Duodecim Cruces pictæ, & ante singulas singulæ lampades accensæ. Mixtura ex aquâ, vino, sale & cineribus, qua totum templum aspergitur, araque Chrismate invngitur. Hunc errorem primò refellemus, deinde officium & potestatem Episcoporum cum Canonistis & Theologis elucidabimus.

III. Templa cum ingenti tripudio, ac solemnitate dedicanda esse testatur vetus Testamentum Numerorum cap. 7. vers. 1. *Factum est in die, quâ complevit Moses tabernaculum & erexit illud, unxitq. & sanctificavit cum omnibus vasis suis, altare similiter & omnia vasa ejus, &c.* Legimus etiam Templum Hierosolymitanum fuisse ter dedicatum, primò à Rege Salomone, lib. 3. Regum cap. 8. & lib. 2. Paralipomenon cap. 6. Deinde ab Esdrâ lib. 1. Esdræ cap. 6. Præterea à Machabæis, quando post prophanationem iterùm renovatum & sanctificatum est, lib. 1. Machabæorum cap. 14. & lib. 2. cap. 12. Cui solemnitati, quæ singulis annis agebatur etiam Christum interfuisse testatur Joannes cap. 10. vers. 20. *Facta sunt encænia in Jerosolymis & hyems erat. Et ambulabat Jesus in templum in porticu Salomonis.* Syriacus & Arabicus. *Factum est festum Encæniorum.* Mari. *Factum est festum Dedicationis templi.* Qui ritus Dedicationis non est merè Judaicus, cùm Salomon, Esdras, & Machabæus illum instituerint naturâ duce, & putavarint æquum esse ut grates Deo rependerentur pro completâ tam immensâ templi fabricâ, & cum gaudio usum templi inciperent. Natura enim dictat ut perfecto immenso opere homines lætentur, & grates Deo referant. Eadem natura docet Natalitia Magnatum esse celebranda. Sic Genesis cap. 40. v. 20. Pharao, & Marci cap. 6. vers. 2. Herodes dicuntur celebrasse dies natalis sui. Pontifices quoque Romani suæ creationis seu assumptionis ad Pontificatum diem anniversarium

niversarium celebrant, ut patet in quibusdam sermonibus S. Leonis Papæ. Hujus ritus Deus typum dedit Genesis cap. 2. vers. 1. *Perfecti sunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum, complevitq; Deus die septimo opus suum, quod fecerat, & requievit die septimo ab universo opere, quod patrarat, & benedixit diei septimo, & sanctificavit illum.* Hieronymus, Beda, Pererius ibi, & Prado in cap. 20. Ezechielis. Diem septimũ destinavit sibi quasi sacrum: ut à Moyse indiceretur dies festus colendus à Judæis cum solemnitate, oratione & ritu speciali. Hanc consecrationem in primitivâ Ecclesiâ fuisse observatam, testantur historiæ Ecclesiasticæ, testantur Patres. S. Athanasius agens de dicatione Ecclesiæ utitur exemplo & historiâ Esdræ, & in apologiâ ad Constantium Imperatorem dedicationis antiquitatem patenter insinuat. *Illud & à beatæ memoriæ Alexandro, aliisq; Patribus actum est, qui populi conventu, habuere, & absoluto opere agendis Deo gratiis dedicationem celebrarunt. &c.* Hic floruit 4. sæculo. Eodem S. Basilius Magnus in psalmum 114. initio causam dedit, cur à populo expectatus à mediâ nocte usque ad meridiem ad dedicandam Ecclesiam tam tardè venerit. S. Gregorius Nazian. orationẽ in novam Dominicam ita auspicatur. *De Encæniis honorandis lex vetus est, eaq; præclarè constituta.* Eusebius lib. 4. de vitâ Constantini narrat præfatum Imperatorem anno 30. sui imperii convocasse universam Synodum Tyri congregatam ad cõsecrationem templi, quod Jerosolymis Martyribus extruxerat. Idem postquam per Baptismi Sacramentum sanitatem, salutemq; consecutus est, ac lege ab eo lata concessum est toto orbe terrarum Christianis, ut Ecclesias ædificarent, quos ille non solùm edicto, sed etiam exemplo ad sacram ædificationem cohortatus est. Nam & in suo Lateranensi Palatio Ecclesiam Salvatori dedicavit. Idem venit ad confessionem Beati Petri Apostoli in monte Vaticano diademate & chlamide depositis, acceptoque bidente terram primùm aperuit ad fundamenta Basilicæ

S. Athan.

Basilius.

Gregor. Nazian

construendæ, dehinc ob numerum duodecim Apostolorum, duodecim cophinos terrâ plenos propriis humeris asportavit, quam Basilicam etiam à Sylvestro consecratam narrat Baronius, & alii ad annum Christi 324. Hinc idem Eusebius lib. 9. cap. 10. ait ritum consecrandi templa antiquum esse ac receptum. *Festivitates à nostris frequentissimè gerebantur cum omni lætitiâ & exultatione per urbes & loca singula Ecclesiarum de sanctorum celebratis.* Quinto sæculo S. Chrisostomus homiliâ 26. in 2. epist ad Corinthios, narrat Constantinum & Cõstantium Cæsares loca Deo consecrata, ita veneratos esse, ut maximo honori verterent, si non in penetrali templo, sed in primo limine Apostolorum Petri & Pauli sepelirentur. *Constantinum Magnum magno se honore affecturum existimavit ejus filius Constantius, si in vestibulo collocaret Piscatoris. Et quod in regiis janitores sunt regibus, id in sepulchro reges sunt Piscatoribus. Et illi quidem veluti ipsius loci domini intus habitant. Si verò tanquam accolæ ac vicini præclarè secum agi putant, si jànua ipsis assignetur vestibularis.* Idem tomo 3. præclaram concionem habuit in encæniis. Gaudentius tractatum de dedicatione Ecclesiæ composuit, quo narrat multos Episcopos convenisse ad solemniter celebrandam dedicationem Ecclesiæ quæ Brixiæ erecta fuerat in honorem reliquiarum SS. Joannis Baptistæ, Andrææ, Thomæ, Lucæ, Gervasii, Protasii, Celsi, & quadraginta Martyrum. Sanctus Ambrosius epistolâ ad Sorotem, quæ est inserta sermoni 92. *Cùm Basilicam (inquit) dedicassem, multi tanquam uno ore interpellare cœperant, dicentes, sic in Romanâ Basilicâ dedices, respondi ficiam, si Martyrum reliquias invenero.* Idem lib. 1. epist. 5. ad Fœlicem, ait se cum Fœlice invitatum à Basiliano ad dedicationem Basilicæ. In S. Augustino nihil frequentius, quam nomen dedicationis. Plures sermones ad populum habuit, insertos in sermonibus de tempore 251. 252. 253. 254. 255. 256. Prosper part. 3. cap. 38. de promissionibus Dei, asserit se Carthagine interfuisse dedica-

Eusebius

S. Amb.

tioni cujusdam templi, quod antea gentilium fuerat, in cujus frontispicio divinâ manu scriptum magnis ac æneis litteris invenerunt; *Aurelius Pontifex dedicavit.* Ad cujus prælagium cuncti obstupuere videntes fieri ab Aurelio Episcopo Carthaginensi, quod diu ante fuerat prænunciatum. Sozomenus lib. 4. cap 13. scribit Basilium Ancyranum invitasse plurimos Episcopos ad dedicationem templi. S. Gregorius narrat lib. 3. Dialogorum cap. 30. dedicationem suo tempore multis miraculis fuisse insignitam, quibus Deus manifestavit eam sibi gratam, Isidorus lib. 1. de officiis, cap. 35. mentionem facit dedicationis. Gelasius papa epist. 1. ad Episcopos Lucaniæ & Aprutii cap. 6.
Gelasius. ait. *Basilicas noviter institutas non petitis ex more præceptionibus dedicare non audeat.* Et cap. 27. quasdam ordinationes condit in dedicatione Ecclesiarum observandas. Sexto sæculo Fœlix IV. in epistolâ suâ decretali quæ habetur de consecratione distin. 1. cap.
Fœlix. 4. *Consecrationum Ecclesiarum.* Hæc inter alia habet. *Solemnitates dedicationum Ecclesiarum & Sacerdotum per singulos annos solemniter sunt celebranda ipso Domino exemplum dante, qui ad festum dedicationis templi omnibus id faciendi dans formam, cum reliquis populis eandem festivitatem celebraturus venit.* Nono sæculo de Ecclesiarum dedicatione tractarunt, ut de re antiquissimâ. Rabanus libr. 2. cap. 45. de institutione Clericorum. Amalarius libr. de ordine antiphonarii, Walfridus de rebus Ecclesiasticis cap. 9. Undecimo sæculo B. Ivo sermonē de consecratione templi instituit. Duodecimo sæculo S. Bernardus habuit sex sermones de dedicatione templi. Hugo de S. Victore lib. 2. de Sacramentis part. 5. cap. 2. & 3. agit de dedicatione templi. Rupertus in cap. 28. Geneseos probat festivas dedicationes congruè celebrari. Unicum ex coævis Petrum Cluniacensem lib.
Petrus Cluniac. contra Hetricianos audiamus. *Habetis* (inquit) *si advertitis, antiquorum sacrificia tantum Deo placuisse, ut non solùm ipsa, sed & loca in quibus fiebant, construerent, benedicerent, consecrarent, fumo, nebulâ, igne, aliisq; indiciis glorificarent, &c.*

Quod in dedicatione templorum quædam cæremoniæ observentur patet primò ex Geneseos cap. 28. vers. 18. ubi Jacob erectum lapidem perfudit oleo. *Fundens* (inquit) *oleum desuper.* Exemplum dans nobis ut templa ac altaria oleo inungamus. *Appellantq;* (inquit textus vers. 19.) *nomen urbis Bethel, quæ prius Luza vocabatur.* Id est quæ nucum vel amygdalorum copia vocabatur, dicta est domus Dei cap. 33. dicitur emisse partem agri à filiis Hemor Patris Sichem vers. 20. *Et erecto ibi altari invocavit super illud fortissimum Deum Israel.* Quibus verbis significat non tantùm Deum adoraisse, eique sacrificasse, sed & illud altare Deo dicasse; consecrasse, ac inscripsisse Deo, seu intitulasse: ad cujus imitationem nunc templa consecrantur in honorem Dei, & alicujus Sancti, ut Romæ S. Petri, S. Pauli, S. Mariæ Majoris, S. Joannis, S. Laurentii, S. Marcelli, S. Martini, &c. Quod S. Patriarcha in illis dedicationibus usus fuerit aliquâ magiâ vel incantatione nullus hæreticus dixerit. In lege scriptâ exodi cap 40. vers. 36. Moyses consecravit tabernaculum, altare, & omnia utensilia oleo sacro Numerorum cap. 7. vers. 1. *Factum est* (inquit) *in die, quâ complevit Moses Tabernaculum, & erexit illud, unxitq;, & sanctificavit cum omnibus vasis suis altare, similiter & omnia vasa ejus.* Vers. 88. *Hæc oblata sunt in dedicatione altaris, quando unctum est.* Moysem non fuisse magum, sed virum sanctissimum testatur Scriptura, testatur ipse Christus, qui ipsum suæ Transfigurationis testem & socium adhibuit. Quod hunc & alios ritus Lex Gratiæ observarit, testatur S. Dionysius Areopagita Apostoli Pauli Discipulus qui lib. de Ecclesiasticâ Hierarchiâ cap. 5. clarè insinuat altaria debere ab Episcopo oleo inungi. Hujus ritus & aliorum meminit Concilium Carthaginense quintum, canone 6. celebratum sæculo quarto. Bracarense secundum, celebratū sæculo sexto. Gelasius Papa citatus sæculo quinto. & Fœlix IV. Joannes I. sæculo sexto.

IV.

Ecclesiæ

V. Ecclesiæ consecrationē ad Episcopum spectare patet ex ejus definitione. *Ecclesia* (inquit Sylvester in summa verbo *Ecclesia*, 2. num. 1.) *est locus publicus Episcopali auctoritate constitutus & consecratus, ad quem fideles conveniunt ad percipienda fidei sacramenta.* Dicitur *Episcopali auctoritate constitutus & consecratus*, quia solus Episcopus potest Ecclesiam consecrare, cap. *nemo*, de consecratione dist. 1. Barbosa de officio & potestate Episc. part. 2. alleg. 27. num. 1. Azorius part. 2. lib. 9. cap. 4. quæst. 1. Lezana tomo 3. quæst. regul. verb. *Ecclesia*, num. 2. Et quidem proprius Episcopus, cap. *tua fraternitas*, de consecratione Ecclesiæ. Non verò alienus absque proprii Episcopi facultate, cap. *pia mentis*, & cap. seq. 16. quæst. 7. Quamvis in alienâ Diœcesi Ecclesiam construxerit cap. 1. 16. quæst. 5. Nec proprius Episcopus potest alteri delegare, nisi Episcopo cap. *aqua*, eodem tit. ubi expressè cavetur nè committantur simplices sacerdotes. Ratio est quia est ordinis Episcopalis, non jurisdictionis, cap. *quamvis*; distin. 68. Et Episcopus potest tantùm delegare quæ sunt jurisdictionis, non ordinis, cap. *aqua*, de consecratione Ecclesiæ vel altaris. Undè patet Ecclesias exemptorum verbi gratiâ regularium debere ab Episcopis, & quidem Diœcesanis consecrari. Tamburinus de jure Abbatum tomo 1. disput. 23. quæst. 7. numer. 3. Lezana tomo 3. Tridentinum sess. 6. de reformatione cap. ultimo. *Nulli Episcopo liceat cujusvis privilegii prætextu Pontificalia in alterius Diœcesi exercere, nisi de ordinarii loci expressâ licentiâ, & in personas eidem Ordinario subjectas tantùm.* Undè Lezana numer. 4. post Tamburinum quæst. 8, innuit cessasse privilegia Monachis concessa, quibus illis licebat per quoscumque Episcopos suas Ecclesias consecrare absque proprii facultate, saltem petitâ. Consulę Rodriguez tomo 1. quæst. regul. quæst. 19. art. 4. Mirandam in manuali prælatorum tomo 2. quæst. 39. num. 1. Peirenis tomo 1. privileg. Minim. in constitutione Julii, num. 46. 47. Barbosam supra numer. 1. Tamburinum supra quæst. 8. num. 3. Lezanam n. 5. Quorum alii tenent hoc privilegium esse revocatum à Concilio Tridentino, & alii non.

Sylvester

VI. Ex textu cap. *omnes Basilicæ* de consecrat. dist. 1. Episcopus non potest Ecclesiam consecrare nisi missæ sacrificium celebret. Si tamen Episcopus aliter faciat, quamvis peccet, tamen consecratio erit rata & firma. Sylvester verbo *consecratio*, 2. num. 1. Azorius part. 2. libr. 9. cap 4. Miranda citatus con. 2. Barbosa de officio & potestate Episc. part. 2. alleg. 27. numer. 10. Debere etiam fieri in die festo licet die prophano valeat cap. *tua*, de consecratione Eccles. Azorius instit. moral. part. 2, lib. 9. cap. 4. quæst. 3. Ugolinus de potestate Episc. cap. 28. num. 1. Miranda in manuali prælat. quæst. 39. art. 1. con. 3. tomo 2. Alzedo ad Bernard. cap. 26. littera A. vers. *Virginum consecratio.* Barbosa de officio & potestate Episc. part. 2. alleg. 27. num. 2.

VII. Porrò ideò Ecclesia consecratur, ut constituatur in statu divinæ Domus quam non aliter repræsentat, quàm secundùm dispositionem, ut Ecclesia canit: *Urbs beata Jerusalem, dicta pacis visio, quæ construitur in cœlis vivis ex lapidibus.* Ibidem. *Expoliti lapides suis coaptantur locis.* Indè est (inquit Barbosa citatus num. 18.) quod solemnitas consecrationis præcipuè parietibus & lapidibus adhibeatur; vel consecratur (inquit Bellarminus lib. 3. de cultu sanctorum cap. 5.) ut significetur templum illud Deo & sacris actionibus dedicari, nec esse domum prophanam, sed sacram. Quamvis enim dedicatio essentialiter sit in voluntate & intentione Episcopi dedicantis, tamen debet hæc voluntas & intentio signis externis prodi. Sic licet contractus humani sint in voluntate & intentione contrahentium, tamen ut sit ratus & firmus debēt verba proferri, & aliæ cæremoniæ servari, ut videre in est Regū coronatione, in militiâ, in nuptiis, &c. Vel ex Durando in rationali divini officii lib. 1. cap. 6. num. 5. Ecclesia dedicatur, primò ut Diabolus & ejus potestas indè penitus expellatur. Undè refert

Gregorius

Gregorius in dialogo libr. 3. cap. 21. quod cum quædam Ecclesia Arianorum fidelibus reddita consecraretur, & reliquiæ S. Sebastiani & B. Agathæ illuc delatæ fuissent, populus ibi congregatus porcum repentè inter pedes huc & illuc discurrere senserunt, qui fores Ecclesiæ repetens à nullo videri potuit, omnesque in admirationem commovit. Quod idcircò Dominus ostendit, ut patefieret, quod de loco eodem immundus habitator exiret. Sequenti autē nocte magnus in ejusdem Ecclesiæ tectis strepitus factus est, ac si in eis aliquis errando discurreret. Secundâ verò nocte gravior sonus increpuit. Tertiâ quoque nocte tantus sonus intonuit, ac si omnis illa Ecclesia à fundamentis fuisset eversa, statimque recessit, nec ulterius apud illam antiqui hostis inquietudo apparuit. Secundò (inquit Durandus) ut ad illa confugentes salventur, prout legitur in canone Gregorii XXII. quæst. 5. *reus*, & ob hoc Joab in tabernaculum fugit, & altaris cornua apprehendit. Tertiò, ut ibi orantes exaudiantur. Undè in oratione ad Missam dicitur. *Concede, ut omnes, qui huc deprecaturi conveniunt, ex quacumque tribulatione consolationis tuæ beneficia consequantur.* Sic etiam oravit Salomon in templi dedicatione, pro ut legitur lib 3. Regum cap. 8. Quartò, ut ibi Deo laudes solvantur, pro ut sub titulo de Ecclesiâ dictum est. Quintò, ut ibi Sacramenta Ecclesiastica ministrentur. Undè Ecclesia dicitur Tabernaculum quasi taberna Dei, in quâ Sacramenta divina continentur & ministrantur.

VIII. Quod si singulas istius consecrationis cæremonias expendamus, videbimus illis nullam superstitionem vel magiam inesse. Cunctis de templo ejectis solo Diacono ibi remanente recluso, Episcopus cum Clero ante fores Ecclesiæ aquam non sine sale benedicit, interim intrinsecus ardent duodecim luminaria ante duodecim Cruces in Ecclesiæ parietibus depictas, postea Clero & populo sequente circumit Ecclesiam exterius cum fasciculo hyssopi parietes aquâ benedictâ aspergit, & qualibet vice veniens ad januam Ecclesiæ percutit baculo pastorali superliminare dicens: *Attollite portas principes vestras, &c.* Diaconus intus respondet. *Quis est iste rex gloriæ?* Cui Episcopus. *Dominus fortis, &c.* Tertiâ verò vice reserato ostio ingreditur Episcopus templum cum paucis ministris, manente foris Clero & populo, aitque *Pax huic domui*, legit Litanias. In pavimento Ecclesiæ fit Crux cinere & arenâ, describitur litteris Græcis & Latinis Alphabetū. Postea aliam aquam benedicit cum sale, cinere & vino, ac altare consecrat. Deindè duodecim Cruces in pariete depictas Chrismate inungit. Hi ritus spiritualem significationem habent, hisque Deus invisibili virtute operatur in animâ, quæ Dei templum est, cujus fundamentum est fides, spes erigit, charitas consummat. Ipsa enim Ecclesia Catholica ex multis vivis lapidibus adunata Dei templum est, quia multa templa unum templum, quorum unus est verus Deus, & una fides. Domus igitur dedicanda est, anima sanctificanda: & notandum est quod consecratio duo efficit, primò Ecclesiam materialem Deo appropriat, & nostram scilicet tam Ecclesiæ quàm animæ fidelis desponsationem insinuat. Domus namque non consecrata est sicut puella uni alicui destinata, non tamen dotata, nec matrimoniali commercio in unione carnis unita: sed in consecratione dotatur, & transit in propriā Jesu-Christi sponsā, quam ulterius accessu violari sacrilegium est. Hæc ferè ex Durando. Aquam igitur benedicit, juxta illud Christi. *Nisi quis renatus fuerit ex aquâ & Spiritu sancto non intrabit in regnū cœlorum.* Aquâ enim quę lavandis corporibus idonea est, tantam divinitus virtutem accipere meruit quod sicut corpora lavata sordibus, ita & animas mundat à peccatis. Manifestum namque est, quod aqua, cujus aspersione Ecclesia consecratur, baptismum significet: quia quodammodo Ecclesia ipsa baptisatur. Sed cum aquæ sal admisceatur, cum Christus de baptismo loquens, nullam salis fecerit mentionem. Non enim ait, nisi quis renatus fuerit ex aquâ salsâ, vel tale mistâ, vel

aliquid

aliquid hujusmodi, sed dixit: *Nisi quis renatus fuerit ex aquâ & Spiritu sancto, &c.* primam responsionem colligo ex historia Eliana. Legimus lib. 4. Reg. cap. 2. Jerichuntinos homines dixisse 4. Reg. 2. v. 19. vers. 20. vers. 21. 8. Eliseo Eliæ hæredi ac Successori, vers. 19. *Ecce habitatio civitatis hujus optima est, sicut tu ipse Domine perspicis, sed aqua pessimæ sunt, & terra sterilis.* Vers. 20. *At ille ait afferte mihi vas novum, & mittite in illud sal. Quod cum attulissent.* Vers. 21. *Egressus ad fontem aquarum, misit in illum sal.* Ubi aquæ plenæ amaritie & putredine, factæ sunt salubres, & terra ex sterili reddita est fertilis per immissionem salis. S. Ambrosius serm. 2. S. Eliseo, & ante ipsum Joseph. lib. 5. de bello Jud. cap. 4. contendit non tantùm terram fuisse sterilem ac infœcundam, sed etiam mulieres, & utrique fœcunditatem contulisse. *Videte quanta Elisæi sint merita, cujus prima in civitate hospitalitas magna est filiorum fœcunditas. Dum enim sterilitatem averti aquarum, successionem largitur hæredum. Non enim hoc facto unum Elisæus sanavit hominem, aut unius domus præstitit medicinam, sed totius civitatis populum reparavit. Si enim hoc tardius fecisset, interveniente sterilitate, senescentibus cunctis, civitas sine habitatore remansisset. Igitur Elisæus dum curavit aquam, curavit & plebem, & dum fontem benedixit undarum, fontem quendam indulsit animarum.* Quid per sal, & sterilitatem civitatis intelligit? Idem S. Ambrosius sermon 87. qui est de S. Eliseo, cui subscribit Beda, per civitatem sterilem, & aquam salsam, putrem ac olidam intelligit Ecclesiam, quæ ante infusionem salis, id est sapientiæ increatæ, seu & Apostolorum prædicationem erat infœcunda ac sterilis. Totus orbis, omnes civitates dæmoniis immolabant, fidei sterilitas, ac religionis infœcunditas ubique erat. *Sterilis* (inquit Ambrosius) *civitas fuit Ecclesia ante Christi adventum. At ubi venit Christus velut vas fictile corpus humanum sanavit aquarum vitia, id est resecavit sacrilegia populorum, & statim Ecclesia, quæ erat sterilis cæpit esse fœcunda infuso sale, id est Apostolis, de quibus dicitur vos estis sal terræ.* Illi arridens S. Augustinus libr. contra Fulgentium Donatistam paulò ante finem ait per fontē, accipi Jordanem, in quo Christus baptisatus aquas baptismi reddidit salutares & ad regenerationē spiritualem fœcundas. *Eliseus* (inquit) *est Christus salvator, qui aquarum, id est, gentium infœcunditatem discussâ morte sanavit, accepit vas fictile, hoc est corpus fragilitatis humanæ: sal misit, id est, sapientiâ divinâ replevit: in aquam projecit, hoc est in Iordanem descendit aquas suo descensu sanavit, id est gentes suo adventu redemit, & maritavit sermone, Ecclesiam ex gentibus congregavit, & in fœtus uberes longè latèq; diffudit.* Eandem explicationem affert Durandus salis, quo Episcopus utitur in consecratione Ecclesiæ. *Notandum* (inquit) *quod sal in divino eloquio, apè pro sapientiâ ponitur, juxta illud sermo vester sit sale conditus. Et Dominus inquit Discipulis suis. Habete sal in vobis, & pacem inter vos. Itemq; vos estis sal terræ, quod si sal infatuatum fuerit in quo condietur. quæst. 4. §. 7. Item in Evangelio hinc etiam est, quod secundùm legem nulla hostia sine sale offerebatur; sed in omni sacrificio ponebatur. Ex quibus omnibus convincitur quod sal pro sapientia ponitur. Est enim sapientia condimentum omnium Virtutum, sicut sal omnium ciborum. Hinc ergò est quod nullus baptisatur priusquam sale cibetur, etiam infantes; ut quod actu habere nō possunt, habeant saltem significatione Sacramenti, nec sine sale benedicetur aquâ.* Cur ter aspergit interius & exterius templum, & quidem aspersorio ex hysopo composito. *Trina* (inquit Durandus) *interius & exterius cum hysopo & aqua benedicta aspersio trinam baptisandi immersionem significat. Et sit propter tria. Primò propter dæmonum expulsionem. Nam aqua benedicta propriè de suâ virtute habet dæmones expellere. Undè in exorcismo ejus dicitur, ut fiat aqua exorcisata ad effugandam omnem potestatem inimici, & ipsum inimicum eradicare, &c. Secundò propter ipsius Ecclesiæ purgationem & expiationem. Omnia namq; terrena propter peccatum corrupta sunt & fœdata. Hinc etiam quod in lege penè omnia mundabantur per aquā. Tertiò propter removendam omnem maledictionem, & introducendam benedi-*

S. Amb.

S. Aug.

Durand.

 *ctionem*

*ctionem. Terra enim ab initio cum fructu suo maledictionem accepit, eo quod ex eius fructu deceptio facta fuit, aqua verò nulla maledictioni subjacuit. Hinc est Dominus piscem comedit, sed carnem non legitur nominatim comedisse, nisi de agno Paschali, & hoc propter legis præceptum in exemplum scilicet abstinendi à licitis, aliquando eadem comedendi.* Cur totum templum circuit? quid ille circuitus denotat? *Aspersio* (inquit) *in circuitu facta signat, quod Dominus curam suorum habens misit Angelum suum in circuitu timentium eum.* Vel circuit, ut innuat animam fidelem debere captivare intellectum suum in obsequium fidei, ac voluntatem in amorem Dei, illudque cum Thomâ à Kempis de imitatione Christi libr. 3. cap. 15. *Pone me ubi vis, & liberè age*

Kempis. *mecum in omnibus, in manu tuâ sum. Gyra & reversa me per circuitum, ecce servus tuus sum ego, paratus ad omnia: quoniam non desidero vivere mihi, sed tibi.*

S. Aug. Alludit ad monitum S. Augustini concione 2. in Psalmum 70. *Nihil tam expedit animæ, quam obedire, & si expedit anima obedire in servo Domino suo, in filio ut obediat Patri, quantò magis in homine ut obediat Deo.* Vel alludit ad Davidicã apostrophem psal.

Ps. 107. v. 1. 107. vers. 1. *Paratum cor meum Deus, Paratum cor meum.* S. Bernardus apud Hugonem. *Paratum cor meum ad adversa, paratum ad prospera, paratum ad humilia, paratum ad sublimia, paratum tibi Domine vacare, proximis ministrare, paratum ad omnia quæcumque præcipis. Unde non semel, sed secundò dicitur paratum.* De hoc fidei circuitu

Psal. 26. v. 6. canit iterum Psaltes psalm. 25. vers. 6. *Circumdabo altare tuum Domine.* San-

S. Bruno Herb. ctus Bruno Herbipolensis. *Altare significat fidem, quam circumdare est operibus bonis ornare.* Et S. Hieronymus

Hieron. *Altare idest fidei, circumdabo, idest bonis operibus. Unusquisque sanctus altare Domini in se habet; quod est fides.* Notat Durandus tria Responsoria tunc ideò decantari ad declarandam triná ordinum humilitatem. *Tria responsoria quæ*

Durand. *interim decantantur est humilitas trium ordinum fidem suscipientium scilicet Noe, Daniel, & Iob. Et quoniam ad hanc invocationem gratia fidei, spei, & charitatis infunditur, ideò ad pedem, & ad medium, & ad partem paries in superiorem aspergitur.* Capite sequenti n. 20. de hyssopo hæc effatur. *Fiunt hujusmodi aspersiones et cum aspersorio de hyssopo facto per quam herbam, quia humilis est Christi humilitas congruè designatur, quoniam sanguinis effusiones factæ sunt cum hyssopo humilitatis Christi & inextinguibilis charitatis quo aspera Ecclesia Catholica mundatur: hæc enim herba naturaliter crescit in petra, & humilitas natura crevit in Christo petra. Nam juxta Apostolũ petra autẽ erat Christus. Calida etiãnatura est, et Christi humilitas, corda frigida ad exercenda opera charitatis accendit, item ejus radices saxa penetrant, & humilitas duritias abstinendi confringit. Valet ad pectus & contra tumorem, & hic tumorem superbiæ sanat. Item illa nascitur & radicatur in terra. Vnde tota fidelium multitudo intelligi possit, præcipuè tamen illi per hyssopum figurantur, qui in fide Christi radicati & fundati ab ejus amore evelli & separari non possunt. Per quos quid melius quàm Episcopos, & Præsbyteros intelligere possumus, qui quantò majorem in Ecclesia obtinent dignitatem, tantò firmius Christi fidei inhærere debent. Per hos si quidem aspergitur aquâ, per hos & ab his baptisantur Christi fideles. Hũ datum est perficere baptismatis sacramentum.*

IX. Prosequitur Durandus cap. 6. aitque circuitum triplicem, quem Episcopus aspergendo facit designare triplicem circuitum, quem Christus fecit propter Ecclesiæ sanctificationem. „ Primus (inquit) fuit, quo venit de „ cœlo in mundum. Secundus, quo „ de mundo descendit in lymbum. „ Tertius, quo de lymbo rediens, & „ resurgens ascendit in Cœlum. Aliam explicationem subdit. „ Tri„ plex quoque circuitus ostendit, quod „ Ecclesia illa ad honorem Trinitatis „ dedicatur. Ostendit etiam triplicẽ „ statum salvandorum de Ecclesiâ, „ qui sunt Virgines, Continentes, & „ Conjugati. Quod etiam ipsius dis„ positio Ecclesiæ materialis ostendit, „ prout sub titulo de Ecclesiâ dictũ est. De trinâ percussione Episcopali hæc subdit. „ Porrò trina ad sublimare „ ostii percussio signat triplex jus quod „ Christus

„ Christus habet in Ecclesiâ suâ, propter quod sibi debet aperiri. Est enim „ sub suâ creatione, redemptione, & „ glorificationis promissione. Nam „ Pontifex Christum, virga ejus potestatem figurat. Rursus per triplicem „ percussionem januæ cum virgâ Pastorali prædicatio Evangelica intelligitur. Quid enim est virga Pastoralis, nisi sermo divinus, juxta illud „ Isaiæ cap. 11. Percutiet terram virgâ, ideſt sermone oris sui. Virga igitur januas percutere, est aures audientium Prædicationis voce pulsare. „ Aures enim portæ sunt, per quas „ ad córda audientium sanctæ Prædicationis verba introducimus. Undè „ Psaltes qui exaltas me de portis „ mortis, ut annuntiem omnes laudes „ tuas in portis filiæ Sion. Quid ènim „ sunt portæ filiæ Sion; nisi aures & „ auditus fidelium? Pergens ait: „ Quod triplex cum virgâ percussio, „ & januarum apertio significat quod „ per prædicationem Pastorum infideles veniunt ad fidei consensum. „ Per illam enim portæ justitiæ aperiuntur, & illam ingressi fidem cõfitentur. Undè Psaltes, Aperite mihi portas justitiæ, ingressus in eas „ confitebor Domino: hæc porta Domini justi intrabunt in eam. Percutit igitur Episcopus in superliminari, scilicet orationis, dicens, supplico vos principes, ideſt dæmones, seu „ potius homines, tollite ideſt auferte portas, ideſt ignorantias vestras; „ scilicet à cordibus vestris. De Diacono intus respondente. „ Interrogatio Diaconi inclusi respondentis in „ personam populi. Quis est iste Rex „ gloriæ; est ignorantia populi nescientis, quis est iste, qui debet intrare; apertio ostii evacuatio est „ peccati. Rectè ergò Episcopus ter „ percutit, quia numerus iste notissimus & sacratissimus est, & in omni „ dedicatione Episcopus ter percutere januas debet, quia sine invocatione Trinitatis nullum fit in Ecclesia „ Sacramentum. Trina verò proclamatio attollite portas, &c. significat „ triplicem potestatem Christi, videlicet, quam habet in cœlo, & in „ mundo, & in inferno. Undè in hymno Ascensionis dicitur: Ut trina rerum machina cœlestium, terrestrium, & infernorum condita, flectat genu jam subdita. Consequenter ostēdit quos ritus observet Episcopus ingressus. *Ostio aperto intrat Episcopus ad notandum, quod si debitè utatur officio suo nihil ei resistere potest, juxta illud: Domine quis resistet potentatui tuo. Ingreditur autem cum duobus aut tribus, ut in ore duorum vel trium testium stet omne consecrationis verbum. Vel quod paucis præsentibus Dominus se transfigurans pro Ecclesia oravit. Et ingrediens dicit, Pax huic domui & omnibus habitantibus in eâ, quia Christus mundum ingrediens pacem inter Deum & hominem fecit. Venit enim ut nos Deo Patri reconciliaret.* Ingressus in genua procumbit canens Litanias, ac Deum orans pro sanctificatione templi. *Nam & Christus* (inquit) *humiliatus ante passionem pro discipulis ei credituris omnibus orabat, dicens: Pater sanctifica eos in nomine meo.* Hoc facto surgit & orát absque salutatione, vel præmisso *Dominus vobiscum*, *eo quod Ecclesia nondum sit quasi baptisata, & catechumeni eantùm non sunt digni, ut eis fiat applausus, cùm non dum sint sanctificati, est tamen pro eis orandum.* Quid Clerus orans & Litanias concinens significat? Apostolos, *qui pro Ecclesiæ & animarum sanctificatione ad Deum intercedunt.* Cur Alphabetũ in pavimento Ecclesiæ scribitur litteris Græcis? respondet Bellarminus lib. 3. de cultu sanctorum cap. 5. *Quia illis linguis prædicata est fides, & illis linguis utebatur tota fere Ecclesia, eo tẽpore, quo hæ caremoniæ sunt institutæ.* Bellarm.

Vel ut Gratianus. *Non Hæbraicis quia Judæi recesserunt à fide.* Cur Alphabetum in modum Crucis exprimitur? *Primò* (inquit ille) *repræsentat conjunctionem seu unionem in fide utriusque populi, Judæi videlicet & Gentilis per Crucem Christi factam, juxta illud Iacobi, cancellatis manibus filiis benedixit. Ipsa verò Crux sivè versus ex transverso Ecclesiæ directus, videlicet unus à sinistro angulo Orientis in dextrum Occidentis, & alter à dextro Orientis in sinistrũ Occidentis, significat quod populus ille, qui prius erat dexter factus est sinister, & qui erat in capite factus est in cauda,* Gratian.

*& è converso: & hoc propter Crucis virtutem. Christus enim ab Oriente transiens reliquit Judæos in sinistrâ, quia infideles, & venit ad Gentiles, quibus, licet in Occidente fuissent dat esse in dextrâ, & tandem à Gentibus in dextrâ Orientis positis visitavit Judæos in sinistro angulo Occidentis, quos constat deteriores; quam prius invenerit Gentiles. Ideò autem in obliquum, & in modum Crucis, & non in directum hæ litteræ scribuntur, quia ad hanc sanctam pertingere non valet, qui Crucis mysterium non recipit, & Christi passione non se credit esse servandum, in malevolam animam non introibit sapientia, & ubi Christus fundamentum non est, superædificari non potest.* 1. q. 1. *Cùm Paulus. Secundò scriptura Alphabethi repræsentat Paginam utriusque testamenti, quod per Crucem Christi adimpletum est in passione, namq; ejus velum templi scissum est: quia tunc scripturæ apertæ sunt, & revelata sunt sancta sanctorum: undè ipse moriens dixit, consummatum est, in his quidem paucis litteris omnis scientia continetur, & tunc Crux ex transverso dicitur, quia unum testamentum in alio continetur, rota enim erat in rotâ. Tertiò repræsentat articulos fidei, Ecclesia enim pavimentũ est nostræ fidei fundamenta. Elementa ibi scripta sunt fidei articuli, quibus rudes, atque neophyti de utroque populo in Ecclesia eruditur, qui se debent pulverem & cinerem reputare, juxta illud, quod dicit Abraham Genesi cap.* 18. *Loquar ad Dominum meum, cùm sim pulvis & cinis. Scriptura ergò Alphabeti in pavimento est simplex doctrina fidei in corde humano. Sambuca, seu baculus, quo Alphabetum scribitur monstrat Apostolorum doctrinam, vel Doctorum mysterium quo facta est conversio Gentilium.* Episcopus ad altare stans incipit. *Deus in adjutorium meum intende, cum gloriâ Patri, &c.* Quia hæc dedicatio fit ad exhibendam gloriam Trinitati. Non dicitur *Alleluia*, quia (inquit Durandus titulo sequenti numer. 6.) *Hæc Dedicatio significat baptisandos qui perceptâ fide ad pugnam se præparant, & qui adhuc sunt inter suspiria & certamina vitæ hujus constituti, ideò non dicitur Alleluia. Qui enim baptisati non sunt, laudibus Angelorum digni non sunt, post completam verò Ecclesiæ, vel altaris consecrationem cantatur Alleluia, quoniam exclusa dæmonum phantasiâ, Deus ibi laudabitur, &c.*

X. Episcopus aliam aquam benedicit, in quâ fit mixtio aquæ, cineris, salis, & vini. Quia (inquit Bellarminus supra) tota vita fidelium consumi debet in mortificandis vitiis, & vitæ novitate quærendâ & retinendâ. Nam aqua significat hominem, qualis est ex se peccatum: est enim frigidus & insipidus. Cinis significat pœnitentiam, & mortificationem vitiorum: Sal saporem, & vinum lętitiam & fervorem novæ vitæ. Durandus tres alias hujus mixtionis causas affert cap. 7. num. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. Consequenter ostendit tribus rationibus cur Cruces in pariete depingantur, quas nè prolixior sim omitto, sicut & alias explicationes quas non tantùm hi afferunt, sed S. Augustinus, S. Bernardus, in sermone de dedicatione, Rabanus, Hugo, Jvo, & alii à nobis supra citati, quæ rationes cùm sint omninò sanctæ & piæ, quis non videat hæreticorum impietatem, qui hosomnes ritus Magiæ & superstitioni attribuunt.

XI. Quemadmodum Baptismus semel susceptus nequit reiterari, ita Ecclesiam consecratam Episcopus non debet iterùm consecrare. Hanc colligo ex cap. *Ecclesia*, de consecratione distinct. 1. seu Concilio Nicæno ibi. Item ex cap. *proposuisti*, & ejus Glossa cap. *ligneis*, de consecratione Ecclesiæ, vel Altaris. Quibus subscribunt Paludanus in 4. dist. 13. quæst. 3. art. 4. Sotus art. 3. Durandus in rationali divinorum officiorum lib. 1. cap. 6. num. 3. & 36. Suarez tomo 3. quæst. 83. & tomo 5. disput. 81. sect. 5. Henriquez in summâ lib. 9. cap. 27. Barbosa de officio & potestate Episcopi part. 2. alleg 27. num. 12. Quod si templum casu vel consulto in totum destruatur vel corruat quo ad tectum, parietes, vel majorem partem, ita ut oporteat de novo reficere, debet iterùm ab Episcopo consecrari. Ita Glossa verbo *innovata*, in cap. *de fabrica*, per text. ibi de consecrat. distinct. 1. in cap. *ligneis*, & in cap. *proposuisti*, de consecratione Ecclesiæ. Si

verò

verò tectum dumtaxat corruit remanentibus parietibus, vel in totum, vel pro majori parte, non censebitur exectata, nec novâ consecratione Episcopali indigebit. Ex cap. *ligneis*, & cap. *proposuisti*, Azorio institut. moral. part. 2. lib. 10. cap. 26. quæst. 12. Gambarupta de casibus reservatis cap. 15. casu 6. num. 16. Barbosa citatus num. 17. Azorius ibidem & lib 9. cap. 4. quæst. 9. Hic addit quod si parietes Ecclesiæ paulatim per partes decidant, & paulatim reparentur, non est iterùm consecranda. Plura Barbosa citatus num. 14. & seqq. In quibus autem casibus polluatur & debeat reconciliari. Lege Layman lib. 5. tractat. 5. cap. 5. Lugo de Sacramento Eucharistiæ disput. 29. sect. 2. numer. 52. nostrum Lezanam tomo 3. quæst. regul. verb. *Ecclesia*, num. 12. Sylvestrum verb. *consecratio*, Sotum in 4. distinct. 13. quæst. 2. art. 3. Armillam verbo *consecratio*, Navarrum in manuali cap. 27. Jacobum de Grassis in aureis decis. part. 1. lib. 2. Toletum in summa lib 5. cap. 8. Azorium institut. moral. part. 2. libr. 9. cap. 5. Sayrum de censuris lib. 5. cap. 16. Henriquez in summâ libr. 9. de Missa, Mirandam in Manuali Prælat. tomo 1. Marcum Alterium de censuris tomo 2. disput. 3. de interdicto, Ugolinum de potestate Episcopi cap. 29. Barbosam de officio & potestate Episc. part. 2. alleg. 28. ubi num. 12. censet Prælatos Regulares posse reconciliare Ecclesias quacumque occasione pollutas & violatas, & Lezanam citatum num. 15. & 16.

## CAPUT VII.

### *Potestas Episcopalis circà Calices.*

1 TRithemius in Catalogo Ecclesiasticorum Scriptorum & lib. 2. de viris illustribus ordinis Sancti Benedicti, Arnoldus Wion in historiâ Benedictinâ, Possevinus in apparatu sacro, Cardinalis Bellarminus libr. de Scriptoribus Ecclesiasticis, Gualterus in suâ Chronologiâ scribunt Algerum Scholasticum Ecclesiæ Leodiensis floruisse circa annum Domini 1030. & scripsisse varia opuscula de gratiâ & libero arbitrio, de misericordia & justitia, sed præcipuè de Corpore & Sanguine Domini contra Berengarium Hæreticum, quod tribus libris comprehensum plurimùm laudat Venerabilis Petrus Cluniacensis initio libri de sacrificio, dicens Lanfrancum Archiepiscopum Cantuariensem scripsisse de Sacramento Eucharistiæ benè, planè, perfectè. Guitmundum Archiepiscopum Aversanum melius, plenius, perfectius: sed Algerum optimè, plenissimè, perfectissimè. Hic lib. 1. cap. 15. docet lecythum mulieris Sareptanæ non fuisse imminutum, licet ipsa & domus ejus tota diu illo victitarint lib 3. Regum cap 17. vers. 17. *Ex illa die hydria farinæ non defecit & lechytus olei non est imminutus.* Ex quo miraculo infert ac probat Corpus Christi in Eucharistiâ ab uno quoque nostrum sumi ac comedi totum ac integrum, nec sumptum consumi. *Cùm ipse* (inquit lib. 1. cap. 15.) *à singulis sumptus comederetur & biberetur in Sacramento, ipse tamen vivus & integer mansit in seipso. Sed quid mirum si Christus comeditur, & integer manet, cùm Sareptana vidua nō minus oleum comederit, quia testante sacrâ Historiâ lechytus olei non est imminutus, cùm eadem Scriptura dicat, abiit & fecit juxta verbum Eliæ, & comedit ipsa & domus ejus.* Et lib. 2. cap. 1. *Sareptana vidua lechitus consumebatur, nec minuebatur, et quid mirum si per tanti cibi virtutem caro alicujus comedentis & vegetetur & crescat, & digeratur, nec deficiat.* Paulò post virtutem Eucharistiæ colligit ex cap. 19. vers. 6. *Ecce ad caput suum subcinericius panis & vas aquæ, &c. comedit, & bibit, & ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus usque ad montem Dei Oreb.* Algerus. *Aliquos de sanctis Patribus legimus nullum aliud Edulium sumentes, solâ Communione Dominica diebus Dominicis refectos multis annis vixisse, sicut Eliam in fortitudine cibi illius, quem Angelus ministraverat, quadraginta diebus jejunasse: sed cujus potentia, nisi*

*l. 3. Reg. 17. v. 17*

Algerus.

*cap. 19. v. 6.*

*illius, qui omnia quæcumque voluit fecit in cælo & in terra.* Per hunc panem Eliæ allegoricè intelligendam esse Eucharistiam, etiam docent Paschasius Radbertus lib. de Sanguine, & Corpore Domini cap. 10. Rupertus lib. 5. cap. 10. R. Samuel lib. de adventu Messiæ cap. 20. Idem S. Propheta lib. 3. Regum cap. 17. vers. 12. jejunus ac famelicus postulans parum aquæ & panis à præfatâ viduâ, hæc respondit. *Vivit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinæ in hydriâ, & paululum olei in lecytho. En colligo duo ligna, ut ingrediar, & faciam illum mihi & filio meo, ut comedamus & moriamur.* S. Augustinus sermone 101. de tempore ait S. Eliam fuisse typum Christi, refectionem Elianam figurasse Eucharistiæ sumptionem, & duorum lignorum collectionem à Viduâ factam mortificationem, seu Crucis memoriam sacræ Communioni præmittendam. *Verum est* (inquit) *Fratres Charissimi, nemo in Christum Crucifixum edere meretur, nisi huic sæculo moriatur. Nam quicumque Corpus Christi dignè manducare voluerit, necesse est ut moriatur præteritis, & vivat futuris.* Et Theophanes Cerameus orat. de Cruce apud Gretserum de Cruce tomo 2. *Farina carnis Dominicæ, qua nutrimur typum gessit, duo ligna indicant illa duo ligna, ex quibus Crux.* Quid significat vas, cujus S. Elias mentionem facit lib. 3. Regum cap. 17. vers. 11. *Da mihi paululum aquæ in vase ut bibam.* Et cap. 19. vers. 6 vas illud quod Angelus illi attulit? *Ecce ad caput suum subcinericius panis, & vas aquæ.* Quid per hydram farinæ & lecythum olei, lib. 3. Regum cap. 17. vers. 16. intelligit? *Hydria farinæ non defecit, nec lechytus olei est imminutus.* Per vas intelligit poculum & calicem aptum ad bibendum. D. Thomas in officio venerabilis Sacramenti:

*Dedit fragilibus corporis ferculum,*
*Dedit & tristibus sanguinis poculum,*
*Dicens accipite quod trado vasculum*
*Omnes ex eo bibite.*

Matthæi cap. 26. vers. 27. *Accipiens Calicem gratias egit, & dedit illis, dicens bibite ex hoc omnes.* Vatablus & Pagninus. *Et accepto poculo.* Euthymius. *Et sumpto poculo.* Per hydriam vas aquarium communiter intelligitur, ut patet in Cicerone orat. 4. in Verrem, & sacro Textu Joannis cap. 2. vers. 6. *Erant ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundùm purificationem Iudæorum.* Textus Græcus. *Erant ibi sex vasa aquaria.* Theodoretus Græcus in c. 14. Danielis. *Erant ibi sex amphoræ.* Undè Varro lib. 4. de linguâ Latinâ per hydriã intelligit aqualem, olim enim idem est ac aqua. Eodem modo Genesis cap. 24. vers. 14. 15. 16. 17. 18. & 20. vers. 43. 45. & 46. Judith cap. 7. vers. 10. Joannis cap. 4. vers. 28. imò libr. 3. Regum cap. 18. v. 34. *Implete quatuor hydrias aquâ.* Quod etiam latius extendatur patet ex citato cap. 17. Regum. Lecythus autem est vasis genus ventre protuberante, oreque angustiore, oleo asservando accommodatum, undè vulgò dicitur non est oleum in lecytho, idest non precibus locus, non fiet misericordia.

II.

Cur Calix Eucharisticus dicitur *Calix benedictionis*, at hydria farinæ, lecythus, vas aquæ lib. 3. Reg. cap. 17. & 19. non dicitur hydria benedictionis, lecythus benedictionis, vas benedictionis. Dicitur Calix Eucharisticus, Calix benedictionis, 1. Corinth. cap. 10. vers. 16. *Calix benedictionis, cui benedicimus.* Quia Christus Calicem benedixit in Cœnâ. Lucæ cap. 22. vers. 20. *Similiter & calicem accepit, & benedixit.* Quare benedixit? S. Chrysostomus homil. 24. in Matthæum. *Cùm benedictionem dico, Eucharistiam dicam, & dicendo Eucharistiam, omnem benignitatis Dei thesaurum aperio, & magna illa munera commemoro.* Uno verbo in calice illo Eucharistico omnium munerum & gratiarum benedictio reperitur. S. Anselmus ibidem. *Cujus haustu benedictio credentibus infunditur.* Secundò, dicitur calix benedictionis, quia Christus ante consecrationem ad futuram transubstantiationem pani & vino Christus apprecatus est. Matth. cap. 26. vers. 26. *Accepit Jesus panem & benedixit ac fregit.* Marc. cap. 14. vers. 22. *Accepit Jesus panem & benedicens fregit.* Albertus magnus tract. de officio cap. 6. Innocentius III. c. 6.

dicunt

dicunt illam benedictionem fuisse aliquod signum sensibile, sed quale fuerit non explicat Alphonsus Salmeron putat fuisse signum Crucis, quod exindè Apostolicâ traditione ad nos devenit, & Sacerdotes communiter utuntur in consecratione. Nec refert quod illa nocte Crucis signū non dum esset sanctificatum: quia Christus tunc habuit ante oculos significationem istius signi futuram die sequenti. Tertiò dicitur Calix benedictionis ob Corpus & Sanguinem Christi nobis per calicem communicatum. Quartò addam Christum benedixisse calicem, & ex prophano sanctum effecisse, seu divino cultui destinasse; ut doceret ad Missæ Sacrificium calicem consecratum & similiter patenam consecratam debere adhiberi. Patena enim latinè dicitur Patina, & est genus vasis, quod dapibus ferrenis inservit. Undè in Ecclesia, & in altari patinæ Corpus Christi & Sanguinem excipiunt. *Patena* (inquit Isidorus lib. 20. etymol. cap. 4.) *vasis genus à patendo dictum, quod dispansis patentibusq; oris sit.* Patenarum meminit Plautus Mostell. sc. 1. Terentius in Eunuch Columella lib. 12. cap. 43. Undè patellæ, idest vasa escarum, de quibus Ovidius lib. 2. Fastorum.

*Nutriat intinctos missa patella cibos.*

Et lib. 6.

*Fert missos Vesta missa patella cibos.*

Olim in Ecclesia sacræ Patenæ magnæ erant, & quidem ex auro & argento pondetis quindecim & triginta librarum, ut patet in Pontificali, & Damaso. Nunc autem sunt parvæ.

III. Materia calicis & patenæ postea est facta maximè trivialis, ut patet ex cap. *Vasa*, de consecratione distinct. 1. his verbis. *Olim* (inquit) *Sacerdotes non aureis, sed ligneis vasculis, & calicibus & patenis vitreis usos fuisse; nunc verò non nisi aureis vel argenteis.* Calices vitreos fuisse, & frangi faciles scribit Tertullianus lib. de pudicitiâ. Et sanctus Hieronymus epist. 4 ad Rusticū loquens de Exuperio. *Nihil* (inquit) *illo ditius, qui corpus Domini vimineo Canistro, & sanguinem portabat in vitro.* Postea Zephyrinus papa prohibuit nè deinceps calices ex ligno fierent, sed ex vitro, vel auro, vel argento, vel stanno, ut testantur Damasus in Pontificali, Walfridus de rebus Ecclesiasticis cap. 24. Radulphus de canon. observ. propositione ult. Et Platina in vitâ Damasi. Tandem sancitum est, ut calix non fieret ex vitro ob fragilitatē, nec ex ligno ob raritatem quâ sacramentum imbibitur, multò minus ex ære ob tetrum saporem, nec auricalco, quia æruginem causat, & vomitum excitat, in cap. *Vt calix*, de consecrat. distin. 1. *Vt calix Domini cum patena, si non ex auro omninò, tamen ex argento fiat. Si autem tam pauper est Sacerdos; saltem stanneum calicem habeat. De ære autem vel auricalco calix non fiat, nè ob vini virtutem aruginem faciat, & vomitum provocet. Nullus autem in ligneo aut vitreo calice præsumat missam cantare.* Idem habetur in cap. *vasa*. Idem censent ex nostris Guido Perpinianus in summâ de hæresibus in 21. errore Armenorū. Lezana tom. 3. quæst. regul. verb. *Calix*, numer. 1. Tamburinus de jure Abbatum, disp. 23. quæst. 3. num. 1. Bonacina de Sacramentis disp. 4. quæst. ultim. puncto 9 propos. 3. qui subdit contra eum qui utitur calice ligneo, vel calice non consecrato constitutam esse pœnam depositionis ab officio & beneficio, cap. ultim de celebratione missarum. Nec in hoc posse Episcopum dispensare, cùm ipse dispensare nequeat in lege superioris. Hic non omittenda egregia sancti Bonifacii animadversio apud Walfridum lib. de rebus Ecclesiasticis cap. 24. *Olim aurei Sacerdotes ligneis calicibus utebantur, nunc ligneis Sacerdotes calicibus aureis.* Durandus in rationali divinorum officiorum lib. 1. cap. 3. num. 45. refert mysticas significationes calicis aurei, argentei, & stannei. *Calix aureus significat thesauros sapientiæ in Christo absconditos: argenteus munditiam culpæ: stanneus innuit similitudinem culpæ & pœnæ. Stannum enim est medium inter argentum & plumbum. Et Caro Christi licet non fuerit plumbum, idest peccatrix, fuit tamen carni similis peccatrici. Et licet non fuerit argentum, idest passibilis propter culpam, fuit tamen passibilis propter nostram culpam: quia languores* Durand.

*nostros*

*nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit.*

IV. Calix, quo Domini Sanguis continetur, & patena quâ Corpus ejus cõtrectatur debent consecrari antequam divinis ac sacris usibus applicentur, & Chrismate perungi cap. unic. §. *ungitur preterea*, de sacrâ unctione. Sylvester in summâ verbo *Missa* quæst. 2. Tamburinus supra numer. 2. Lezana citatus num. 2. Hæc autem consecratio spectat jure ordinario, ad Episcopum Diœcesanum, cap. *vasa*, de consecratione distin. 1. quod fit sacro Chrismate exteriori superficiei adhibito, ut specialiter de calice habetur in cap. unic. §. *ungitur preterea*, de sacrâ unctione, Durandus in rationali divin. offic. lib. 1. cap. 8. Homobonus de exam. Eccles. tract. 11. cap. 7. Bartholom. ab Angelo dialog. 5. de Missa, §. 271. & 335. Sylvester in summa verb. *benedictio*, Liamas in summa methodi part. 3. cap. 5. Ugolinus de potestate Episcopi cap. 31. Barbosa de officio & potest. Episcopi alleg. 27. Jacobus de Graffis citatus lib. 2. cap. 43. Fagundez in quinque præcepta Ecclesiæ part. 1. libr. 3. cap. 21. Henriquez in summa libr. 9. cap. 28. §. 2. Azorius part. 2. lib. 9. cap. 7. noster Lezana tomo 3. quæst. regul. verb. *Calix*. Ratio est, quia hæc consecratio est actus ordinis Episcopalis, quare nequit fieri per simplicem Sacerdotem. Posse hanc consecrationem calicis & patenæ à summo Pontifice communicari, seu committi simplici Sacerdoti ex causâ, docet Barbosa supra num. 36, post Sylvestrũ verb *consecratio*, 2. quæst. 8. Fagundez citatum cap. 21. Marcellum Megala in suo promptuario Theol. mor. verb. *Abbas*, verb. *calix*, num. 3. Novarium in lucerna regul. verb. *benedicere*, specialiter Portellus in dub. regul. verb. *Abbas*, Henriquez in summâ lib. 9. cap. 28. §. 2. Dicunt Patres Societatis in Indiis cõsecrare calices. Multi etiam contendunt ex privilegio summorum Pontificum quosdam Abbates Benedictinos & Cistercienses posse benedicere, pro quibus consule Barbosam citatum num. 36. Sed noster Lezana putat hanc potestatem esse revocatam anno 1632. die 13. Martii; quam declarationem refert tomo 3. verbo *benedictio*, num. 8. post Barbosam in collectaneis Bullarum verb. *Abbas*, Novarium in lucerna regul. verb. *benedicere*, num. 3. his verbis. *Abbates, Priores, Guardiani, & alii Religionum Prælati, etiam ex Societate Jesu habentes privilegia benedicendi vestes sacras, cæmiteria, & similia, dicto privilegio uti non possunt, nisi in iis rebus, in quibus sacra unctio non adhibetur, et pro servitio dumtaxat monasteriorum & Ecclesiarum propriarum.* Primò per vestes sacras intelligi etiam corporalia ostendit Lezana tom. 3. qq. regul. v. *benedictio*, n. 9. Secũdò, *in iis, in quibus sacra unctio nõ adhibetur*, excluditur pixis seu vas in quo Christi corpus reservatur, si chrismate non cõsecretur, sed tantùm simplici benedictione, ut in Pontificali Romano ponitur, ut notant Suarez tomo 3. in part. 3. disput. 81. sect. 8. §. 7. Tamburinus citatus disput. 23. quæst. 3. num. 7. Lezana relatus num. 9. & verb *calix*, num. 3. Tertiò quod Abbates vi præfatæ ultimæ declarationis nequeant benedicere calices & patenas, putat Lezana proximè citatus, donec à sacrâ Congregatione aliud declaretur. De aliis benedictionibus, quæ præfatis Superioribus Regularium & parochis cõpetunt, vide Lezanam supra, verbo *benedicere*, num. 13. & seqq. Item quomodo calix, patena, & alia ornamenta, quæ immediatè attingant Corpus vel Sanguinem Christi, nequeant tangi à sæcularibus absque peccato saltem veniali secluso scandalo, & contemptu, habetur cap. *sacratas*, distin. 23. & in Bonacina de Sacramentis, disput. 4. quæst. ult. puncto 9. num. 20. Lezana jam relatus num. 9. & verbo *Agnus Dei*, num. 7.

V. Calix & patena amittunt consecrationem quando ita notabiliter frangũtur, ut nequeant inservire determinatim, ut calix ad continendum Sanguinem, patena ad contrectandum Corpus Christi, seu hostiam consecratam. Ita Bellarminus libr. 2. de missa cap. 14. D. Thomas part. 3. quæst. 83. art. 3. ad 6. Vasquez part. 3. disp. 233. cap. 4. Fagundez in quinque

Ecclesiæ

Ecclesiæ præcepta part. 1. lib. 3. cap. 21. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 27. Lezana supra verb. *Calix*. Amittunt etiam quando sunt argentea & deaurantur quoad illam partem, quæ contingit Corpus Christi. Ratio prædictorum est, quia consecratio fit propter hunc contractum Lezana verbo *Calix*, num. 5. post Azorium tomo 1. instit. moral. lib. 10. cap. 28. quæst. 4. &c. tomo 2. lib. 9. cap. 7. quæst. 3. Suarem tomo 3. in 3. part. disput. 81. sect. 7. Licet Lugo de Eucharistiæ Sacramento disp. 20. sect. 2. contrarium teneat propter allegatam rationem, calix & patena debent iterùm ab Episcopo consecrari, si deaurata usu aurum amittant, & postea iterùm deaurantur, quoad illam superficiem, quæ tangit Corpus & Sanguinem Christi. Ita contra Emmanuelem Sa Coninck de sacramentis quæst. 83. art. 3. dub. 3. Layman in Theolog. moral. lib. 5. tractat. 5. cap. 6. Dianam mor. resolut. part. 2. tract. 1. miscel. resp. 3. Communiter tenent Angelus Tabiena, Sylvester, Armilla verb. *Calix* Durandus in rat. divin. offic. lib. cap. 6. num. 36. Emmanuel Rodriguez in summa tomo 1. cap. 249. Azorius instit. moral. part. 1. lib. 10. cap. 28. quæst. 4. & part. 2. lib. 9. cap. 7, quæst. 3. Bartholomæus ab Angelo dialog. 5. de *Missa* §. 324. Suarez tomo 3. disput 81. sect. Ugolinus de potest. Episc. cap. 31. Reginaldus in praxi fori pœnit. libr. 29. Barbosa de offic. & potest. Episcopi part. 2. alleg. 27. Fagundez citatus cap. 21. Non tamen amittunt consecrationem amissione deaurationis (inquiunt Suarez supra §. *rursus inquiri potest*, Barbosa num. 38. *Nec prædictis facit, &c.* Lezana num. 6.) Ratio est, licet enim inunctio, vel consecratio versetur immediatè circa superficiē: tamen totus calix & patena sunt simpliciter per modum unius consecrata, undè amissâ illa superficie seu deauratione manent consecrata. Eadem consecratio non amittitur per aliquos ictus à fabro inflictos: quia per eos non franguntur notabiliter, nec interius mutatur illa superficies, quâ tanguis continetur, ita post Azorium part. 1. lib. 10. cap. 28. quæst. 5 Armillam in summa verb. *Calix*, num. 4. Bonacinam de Sacramentis disput. 4. quæst. ultim. puncto 9. Bartholomæum ab Angelo diagol. 5. *de Missa*, Barbosam supra num. 39. Lezana citatus, n. 7. Hic tamen post Naldum in summâ verbo *Calix*, notat, consuetudine receptum, ut per illos ictus calix excrcretur, ideò nova benedictione Episcopali indigeat. Calicem tornatilem separatum à pede absque fractione & facile renuibilem non indigere novâ consecratione, docent Azorius part. 1. lib. 10. cap. 28. quæst. 7. & part. 2. libr. 9. cap. 7. quæst. 7. Naldus citatus, Tamburinus de jure Abbatum disput. 23. quæst. 3, Suarez supra sect. 7. Nugnus quæst. 85. art. 3. dub 4. Fagundez citatus cap. 21. Coninck supra dub. 3. Henriquez lib. 9. cap. 28. Bartholomæus supra dialog. 5. *de Missa*, § 326. Barbosa relatus num. 40. Lezana citatus num. 6. Concludit Durandus cap. 3. num. 47. post Concilium Aurelianense nè divina mysteria præstentur ad nuptiarum ornatum, & num 48. refert Stephanum Papam statuisse nè quis fruatur vestimentis Ecclesiæ in aliis usibus, nè ultio, quæ Balthasar regem Babyloniæ percussit super tranigredientes veniat.

## CAPUT VIII.

### *Potestas Episcopalis circa Ecclesias Parochiales.*

I. Ioannes 44 Patriarcha Hierosol. lib: de institut. Monach. cap 22. scribit Conventus Prophetarum in quibusdam civitatibus Israel fuisse multiplicatos ob populi sui utilitatē. Ioann. 44 *Licet Elias & Eliseus cum cæteris, ejusdem propositi religiosis veris manerent præcipuè in eremis: jubente tamen Deo propter utilitatem populi sui, civitates & villas interdum frequentabant, miracula in populis operantes, futura eis prædicentes, vitias hominum castigantes, & eos ad Deum revocantes, atque ad suam Propheticam religionem multos attrahentes. Undè in suburbanis quarun-*

*dam civitatum & villarum tetra promissionis; maximè autem in Galgala, & in Bethel, & in Hiericho, & in Samaria habuerunt religiosorum virorum, filiorum Prophetarum, sicut legimus in libro regnorum, apud quos manebant, dum ad civitates & villas veniebant. Et illos de populo, quos ad suam Propheticam religionem trahere poterant. Primò quidem in his Conventibus faciebant erudiri in disciplinâ propheticâ, & in rudimentis religiosæ vitæ Monasticæ, ut eos paulatim à conversatione urbium distraherent quos postmodum ad eremos transferebant.* Expende illa verba. *Iubente Deo propter utilitatem populi sui.* Quibus innuitur illam conventuum multiplicationem non ad nutum humanum, sed divinum fuisse factam, & ob majus populi emolumentum spirituale.

II. Concilii Trident.

Sic Episcopi juxta divinam ordinationem expressam in Concilio Tridentino sessione 21. cap. 4. possunt novas parochias instituere ob locorũ distantiam, sivè pro percipiendis Sacramentis difficultatem. *Novas Parochias, etiam invitis rectoribus, juxta formam constitutionis Alexandri III. quæ incipit, Audientiam constituere possunt.* Concordat Concilium Bracharense ultimum action. 4. cap. 26. Quibus subscribunt Quintilianus Mandosius satis fusè in praxi signaturæ tit *erectiones*, Zerola in praxi Episc. part. 1. verbo *Parochiæ*, §. 6. Alzedo de præcell. Episc. dign. part. 2. cap. 9. Azorius institut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 12. quæst. 7. Matth. Suar. in practicâ & ordine visitandi cap. 4. Rebuffus in practic. de decimis quæst. 6. Francisc. Leo in thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 2. Aloys. Riccius in praxi fori Eccl. decis. 554. Henriquez cons. 80. Joannes Baptista Costa de remed. subsid. remed. 75. Paulus Piasecius in praxi nova Episc. part. 1. cap. 5. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 3. alleg. 68. num. 1. quibus favet Rota in Aquilana nullitatis erectionis 10. Maii 1631. apud Farinacium decis. 484. part. 1. Causa justa est si Parochialis Ecclesia sit intra mœnia civitatis & Parochiani extra civitatem, Lotterius de re benef. lib. 1. quæst. 28. num. 20. Lupus alleg. 66, Barbosa supra docent quod si noctu nequeant his subveniri subesse justam erigendi aliam Parochiam extra civitatem. Quod si inter Parochialem Ecclesiam & populum sit medius pons vel torrens, qui sæpè exundans obstet nè infirmis administrentur Sacramenta, justa erit causa multiplicandi Parochias. Ita cap. *ad audientiam*, Glossa *in magnâ difficultate*, de Eccles. ædificandis. Lotterius supra quæst. 28. num. 27. Barbosa supra post Rotam in Lucana dismembrationis 9. Maii 1611. coram Ortenbergo. Ex quibus Lotterius supra quæst. 28. num. 28. Barbosa supra post cap. 1. de rębus Eccles. non alienand. Rotam in Aquilanâ nullitatis erectionis dicunt non omnem loci distantiam, vel angustiam Ecclesiæ non reputari justam causam, si per novam Ecclesiæ ampliationem in loco accessibili possit occurri his difficultatibus. Canon enim non requirit quamlibet difficultatem & necessitatem, sed evidentem. Scilicet quando est evidens animarum periculum, nè contingat infantes mori absque Baptismo, infirmos sine sacramentis, benè valentes sæpè privari sacrificio Missæ diebus Dominicis & festivis: ut periculis talibus provideatur possunt extrui novæ parochiæ. Quod si tanta copia infirmorum sit, ut pastor nequeat eodem tempore pluribus infirmis providere. Licet Episcopus non habeat justam causam dividendi Parochiam, potest tamen justè plures ministros, seu coadjutores assignare pro sacramentis ministrandis, ita Rota decis. 484. num. 5. Armendar in addit. ad recop. legum Navarrus lib. 1. tit. 18. lib. 7. de Episc. num. 43. Vide Stephanum Weyms ad constit 24. ex antiquo jure desumptas, & per Concilium Tridentinum innovatas constit. 19. num. 13. De distantiâ competente judicare non est Pastoris vel parochianorum, sed solius Episcopi examinare an commodè possunt sacramenta administrari, ita Menochius de arbitr. casu 497. Rebuffus in praxi benef. part. 1. tit. de erect. in curat. paroch. num. 9. Riccius resol. 476. Barbosa supra num. 2.

qui

qui num. 3. notat non dari appellationem nisi ad Sedem Apostolicam ab hoc decreto erectionis facto ab Episcopo ut Sedis Apostolicæ Delegato. Quod si tale decretum fiat in visitatione, & in formâ judicii tunc non dabitur appellatio saltem quoad effectum suspensivum.

III. Recognitâ per Episcopum justâ causâ dividendi Parochiam, potest Episcopus *invitis rectoribus*, (inquit Concilium Tridentinum, imò absque majoris partis Parochianorum consensu) illam separationem facere. Ita Riccius resol. 476. num. 6. Barbosa de officio & potest. Episcopi alleg. 68. num. 4. Advertit Nicolaus Garcias de benef. part. 5. cap. 9. num. 57. Ecclesiam Matricem seu Parochialem non acquirere jus patronatus in Ecclesia fundata intra suos limites, nisi de suo aliquid contulerit, ideſt, dotem assignaverit tempore fundationis, & non post, nisi quando ex necessitate populi Ecclesiæ, ita Nicolaus Garcias dicto cap. 9. Præscribit Stephanus Weyms de constit. 19. & seq. quatuor consideranda ab Episcopo priusquam ad erectionem novæ Parochiæ procedat. Primò, sicut priusquã res Ecclesiastica alienetur prius fieri debet inquisitio causæ: ita Episcopus examinare debet, an ad novam erectionem Parochiæ detur causa idonea & sufficiens, verbi causa, distantia, vel difficultas, quæ tollitur, si in suburbiis detur Ecclesia præcipuè mendicantium, qui sacramenta infirmis ministrare, & festivis ac dominicis diebus non unum tantùm sacrum, sed plura celebrare possit. Secundò, curare debet, ut novæ Parochiæ provideantur, necessaria scilicet luminaria, custodia, custodum stipendia, & similia, ad quæ tacitè se obligat is, qui talem erectionem procurat, cap. *cùm sicut*, de consecrat. Eccles. Tertiò, Episcopus citare & audire debet antiquæ Ecclesiæ rectorem & patronum si fortè habeat causam justam contradicendi, quia secundùm regulam juris non licet à quoquam auferre quod suum est sine suo facto & consensu, cap. *quod nostrum*, de regul. juris lib. 6. Quartò, Episcopus debet provideri veteris & novæ Parochiæ Rectoribus de sustentatione competente. Si Rector Matricis Ecclesiæ possit commodè sustentari ex suâ, nihil illi adjici debet, si superabundet, poterit vel ex decimis ejus, vel aliundè, verbi gratiâ, ab iis qui novam parochiam fieri desiderant, vel à subditis in quorum usum & commoditatem nova Parochia erigitur, provideri. Addit quinto Lotterius juxta dispositionem textus *ad audientiam*, lib. 1. quæst. 28. reservandum esse jus patronatus Ecclesiæ Matricis præsentandi Rectorẽ, & hoc quasi in compensationem, Glossa ibi verbo *Rectoris*, num. 10. Quintò, ut competens honor pro facultate loci reservetur Matrici Ecclesiæ ex cap. *ad audientiam*, puta annua pensitatio arbitrio Episcopi moderanda. Glossa in verbo *honor*, Addit Lotterius pro signo subjectionis posse reservari jura sepulturæ, vel baptismatis, &c. Addit Menochius consil. 477. Baptista Costa de remed. subsid. remed. 76. Aloysius Riccius resol. 476. Trullenchius in exposit. dialog. lib. 3. cap. 3. dub. 8. num. 7. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 3. alleg. 68. Non posse separari Parochiam si Rector Parochiæ proponat, vel sit in loco commodò Oratorium vel Ecclesia cum fonte baptismali, & aliis ad Parochiam necessariis, & ibi resideat Sacerdos qui Sacramenta possit administrare.

IV. Concilium Tridentinum sessione 21. cap. 7. in fine loquens de Ecclesiis Parochialibus collapsis & pauperibus statuit. *Quod si nimiâ egestate omnes laborent ad Matrices seu viciniores Ecclesias transferantur cum facultatem dictas Parochiales dirutas in prophanos usus non sordidos, erectâ ibi Cruce convertendi.* Quemadmodum concessimus Episcopis facultatem erigendi novas parochias præsuppositis conditionibus supra relatis, ita poterunt Ecclesias nimiâ inopiâ laborantes, vel reparari non valentes ad Matrices, seu viciniores Ecclesias transferre: ita Aloysius Riccius in praxi aureâ resolut. 201. num. 1. Barbosa de parocho part. 1. cap. 13. num. 11. Et onus Missarum ad eandem Matricem

Ecclesiam transportare, ac in eâ expensis possidentis Ecclesiæ dirutæ bona, altare erigere sub nomine Ecclesiæ dirutæ, ita Salgado de protectione regiâ tomo 1. part. 3. cap. 5. num. 27, ubi num. 28. citans Zerolam in praxi Episc. part. 1. verb. *Matrix*, subdit Matricem Ecclesiam, ad quam hæc translatio est facienda, intelligi de parochiali respectu capellarum & aliarum inferiorum simplicium sub illius districtu existentium. Quia eorum respectu Parochialis dicitur Matrix, & ad eam prædicta translatio facienda est. Quod si ejusmodi translatio non fiat ad Matricem, fieri debet necessitate id exigente ad viciniores; ita Rebuffus in praxi benefic. tit. de uni. Glossa 11. num. 8. Zerola in paxi Episc. part. 1. verb. *visitatio*, §. 9. Aloysius Riccius in praxi aurea resolut. 201. Mandosius reg. 21. Cancell. quæst. 7. & 8. Emmanuel quæst. regul. tomo 1. quæst. 43. art. 3. Bobadilla in suâ politicâ, lib. 3. cap 5. Gaspar Perusinus de unione cap. 4. numer. 11. Addit Cõcilium Episcopũ posse non tantùm Ecclesias (ut præfertur dirutas) prophanare, sed etiam in alios usus arbitrio suo convertere. Illi subscribens Joannes Selva in selectis Canonicis cap. 19. num. 3. testatur ita fuisse decisum in Thelesinâ 13. Septembris 1631. Stephanus Weyms ad constitutiones 24. ex antiquo jure desumptas, & per Concilium Tridentinum innovatas constit. 19. Illa autem conversio fieri potest *in usus prophanos*, (inquit Concilium) sed *non sordidos*. Primò quidem ad usum Ecclesiæ Matricis, seu quæ est caput prædictarum Capellarum, ita Aloysius Riccius in praxi aureâ resolut. 201. Salgado de protectione regiâ tomo 1. cap. 5. Imò quod per *prophanos*, non permittatur Episcopo applicare cæmenta & lapides Ecclesiarum destructarum ad laicorũ usus. Colligitur ex cap. *ligna*, de consecrat. distinct. 1. cap. *ad hæc*, de Religiosis domibus, Armendar. in addit. ad recopil. legum Navarræ lib. 1. tit. 18 lib. 7. de Episcopis. num. 85. Navarr. de spoliis Clericorum §. 18. versu 2. Bellet. dist. uis. Clerical. part. 1. tit de Clerico debitore, §. 14. Non quia ejusmodi lapides & cæmentâ sunt sacra, aut sancta sanctitate benedictionis constitutivæ, sed ob reverentiam Ecclesiæ, cui servierunt, cum nullo jure habeant facultatem super hoc disponendi. Denique Fuscus lib. 1. cap. 10. num. 16. Zerola in praxi Episc. part. 2. verb. *Parochia* §. 6. Aloysius in praxi aurea resol. 201. Salgado de protect. regiâ tomo 1. cap. 5. Barbosa de officio & potest. Episc. allegat. 64. censent quod si populus noluerit Ecclesiam, quæ minatur ruinam restaurare, debebit loco collapsę vel dirutæ Ecclesiæ Crucem erigere, & si cæmiterium prophanetur, cœmiterii prophanati ossa transferenda esse ad novum cœmiterium à titulari extruendum ubi populo placuerit. Nonnulli tamen contendunt liberum esse Episcopo vendere lapides Altarium vel Ecclesiarum destructarum, modò emptor non convertat illos in usus sordidos. Vide Barbosam supra num. 14. & 15.

## CAPUT IX.

### *Potestas Episcopalis circa Sacramentum Baptismi.*

1 DUrandus in rationali divinorum officiorum lib. 6. cap. 74. scribit tripartitum oleum ab Episcopo consecrari feriâ quintâ in Cœnâ Domini, triplexque Sacramentum ex eâdem substantiâ olei fieri. *Ad ostendendum* (inquit) *quod licet unus sit Spiritus sanctus, multiformis est tamen secundùm dona sua. Undè Apostolus 1. Corinth. cap. 12. Alii per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ, alii fides, alii gratia sanitatum, &c. Hoc triplici oleo coaptamus, quod inde apparebit, si olei triplicem proprietatem attendamus. Oleum enim, ut dicit Isidorus, est arbor pacis insignis, cujus pinguedo valet ad reficiendum artus lassos & infirmos, & est pabulum luminis. Quod est arbor pacis refertur ad oleum Chrismatum, quod pabulum est luminis refertur Cathecumenorum, quod artus lassos & infirmos reficit, ad oleum infirmorum. Hæc igitur tria præcedentibus* Durand.

verbis

*verbis Apostolo ceaptantur. Siquidem in multitudine pacis esse videtur, quod dulcedinem interna sanitatis gustavit, sicut dicit Psal. Gustate & videte quoniam est suavis Dominus. Saporem illius dulcedinis senserat ille, qui dicebat, Gratia Dei sum id quod sum, 1. Corinth. cap. 15. Hæc gratia est donum sapientiæ, quæ intelligitur per pacis oleum. Verùm quia hunc saporem libenter in alium derivat vir fidelis, idcircò aliis datur sermo scientiæ. Scientia enim est doctrina, quâ fidelis aliorum verbo, vel ad minus exemplo instruitur, qui per balsamum intelligitur. Et quia Apostolus in hoc laboravit, idcircò cùm dixisset, gratia Dei sum id quod sum, statim subjunxit, gratia Dei in me vacua non fuit, hæc duo simul conjuncta scilicet oleum & balsamum, idest dulcor sapientiæ & odor doctrinæ perfectum faciunt servientem, quæ duo scilicet sapientia & doctrina ad oleum chrismatum pertinent. Ad oleum verò cathecumenorum pertinet fides, quæ mentem illuminat, sicut oleum lumen præstat. Fides enim valet ad duo, scilicet ad purgamentum, & tutamen: purgat præterita vitia & tutelam præstat contra futura. Sicut verba hujus olei manifestè ostendunt. Ad oleum infirmorum pertinet gratia sanitatum, idest sanitas corporis & mentis: valet enim contra utriusque ægritudinem sicut ex verbis ipsius benedictionis liquet. Quare autem infirmi & cathecumeni injunguntur.* Et de unctionibus, quæ fiunt ex hoc triplici oleo differit consequenter, lib. 1. cap. 6. Nam libro 6. cap. 74. citato num. 3. ostendit quomodo oleum infirmorum cõsecretur, num. 5. 6. 7. & 8. quare consecretur, num. 4. agit de oleo Chrismãtum, num 9. de olei Chrismatis consecratione, num. 10. ex quibus conficiatur, num. 11. 12. 13. 14. 15. 16. & 17. quali solemnitate, num. 18. quid mysticè significet illa celebritas cum tanto apparatu, numer. 19. cur oleum benedictum salutatur, quoties, & quorsum. Num. 20. cur Episcopus ter exhalat in ampullam olei benedicti. Num. 21. de oleo catechumenorum. Num. 22. & 23. de duplici ejus usu. At libro 1. cap. 8. num. 1. probat Dominum præcepisse ut chrisma conficeretur. Num. 2. quo chrismate Moyses fuerit unctus. Numer. 3. uctionis species, num. 4. quare catechumeni ungantur oleo. Num. 5. & 11. an unctio exterior sit necessaria ad salutem. Num. 6. Cur Christiani ante baptismum bis oleo unguntur. Num. 8. quid varia unctio denoter. Num. 7. Unde Christus dictus & unde Christiani. Num. 9. Unctio ad quid fiat in vertice. Num. 10. A quo primum instituta. Num. 13. Cur pectus baptisati ungitur cum invocatione Trinitatis. Triplex unctio catechumenorum, confirmandorum, & infirmorum figurata videtur per triplicem unctionem præceptam à Deo Patri nostro Eliæ, lib. 3. Regum cap. 19. vers. 15. & 16. *Unges Hazael regem super Syriam, & Jehu filium Namsi unges regem super Israel. Eliseum autem filium Saphat, qui est de Abelmeulà unges Prophetam pro te.*

*3. Reg. cap. 19. vers. 15. vers. 16.*

II. De triplici ungendarum personarũ genere loquuntur Angelus, Sylvester, & alii Summistæ verbo *Oleum sanctum*, Candidus tomo 3. disquisitionum, disquisit. 3. art. 2. dub. 15. Barbosa de offic. & potest. Episc. alleg. 31. num. 1. De triplici autem unctione faciendâ baptisandis, de primâ ante baptismum, mentionem facit D. Ambrosius lib. 1. de Sacramentis cap. 2. D. Cyrillus Hierosolymitanus catechesi 2. quæ fit in pectore & scapulis mediis oleo sancto. De secundâ post baptismum in summo vertice capitis per sacrum Chrisma meminit Tertullianus lib. de Baptismo cap. 7. D. Augustinus lib. 16. de civitate cap. 38. D. Hieronymus in cap. 1. Marci, & in cap. 2. Threnorum, ubi docet Christianos ab hoc chrismate dictos. D. Chrysostomus homil. 6. in epist. ad Colossenses. Utriusque unctionis ante & post baptismum loquuntur D. Augustinus serm. 206. de tempore, S. Justinus in quæstionibus ad gentiles cap. 37. Posterior unctio olim tam honorifica erat, ut per solos Episcopos fieret, non autem per Sacerdotes, nisi licentiâ Episcopi, ut docet D. Hieronymus in cap. 1. Marci, & dialogo adversus Luciferianos, D. Leo epist. 66, Hugo à Sancto Victore lib. 2. de Sacramentis part. 7. cap. 3. Sed postea S. Sylvester permisit

misit Præsbyteris hanc secundam unctionem in Baptismo, quando abesset Episcopus, & baptisatus servaretur in periculo mortis, ut refert Damasus in ejus vitâ. Sed tandem S. Innocentius epist. 1. simpliciter permisit presbyteris hanc unctionem, sivè Episcopus præsens, sivè absens foret, sivè instaret periculum mortis, sivè non.

## CAPUT X.

### *Potestas Episcapalis circa Sacramentum Confirmationis.*

I. COnfirmationis materiam esse oleum sanctum confectum ex oleo olivarum admixto balsamo cujuscumque loci, sic docent Cõciliuin Florentinum in decreto unionis, ubi materia Confirmationis dicitur esse *Chrisma confectum ex oleo, quod nitorem conscientiæ; & balsamo, quod odorem bonæ famæ significat.* Concilium Tridentinum sess. 7. canon. 2. *Si quis aliquam virtutem negat inesse Chrismati Confirmationis anathema sit.* Catechismus Romanus ex ordinatione Sedis Apostolicæ compositus, *Materia* (inquit) *hæc Chrisma appellatur, quo nomine à Græcis accepto etsi prophani Scriptores quodlibet unguenti genus significant; illud tamen, qui res divinas tradunt, communi loquendi consuetudine, ad illud tantummodò ungendum accommodarunt, quod ex oleo & balsamo solemni Episcopi consecratione cõficitur.* Pontificale cap. de confirmatione, vetus ordo Romanus cap. de vigilia Paschæ, ubi legimus baptisatum debere adhuc ab Episcopo per Chrisma confirmari. Imò Concilium Laodicænũ canone 48. *Oportet baptisatos ungi supercælesti Chrismate Ecclesiæ; & regni Christi fieri participes.* S. Augustinus libr. 2. contra litteras Petiliani cap. 104. vocat Confirmationem *Sacramentum Chrismatis sacrosanctum,* Sanctus Cyprianus sermone de unctione Chrismatis, ait in *Chrismate esse mixtum oleo balsamum.* Epist. 70. *Necesse est* (inquit) *ungi eum qui fuit baptisatus, ut accepto Chrismate, idest unctione possit esse unctus Dei & habere Christi gratiam.* S. Gregorius in cap 1. Canticorum. *Balsamum cum oleo efficitur Chrisma per benedictionem.* Hinc Pontificale Romanum exprimens materiã & formam necessariam huius Sacramenti, ait. *Signo te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis in nomine Patris; & Filii & Spiritus sancti.* Hanc veritatem constanter propugnant Adrianus VI. in 4. cap. de Cõfirmatione, art. 2. ad 3. Gabriel in 4. dist. 7. ar. 1. Sylvester verb. *Confirmatio,* citans Hostiensem, & Innocentium. Cardinalis Hosius in confessione cap. 38. Petrus in institutione Sacerdotum, cap. de confirmatione. Gamachius in part. 3. quæst. 69. cap. 3. Suarez ibidē disp. 31. sect. 1. Amicus ibidem disput. 13. sect. 2. & alii. Probatur primò ex Fabiano Martyre epist. 2. cap. 1. asserente id esse ex traditione Apostolorum & institutione Christi. Secundò, in Moralibus tutiora sunt semper præferenda. Omnes autem Scholastici, nemine excepto, fatentur balsamum non posse omitti hic absque aliquo periculo, agnoscuntque Sacramentum tunc non esse ita certum, si Confirmationis sacramentum conferatur solo oleo catechumenorum vel infirmorum, igitur in praxi hæc veritas est sustinenda. Tertiò, illa materia videtur essentialis, quæ exprimitur in forma verborum, cujusmodi hæc, *Confirmo te Chrismate salutis.*

II. Calvinus ita hanc materiam improbat, ut lib. 4. institut. cap. 19. §. 8. vocet ejus benedictionem Magicam, & oleum consecratum, oleum diaboli, mendatio pollutum: & Kemnitius Chrisma excantatum, illique & eorum sequaces dicunt act. cap. 2. vers. 16. fuisse datum Spiritum sanctum absque ullo Chrismate. Item act. cap. 8. & 19. fit mentio impositionis manuum, non autem Chrismatis. Respondet Bellarminus lib. 2. de Confirmationis Sacramento cap. 9. Apostolos cap. 2. & 10. singulari privilegio contulisse effectum sacramenti sine Sacramento. Respondent nonnulli Scholastici Apostolos vario modo ministrasse hoc Sacramentum, primò nascente Ecclesiâ, quando Spiritus sanctus visibiliter descendit non usos

fuisse

fuisse ullâ unctione, sed simplici manus impositione. Cùm verò defecensus ille visibilis cessavit, tunc adhibita est unctio ab Apostolis ex Christi institutione & mandato. Sed hanc solutionem improbamus cum D. Thomâ part. 3. quæst. 72. art. 2. Melius noster Thomas Waldensis tomo 2 de Sacramentis cap. 113. & Hugo de S. Victore lib. 2. de Sacramentis part. 7. cap. 2. scilicet idem esse unctionem Chrismatis, & manus impositionem, qui enim inungit, manus imponit, licet unum tantùm exprimatur: id fusè & doctè probat tribus rationibus. Tertiò respondeo argumentum hæreticorum esse à Scripturis negativè, deindè (inquit Gamachius) sola Scriptura non est fidei regula, nec omnia litteraliter continet, quæ pertinent ad fidem, sed aliquando virtute dumtaxat, eminente, quatenus nos remittit ad Ecclesiam, eamque audire jubet. Ipsi etenim Hæretici multa observant, ac credunt, quæ nequeunt ostendere ad litteram in scripturis. Urgent secundò hæretici maximè Brentius in confessione Wittembergensi cap. *de Baptismo*, dicunt Apostolum ad Colossenses cap. 2. vers. 20. *Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis hujus mundi, quid adhuc tanquam viventes in mundo decernitis?* Respondet Bellarminus quod si argumentum valeret, aqua non esset etiam materia Baptismi, nec panis Eucharistiæ. His enim utebantur Judæi, & sunt figuræ nostrorum Sacramentorum, sicut oleum, quo S. Elias unxit Eliseum, Jehu & Hazael. Intentum igitur Apostoli est revocare Christianos à cæremoniis Judaicis, quæ tantùm erant elementa, & egena, ut ipse ait alibi, quæ justificare non poterant, non autem à Sacramentis Christianis, quamvis eâdem materiâ constent. Tertiò, Cornelius ait per elementa illa intelligi principia & dogmata Philosophorum, Platonis, &c. de Cœlis, Angelis, & eorum cultu ac ritibus & observantiis carnalibus ac mundanis, quæ non cõveniunt cum scripturâ, fide, & Christo. Denique Brentius urget authoritatem S. Dionysii Areopagitæ docentis ritum Chrismatis desumptum ab unctionibus Ethnicorum, & ex lege Mosaica. Moyses autem Deuteronomii cap. 12. ait. *Cavenè imiteris gentes, & requiras cæremonias eorum.* Respondeo S. Dionysium cap. 4. Ecclesiasticæ Hierarc. dicere se hanc consecrationem didicisse ab Apostolis Christi, nõ Paganis, vel Judæis. Quod ait de Judæis spectat ad figuram hujus Confirmationis, non ad essentiam & veritatem. Athleticæ unctiones conducunt tantùm ad explicandum effectum hujus Sacramenti, sicut enim Athletæ ungebantur, ut in pugna corporali vincerent, ita (inquiunt SS. Chrysostomus, Augustinus Ambrosius, & alii) Christiani unguntur, ut vincant in pugnâ spirituali. Locus Deuteronomii non premit, quia Athletæ non ungebantur, ut Deum colerent.

III. Benedictio Chrismatis est necessaria non tantùm necessitate præcepti, sed etiam Sacramenti. Ita D. Thomas part. 3. quæst. 69. artic. 3. & omnes Theologi excepto Paludano in 4. dist. 7. Probatur quia Florentinum Concilium vocat *Chrisma benedictum.* Tridentinum canon. 2. sessionis 7. vocat sacrum. *Qui sacro confirmationis Chrismati, &c.* Bracharense II. cap. 4. vocat *Balsamum benedictum, quod pro animarum salute per invocationem Spiritus sancti consecratur.* Patres etiam vocant modò sanctum, modò sacrosanctum. S. Cyrillus Hieros. catechesi 3. Optatus lib. 2 contra Parmenianum. Innocentius I. epist. 1. cap. 3. & refertur de consecratione distin. 4. cap. *Presbyteris.* Clemens Romanus fusè de illâ consecratione agit libr. 7. apost. constit. cap. 42. & 44. & eam tribuit Apostolis. Fabianus Papa & Martyr epist. 2. ait singulis annis feria quinta in Cœna Chrisma esse consecrandum, Damasus I. epist. 4. Innocentius I. epist. 1. cap. 4. Leo. I. epist. 88. Gelasius I. epist. 1. Joannes III. epist. unica Gregorius I. in cap. 1. Cantic. Innocentius III. cap. *cum venisset*, extra de sacra unctione. Illis subscribunt Beda in cap. 8. Act. Isidorus lib. 1. de divin. offic. cap. 28. Rupertus lib. 3. de divinis officiis cap. 17. & 18. Rabanus lib. 2. de institut. Clericorum

ricorum, Alcuinus lib. de divin. offic. cap. de feriâ quintâ in Cœnâ Domini, Amalarius lib. 1. de officiis Eccles. cap de eadem feriâ. Petrus Damianus serm. 1. de dedicatione templi. Sotus ad art. 3. D. Thomæ, hac ratione probat quod simpliciter & absolutè hæc benedictio est ex institutione Christi, licet quoad has, vel illas orationes, hunc vel illum consecrandi modum sit ab Ecclesia.

IV. Ad substantiam Sacramenti hujus spectat ut Chrismatis consecratio fiat ab Episcopo. Ità Concilium Toletanum VIII. Carthaginense, Florentinum; D. Thomas part. 3. quæst. 72. art. 4. Coninck ibidem art. 3. Nugnus ibid. diffic. 4. Suarez disp. 36. sect. 6. Valentia tomo 4. disp. 5. quæst. 10. puncto 2. Victoria de confirmatione concl. 42. Durandus in ration. divin. off. lib. 5. cap. 84. Gletterus in speculo juris pontif. tit. de confirmatione, Covarruvias lib. 1. variar. cap. 10. Navarrus in manuali cap. 22. numer. 8. Henriquez in summa lib. 3. cap. 6. Jodocus Coccius in thesauro Catholic. tom. 2. lib. 5. art. ultim. Ledesma in summâ part. 1. de sacramentis, ubi de confirm. cap. 9. Piasecius in praxi Epis. part. 1. cap. 3. Torreblanca de jure public. lib. 4. cap. 6. Pitigianus distin. 7. quæst. 1. art. 4. Vivaldus de confirmatione cap. 2. num 1. Chamerota de confirmatione, cap. 2. dubio 3. & 4. Emmanuel Sa verb *Confirmatio*, Bartholomæus ab Angelo dialog. 3. §. 12. Bonacina dis. 3. quæst. unica, punct. 2. de confirm. Amicus supra num. 43. Gamachius in 3. part quæst. 59 cap. 4. Probatur ex Concilio Romano sub S. Sylvestro canon. 5. ubi statuitur: *Nullum Presbyterum posse conficere Chrisma.* Idem repetitur in Concilio 2. cap. 3. Carthaginensi 3. cap 36. Toletano 1. can. 20. alias 21. Hispalensi 2. can. 7. Quibus omnibus locis prohibetur Sacerdotibus Chrisma conficere, seu potius declaratur, quod per se erat jure divino prohibitum, ac planè nullum & invalidum. Accedit Decretum Concilii Florentini, ubi materia hujus Sacramenti simpliciter vocatur chrisma benedictum per Episcopum. Arrident S. Dionysius de Ecclesiasticâ Hierarchiâ cap. 4. dicens: *Debere unguentum illud per Pontificem consecrari.* Innocentius I. epist. 1. cap. 3. & praxis Ecclesiæ, unde sic consecratum Ecclesia ita affatur. *Ave sanctum Chrisma.* Quibus verbis optat ejus consecrationem. Secundò, eo modo illud salutat, quo Daniel canit cap 3. *Benedicite omnia opera Domini Domino, &c. benedicite aqua omnes, benedicite eum sol & luna, &c.* Psalm. 148. *Laudate eum sol & luna, &c.* Fortunatus Pictavensis in carmine de Resurrectione Christi, & Ordo Romanus.

*Salve festa dies toto venerabilis ævo,*
*Quâ Deus infernum vicit, & astra tenet.*

Et S. Andræas passioni proximus crucem in quâ moriturus erat salutavit: *Salve Crux diù desiderata, & concupiscenti animo præparata, suscipe discipulum ejus, qui pependit in te.* Et fideles salutant lignum Crucis non solùm simul cum Christo, & in actu exercito: sed etiam seorsim licet relativè ad Christum. *O Crux ave, &c.* S. Chrysostomus homilia, *quod Christus sit homo,* ait: *Tantâ veneratione habetur illud lignum, ut qui partem ex eo obtinere auro includant, & cervicibus imponant.* S. Hieronymus epist. 17. de Christi Sepulchro. *Christi sepulchrum multò venerabilius, quàm propitiatorium Judæorum.* De quo Vates Regius psalm. 98. *Adorate scabellum pedum ejus.* Chrisma ab Episcopo benedictum benedictionem ac salutationem magis meretur quàm horrea. Deuteronomii cap. 18. *Benedicta horrea tua,* quàm arcus, Ecclesiastici cap. 43. *Vide arcum in nubibus, & benedic eum,* quàm dies septimus, Genesis cap. 2. *Benedixit Deus diei septimæ*, quàm testudo musica, quam Horatius ita salutat.

*O decus Phœbi gratia testudo*
*Jovis! ô laborum dulce lenimen,*
*Mihi cumq; salve ritè vocanti.*

Salutando igitur Chrisma ab Episcopo consecratum. Primò, optamus ut Deus illud conservet. secundò, illud salutamus honoris gratiâ, sicut cum salutamus Christi latus, pedes, manus, sanguinem, non optamus, ut Deus illa conservet, sed honoramus eo modo

quo

quo dicimus. *Salve immensa bonitas, salve misericordiæ pelagus.* Tertiò non salutamus Chrisma physicè, substantialiter, absolutè: sed relativè, moraliter; ut est gratiæ symbolum, & est signum gratiæ tribuendæ, vel gratiæ infinitæ Christi, quem Deus *unxit oleo lætitiæ.* Psalm. 44. & nos dicimur Christiani ab unctione.

V. Quemadmodum ordinatione divinâ S. Elias potestatem habuit ungendi Jehu & Hazael in reges, & Eliseum in Prophetam, lib. 3. Regum cap. 19. vers. 15. & 16. *Unges Hazael regem super Syriam, & Jehu filium Namsi unges regem super Israel. Eliseum autem filium Saphat qui est de Abelmeula unges Prophetam pro te.* Undè in laudem illius ait Ecclesiasticus cap. 48 vers. 8. *Qui unxis reges ad pœnitentiam.* Idest ad pœnam, & ultionem impiorum, ut sint divini cultus vindices (inquit Cornelius.) Ita Minister necessarius Sacramenti Confirmationis, non solùm ex præcepto, sed etiam absolutè & simpliciter est Episcopus, ita ut aliàs ordinariè loquendo nullum penitus sit Sacramentum, si à simplici Sacerdote conferatur. Ita Concilium Tridentinum sessione 7. canone 3. *Si quis* (inquit) *dixerit sanctæ Confirmationis ordinarium ministrum non esse Episcopum, sed quemvis simplicem Sacerdotem, anathema sit.* Et ante illud S. Gregorius in Regist. 3. epist 9. Eusebius l. epist. 3. S. Thomas part. 3. quæst. 72. art. 2. & Apostoli Act. cap. 8. & 19. ubi soli cõfirmant ab aliis baptisatos. Soli autem Episcopi sunt Apostolorum successores, & consequenter sunt ministri Confirmationis Illis subscribunt Valentia tomo 4. disput. 5. quæst. 2. puncto 2. Bellarminus lib. 2. de confirmatione cap. 12. Bonacina disp. 3. quæst. unic. puncto 2. Franciscus Pitigianus distinct. 7. quæst. 1. artic. 4. Canisius de confirmatione cap. 3. Co. nick de Sacramentis tomo 1. quæst. 72. num. 97. & 105. Ugolinus de officio & potest. Episc. part. 1. cap. de confirm. Chamerota de Sacramentis, tract. de confirm. cap. 5. Joannes Maldonatus tract. de confirmat. quæst 2. Auguianus de legibus lib. 2. controv. 1. num. 69. Hurtado de sacramentis tract. de confirmatione diff. 12. Piasecius in praxi Episc. part. 1. cap. 2. de confirmatione num. 1. Ludovicus Miranda in manuali Prælatorum tom. 1. quæst. 44. art. 1. Henriquez in summa lib. 3. cap. 6. & alii contra Joannem Wiclef lib. 4. trialogi cap. 14. Calvinum lib. institut. cap. 19. §. 10. Kemnitium in part. 2. examinis negantes id munus competere Episcopis, imò asserentes nullum discrimen esse inter Episcopum & Præsbyterum, noster Thom. Waldensis lib. 2. de Sacramentis cap. 114. existimat hausisse hunc errorem à Richardo Armachano, qui paulò ante vixerat, & lib. 11. Armenicarum quæst. cap. 4 asserucat collationem confirmationis esse communem Episcopis & Præsbyteris. Objectiones Wicleffi vide apud nostrum Thomam Waldensem citatum, & Bellarminum tomo 2, lib. 2. de Confirmationis Sacramento lib. 2 cap. 12. Gamachium in 3. part. quæst. 69. cap. 8. & alios. Hoc tantùm argumentum solvendum, si ministerium Confirmationis ad solos Episcopos spectat jure divino, non potest id committi Præsbyteris, ut infrà videbitur. Respondet Bellarminus suprà, solos Episcopos jure divino esse ordinarios ministros hujus sacramenti: non tamen sequitur, quin extraordinariè id possit concedi Præsbyteris: sic jure divino competit Episcopis prædicare, & tamen permittunt verbi divini prædicationem Præsbyteris, imò & Diaconis. Deinde ait confirmationem esse actum ordinis, qui ordo est saltem inchoatus, & imperfectus in Præsbytero. Sciendum enim est characterem Episcopalem, (sivè sit alius à presbyterali, sivè idem) extensiorem tamen & majorem esse potestatem absolutam, & perfectam ac independentem conferendi sacramenta Confirmationis ac Ordinis. Et ideò Episcopus potest absque ullâ dispensatione cõfirmare, imò nequit ab ullâ superiori potestate impediri, quin illa Sacramenta revera cõferat. Licet prohibente papâ conferendo peccet. Character autẽ sacerdotalis est quidẽ potestas absoluta, perfecta & dependẽs respectu sacramenti Baptismi & Eucharistiæ, at respectu cõfirmationis est inchoata, imperfecta à voluntate superioris, quæ potestas si

13. Reg. cap 19. vers. 15. vers. 16.

Concilio Trident.

non perficiatur per dispensationem superioris, confirmando nihil ager. Nec mirum, nam character non est aliqua physica potentia physicè aliquid operans, sed est signum cujusdã pacti divini, quo Deus concurrit ad effectum sacramentalem producendum cum eo, qui habet characterem, & non cum alijs. Eiusmodi enim character supponit pactum conditionatũ.

VI. Licet S. Eliseus acceperit a Deo per Eliam potestatem ungendi Jehu regem Israel libr. 3. Regum cap 19. vers 15. *Jehu filium Namsi unges regem super Israel.* Tamen Eliseus misit unum de filijs Prophetarum, qui ungeret Jehu libr. 4. Regum cap. 9. vers. 1. *Eliseus Prophetes vocavit unum de filijs Prophetarum, & ait illi, accinge lumbos tuos, & tolle lenticulam olei hanc in manu tua & vade in Ramoth Galaad. Cùmq; veneris illuc, videbis Jehu filium Josaphat, filii Namsi, & ingressus suscitabis eum de medio fratrum suorum, & introductus in interius cubiculum, tenensq; lenticulam olei, fundes super caput ejus; & dices hæc dicit Dominus, unxi te regem super Israel.* Quomodo S. Eliseus illud unctionis officium alteri committere potuit? Historia Scholastica, Caietanus, Sanchez & alij scribunt, Jehu bis unctum fuisse primò ab Elia ut patet lib. 3 Reg c. 19. vers. 15. Ubi Elias iussus est ire in Damascum ut ibi ungeret Hazael in regem Syriæ: deindè in Samariam ut ungeret Jehu in regem Israel. Secundò, à filio Prophetarum deputato ab Eliseo. Prima unctio facta ab Elia fuit prævia & pronostica regni; secunda fuit collatio regia, ac Jehu in regem creatio. Alij aliter respondent qualiscumque fuerit illa secunda unctio, certum est fuisse tantùm factam ex speciali commissione Elisei successoris S. Eliæ. Quærunt Canonistæ & Theologi an simplex Sacerdos possit à summo Pontifice habere facultatem extraordinariam conferendi Sacramentum Confirmationis. Respondent affirmativè S. Thomas part 3. quæst. 72. art. 11. Nugnus ibi dub. 2. Cominck num. 97. & 105. Valentia tomo 4 disp. 5. quæst 2. puncto 1. Vasquez in 3. part. quæst. 72. artic. 3. disput. 219. cap. 1. Richardus, Paludanus, Marsilius Major in 4. distin. 7. Gamachius in 3 part quæst. 69. cap. 8. Covarruvias lib. 1. variar. cap. 10. numer. 6. & 14. Bellarminus de confirmatione cap. 12. Navarrus in manuali cap. 22 & consil. 14. Henriquez in summa libr. 1. cap. 3. dub. 6. §. 4. & lib 1. cap. 26. §. 5. litt. G, & libr. 10. cap. 23. §. 1. Jacobus de Graffis in aurei decis. part. 2 lib 2. cap. 5. & 30. & tomo 1. consil. sub tit. de sacrâ unctione consil. 1. Petrus Ledesma in summa part. 1. de sacrament. cap. 9. Franciscus de Pitigianis distin. 7. quæst. 1. art. 5. 10 & 18. Ugolinus de officio & potest. Episcopi cap. 15. Fernandez in examine Theolog. moralis part. 3. cap. 3. Andræas Molfesius in summa Theol. moral tract. 4. cap. 2. Mauritius Alzedo in praxi Episc. part. 2 cap. 4. numer. 2. & 25. Emmanuel Rodriguez tomo 1. quæst. regul quæst. 18. art. 1. Azorius instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 30. quæst 4. Ludovic. Miranda in manual. Prælat. tomo 1. quæst. 24. art. 4. Valerianus Regisaldus in praxi fori pœnit. lib. 28. Torreblanca in pract. juris spirit. lib. 2. c. 6. Bonacina de sacram. disp. 4. quæst. unic. n. 3. Cardosius in praxi Iudic. verb. *Sacrament. Confirm.* numer. 8. Joannes de Solorzano de jure Indiarum tomo 2. libr. 3, cap. 18. Hurtado tract. de confirm. diff. 13. & alij apud Barbosam de officio & potestate Episcopi part. 2, alleg. 30. num. 4 Probatur auctoritate D. Gregorii epist. 26 lib 3 *Nos quidem* (inquit) *secundùm usum veterem Ecclesiæ nostræ fecimus, sed si hac de re aliqui contristantur, concedimus ubi Episcopi desunt ut Presbyteri etiam infantibus baptisatos Chrismate ungere debeant.* Nec hic locus potest explicari de unctione cæremoniali baptismi, non enim hæc fit in fronte (ut sanctus Gregorius loquitur) sed in vertice. Deinde sanctus Gregorius non debebat permittere Sacerdotibus illam unctionem, quam S. Sylvester, & Innocentius I. diu ante concesserant. Deindè ex Concilio Florentino in decreto unionis Sedes Apostolica ob causam rationabilem dispensavit ut simplex Sacerdos confirmaret

*l* 2. *Reg.* 19. v. 15

*l* 4 *Reg.* c. 9. v. 1

firmaret baptisatos chrismate ab Episcopo benedicto. Tertiò, ex Concilio Tridentino *Sanctæ Confirmationis Ministrum esse ordinarium Episcopum.* Canon 3. quod si Episcopus est minister ordinarius, igitur potest esse aliquis extraordinarius. Quarto, Gregorius XIII. inhærens Concilio Florentino concessit quibusdam Sacerdotibus in novo orbe collationem Confirmationis ob penuriam & absentiam Episcoporum, Henriquez lib. 9. cap. 27. §. 6. litt H. Idem asserit de PP. Jesuitis. S. Ambrosius in cap. 4. ad Ephesios asserit Præsbyteros in Ægypto absentibus Episcopis solitos cõfirmare. Scribit Arandius de concordia Ecclesiæ Occidentalis & Orientalis in septem Sacramentorum administratione, Adrianum VI. eandem facultatem concessisse Franciscanis. Idem concludimus de Abbatibus, scilicet ex privilegio Sedis Apostolicæ, & de contensu Ordinarii posse Sacramentum Confirmationis conferre, ita decisum refert Armendariz ad recopil. legum Navarræ lib. 1. tit. 28. lib. 7. de Episcopis num. 77. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 30. num. 5. Undè Episcopus eos solos confirmare potest qui sunt spiritualiter sui subditi, vel nisi habeant licentiam saltem præsumptam rationabiliter proprii ordinarii, ut si quis cum litteris dimissoriis ordinandus veniat, qui necdum sacramentum Confirmationis susceperit ante ordinationem, Henriquez lib. 3. cap. 6 §. 6 Paulus Layman in Theol. Morali lib. 5. cap. 6. num. 2. Melchior Zamborinus de confirmat. dub. 2. num. 3. Ratio est, concesso uno censetur etiam concessa reliqua, sine quibus ad illud convenienter pervenìri non potest, atqui ad primam tonsuram non debent admitti, qui confirmati non sunt. Addunt Layman num. 3. Sylvester num. 2. Sa num. 12. Suarez disput. 38. Episcopum, qui longo tempore intermittit ministrare Sacramentum Confirmationis per se vel suum Suffraganeum peccare mortaliter.

VII. An oleum, quo ungebantur Sacerdotes, Reges, & Prophetæ esset consecratum, hic non quæro. Nonnulli affirmativè respondent, certum tamen est filium prophetarum missum à Jehu, ut ungeret Jehu, non sacrasse suum, sed fuisse tantùm ministrum unctionis lib. 4. Regum cap. 1. vers. 1. *Accinge* (inquit Eliæus) *lumbos tuos & tolle lenticulam olei hanc.* Dionysius. *Vas istud continens oleum sume.* Sic etsi simplex Sacerdos possit ex commissione Sedis Apostolicæ conferre Sacramentum Confirmationis, non sequitur tamen posse conficere Chrisma. Ita Gregorius à Valentia tomo 4. disput. 5. quæst. 1. puncto 2. Valer. Reginaldus lib. 28. cap. 2. Diana part. 3. tract. 4. resolut. 23. Bartholomæus ab Angelo dialogo 3. §. 12. & 13. Alzedo part. 2. cap. 4. Chamerota tract. 3. de Confirmatione cap. 5. & cap. 2. dub. 5. Henriquez lib. 3. cap. 2. §. 2. & cap. 7. §. 4. Bonacina disput. 3. quæst. unic. punct. 2. Nugnus in 3. part. quæst. 72. artic. 3. diffic. 3, Pitigianus distinct. 7. quæst. 1. art. 4. Graffius part. 2. lib. 1. cap. 5. num 29, & 30. Suarez disput. 33. sect. 2. Coninck quæst. 72. art. 3. dub. 1. conc. 4. Sylvius art. 2. & 3. licet Amicus disput. 13. de Sacramento confirmationis sect. 2. num. 46. contrariæ sententiæ magis favere videtur. Prima ratio, illud est à Christo institutum indispensabile, in quo nunquam dispensatum est: ut hic in Chrismatis consecratione. Secunda, Fabianus Papa testatur Christũ in ultimâ Cœnâ Apostolos docuisse Chrisma conficere, igitur est de jure divino. Tertia, Catechismus Romanus habet, *Neque ad alium ea confectio, nisi ad Episcopum pertinere potest.* Quarta, Concilia & Canones prohibent Præsbyteris consecrationem Chrismatis, ut Concilium Toletanum VIII. cap. 7. apud Bonacinam ait divinâ auctoritate prohibitum esse Sacerdotibus consecrare Chrisma. Quinta, Minor est necessitas in dispensatione consecrationis materiæ, quam ministro; cum multi uti possint eodem Chrismate ab uno Episcopo consecrato. *l. 4 Reg. c. 9. v. 1*

VIII. Potest Episcopus excommunicatus hæreticus, vel etiam degradatus sacramentum Confirmationis validè

conferre, ita Suarez disput 36. sect. 3. Reginaldus quæst. 72. art 8. num. 19. Coninck eadem quæst. art. 11. Nugnus ibidem dubio 3. Emmanuel Sa verbo *Confirmatio*, Henriquez supra cap. 6. num. 2. Bonacina citatus numer. 7. Ratio est, quia est adhuc Episcopus: cum per excommunicationem, hæresim, vel degradationem non amittat characterem, in quo fundatur potestas confirmandi. Secundò, potest validè conferre ordines, ergò & validè confirmare Bonacina supra ait Episcopum nondum consecratum non posse confirmare, quamvis sit electus ad Episcopatum, quia caret charactere Episcopali.

IX. Quoad ritus servandos. Primò debet Episcopus confirmans habere pluviale, mitram, stolam, baculum pastoralem, ita Barbosa de officio & potestate Episcopi part. 2. alleg. 30. numer. 11. Alzedo part. 2. cap. 4. num. 23. Sacra Congregatio respondit Episcopo Suffraganeo Brixiensi 19. Februarii 1585. Potest in die feriali non jejunus confirmare non jejunum, quia nullum est præceptum, sed tantùm consilium jejunii, cap. *ut jejuni*, de consecrat. distinct. 5. Sylvester verbo *confirmatio*, quæst. unic. Bonacina supra puncto 2. num. 14. Chamerota tract. 3. de confirmat. cap. 7. dubio 3. Henriquez lib. 3. cap. 6. §. 7. & cap. 5. §. 6. ex eodem Bonacinâ supra. Potest extra Ecclesiam in loco honesto, & palatio Episcopali confirmationem administrare. Eidem favent Henriquez supra cap. 6. §. 7. Chamerota citatus, Alzedo supra num. 3. contra Nugnum in part. 3. D. Thomas quæst. 72. art. 12.

X. Quemadmodum tempore interdicti potest administrare parvulis Baptismus, ex cap. *quoniam*, de sentent. excommunicationis lib. 6. Sayrus de censuris lib. 5. cap. 7. num 3. Ugolinus tabula 5. cap. 7. §. 4. Suarez tomo 3. disput. 26. sect. 1. Henriquez in summa lib. 2. cap. 16 §. 3. Et fons baptismalis benedici, & suceptores, seu patrini ex regula *Concesso uno, conceduntur omnia necessaria ad illud unum*, de quâ in leg. *ad rem mobilem*, ff. *de procurat.* & in cap. *præterea*, de offic. deleg. Et, *quia cui unum conceditur, conceduntur omnia, cum quibus fieri solet*, leg. *si quando*, C. de inoffic. testament. cum Vulgaribus. Sic Sacramentum Confirmationis potest licitè ab Episcopo publicè, solemniter & apertis januis conferri tempore interdicti generalis loci, & in Ecclesiâ specialiter interdictâ ex cap. *quoniam*, Navarro in Manuali cap. 27. num. 178. Sayro de censuris lib. 5. cap. 7. num. 6. Covarruvia in cap. *alma* part. 2. §. 2. num. 7. Avilâ de censuris disput. 4. sect. 1. dub. 4. Ugolino tabul. 5. cap. 7. §. 5. Mar. Alterio de censuris tom. 2. disput. 4. cap. 2. Henriquez cap. 6. §. 7. lib. 3. cap. 45. §. 1. Toleto in summa lib. 1. cap. 53. Suarez tomo 3. disput. 26. sect. 1. num. 7. Chrisma autem tempore interdicti potest januis clausis conficere, sed non apertis ita cap. *alma Mater*, vers. *adjicimus*, de sentent. excommunicat. lib. 6. Archidiaconus, Ancharanus, & alii communiter ad illum textum, quibus subscribunt Rutilius Benzonus de justitiâ Pontificii interdicti cap. 6. vers. *præterea*, Mar. Alterius citatus, Bonacina de censuris disp. 5. puncto 2. §. 1. num. 2. Covarruvias, Ugolinus, Henriquez citati, Suarez supra sect. 1. num. 8.

XI. Potest Episcopus omnibus hominibus baptisatis Sacramentum Confirmationis administrare. Ita cap. *Omnes fideles*, de consecratione, dist. 5. Divus Thomas part. 3. quæst. 72. art. 8. Nugnus & Pisantius ibi, Navarrus in Manuali cap. 22. num. 8. Gamachæus part. 3. quæst. 69. cap. 9. Valentia tomo 4. disput. 5. quæst. 2. puncto 2. Chamerota tract. de Confirmatione, cap. 6. dubio 2. Reginaldus libr. 28. Bartholomæus ab Angelis dialogo 3. §. 29. Bonacina supra disput. 3. quæst. unic. puncto 4. num. 4. Cardosius in praxi judicum verbo *Sacramentum Confirmationis*, num. 4. Hurtado de sacramento Confirmationis diffic. 10. Granado in 3. part de sacram. controver. 5. tract 2. disput. 2. num. 10. Diana moral. part. 5. tract. 3. resolut. 31. Bonacina de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 30. Imo D. Dionysius Ecclesiasticæ Hierarchiæ cap. 2, & 4, Tertullianus

Tertullianus de baptismo cap 8. Divus Augustinus tract. 6. in primam Canonicam S. Joannis, Innocentius I. epist. 1 Gennadius de Ecclesiasticis dogmatibus cap. 52, docent olim omnes fideles statim post Baptismum fuisse ab Episcopo confirmatos, quia parentes in mediis persecutionibus studebant suam & filiorum salutem diligentissimè procurare, tamen in Concilio Aurelianensi canon. 3. & de consecrat. distinct. 5. cap *ut jejunii*, statutum est ut non confirmentur nisi homines perfectæ ætatis, quando homines possunt peccata confiteri. Glossa exponit ætatem perfectam 12. annorum, Catechismus Tridentinus suadet hoc Sacramentum non conferri ante septimum annum, idem decrevit Concilium Coloniense sub Paulo III. part. 7. cap. 9. Mediolanense, tit. de confirmatione. Hamber-tus in 3. part. quæst. 72. art. 8. post Alphonsum à Castro num. 39, refert in Hispaniâ infantes confirmari ante usum rationis. Cæterùm D. Thomas 3. part. quæst. 72. art. 2 ad 4. S. Bonaventura in 4. distinct. 7. art. 3, quæst. 1. Alensis part. 4. quæst. 28. memb. 2. art. 1. docent, infantes morituros rectè ab Episcopis confirmari, quia sunt capaces & digni, & defectu confirmationis detrimentum spiritualis perfectionis patientur, licet spiritualiter pugnaturi sint & gloriam assequentur sine pugnâ, idest per accidens.

Perpetuò amentibus Confirmationis Sacramentum ab Episcopo posse ministrari docent D. Thomas art. 8. citato, Coninck ibidem num. 83. Sanctus Antoninus 3. part. tit. 14. §. 5. Angles de confirmatione art. 4. Chamerota de confirmatione cap. 6. dubio 1. Graffius part. 2. lib. 1. cap. 5. numer. 10. Henriquez cap. 5. numer. 3. Marcus Antonius Genuensis cap. 54. num. 4. Henriquez cap. 6. §. 3. Zambran. de casibus tempore mortis cap. 2. dub. 5. Filliucius quæst. moral. tomo 1. tract. 3. cap. 2. Diana part. 3. tract. 4. resolut. 20. Bonacina supra puncto 4. Layman in Theol. moral. lib. 5. tract. 3. cap. 5. Barbosa supra num. 21. contra Sotum distinct. 7. quæst. unica art. 8. Valentiam tomo 4. disput. 5. quæst. 2. part. 2. Emmanuelē Sa verb. *Confirmatio*. Ratio est, quia nequit afferri ratio sufficiens propter quam amentes sunt privandi gratiâ quæ Confirmatione confertur. Nec refert quod isti non sint præliaturi & fidem protestaturi: hoc enim est per accidens. Nec est eadem ratio Confirmationis ac Ordinis, quia per Ordines confertur quædam potestas requirens quandam personæ dignitatem, quæ in pueris & amentibus non reperitur, & ideò pueri & amentes non promoventur ad ordines. Porrò licet in adultis suscepturis sacramentum Confirmationis prærequiratur intentio, fides, status gratiæ, vel saltē suscipiens putet se esse in gratiâ. Nam hoc Sacramentum est per se institutum ad conferendam secundam gratiam, & aliquando primam ut docent Suarez disput. 34. & 35. Valentia tomo 4. disput. 5. quæst. 1. Reginaldus loco citato, Vivaldus de Confirmatione cap. 6. num. 2. Nugnus supra, art. 7. conc. 5. Petrus Ledesma de confirmatione cap. 6. & alii, & qui habet conscientiam peccati mortalis debeat saltem præmittere actum contritionis, tamen in pueris & amentibus sufficit voluntas Christi & Ecclesiæ. Eodem enim modo philosophantur Theologi de infantibus & amentibus respectu Confirmationis ac respectu Baptismi. Layman supra num. 3. excipit ab administratione eos amentes, qui infecti peccato mortali in amentiam inciderunt, hos enim non debet Episcopus confirmare. Monet optimè Layman cap. 4. num. 1. Episcopos, ut ante quam confirment vel ordinent, hortentur suscipientes adultos, seu rationis compotes, ut saltem exerant actum contritionis, juxta cap. *jejunii*, distict. 5. de consecrat. D. Thomam supra art. 7. ad 2.

XI. Animadvertere etiam Episcopus XII. debet, ut susceptor in Confirmatione sit alius ab eo, qui suscepit in Baptismo, nisi necessitas aliter cogat, ita cap. de catechismo, de consecratione distinct. 4. Richardus in 4. distinct. 7. art. 7. quæst. 2. Coninck de Sacramentis quæst. 72. art. 10. num. 94. Sylvius in 3. part. quæst. 72. artic. 10.

Chamerota tract. de confirmatione, cap. 7. dubio 2. Zambran de casibus in articulo mortis cap. 2. dub. 6. numer. 1. Diana tract. 4. de sacramentis resolut. 21. Barbosa supra allegat. 30. num. 51. Prohibere etiam debet Episcopus juxta Pontificale, nè excommunicatus, vel gravioribus facinoribus alligatus se ingerat muneri patrini, licet enim patrinus nō teneatur instruere puerum baptisatum vel confirmatum, quem susscepit, tamen non expedit facinorosos admittere tum ob indecentiam personæ & dignitatem Sacramenti, tum etiam ob periculum perversionis.

XIII. In consecratione Chrismatis vel olei Episcopum existentem in peccato mortali, non peccare mortaliter tenent Coninck de sacramentis quæst. 64. artic. 6. dubio 1. Suarez tomo 3. in 3. part. diput. 16. section. 3. Joannes de la Cruz in direct. consc. part. 2. de Sacramentis in genere quæst. 4. dub. 3. Fernandez de Heredia disput. de Sacramentis in genere part. 10. dubio 3. Sed contrarium docent Cabrera de Sacramentis quæst. 64. disput. 1. §. 7. Sylvius in 3. part. quæst. 64. art. 6. Didacus Nugnus ibidem, difficult. 2. Ledesma in summâ tomo 1. cap. 6. de Sacramentis in genere dubio 10. Joannes de Medina cod. de pœnit. tract. 1. quæst. 6. Hic eodem codice & quæstione docet Episcopum consecrantem Ecclesiam in peccato mortali peccare mortaliter. Licet aliter sentiant Coninck & Sylvius citati, & Filiucius tomo 1. tractat. 1. cap. 6.

## CAPUT XI.

### *Potestas Episcopalis circa Sacerdotes, & Clericos, & divinis officiis Ministrantes.*

I. Lib. 4. Regum cap. 4. vers. 29. fertur quod ad filium mulieris Sunamitidis pristinæ vitæ restituendum Sanctus Eliæus miserit puerum suum Giezi cum baculo, *Tolle baculum meum in manu tuâ.* Per baculum seu virgam intelligi auctoritatem ad potestatem, testatur facer Textus Exodi cap. 4. ubi Deus Moysem interrogans vers. 2. ait. *Quid est, quod tenes in manu tua? Respondit, virga.* Per virgam Cornelius ait accipi symbolicè summam potestatem, quam Deus statim daturus erat Moysi, quâ Hebræos duceret ac regeret, Ægyptios verò percuteret ac plecteret: ita ut virga illa fuerit Moysi instar sceptri. Baculus igitur Elisei auctoritatis ac potestatis symbolum est, gestare à Giezi præcipit, ut innuat Monachum nunquā inermem procedere debere. Accipe verba nostri Joannis 44. lib. de instit. Monach. cap. 41. *Hujus baculi gestatio spiritualiter monet Monachum nunquam debere inermem incedere inter tot oblatrantium concupiscentiarum, & vitiorum canes, & inter tot invisibiles spiritualium nequitiarum bestias. De quibus Prophetа postulans per Deum liberari, ait: Psalm. 73. vers. 19. Ne tradas Domine bestiis animas confitentes tibi. Debet enim Monachus fide munitus resistendo eas longius propulsare. Jacobō Apostolo ita dicente cap. 4. vers. 7. Resistite Diabolo, & fugiet à vobis.* Cassianus lib. 1. de habitu Monachi cap. 9. innuit per baculum illum Elisei intelligendam esse Crucem, quâ fugantur dæmones. *Cujus gestatio* (inquit) *spiritualiter monet nunquam debere eos inter tot oblatrantes vitiorum canes, & invisibiles nequitiarum spiritualium bestias inermes incedere, sed irruentes eas retundere Crucis signaculo ac longius propulsare.* Quid David procedens contra Goliath sumpsit? baculum. Lib. 1. Regum cap. 17. vers. 40. *Et tulit baculum suum.* Sanctus Augustinus sermone 147. ubi de Christianorum populo. *Nec tamen vincere posset nisi verus David Christus cum baculo, ideſt cum Crucis mysterio descendisset.*

*l. 4. Reg. 4. v. 29*

*Exod. c. 4. v. 2.*

*Ioann. 44*

*Cassian.*

*l. 1. Reg. 17. v. 40*

Baculus quo Episcopus utitur, ejus potestatem denotat, Elias typus est Christi, seu Romani Pontificis, Eliseus cætus Apostolici, Giezi Sacerdotis. Quemadmodum Giezi ad domum extraneam Mulieris Sunamitidis ad puerum ejus vivis restituendum jussus

II.

baculum

baculum Elisei assumere, ita Sacerdos, sivè Clericus in alienam Diœcesim proficiscens commendatitias, sui Episcopi litteras ad divina celebranda & Sacramenta administranda accipere debet, ita Concilium Chalcedonense relatum in cap. *extraneo* 9. dist. 71. Concilium Agathense citatum in cap. *Monachum*, 20. quæst. 4. & alia Concilia, novissimè Concilium Tridentinum sess. 23. cap 16 *Nullus praterea Clericus peregrinus sine cõmendatitiis sui Ordinaris litteris ab ullo Episcopo ad divina celebranda ac sacramenta administranda admittatur.* Idem Concilium sess. 22. de Episcopis sermonem faciens. *Nè* (inquit) *cui vago & ignoto Sacerdoti Missas celebrari liceat.* Huius decreti meminerunt etiã Azorius instit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 18. quæst. 9. Hieronymus Rodericus in compend. quæst. regul. resol. 25. de celebratione missarum. Alzedo de præcellentiâ Episcopalis dignitatis part. 1. cap. 10. Sanchez in opusc. morali lib. 7. cap. 21. dub. 47. Francisc. Emmanuel quæst. regul. tom. 2 quæst. 121. art. 1. Campanile in diverf. juris can. tub. 9. cap. 6. Marcus Antonius Genuensis in praxi Archiep. Neapol. cap 40. num. 1. Barbosa part. 2. alleg. 21.

Concil. Trident.

III. Imò Episcopum Diœcesanum posse prohibere nè regulares in suis Ecclesiis permittant Sacerdotes sœculares extros in suis Ecclesiis divinâ celebrare absque literis commendatitiis decisum refert Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 21. num 8. post Aloysium Riccium in praxi for. Eccles. resol. 635. & in decretis Curiæ Archiep. Neapol. decis. 298. part 4. Homobonum de Bonis de exam. Eccles. tract. 12. cap. 4. quæst. 16. resol. 3 Naldum in summa verb. *Missa*, num. 45. Franciscum Galetum in Marguareta casuum conscient. verb. *Missa*. Armendariz in addit. ad recop. legum Navarræ lib. 2. titul. 18. lib. 7. de relig. num. 55. Quod si Clericus peregrinus carens litteris commendatitiis ndē faciat de suâ ordinatione posse admitti ad celebrandum, tenent Navarrus consil. 1. tub num. 1. de celebratione Missarum, Aloysius Riccius in decis. Curiæ Archiep. Neap. part. 1. decis. 150. Quod si Clericus peregrinus careat litteris cõmendatoriis nec fidem faciat, nullo jure est suspensus, sed potest secluso scandalo celebrare. Ita Navarrus in manuali cap. 27. num. 153. & consil. 5. de celebratione Missarum, aliàs cõsil. 1. de clericis peregrinis. Henriquez §. 6. in commento litt. T. Valer. Reginaldus in praxi fori pœnit. libr. 29. num 5. Barbosa citatus num. 3 Sanchez in opusc. moral. dub. 47. num. 2. Existimat Clericum notum non indigere litteris commendatitiis sui Episcopi.

IV. Missam & alia officia posse peragi cum musicâ & instrumentis innuit Sacer Textus libr. 4. Regum cap. 3. S. Propheta in gratiã Josaphati principis jussit psaltem adduci, vers. 15. *Nunc autem adducite mihi psaltem.* Qui aliquid ad Dei laudem ex psalmis Davidis caneret. *Cùmq; caneret psaltes facta est super eum manus Domini.* Ideft, Spiritu prophetico afflatus est, ipso canente ac personante. Cantum musicum frequentem fuisse in academiâ Elianâ docet Joannes 44 lib. de institut Monach. cap. 10. *Hos* (inquit) *Deo devotos viros Elias secundum formã à Deo traditam habuit suæ Monastica vitæ primos discipulos & imitatores veros, quos etiam docuit prophetare, ideft ad laudem Dei Cantica, Hymnos, & Psalmos cum musicis instrumentis canere. Considerauit enim, quod bonum est confiteri Domino & psallere nomini tuo altissimi, ad annunciandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem, in decachordo psalterio, cum cantico in cytharâ.* Paulò post probat ex lib 2. Paralipomenon cap. 35. v. 15. & ostendit olim nomen Prophetę etiam impositum fuisse iis, qui Dei laudes voce & instrumentis celebrarent. *Scimus quidem in divinis scripturis non solum appellari Prophetas illos, qui futura prævident & prænunciant, sed etiam illos, qui ad hoc officium sunt instituti, ut scilicet cum instrumentis musicis devotè Deum laudent, & ei psallant. Quid enim aliud est, quod in libro Paralipomenon sic legitur. Porrò tentatores filii Asaph stabant in ordine suo juxta præceptum David*

*l 3. Reg. 3. v. 15. v. 16. lib. 4. c. 3 v. 15.*

Ioan 44.

*David, & Asaph, & Eman & Ydithum prophetarum David Hoc quippe in loco Asaph, Eman, & Ydithum, ideò dicti sunt prophetæ david, quia erant instituti cantores ad Deo psallendum cum instrumentis musicis, &c.* Plura ibi & capitibus sequentibus. Illa instrumenta musica non tantùm ab Ethnicis, sed etiam à fidelibus olim & in Ecclesia primitiva usitata & commendata fuisse docent sanctus Justinus Martyr quæst. 107. ad orthodoxos. S. Chrysostomus in psalm. 150. Theodoretus lib. de sacrificiis, qui est septimus de providentia, & alii: non tolùm ob utilitates, quas refert S. Justinus, sed etiam (inquit S. Chrysostomus) ut harmoniæ suavitas, animos, socordes ac supinos ad laudes divinas excitaret, perpetuæque laudationis fastidium removeret.

V. Nunc etiam Ecclesia non tantùm concentu musico inter sacra Missarũ sacrificia, & alia officia adhibet, sed etiam instrumentis, quæ devotionem fidelium accendant, non quæ libidinem provocent. Quare Concilium Tridentinum hortatur Episcopos, ut prohibeant, amoveriquè curent à sacrificiis & officiis divinis musicas, ac concentum instrumentorum, quibus mentes fidelium ad libidinem potius, quàm ad virtutem possunt induci. Accipe verba Concilii Tridentini in decreto de observandis & evitandis in celebratione Missæ. *Ab Ecclesiis verò musicas eas, ubi sive organo, sive cantu lascivum, aut impurum aliquid miscetur &c. arceant ut domus Dei verè domus orationis esse videatur ac dici possit.* Illud decretum explicant Cajetanus part. 2. quæst. 92. art. 1. Valentia 2. 2. disput. 5. quæst. 9 puncto unico. Navarrus in Manuali cap. 12. num. 87. Sanchez in præcepta Decalogi tomo 1. lib. 2. cap. 8. Joannes Sanc. in select. disp. 47. num. 22. Bonacina de horis Canonicis disput. 2. quæst. 1. puncto 3. Suarez tomo 2. de Religione lib 4. de oratione cap 8. Barbosa in collectaneis ad cap. *dolentes*, de celebratione Missarum. Filliucius tract. 23. cap. 3 Caraciolus ad constit. Clericorũ regularium part 1. cap. 1. §. 10. Henriquez lib. 9. cap. 31. numer. 8. Carolus Maziginus cap. 61. Molfesius in summâ tractat. 5. cap. 2. Indecoram igitur ac indecentem modulationem ab Episcopis propulsandam esse statuit Concilium. Indecoram ac indecentem appellat Bonacina, quæ turpis est, aut quæ fit gestibus ac motibus minus honestis, aut quæ peculiarem vim & virtutem ex flexione vocis habet ad excitandas pravas animi cogitationes, vel motus turpes & indecentes, & mentibus ægris potius venena influunt, quàm pharmaca. S. Valer. Undè S. Valerianus sermone 6. *Refugiendus est ergò error iste vocis sonus, quæ humanis pectoribus, dulcedine suâ amaritudinem fecit. & persuasione quadam melliflui cantus frequenter mortifera ægris venena commiscuit.* Quibus subdit. *Isti sunt laquei, quibus famulantibus inter cætera vulnera diabolus hominum mortes operatur.* Quasi diceret, quemadmodum volucres cantibus decipiuntur, & laqueis irretiuntur, sic indecoris inusicę harmoniis læthaliter feriuntur: ita ut quemadmodum tympanis & tubis in bello milites ad prælium & cædem animantur, sic lasciva musicâ mortales læthale vulnus accipiunt. Huc spectant verba Joannis Sarisberiensis lib. 1. Policrat. cap. 6. *Qui voluptatis aut vanitatis affectus exprimit, qui vocis gratiam prostitutis concupiscentiis suis, qui lenociniorum clientelam musicam facit, ignorat quidem canticum Domini, modis Babylonis festivis in terrâ alienâ.* Idem *Cum* (inquit) *præcinentium & succinentium, canentium & decinentium præmolles modulationes audieris, sirenarum cantus credas esse, non hominum.* Joan. Sarisber.

Concilii Trident.

VI. Musicæ igitur instrumenta non esse ab Episcopis prohibenda, sed permittenda, si decenter adhibeantur. Docent Filliucius in quæst. moral. tract. 23. cap. 3. num. 120. Peregrinus in constitut. cleric. regul. part. 1. cap. 1. §. 10. Molfesius in summâ Theol. moral. tract. 5. cap. 2. num. 65. Maciginus de horis canonicis cap. 61. num. 9. Suarez lib. 4. cap. 3. numer. 5. Cajetanus in summa verbo *organorum usus*, Barbosa in collect. ad cap. *dolentes*, num. 16. & in tract. de parocho part. 1. cap. 15. num. 23. & seq.

seq. Quare Innocentius lib. 1. de Mysterio Missæ cap. 2. Cantores monet. *Debent cantores consonis vocibus; & suavi modulatione concinere, quatenus animos audientium ad devotionem Dei valeant excitare.* Debent cum populo Hebræo illud votum emittere psal. 138. vers. 6. *Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui.* Vers. 7. *Si non proposuero Ierusalem in principio lætitiæ meæ.* Absit ô Jerusalē cœlestis, ô Deus meus, ut in meis carminibus, hymnis & canticis quam mentes ad tui devotionem & amorem excitem. S. Chrysostomus ibi. *Quid est, si non proposuero Ierusalem in principio lætitiæ meæ. Non solùm, inquit, tui meminero in aliis, sed etiam in hymnis & canticis.* Hoc facto spirituali lætitiâ audientiū mentes perfundentur, & ad amorem divinum inardescent. Sic divinas laudes non tantùm se prædicasse, sed etiam cecinisse ait Vates Regius psalm. 118. vers. 54. *Cantabiles mihi erant justificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.* Et non tantum audientium mentes à curis inanibus liberasse, sed etiam suam accipe explicationem Ambrosianam ibi. *Qui cantat vacuus est, & diversarum cogitationum curas relevat, culpas relegat, sequestrat avaritiam, & non solùm corporis voce, sed etiam mentis suavitate se mulceat.* Id confirmat B. Isaacus libr. 1. de contemptu mundi dicens cantores pios & eorum auditores esse Sirenas innoxias. *Dicitur (inquit) de sirene, quod audiens vocem ipsius modulationis proprii obliviscitur itineris, & cantus dulcedine captus cadens moritur. Sic & anima cum pervenerit ad ipsam, dulcedo cœlestis præ modulatione suavitatis verbum Dei, qua subintrant cum sensu intellectum, sic tota abiit post ipsam, ut obliviscatur totius vitæ temporalis, & destruat corpus delectationibus suis, & exaltetur ad Deum de vita sua.* De cantu musico plura alibi.

Psl 138. v. 6. 7.

S. Chrysl.

VII. Unius tantùm Durandi sententiam proferā, qui irrationali divinorum officiorum lib. 5. cap. 2 n. 65. & sequentibus cantus originem, species, significationem explicat. *Notandum, quod cantandi usus à veteri testamento sumpsit initium, sicut in Esdrâ legitur, de quo in parte 2. sub tit. de cantore, & ita in 3. part. sub titulo de alleluia dictum est, & Ecclesiastici cap. 47. Dedit illi contra inimicos potentiam, & stare fecit contra altare cantores, & in sono eorū dulces fecit modulos. Et psal. 32. v. 3. Cantate ei canticum novum, benè psallite ei in vociferatione. Celebratur itaq; ei cantu, ut ostendatur homines debere refundere gratias & laudes Deo, dum manibus, cæterisq; membris satagunt agere opera, quibus valeant Deo placere.* Paulò post. *Et notandum secundùm Hugonem de S. Victore, quod sint tres species sonorū, quibus tres modulos faciunt. Fit enim sonus pulsu, flatu, & voce. Pulsus pertinet ad citharam, flatus ad tubam & organum, vox verò ad cantum. Hæc genera musicorum antiquus populus in laudem Dei exercebat. Hæc autem consonantia sonorum assignari potest cōcordiæ morum, si ad pulsum citharæ manuum operatio; ad flatum organi mentis devotio, ad cantum vocis sermonis exhortatio referantur. Bernardus, inquit, Quid prodest dulcedine vocis sine dulcedine cordis, frangis vocem, frange & voluntatem, serva consonantiam vocum, serva concordiam morum, ut per exemplum concordes proximo, per voluntatem Deo, & per obedientiam magistro. De organo dictum est in 4. part. sub tit. de sanctis. Rursus hoc triplex genus musicorum ad triplicem differentiam beneficii Ecclesiastici refertur secundùm Richardū Episcopum Cremonensem in Mitrali. Nam ipsius Ecclesiæ officium consistit in Psalmis, in cantu, in lectionibus. Primum musicorum genus est, quod fit pulsu digitorum, ut in psalterio & similibus, & ad id pertinet psalmodia, juxta illud, Laudate eum in psalterio & cithara. Dicitur enim psalmodia à psalm Græcè, quod est tangere, sivè pulsare Latinè. Secundum est, quod fit voce scilicet humanâ, & ad illud pertinent lectiones. Undè Psalm. Benè psallite ei in vociferatione. Et Apostolus Actor. cap. 13. Lectionem vocem vocat dicens: Ignorantes Jesum & voces Prophetarum, quæ per sabbatum leguntur. Tertium est, quod fit flatu, sicut in tuba, & ad illud pertinet cantus. Undè Psalmista, Laudate eum in sono tubæ: Janè rationabiles diversorum sonorum concentus, & concordiam varie-*

Durand.

*tate compactam bona & ordinata civitatis unitatem significant. Suavis verò cantus fit ex diversis, sed non ex adversis vocibus. Rursus cantus in Ecclesia lætitiam cœli significat, Voces verò graves, acutæ, & superacutæ innuunt tribus modis prædicandum esse tribus Ecclesiæ ordinibus propter* 30. 60. *&* 100. *fructũ, vel juxta tria volumina Salomonis significat ordinem incipientium, proficientium & profectorum.*

VIII. Circa horam Missæ à sacerdotibus celebrandæ etiam Episcopus vigilare debet. *Nè* (inquit Concilium Tridentinum supra) *Sacerdotes aliis quàm debitis horis celebrent.* Quemadmodum celebre fuit apud veteres statutis horis sacrificium persolvere, pro quo consulendi codices. Hic tantùm sufficiat historia Eliana lib. 3. Regum cap. 18. vers. 29 *Postquam autem transiit meridies, & illis prophetantibus venerat tempus, quo sacrificium offerri solet, nec audiebatur vox, nec aliquis respondebat, nec attendebat orantes.* Vers. 30. *Dixit Elias ad me. Et accedente ad se populo, curavit altare Domini, quod destructum fuerat, &c.* In nova lege tempus seu hora celebrandæ missæ regulariter incipit ab aurorâ, quando aer incipit illustrari, seu illuminari, vel paulò ante, usque ad meridiem. Ita Navarrus in Manuali cap. 25. num. 85. & de orat. miscell. 36. Stephanus Durantus de ritibus Eccles. lib. 2. cap. 7. Bonacina de sacramentis disput. 4. quæst. ultim. puncto 9. Filliucius tomo 1. tract. 5 num. 111. Diana resol. moral. tomo 1. tract. de celebrat. missarum. resol. 33. Fagundez in 5. præcepta Ecclesiæ præcept. 1. libr. 3. cap. 17. Valer. Reginaldus lib. 29. num. 173. Joannes de Lugo de sacramentis tomo 1. tract. de venerabili Euchar. Sacramento disp. 20. sect. 1. numer. 24. Ludovicus Miranda tom. 1. quæst. 40. art. 10. Joannes de la Cruz de statu Religionis lib. 2. cap. 5. dubio 6. Coninck de Sacramentis tomo 1. quæst. 83. num. 217. Pitigianus distinct. 13. quæst. 2. Vasquez in 3. part. tomo 3. disput. 233. num. 26. Azorius institut. moral. part. 1. libr. 10. cap. 25. Bartholomæus ab Angelo de Missa, dialogo 5. §. 647. Naldus verb. *Missa*, Fr. Emmanuel in explicatione bullæ Cruciatæ. Sotus in 4. distinct 13. quæst. 2. art. 2. Henriquez in summa lib. 9. cap. 24. §. 6. & alii apud Auctores citatos. Notat Bonacina licitum esse ante auroram aut post meridiem celebrare pro communicando infirmo. Suarez disput 80. Coninck supra. Reginaldus num. 184. Rodriguez cap. 249. num. 1. censent in die Nativitatis omnes Missas ante auroram posse celebrari. Quia (inquiunt) non potest ulla ratio sufficiens afferri cur una & nõ omnes noctu, vel diurno tempore celebrari possint, cùm id regulariter fiat absque scrupulo, ut in locis multis absolutâ primâ Missâ statim reliquæ celebrentur. Hurtado de sacramentis tom. 2. tract. de sacrificio Missæ disp. 4. docet in presenti non esse revocata privilegia nonnullis Religiosis concessa celebrandi unâ vel duabus horis ante auroram.

Concilii Trident.

1. 3 Reg. 18. v. 20

IX. Possunt etiam Episcopi ex præfato Concilii Tridentini decreto, & debent prohibere, *Nè Sacerdotes ritus alios, alias cæremonias, & preces in celebratione adhibeant, præter eas, quæ ab Ecclesiâ probatæ, ac frequenti laudabili usu receptæ fuerunt.* Studium nostrũ non est referre & explicare ritus & partes omnes Missæ. Pro hoc videndus Gelasius, cujus librum de Missarum solemniis coarctavit Gregorius I. ut scribit Joannes Diaconus lib. 2. vitæ Gregorii cap. 17. ipseque ejusdem libri meminit lib. 7. epist. 63. Videndus Isidorus, qui sæculo septimo duos libros de divinis officiis conscripsit. Auctor Ordinis Romani qui octavo sæculo floruit. Alcuinus de officiis Ecclesiasticis eodem sæculo, eodem quoque Amalarius. Post octavum sæculum Rabanus Maurus, & Walfridus Strabo. Post nonum Solitarius in libro de gemma animæ. Post decimũ Micrologus. Post undecimum Rupertus, & Hugo de S. Victore. Post duodecimum Innocentius III. & sanctus Bonaventura. Post decimum tertium Guilelmus Durandus. Post decimum quartum Noster Thomas Waldensis. Post decimum quintum Conradus Brunus, & alii. Post decimum sextum Cardinal. Bellarminus

Concilii Trident.

tomo 2.

tomo 2. lib. 2. cap. 12. & seq. Cæremoniarum observantiam antiquissimam esse apud Hebræos testatur liber Levitici, apud Gentiles testantur quotquot de eorum festivitatibus & sacrificiis diſſeruerunt. Paucas igitur referemus de circuitu altaris. *Circuivi* (inquit Vates Regius psal. 26. vers. 8.)

Psal. 26. v. 8. *& immolavi hostiam vociferationis.*

Agellius. Agellius. *Cùm immolarent hostias circuire altare solebant, quem morem in superiore quoque psalmo commemoravit. Lavabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum Domine.* Quod ejusmodi ritus virentibus ramis fieret testatur idem Regius Cantor psalm. 126. vers. 26. *Constituite diem solemnem in condensis, usque ad cornu altaris.* Ibi Agellius *Erat mos apud Hebræos, ut eorum veteres auctores asserunt altare circuire virentibus ramis: Quod & advenienti Christo fecerunt, qui victima pro expiandis omnium peccatis futurus Ierosolymam venit.* Illum ritum observatum fuisse inter Gentiles, etiam ab eo, qui immolandus erat testatur Eusebius Cæsariensis lib. 4. præparationis Evangelicæ c. 7.

Psal. 126. v. 26. Agellus.

Eusebius Cæsar. *In tempo* (inquit) *Palladis Agraulæ, & Diomedis. Unum enim triū fuit. Diomedi homo immolabatur, qui ab adolescentibus ter circum aras ductus, tandem à Sacerdote hastâ percussus, & in rogo impositus cremabatur.* Hunc ritum non omiserunt Baalitæ, ut sacra Eliæ historia testatur lib. 3. Regum cap. 18. vers. 26.

3 Reg. 18. v. 26 *Transiliebant ad altare quod fecerant.*

Tostatus Tostatus quæst. 27. *Saltabant Sacerdotes & circuibant illud perambulantes in giro, quia ista erat cæremonia in sacrificiis quorundam idolorum.* Judæos vota & sacrificia facturos lavasse manus in testimonium innocentiæ, nulliusque criminis commissi refert Aristæas libr. de septuaginta Interpretibus.

Aristæus. *Interrogati de hoc, quare post lotas manus vota faciant, respondebant, hoc fieri in argumentum & testimonium nullius scelleris perpetrati, ita pulchrè & sanctè omnia ad justitiam referebant.* Id à Gentibus factum tradit Synesius lib. de insomniis.

Synesius *Post manuum* (inquit) *ablutionem, faustamque præparationem dormire satis est.*

*Hæc ubi lota fuit, puroque incinxit amictus*
*Cecropea fert vota Dea.*

Marius apud Plutarchum post lotionem manuum Diis vota facit. *Lotis manibus sublatisque in cælum.* Plautus in aulul. act. 3. sc. 6. *Ego nisi quid me vis lavacrum ut sacrificem.* Et act. 5. sc. 1. *Nunc lavabo, ut rem divinam faciam:* Hanc consuetudinem apud veteres Christianos extitisse narrat S. Chrysostomus homil. 52. in Matthæum. *In nonnullis Ecclesiis hunc morem corroboratum videant, ut diligenter multi studeant, quomodo manibus loti, candidis induti vestimentis in Ecclesiam ingrediantur.* Et homilia 6 in epist. 2. ad Timothæum. *Assuefecimus eos lavare & orare. Et quasi id non liceat, illotis manibus facere non libenter oramus, nisi ante lavemus, proindè ac Deum offensuri, violaturique conscientiæ bonum, nisi ita faciamus* Quod Gentiles in adoratione manum oscularentur scribit Apuleius lib 4 Metamorphoseos. *Multi* (inquit) *admiratione stupidi & admoventes oribus suis dextram priori digito in erectum pollicem, & ipsam prorsùs Deam Venerem religiosis adorationibus venerabantur.* Imò manus osculum à pauperibus loco victimæ exhibitum scribit Lucianus de sacrificiis.

Marius. Clrysost. Lucian.

*Si quis* (inquit) *pauper ita Deo litàs, ut dexteram dum taxat suam exosculetur.* Historia Eliana ejusdē ritus meminit lib. 3. Regum cap. 19. vers. 18. *Omne os, quod non adoravit eum osculans manus.* Hebræus. *Osculans eum.* Quo adorandi modo osculabantur vel manum idoli, vel manum propriam. Et Job cap. 31 vers. 26. *Si vidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clarè, & lætatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meā ore meo.* Hieronymus in cap. 8. Ezechielis, ad illa verba. *Ecce applicant ramos ad nares suas.* Ait. *Job inter veteras virtutes etiam hoc habuisse se dicit, quod nunquam aspiciens cælum & solem & lunam, & astra fulgentia osculatus sit manum suam, ideſt adoraverit creaturas.* Id confirmatur Oseæ cap. 13. vers. 2. *His ipsis dicunt, immolate homines vitulos adorantes.* Pagninus, & versio Tigurina. *Vitulos osculantes*

3. Reg. cap. 19. vers. 18.

Iob c. 31. vers. 26.

Hieron.

*lantes.* Quod velati etiam in adoratione circuirent Lucretius lib. 5. apertè insinuat.

Lucret.

*Nec pietas ulla est velatum sæpè videri,*
*Vertitur ad lapidem, atque omnes accedere ad aras,*
*Nec procumbere humi prostratum & pandere palmas*
*Ante Deum delubra.*

Huc spectant quæ S. Hilarius scribit canone 19. in Matthæum. *Mola* (inquit) *opus labor est cæcitatis. Nam clausis juventorum oculis aguntur in gyrum, & sub asini quidem nomine frequenter gentes cognominatas reperimus.* Et sanctus Ambrosius serm. 10. *Saxi mola est paganorum Iuppiter. Herculesq; lapideus circa quos cæcis oculis frequenti errore circumivit.* Eodem quoque operto eam adorationem factam fuisse tradit Livius lib. 1. *Ligatus ubi ad fines venit, undè res repetuntur, capite velato. Audi Jupiter,* (inquit) *audite fines.* Cui accinit Plautus in amphit. sc. 1. act. 5.

S. Hilar.

*Invocat Deos immortales, ut sibi auxilium ferant*
*Manibus puris capite operto.*

Quod cantum in altarium circuitu adhiberēt asserit Dionysius in triumpho Romuli. *Reliquæ tum pedestres, equestres copiæ sequebantur acie instructâ, & patriis hymnis Deos celebrantes.* Cælius Rhodiginus lib. 5, antiq. cap. 3. *Hyporchemata concinebant saltantes in altaris ambitu.* Eos & alios ritus ita sacros ac religiosos habebant, ut eos violari grave piaculum foret, imò ipsa urbis mœnia tam sancta habebantur, ut quidquid circa ea soli esset, neque arari, nè habitari posset. Quantò magis ritus qui in Ecclesiâ & maximè incruento Missæ sacrificio observandi præscribuntur inviolati esse debent. Hanc illationem suggerit nobis Stephanus Tornacensis epist. 12. *Sicut muros almæ urbis jure civili sanctos & inviolabiles esse didicimus, adeò ut qui eos transierunt pœnâ capitali severitate Romuleâ puniri debeant. Ita & sanctæ Romanæ Ecclesiæ mandata intransgressibilia jure canonico constituimur esse debere & eorum contemptum severitate Apostolica puniendum.* Non mirum (inquam) si Concilium Tridentinum hanc animadversionem Episcopis specialiter committat.

Stephan. Tornac.

X.

Scio apud Gentiles olim mulieres juvasse Sacerdotes Diis suis immolantes, sed etiam ipsasmet sacrificulas fuisse testantur Historici & Poetæ. Quædam eorum testimonia accipe. Pausanias in Eliacis. *Foris* (inquit) *Sosipolis colitur, neque ad eum adisus patet cuiquam præter uni illi sacrificulæ, quæ capite & facie candido textili velata ad Numinis simulacrum accedit.* Tibullus de fœminâ sacrificante hæc canit.

Pausan.

Tibullus

*Ipsa bipennè suos cædit violenta lacertos*
*Sanguineq; effuso spargit inepta Deam.*
*Statq; latus præfixa veru, stat sanctâ pectus,*
*Et canit eventus, quos Dea magna monet.*

At sacrificiis Judaicis ministrare mulieribus omninò interdictum erat: solis Pontificibus, Sacerdotibus, & Levitis id onus ordinarè incumbebat, ut innuit Sacer Textus Exodi, Numerorum, & Levitici extraordinariè, Prophetis, ut patet in nostro Eliâ, qui nec cujusquam mulieris operâ in suo sacrificio Carmelco uti voluit; huic datâ operâ, piissimo Regi Josaphat lib. 4. Reg. cap. 3. vers. 11. *Respondit unus de servis Regis Israel. Est hic Eliseus filius Saphat, qui fundebat aquam super manus Eliæ.* Quibus innuit Sanctum Eliam in sacrificio nullam mulierem adhibuisse, nequidem ad fundendam aquam, imò ab earum societate ita abhorruit, ut cùm mulier Sareptana vidua devotissima accessisset, ex sancto Chrysostomo, nusquam ejus cubiculum ingressa est lib. 4. reg. cap. 17. vers. 19. ut Filii sui resurrectioni adesset descendit in inferiorem domum. Cur miraculo tanto non interest vidua illa, sed seorsim, & illâ absente sanctus Propheta illud operatur. Quid illud miraculum præfigurat? mysterium Incarnationis, seu Eucharistiæ vivificæ, Joannis cap. 6. *Panis quem ego dabo caro est pro mundi vita.* Hoc ritu innuere videtur mulieres minimè admittendas ad mysterium Eucharisticum conficiendum. Quare Episcopi & Prælati studiosissimè curare debent, ut mulieres & puellæ ad sacrum altare accedere non

4. Reg. c. 3. v. 11

cap. 17. v. 19.

præsumant;

præsumat, nec inservire sacerdoti dum augustissimo illi mysterio celebrando vacat. Ita Reginaldus lib. 19. num. 16. Emmanuel Sa verb. *Missa*, Suarez disput. 87. sect. 1. Henriquez lib. 9. cap. 26. numer. 3, Rodriguez cap. 249. num. 13. Bartholomæus ab Angelo dialogo 5. §. 407. & 409. Possevinus de officio Curati de sacrificio cap. 2. refert ubi Sorum & Azorium. Chamerota de Euchar. cap. 8. dub. 23. Vasquez part. 3. disp. 233. numer. 42. Bonacina de sacramentis disput. 4. quæst. ultim. puncto 9. qui addit necessitate superveniente celebrandi ut si consecranda sit hostia pro communicando infirmo, nec adsit alius præter fœminam, non posse fœminam adhiberi, sed potius celebrandum esse absque ministro. Ratio est, quia cap. 1. §. final. de cohabitatione Clericorum & mulierum, cautum est nè fœmina ad altaris ministerium adhibeatur. Secundò, quia licet fœminæ possint remotè inservire, & respondere Sacerdoti, ut faciunt Moniales in choro, nihilominus non decet fœminas proximè altari inservire, magisque indecens & periculosum est fœminam, quam celebrare absque ministro. Idem cum illo censent Sotus in 4. dist. 13. quæst. 2. art. 5. ad 12. Reginaldus citatus num. 164. Vasquez supra, Suarez disp. 87. sect. 1. Coninck quæst. 83. art. 5. num. 284. & alii contra Nugnum quæst. 83. art. 6. partic. 2. dubio 1. Nec est quod dicas olim fuisse in Ecclesia Diaconissas, eodemque modo disserendum esse de illis ac de Diaconis. At ex Justino apolog. 2. in fine, & ex omnibus antiquis Doctoribus Diaconi sunt ministri altaris & sacramentorum, ac peculiare munus illorum est legere Evangelium publicè in Ecclesiâ & solemniter ex officio, ut docent S. Augustinus sermone 4. de S. Stephano. S. Gregorius epist. 88. lib. 4. S. Clemens libr. 2. instit. cap. 57. Pontificale & vetus ordo Romanus, Concilium Viennense canone 4. Liturgia S. Basilii, Catechismus Tridentinus. Undè quando Diaconi ordinantur, traditur illis codex Evangelicus, sed contra Diaconissæ nullâ ordinatione consecrabantur, sed erant ut plurimùm viduæ, quæ inserviebant baptismo mulierum, & earundem unctioni, easque nudabant. Et cùm Episcopus in Confirmatione frontes mulierum oleo sancto ungebat, Diaconissæ eas abstergebant, ut docent S. Epiphanius hæresi 79. S. Clemens lib. 3. constit. cap. 15. Secundò, custodiebant januas templi, per quas fœminæ ingrediebantur, siquidem mulieres in templo erant seorsim à viris. Undè S. Ignatius epist. ad Antiochenas Diaconissas vocat vestibulorum custodes. Tertiò, fœminis pauperibus & ægrotis necessaria procurabant. Quartò, tempore persecutionis ob pericula & suspiciones infidelium, cùm Episcopi & parochi fideles non possent invisere, & in fide roborare mittebantur Diaconissæ ut eorum mandata perferrent, ac incarceratos, aliisque ærumnis oppressos solarentur & adjuvarent. Cæterùm earum ordinatio prohibita fuit in Concilio Laodicæno canone 11. & Arausicano I. canone 26. Et quamvis aliquando fuerit mos imponendi illis manus, non tamen ad ordinationem, sed ad solam benedictionem per modum orationis, ita ut non ideò eximerentur à cœtu & numero fœminarum laicarum, ut patet ex Concilio Nicæno canone 19. ubi inter laicas recensentur. Sic olim aliquæ mulieres presbyteræ dicebantur, quia fuerant uxores Præsbyterorum, vel adhuc erant. Sed ab omni prorsus matrimonii usu abstinentes, ut patet ex Concilio Altisiodorensi cap. 21. Quædam etiam Episcopæ dicebantur, quia fuerant uxores Episcoporum, ut colligitur ex Concilio Turonensi II. canone 13. & 14. Epinceo lib. 1. digress. ad Timotheum cap. 17. Baronio ad annum Christi 34. num. 279. Cæterùm quamvis præfatæ Diaconissæ fuerint in Ecclesiâ Græcâ, eas tamen nunquam crcavit Ecclesia Latina, imò eas abolevit, ut patet ex Concilio Aurelianensi II. canone 17. & aliis.

XI. Lib. 3. Regum cap. 17. fertur, quod S. Elias in erectione sui altaris vers. 31. *Tulit duodecim lapides*, non superstitiosè, sed *juxta numerum duodecim filiorum Israel*. Idest ut ostenderet se Deũ verum

*l. 3. Reg. 18. v. 31*

verum colere, illique sacrificare, quem duodecim tribus, seu posteri duodecim filiorum Jacob coluerant. Eò etiam spectant verba Eliæ vers. 34.

vers. 34. *Implete quatuor hydrias aquâ, & fundite super holocaustum, & super ligna, etiam secundò hoc facite. Qui cùm fecissent secundò, ait, etiam tertiò id ipsum facite.* Vel secundùm Dionysium. *Duodecim lapides sunt duodecim virtutes morales, seu duodecim fructus Spiritûs, quibus decoratur, & confortatur altare charitatis ac fidei.* At si in celebratione Missæ sint introducti aliqui ritus superstitiosi potest Episcopus illos abrogare. Accipe verba Concilii Tridentini supra. *Quarundam verò Missarum & candelarum certum numerum, qui magis à superstitioso cultu, quam à verâ religione inventus est omninò ab Ecclesia removeant.* De hujus superstitiosi cultus abrogatione videantur Protellus in dubiis regularium verb. *Missa.* num. 9. Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. *Missa.* Lezana tomo 1. quæst. regul. cap. 21. Villabodos in summa part. 1. tractat. 8. diffic. 31. Vasquez in 3. part. tomo 3. disp. 233. num. 26. Petrus Cirvelo tract. de superstit. part. 3. cap. 11. Martinus Delrio disq. mag. part. 2. quæst. 4. sect. 7. Sanchez in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 40. num. 40. Torreblanca de Magiâ lib. 1. quæst. 28. num. 11. Homobonus de Bonis de examine Eccles. part. 1. tract. 4. cap. 13. quæst. 127. Hieronymus in compend. quæst. regul. resol. 25. Barbosa de officio & potest. parochi cap. 11. ubi idem censet cum nostro Lezana supra non esse prohibitas triginta missas S. Gregorii ab ipso institutas libr. 4. dialogorum cap. 55. pro defunctis, quæ celebrari debent per 30. dies ab uno vel pluribus successivè sacerdotibus recitata missa de Sancto, vel de Requiem juxta rubricas Missalis cum applicatione sacrificii pro animâ illius pro qua dicuntur. Non improbandum etiam censeo morem hujus Diœcesis celebrandi per 40. dies continuos ab obitu.

Dionys.

## CAPUT XII.

### *Potestas Episcopalis circa in populum sibi subditum quoad Missam & Eucharistiæ perceptionem.*

I. Liber 4. Regum cap. 4. vers. 23. refert, quod Mulier Sunamitis videns filium suum defunctum, de ejus resurrectione per preces Elisei spem concepit, ad quem profectura defunctum collocat super lectulum prophetæ: & dissimulatâ morte, nè maritus senex de morte unigeniti nimiùm affligeretur, petit ab eo commeatum excurrendi cum famulo & asinâ, usque ad Carmelum, cui senex respondit. *Quam ob causam vadis ad eum hodie non sunt Calendæ.* Vatablus, Tostatus, Serarius & alii dicunt Hebræos festivis diebus consuevisse adire Elisæum, aliosque sanctos Prophetas ut eorum exhortationes, & pia monita exciperent. Quibus arridet noster Joannes 44. Patriarcha Jerosolymitanus lib. de institut. Monachorũ cap. 24. *Consueverant devota persona benedictionem secum victualium afferentes visitare diebus festivis Elisæum, & cæteros Monachos Montis Carmeli: præcipuè autem devotione audiendi ab Elisæo & ab aliis Prophetis verbum Dei.*

I. *l. 4. Reg. 4. v. 23.*

Joann. 44

II. Quamvis liberum sit Christi fidelibus diebus præcipuè Dominicis & festivis majoribus in Ecclesiis regularium audire Sacrum & verbum Dei, ut passim docent Summistæ, tamen Concilium Tridentinũ sess. 22. de sacrificio missæ c. 8. statuit ut Episcopi *Moneant etiam eundem populum, ut frequenter ad suas Parochias saltem diebus Dominicis & majoribus festis accedant.* Consulendi Coninck de Sacramentis tomo 1. quæst. 85. num. 312. Fagundez in 5. præcepta Ecclesiæ, præcep. 1. lib. 2. cap. 3. num. 8. Aloysius Riccius decis. Curiæ Archiepisc. Neap. part. 1. decis. 152. Valerius Reginaldus in praxi fori pœnit. lib. 10. quæst. 3. Trullenchius in decal. lib. 3. cap. 1. lib. 6. Azorius institut. moral. part. 1. lib. 7. cap. 6. quæst. 4. Henriquez in summâ

lib. 9.

lib. 9. cap. 25. §. 9. Fr. Emmanuel tomo 1. cap. 264. Cenedo ad decretal. collect. 104. Guiterus can. lib. 1. cap. 38. Ferdinandus Paez in recep. cap. *Missas* de consecrat. dist. 1. num. 133. Suarez tomo 3. disput. 87. sect. 2. Notant tamen Zerola in praxi Epis. part. 2. verbo *Parochia*, & part. 1. verbo *Missa*, §. 6. Paulinus Berti Lucensis in praxi crimin. regul. tit. 4. cap. 34. num. 5. Hieronymus Rodericus in compendio quæst. regul. resolut. 25. num. 5. Suarez de Religione tomo 1. lib. 2. de diebus festis cap. 16 num. 10. populum non posse cogi mulctis & pœnis, etiam in casu notabilis negligentiæ aut contumaciæ, ut eat ad parochiam suam ad audiendam Missam. Nec verba Cõcilii esse necessitatis, sed congruitatis. Ratio (inquiunt) Joann. de Lugo tract. de Euchar disp. 22. n. 2. Fagundez in 5. Ecclesiæ præcepta, præcept. 1. lib. 3. cap. 3. n. 63 Barbosa de offic. & potest. Episcopi part. 2. alleg. 24. num. 17. Ferdinandus Paez in repet. cap. *Missas*, de consecrat. dist. 1. num. 133. Cenedo supra collect. 104. Guitterius canon. cap. 30. num. 7. lib. 1. Fr. Emmanuel in summâ tomo 1. cap. 249. num. 25. & quæst. regul. tom. 1. quæst. 43. artic. 7. Suarez tomo 3. disp. 87. sect. 2. Homobonus de examine Eccles. tractat. 8. cap. 5. quæst. 14. Henriquez lib. 9. de Missa cap. 25. §. 9. Valerianus Reginaldus in praxi fori pœnit. lib. 18. quæst. 3 num 22. Azorius instit. moral. part. 1. lib. 7. cap. 6. quæst. 4. Coninck de sacram. tomo 1. quæst. 85. n. 312. Aloysius Riccius in decis. Curiæ Neap. part. 1. decis. 152. Est quia Concilium Tridentinum utitur verbo *Monent*, quod inducit consilium & non præceptum. Missæ igitur audiendę præceptum adimpletur ubicumque audiatur sacrum, sivè in propriâ Parochiâ, sive in qualibet alia Ecclesia modò nõ fiat ex contemptu Parochi, aut quando Parochus declarat ea, quæ Parochiani scire tenentur. Ita Navarrus cap. 21. num. 5. Nugnus part. 3. quæst. 83. art. 6. dub. 2. Fr. Emmanuel tomo 2. summæ cap. 123. num. 6. Grassius cap 35. Bartholomæus ab Angelo dialog. 5. de Missa, §. 789. Suarez disput. 88. sect. 2. Lege Constitutionem Leonis X. apud confect. in confect. privilegiorum Mendicantiũ, & Paulum Piacesium in praxi novâ Episc. part 2. cap. 3 quâ declarat populum satisfacere præcepto, si audiat Missam in Ecclesiis Regularium. Idem declaravit Clemens VIII. in brevi directo ad Nuntium Apostolicum inferioris Germaniæ anno 1592. die 2. Septembris apud Fr. Emmanuelem in collect. privileg.

III. Concilũ Trident.

Concilium Tridentinum sess 13. de Sacramento Eucharistiæ canon. 9. *Si quis* (inquit) *negaverit omnes & singulos Christi fideles utriusque sexus cùm ad annos discretionis pervenerint teneri singulis annis saltem in Paschate ad communicandum juxta præceptum sanctæ Matris Ecclesiæ, anathema sit* Illud præceptum extat in cap. *Omnis utriusque*, de pœnitent. & remiss. Vide Bonacinam de Sacramentis disput. 4. quæst. 7. puncto 2. num. 5. Layman lib. 5. tract. 4. cap. 5. num. 8. Coninck de Sacramentis quæst. 80. num. 102. Valer. Reginal. in praxi fori pœniten. lib. 29. num. 47. Molfesium in summa Theol. moral. tractat. 3. cap. 8. num. 26. Stephanum Weyms ad constit. 24. ex antiquo jure sumptas & per Concil. Trident innovatas constit. 23. Trullench in decal. lib. 3. cap. 5. dub. 2. Per particulas *omnes & singulos Christi fideles*, Bonacina supra puncto 1. num. 4. Layman citatus cap. 4. Henriquez in summa lib. 8. cap. 42. §. 3; Villalobos in summa part. 1. tract. 7. dub. 40 n. 3. Sancius in selectis disp. 26. num. 5. disput. 36. num. 6. Barbosa de officio & potest. Parochi cap. 20. Diana resol. moral. part. 2. tract. de celebrat. Missarum, resol. 79. non intelligunt perpetuò & absolutè fatuos, sed tantùm rationis compotes, non continuò amentes, sed tempore quo habent lucida intervalla. Idem Barbosa num. 43. docet posse dari viaticum infirmo deliranti, qui ob febrem incidit in amentiam, seu phrenesim, si illud tempore usûs rationis expressè petierit, & signa cõtritionis, cõfessionis, & communionis ostenderit, etiam diu ante, modò absit periculum irreverentiæ. Et num. 20. resolvit non

non esse præbendam Eucharistiam peccatoribus notoriis, ut usurariis publicis, & meretricibus. De annis discretionis judicare debent parentes, & multò magis Confessarii. Ita Sotus in 4. dist. 12. quæst. 1. art. 9. Bonacina disput. 4. quæst. 6. puncto 2. num. 1. Trullench in Decalogum lib. 3. cap. 5. dub. 2. num. 2. Barbosa citato cap. 20. num. 18. Nomen *Paschale* variè explicatur; aliqui accipiunt à primâ Dominicâ Quadragesimæ usque ad Dominicam in albis inclusivè. Hæc consuetudo viget Mediolani, Valentiæ, & in Lusitaniâ, vide Azorium institut moral. part. 1. verbo *Eucharistia*, Fagundez in quinque præcepta Ecclesiæ, præcept. 2. lib. 1. cap. 3. præcept. 3. lib. 1. cap. 5. Henriquez in summa lib. 8. cap. 5. §. 1. Quarantam in summa Bullarii, verb. *Communio*, Navarrum cap. 21. & alios. Communius tamen sumitur à Dominicâ Palmarum usque ad octavam Paschæ. S. Thomas in 4. dist. 13. quæst. 3. art. 4. Sylvester verb. *Eucharistia*, 3. num. 6. Tabiena verb. *communio*, numer. 58. Azorius part. 1. lib. 7. cap. 41. quæst. 2. Anglez quæst. 2. art. 9. Rodriguez in summa cap. 64. de communione, num. 1. Reginaldus lib. 29. num. 74. Suarez disput. 70. sect. 2. & alii. Undè ad satisfaciendum præcepto Ecclesiastico annuæ communionis sæculares non possunt percipere sacram Synaxim in Ecclesiâ Regulari, sed Parochiali, ita Suarez tomo 4. de regul. tract. 10. lib. 9. cap. 3. Nugnus tomo 1. verb. *Sacrament. administratis*, Trullench in decalog. lib. 3. cap. 5. dub. 2. Villabodos in summa part. 1. tract. 7. dub. 47. & alii. Contrà transgressores hujus præcepti de annuâ Paschali cõmunione Concilium Lateranense cap. *omnis utriusque*, statuit pœnam, scilicet ut ab Ecclesia vivens arceatur, mortuus Ecclesiasticâ sepulturâ privetur, sed non est pœna sententiæ latæ, at ferendæ, ut patet ex verbis. Undè Parochi eam pœnam alicui inferre non debent nisi prius monito & præcipiente Episcopo, quia parochi carent jurisdictione in foro exteriori. Nec etiam hæc intermissio confessionis & communionis infligenda est, si aliquâ causâ possit excusari. Suarez disput. 70. sect. 3. & Layman lib. 5. tract. 4. cap. 5. innuunt hac in re inspiciendas esse speciales Diœcesium constitutiones & consuetudines. Henriquez lib. 9. cap. 23. de Missæ sacrificio, num. 2. & lib. 3. de missa cap. 8. num. 2. Emmanuel Sa verb. *Eucharistia*, num. 11. Rodriguez in summa cap. 64. Bonacina de Sacramentis, disp. 4. quæst. 7. puncto 2. & alii communiter observant sacerdotem satisfacere præcepto communionis, quovis loco celebret; minimè fideles satisfacere præcepto communionis, si quovis in loco sumant communionẽ tempore Paschatis. Ratio discriminis est, quia præceptum communicandi in propriâ Parochiâ ex receptâ consuetudine tantùm extendi videtur ad eos qui sumunt Eucharistiam ab aliis, non autem ad Sacerdotes.

## CAPUT XIII.

### *Potestas Episcopalis circa Sacramentum Pœnitentiæ.*

NArrat textus sacer lib. 3. Regum cap. 5. vers. 1. quod *Naaman princeps militiæ regis Syriæ erat vir magnus apud dominum suum, et honoratus, per illum enim dedit dominus salutem Syriæ; erat autem vir fortis & dives, sed leprosus.* Et cum uxor ejus didicisset ab ancillâ posse herum ab Eliseo mirabilium patratore curari, idq; viro retulisset uxor, accepit is commeatum à rege suo, litterasque commendatitias ad regem Israel, ut studeret Naamanum à leprâ suâ curari. Epistola hæc Syriaca utpote ferocem regis spiritum sapiens ita Joramum turbavit, ut sciderit vestimenta sua, suspicatusque fuerit Syrum regem sibi insidiari, bellum meditari, hancque occasionem belli prætexere. Quo audito misit Eliseus ad eum dicens, vers. 8. *Quare scidisti vestimenta tua? veniat ad me & sciat esse prophetam in Israel.* Vers. 9. *Venit ergò Naaman cum equis & curribus, & stetit ad ostium domus Elisei, misitq; ad eum Eliseus nuntium, dicens: Vade & lauare* I. *l. 3. Reg. c. 5. v. 1.*

*lavare septies in Jordane, & recipies sanitatem caro tua, atque mundaberis &c.* Vers. 14. *Descendit & lavit in Jordane septies juxta verbum viri Dei, & restituta est caro ejus, sicut caro pueri parvuli & mundatus est.*

II. Quid per Eliseum, vel Naaman & Jordanem intelligit. Per Eliseum ab Eliâ per divinam ordinationem institutum accipit Romanum Pontificem & Episcopos jure divino creatos. Per Naaman leprosum, qui pravis suis moribus ac conversatione peccati lepram contraxit in omnibus sensibus. Per Jordanem, Prosper, Angelomus, Berchorius, Abbas, Guarricus, & alii Pœnitentiæ sacramentum intelligunt. Jordanus enim Hebraicè idem est quod *fluvius judicii*. Guarricum audiamus serm. 4. in Epiphaniâ ubi animam peccatricem his verbis adhortatur. „ Descendit & lavit sep- Guaric.
„ties in Jordane juxta sermonem vi-
„ri Dei, & mundatus est. Descende
„ & tu anima mea de curru superbiæ
„ in salubres aquas Jordanis, qui de
„ fonte David toto jam profluit orbe
„ in ablutionem peccatoris & men-
„ struatæ. Hæc est nimirum humilitas
„ pœnitendi, quæ dono pariter & ex-
„ emplo profluens Christi toto jam
„ prædicatur orbe, totiusque purgat
„ crimina mundi. O Naaman Syri!
„ non enim unus, sed innumeri ô (in-
„ quam) divites, sed leprosi, superbi,
„ sed criminosi, quare tam vehemen-
„ ter abhorretis lavari his medicinali-
„ bus aquis? Cur vobis ita valuit no-
„ ster iste Jordanis præ fluviis Damas-
„ ci? dicitis enim, si fortè quærenti-
„ bus aliquando consilium salutis imi-
„ tanda prædicetur humilitas Christi.
„ Nunquid non meliores sunt fluvii
„ Damasci omnibus aquis Israel, ut
„ laver in iis & munder? Quid est nun-
„ quid melius est? & ad peccatorum
„ purgationem efficacius quotidie be-
„ nè facere de abstinentia mundi,
„ quàm semel omnia relinquendo
„ pauperem fieri. Sed enim audi Naa-
„ man fluvium Damascenum absor-
„ bebit leviathan, & non mirabitur.
„ Nam de Jordane, si habet fiduciam
„ quod influat in os ejus, spes enim
„ frustrabitur. Neque enim grande re-
„ putat quantilcumque præter humi-
„ litatem Christianam virtutibus af-
„ fluas. Cùm enim pauperes se devo-
„ rare posse confidat, sed nihil in eis
„ inimicus proficiet. Damascus se-
„ cundùm nomē suum civitas sangui-
„ nis est, & aquæ ejus sanguine mixtæ
„ sunt: quia opera etiam bona car-
„ nalium & sæculariū vix à quocum-
„ que peccato pura sunt, & quomo-
„ do id quod infectum sanguine, san-
„ guinem mundabit? quâ ratione le-
„ pram id quod leprosum est, curabi?
„ Audi saltem Naaman domesticos
„ tuos, humiles amicos, fideles consi-
„ liarios; Naaman recedebat indig-
„ nans adversus virum Dei. At illi, Pa-
„ ter (inquiunt) etsi rem grandem
„ dixisset tibi Propheta, certè facere
„ debueras. Fidele prorsus verbum ra-
„ tionis & sapientiæ plenum. Quippe
„ suggestio est rationabilium hominis
„ sensuū, quos sibi Deus testes retinuit
„ adversus hominē ipsum, non crede-
„ re, namque Prophetæ Dei est injū-
„ ria. Non tentare omnia pro salute
„ odium est sui ipsius & invidia. Quid
„ enim grande esse in præcepto, ubi
„ salus est in promisso. Quantò magis
„ non debet in grande, vel difficile
„ discedere ab Jesu, quia mitis & hu-
„ milis corde, cùm in eo pariter inve-
„ niatur & requies animæ, & præsens
„ medela spiritualis lepræ, pignusque
„ salutis æternæ? Tandem vix, ægrè-
„ que obtinetur à superbo peccatore
„ ut descendat & lavetur in Jordane,
„ si tamen septies lavet; totumque se
„ plenius & sæpius mergat non mora-
„ tur effectus salutis fidem prophe-
„ co facere sermoni. Sed proh dolor,
„ quanta est hujus nostri miseria tem-
„ poris, quia non solùm divites, sed
„ etiam leprosi pauperes, ita inveni-
„ untur delicati, ut vix usque ad talos
„ salubribus intingi patiantur aquis,
„ aut si semel laverunt, mox sibi ple-
„ nissimè videantur mundati. At Eli-
„ seus non ita sentit, sed signanter
„ exprimit, septies lavare, & munda-
„ beris. Quibus ultimis verbis innuit
pœnitentiam sacramentalem posse
sæpius iterari, & omnes lepras mun-
dare.

III. Tres tantùm corporalis leprę spe-

cies numerant medici, sed S. Bernar-
S. Berna. dus sermone de Resurrectione septē spirituales enumerat. *Septempliciter occupavit nos lepra superbiæ, in proprietate possessionum, in gloria vestium, in voluptate corporum, in ore dupliciter; similiter & in corde. Prima est lepra domus quâ divites esse volumus in hoc mundo, &c. In lepra vestis omnem mundi hujus intellige vanitatem, &c. Lepra quoque corporis mundamur in ipso Iordane, &c. In ore duplex est lepra, impatientiæ scilicet & jactantiæ, impatientia in adversis, jactantia in prosperis, &c. In corde duplex est lepra, propria voluntas, & proprium consilium. Lepra utraque nimis pessima, eoq; deterior, quo interior. Voluntatem dico propriam, quæ non est communis Deo & hominibus, sed nostra tantùm quando quod volumus, non ad honorem Dei, non ad utilitatem fratrum, sed propter nos ipsos facimus, lepra verò consilii proprii eò perniciosior est, quò magis occulta, & quantò eâ quis abundat, tantò sibi sanior esse videtur. Hæc illorum est, qui zelum Dei habent, & non secundùm scientiam, sequentes errorem suum, & obstinati in eo, ita ut nullis verò consiliis acquiescere. Hi sunt unitatis divisores, inimici pacis, charitatis expertes, vanitate tumentes, placentes sibi, & magni in oculis suis, & ignorantes Dei justitiam, & suam volentes constituere. Et quæ major superbia quàm ut unus homo toti congregationi judicium suum præferat, tanquam ipse solus habeat spiritum Dei, idololatriæ scelus est nolle acquiescere, & quasi peccatum ariolandi. Eant nunc, qui se nunc faciunt religiosiores, aliis. Ecce arioli & idololatræ, si tamen ei, qui dixit hoc, priusquam sibi judicant esse credendum. Neque huic dissonat veritatis sermo: Si quis Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Mergere ergò in Iordane quicumque hujusmodi es, &c.*

IV. Gualfridus septem leprarum spiri-
Gualfrid. tualium aliam explicationem affert. *Peccamus per visum, per auditum, odoratum, gustum, tactum, per ardorem libidinis, & incessum pedum, si exhibemus membra nostra arma iniquitatis peccato, sic per omne corpus lepra diffunditur, & à summo usque deorsum contaminas universa. Inde est quod in duobus juxta doctrinam Apostolicam Presbyter ad infirmum cum impositione manuum orat, & postulat, ut ipsa quam diximus septiformis in eo lepra debeat aboleri.* Singulas lepræ species ita sigillatim deducit, de prima, quæ est oculorum. *Peccavit* (inquit) *Eva per visum, lignum vetitum intuens, sic oculis delectata, ut nescio quomodo viderit, quod suave foret etiam ad vescendū. Sic per visum ille visu desiderabilis lapsus est in peccatum lavantem se fœminam intuens, & concupiscens. Licet autem voluptas carnis & curiositas per fenestras intrent, & exeant oculorum: sed in eis (ut sanctus ait Gregorius Papa) Superbia spectaliter principatur & prima sibi corripit humani corporis membra quæ initium est omnis peccati. Quid ergo nobis facto opus est, nisi ut avertamus oculos, qui animam deprædantur, nec videant vanitatem, illius proverbii memores, quoniam oculi sapientis in capite ejus: oculi autem stultorum in finibus terræ. Deducant igitur oculi nostri divisiones aquarum non mortiferas concupiscentias introducant.* Secundam lepram ita describit. *Multa & in secundo sensu pernicies apud illos qui prurunt auribus, & à veritate avertunt aurem, & ad fabulas convertuntur, specialiter autem ad meritum auditus obedientia, ad reatum inobedientia pertinet. Vt etiam superbia oculos occupat, sic inobedientia peccat maximè per auditum, &c.* Ad tertiam lepram scilicet olfactus transit. *De peccatis ad odoratum pertinentibus quid dicemus? nullus in nobis tam innoxius sensus apparet, nec magnopere, ut opinor, quæ per odoratum inter nos peccata fiant, vel plangendum nobis est, vel parendum.* Consequenter ostendit quis sit odoratus spiritualis, & quomodo per illum offendamus Deum. Quartam lepram gustus ita expendit. *Non est novum humano generi peccare per gustum, sic Evam, sic Esau legimus deliquisse. Eva etiam sumpsit escam, Esau immoderatius concupivit. Filios etiam Eli in delicatior appetitus traxit in culpā, Sodomita verò cum superbia & inhumanitate in crimen mersit pessimum etiam quantitas immoderata ciborum. Jonathas horam regia auctoritate præfixam licet quadam necessitate prævenerit, nec poterat judicium mortis evadere, nisi*

eum

*eum populum liberasset, &c.* Quintæ lepræ scilicet tactus descriptionem aggreditur. *Novimus quinque sensuum tactum per omnia membra diffundi, & generaliter cæteris corpus obtinet universum. Per quem peccant, qui mollibus vestiuntur, qui nec frigoris molestiâ tangi sustinent, nec caloris specialiter, tamen manibus solet idem sensus attribui, quod liberius undique moveantur, & pretendantur ad tactum. Est autem lascivus, est etiam violentus, & uterque illicitus & iniquus. Ad lascivum pertinet, quod dicitur, qui tãgit picem inquinabitur ab eâ. Ad violentum quod Dominus ait, Nolite tangere Christos meos.* Sextam lepram ait esse lumborum seu libidinis illecebras *Ardor libidinis quam sit improbus, ipse quoque beatus est Benedictus. Quam verò sit idem indignus, illud canticum probat, quod nemo potest canere, nisi virgo, &c.* Ultimam lepram, quæ in incessu consistit, exprimit. *Per incessum* (inquit) *pedum peccat, qui jubentis vocem vicino obedientiæ pede non sequitur. Peccat & ille qui statutos à patribus terminos in sui ordinis prævaricatione transgreditur.* Hunc & alios sensus cum sponsâ lavare debemus, ad hanc lotionem Christus olim Petrum hortabatur, non tantùm ut mundentur graviora, sed etiam minima peccata. *Fælix* (inquit Galfridus) *sponsa, quæ pedes lavat, & inquinare veretur. Qui lotus est, ait Dominus, non indiget, nisi ut pedes lavet. Et quantum indiget, quæris? Nisi lavero ait idem ad Petrum, non habebis partem mecum. Non erit societas nostra cum Deo Patre & filio, nisi peccata etiam venialia fiant de medio. Egent enim venia, etiam venialia, & paulatim decidit qui minima spernit. Nemo interim in terrens hujus itineris pulvere suscipere lavacrum confessionis & indulgentiæ beneficium obtinere perniciosa securitate dissimulet, &c.* Ait *nemo*, quia & Episcopi, & Sacerdotes hujus sacramenti ministri in illo Jordane ac lavacro spirituali ablui debent, adulti omnes divinæ indulgentiæ beneficium per illud obtinere oportet.

Durand.

V. Berchor. Accipe verba Berchorii in suo Dictionario, verb. *Jordanis. Jordanis* (inquit) *designat statum virtualis pœnitentiæ. Jordanis enim interpretatur rivus judicii. In Jordane enim fuit Christus baptizatus, Naaman à lepra curatus. Circa Jordanem fuit etiam Elias carnibus nutritus & educatus. In Iordane etiam ferrum supernatavit. Per Iordanem populus in terram promissionis intravit. Et Iordanis tempore Messis abundare plenius consuevit, sicut hæc omnia in diversis scripturæ partibus continentur. Iste fluvius charissimi designat statum pœnitentiæ. Iste est enim rivus judicii: quia ibi peccator in foro confessionis judicatur. In isto enim flumine baptizamur & purificamur, sicut Christus. Mundamur à lepra peccati, & sanctificamur sicut Naaman, carnibus Christi in sacramento pascimur & educamur sicut Elias. A fundo peccati enatamus & relevamur sicut ferrum. Et per istum in terram promissionis paradisi intramus & transportamur sicut populus Israel. Et circa messem, idest tempore sacramenti Altaris in isto flumine abundantius lavamur atque balneamur, ideò pro omnibus consuluit lib. 4. Regum cap. 5. Vade lavare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua. Ubi adverte, quod per virtutem pœnitentiæ pœnitentes bonis operibus excitantur, ideo dicitur, vade. Pravis sceleribus purificantur, ideo dicitur, lavare. Magnis muneribus remunerantur, ideò dicitur, recipiet sanitatẽ caro tua. Sic ergo patet, quod per Iordanem intelligitur status sanctitatis & pœnitentiæ.* Idem Berchorius hæc de Naaman scribit, verb. *Naaman. Nota secundùm quod tangitur in historia libro Regum, lib. 4. cap. 7. quod Naaman, qui interpretatur decorus, vel pulcherrimus, commovens vel commixtio, cum fuerit dives & sufficiens ivit quærere remedium, fuit etiam infectus & inficiens, fuit humilis & obediens, fuit commotus & concutiens, fuit in aqua se dissentiens, fuit sanatus & perficiens; fuit liberalis & compatiens, fuit decorus & conveniens. Iste igitur typum gerit hominis pœnitentis, qui, scilicet primò est dives per aquam baptismalem, tandem verò fit leprosus per culpam & infectionem criminalem, postea verò fuit commotus per contritionem cordialem, tandem septies in Iordane (qui interpretatur rivus judicii) fuit lotus per pœnitentiam sacramentalem:*

*postea autem liberalis & largus per eleemosynam temporalem, tandem factus est sanus & mundus per restitutam gratiam spiritualem. Et sic factus est Deo & hominibus gratus & decorus per conversationem honestam & virtualem.*

V. Quamvis Episcopi sint legati Dei, seu Christi, ut habetur in cap. *accusato quoque*, in fine 2. quæst. 7. & in Clement. 1. spec. tit. de legatis, §. 1. Alphonsus, Alvarez, Guilterus in speculo juris pontificii lib. 1. cap. 28. Fulvius Pacianus de probat. libr. 2. cap. 28. num. 12. Sebastianus Cæsar in relect. de Ecclesiasticâ hierar. part. 1. disp. 6. §. 1. Michael Aggia de exhiben. auxil. fundament. 3. Alzedo part. 1. cap. 9. Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 1. tit. 1. cap. 2. num. 8. Et Apostolus 2. Corinth. c. 5. vers. 20. *Pro Christo legatione fungimur.* Et oporteat *Episcopum irreprehensibilem esse*, ut idem Apostolus docet 1. Timoth. cap. 3. vers. 2. Chrysostomus homil. 10. in illam epistolã. *Eum qui regendos aliis suscepit tantâ decet virtute excellere, ut instar solis cæteros velut stellas suo fulgore obscuret.* Et infra. *Oportet Episcopum Angelum esse nulli humanæ perturbationi vitioq; subjectum.* Undè sanctissimi nominantur in authent. de sanctissimis Episcopis collat. 9. & in Clemen. 1. §. *nec super*, de pœnis. Pacianus supra qui alios ad sanctitatem provehere debet, expedit ut sit sanctissimus, maximáque præfulgeat, ac quasi Elias idest sol sanctitatis in alios, tanquam sidera quædam sanctitatis suæ radios emittere tenetur. Hinc Ecclesiasticus cap. 34. vers. 4. ait. *Ab immundo quis mundabitur?* Tigurina. *Quidnam mundetur ab immundo.* S. Gregorius lib 7. moralium. *Manus sordida aliam non lavat, & oculus plenus pulvere maculam non conspicerat, ita mundus debet esse, qui vult aliena corrigere.* Non tamen veritatis essentia, & efficientia sacramenti pendet à fide ministri, & eius sanctitate, ut olim existimarunt Donatistæ apud D. Augustinum lib. 2. contra Petilianum cap. 10. lib. 2. contra Cresconium cap. 16. cap. 20. 27. & 28. Luciferiani apud D. Hieronymũ dialogo contra Luciferianos, Wiclefus & Joannes Hus, moderni Anabaptistæ, qui etiam nunc reprobant Baptismum ab Hæreticis collatũ. Certùm enim est dispositionem & sanctitatẽ ministri non esse necessariam ad valorem sacramenti, ut passim docent Theologi 3. part. quæst. 64. art. 9. & novissimè Concil. Trident. sess. 7. can. 12. *Si quis dixerit ministrum in peccato mortali existentẽ, modo omnia essentialia quæ ad sacramentum conficiendum, aut conferendum pertinent servaverit, non conficere aut conferre sacramentum, anathema sit.* Ratio est, quia Sacramenta non operantur ex opere operantis, sed ex opere operato. Quare sivè Sacerdos qui est minister & instrumentum sit sanctus vel sceleratus, sacra cramenta eandem vim habent & retinent mundandi. Quia principalis agens eorum est Spiritus & Christus, quorum uterque mundissimus est, nullâque sacerdotis aut ministri malitiâ afflari, aut labefactari potest, quia non suâ, sed virtute divinâ mundat, neque prout malus censetur esse instrumentum Dei, in confectione & administratione sacramentorum, sed prout homo. Nec potestas conferendi sacramenta est gratia gratum faciẽs sed potius gratis data, & ad utilitatem aliorum. Igitur in peccatoribus manere potest, sicut & gratia miraculorum, & expellendi dæmones, vel potestas jurisdictionis & concionandi. ut Joannis cap. 11. Cayphas prophetavit, quia erat Pontifex anni illius, & Matthæi cap. 7. Christus ait. *Multi in illa die dicent; in nomine tuo prophetavimus, dæmonia ejecimus, & virtutes multas fecimus, quibus ego dicam nescio vos.* Matthæi cap. 10. & Lucæ cap. 9. *Convocatis duodecim discipulis dedit eis Christus potestatem super omnia dæmonia.* Unus autem ex duodecim erat Judas proditor, qui indubiè baptisavit, ut notat D. Augustinus tract. 5. in Joannem. Undè eodem loco Sanctus Doctor profert locum Apostoli 1. Corinth. cap. 3. *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* Profert etiam similitudinem aquæductæ ad rigandos agros, quæ scilicet æquè irrigat per canales lapideos, quàm si essent argentei

2. Cor. c. 5. v. 20.

1. Tim. c. 3. v. 2.

argentei, Et lib. 3. contra Cresconium cap. 6. & 8. utitur similitudine agricolæ spargentis semen in agro, parum aut nihil interest si agricola seminans habeat manus mundas, vel sordidas. D. Basilius orat. 4. etiam ostendit nihil referre ad figurā sigilli an annulus sit ferreus vel aureus. Attamen Apostolus tam eximiam sanctitatē ac perfectionem ab Episcopo exigit, ut sit irreprehensibilis, ideſt non tantùm vitio careat quod reprehendi possit, sed insuper omnibus virtutibus sit ornatus. Rationes hujus particulæ *oportet* suggerit vers. 7. *Ut non in opprobrium incidas, & in laqueum diaboli.* Ideſt (inquit S. Ambrosius) talem oportet eligi Episcopum, cui etiam gentiles probitatis testimonium perhibeant, nè alioqui ipsi pristina vitia exprobrent, sicque ipse incidat in laqueum diaboli, ideſt in infamiam, fiatque cōmune probrum, quo quasi laqueo dęmon multos fideles capiat, eosque à tali Episcopo, & consequenter à fide & religione Christiana avertat. Cur Christus Matthæi cap. 5. vers. 13. comparat Prælules Ecclesiasticos sali? *Vos estis sal terræ?* Quia Prælati sunt reliquorum fortitudo & nervus, si deficiant, eorum exemplo & alii deficient. Anselmus. *Vos estis sal terræ, hoc est fortitudo terrenorum, & ideo defectus vester est defectus aliorū.* Ideſt pravum eorum exemplum plurimis nocet & fidelibus & infidelibus, his ut difficile convertatur, illis ut facile seducantur. Hanc salis explicationem fusè deducit sanctus Gregorius homilia 27. in Lucæ cap. 19. *Debemus pensare quod à Domino sanctis dicitur Apostolis, & per Apostolos nobis. Vos estis sal terræ. Si igitur sal sumus, condire mentes fidelium debemus. Vos igitur qui pastores estis, pensate, quia animalia Dei pascitis. De quibus animalibus à Deo per Psalmistam dicitur. Animalia tua habitabunt in eâ. Et sæpè videmus, quod petræ salis brutis animantibus anteponitur, ut ex eâdem salis petrâ lamberē debeant & meliorari. Quare ergò inter bruta animalia petra salis debet esse sacerdos in populis. Curare namq; sacerdoti necesse est, quæ singulis dicat, unumquemque qualiter moneat, ut quisquis Sacerdos inungitur, quasi è salis tactu aterna vitæ sapore condiatur. Sa. enim non sumus, si corda audientium non condimus, quod condimentum illi proximo veraciter impendit, qui prædicationis verbum non subtrahit, sed tunc aliis verè recta prædicamus, si dicta rebus & exemplis ostendimus. Nullum autem puto fratres charissimi, ab aliis majus præjudicium quàm à sacerdotibus tolerat Deus quando eo qui ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla pravitatis cernit, quando ipsi peccamus, qui compescere peccata debuimus, nul a animarum lucra quærimus, ad nostra quotidie vacamus, terrena concupiscimus, humanam gloriam intentâ mente captamus. Et quia eo ipso, quo cæteris præsumus ad agenda quælibet majorem licentiam habemus suscepta benedictionis ministerium vertimus ad ambitionis argumentū Dei causas relinquimus, & ad terrena negotia vacamus, locum sanctitatis accipimus, & terrenis actibus implicamur.* Et hoc est quod Apostolus Romanis improperat cap. 2. vers. 24. post Isaiam cap. 52. vers. 5. *Nomen Dei per vos blasphematur inter gentes.* Ideſt pravo vestro exemplo revocatis fideles à viâ virtutis, infideles autem ad blasphemias jactandas provocatis, Sanctus Cyrillus *Nomen meum per vos malè audit inter gentes.* Ideſt tanta scandala & scelera perpetratis, ut ex eo gentes ansam arripiant diffundendi blasphemias in nomen Dei. Cornelius in cap. 52. id explicat. *Nomen Dei blasphematur ab hæreticis, turcis, & paganis, cùm vident Christianos, præsertim Ecclesiasticos impurè & scelerate vivere. Dicunt enim Deus eorum vel non est tam sanctus, tam purus, tam libidinis ojor, ut ipsi jactant, quomodo enim servi cultores & imitatores ejus essent tam impuri, incesti, scelerati? Vel certè non est omnipotens, nec scelerum vindex, quomodo enim hæc tam indigna à suis toleraret, & non fulmine potius vindicaret? Væ eis, per quos hoc scandalum venit, & nomen sanctum Dei blasphemetur.* Illi arridens sanctus Petrus Damianus lib. 6. epist. 32. *Quanti ergo sanguinis reus est, qui sub sacri habitus schemate talem se per susceptæ professionis incuriam exhibet, ut quærentes accedere perversè vivendo de-*

1. Tim. c. 3. v. 7.

Matt. c. 5. v. 13.

Rom. c. 2. v. 24.

S. Cyrill.

Cornel.

*deturbet.* Ideſt qui cum inſtar Eliæ & Elilei alios à peccato revocare debeat, ipſimet quaſi Naaman omnium ſcelerum lepram contrahunt; ita ut undis Jordanicis ſacramentalis pœnitiæ immergi debeant. Qualiter autem id præſtare poſſint ac debeant, tam quoad ſe, quàm quoad alios, ſequentibus oſtendemus.

## §. 1.

## *Poteſtas immediata, activa, & paſſiva Epiſcopalis in Sacramento Pœnitentiæ.*

1. Concilio Trident.

COntrovertitur inter Theologos, an Epiſcopus extra ſuam Diœceſim poſſit eligere Confeſſarium non approbatum ab Ordinario, an etiam prælatis regularibus illud jus competat. Motivum hujus difficultatis petitur ex Concilio Tridentino ſeſſ. 23. cap. 15. ubi ſtatuitur. *Quamvis Presbyteri in ſuâ ordinatione à peccatis abſolvendi poteſtatẽ accipiant decernit tamen ſancta Synodus nullum etiam regularem poſſe confeſſiones ſæcularium etiam ſacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur neceſſarium, aut aliàs idoneus judicetur & approbationem, &c. obtineat.* Joannes Valerius in differ. utriuſque fori verb. *Iuriſdictio*, diffic. 14. num. 2. Villabodos in ſumma tomo 1. tract. 9. differ. 55. numer. 4. Coriolanus de caſibus reſervatis part. 1. ſect. 21. art. 21. num. 5. & alii affirmant poſſe. Ratio eſt quia Epiſcopus æquè poteſt approbare ſacerdotem ſibi non ſubditum ad ſuam confeſſionem excipiendam, ac ad ſuarum ovium. Secundò, Concilium verbis citatis, *Nonobſtantibus privilegiis, &c.* non derogat privilegiis inſertis in corpore juris, nec per clauſulam generalem derogatur privilegio in jure inſerto, cujuſmodi eſt regula Canoniſtarum, quam tradit Decius conſil. 165. Alii conſtanter negant, & allegant decretum Gregorii XIII. ita Azorius inſtitut. moral. part. 2. lib. 4. cap. 3. quæſt. 16. verſ. *quæret*, Suarez Suarez de pœnitentia diſput. 28. ſect. 4. num. 7. Joannes de Lugo (ſect. de pœnitentiâ diſp. 21. ſect. ) & ſect. 2. Bartholomæus à ſancto Fauſto in tract. de Jubilæo extraord. lib. 6. quæſt. 42. verſ. *tùm quia*, & quæſt. 50. & quæſt. 81. & ſeq. Proſper de Auguſtino in addit. ad Quaranta in ſumma bullarii verb. *Archiepiſcopi auctoritas*, verſ. *novum*, Coninck tomo 1. diſp. 8. num. 10. Aloyſius Riccius in praxi fori Eccleſ. deciſ. 548. aliàs 470. Franciſcus Galetus in Marguareta caſuum conſcientiæ verb. *Epiſcopus*, 6. Julius Lavorius de indulgent. & jubil. part. 1, cap. 21. num. 59. Gratius tomo 2. lib. 5. conſ. 4. de pœnit. & remiſſ. numer. 13. Alphonſus tract. de Jubilæo part. 1. quæſt. 9, Fauſtus de Jubilæo, lib. 4. quæſt. 73. Armandariz in addit. ad recopil. leg. Navarr. lib. 1. tit. 18. lege 7. num. 541. Barboſa in collect. tomo 2. lib. 5. tit. 38. num. 4. Filliucius tomo 1. tract. 7. cap. 9. Megala in 3. part. lib. 1, cap. 10. Molfeſius in ſumma tomo 1. tract. 7. cap. 18. Fagundez lib. 7. cap. 2. Diana moral. reſol. part. 3. tract. 2. reſolut. 3. & alii. Ratio eſt quia Concilium verè & propriè non derogat privilegium Epiſcopis: quia privilegium expreſsè dicit, ut poſſint eligere ſacerdotem, & hoc manet illis integrum, nec Concilium illud totaliter, nec partim abſtulit, ſed tantùm poſuit neceſſariam conditionem ex parte confeſſoris, ut ſit idoneus, ideſt approbatus ab Ordinario, & hæc conditio eſt univerſaliter oppoſita reſpectu omnium, inter quos Epiſcopi continentur. Undè Suarez ſupra diſp. 28. ſect. 4. Guitierus can. lib. 1. cap. 6. num. 9. Henriquez lib. 3. cap. 6. §. 2. Joannes Valerus verb. *nullitas*, differen. 5. verſ. 6, Hieronymus in compendio quæſt. regul. reſol. 31. num. 9. Coninck de Sacramentis tomo 2. diſp. 8, dub. 7. num. 49. Fagundez lib. 7. cap. 2. num. 68. Fr. Emmanuel in explic. bullæ Cruciatæ, §. 9. num. 4. Homobonus de Bonis de examine Eccleſ. tract. 12. cap. 3. quæſt. 13. reſolut. 1. Barboſa de offic. & poteſt. Epiſc. part. 2. alleg. 25. Bartholomæus à S. Fauſto lib. 6. quæſt. 53. Docent Lectores & Gráduatos in Theologiâ

Theologia non debere se idoneos reputare: sed teneri se præsentare corã Ordinariis, & ab illis examini posse subjici, ut eis constet, non tantùm de scientia, sed etiam de prudentia, licet utraque opinio habeat Auctores fide dignos: posterior tamen videtur magis admittenda, eo quod in declarationibus editis super Concilium Tridentinum habeatur. *Consultum* (inquit Azorius) *Gregorium XIII. respondisse potius esse inhærendum verbis Concilii Tridentini, quàm Episcopis.*

II. Idem Azorius loco & num. citato existimat Cardinales, Episcopos, & qui legationis causâ sunt absentes ab urbe non posse eligere confessarium, qui à proprio Episcopo non sit approbatus. Nam Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 15. de reformatione statuit, nullum etiam regularem posse confessiones sæcularium audire, etiã sacerdotum, nec idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium habeat, aut per examen ab Episcopis, si illis videbitur necessarium, aut aliàs idoneus judicetur. Igitur post Concilium nullus censetur idoneus, nisi fuerit ab Episcopo approbatus. Quare Cardinales etiam Episcopi debent eligere eum, qui sit idoneus & consequenter approbatus. Nec refert quod cap. ultimo de pœnitentiâ & remissione detur facultas Prælatis exemptis quã possint sibi eligere confessarium discretum, quem ipsi maluerint. Id enim locum non habet post Concilium Tridentinum, à fortiori Cardinalis, non Episcopus, nec Legatus confiteri debet uni ex approbatis ab Episcopo proprio. Ratio Azorii est, quia si approbatus non est, non reputatur ad excipiendas confessiones. His non obstantibus Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 25. in fine notat post multos Auctores ex consuetudine Cardinales & Episcopos eligere sacerdotem ad proprias eorum familiarium, & commensalium confessiones excipiendas.

III. De Prælato regulari non est eodem modo philosophandum. Nam Concilium Tridentinum quoad Prælatos regulares nihil innovavit. Tantùm enim loquitur de confessionibus sæcularium, & pro his excipiendis præcipit confessariis sæcularibus & regularibus præviam approbationem Episcoporum. Prælatus igitur regularis, vel quilibet alius regularis habens licentiam eligendi confessarium potest eligere quemlibet Sacerdotem licet ab Episcopo non approbatum, ut docet Navarrus in manuali cap. 4. num. 2. Suarez tomo 4. in 3 part. disput. 28. sect. 4 num. 5. Coninck de sacramentis disp. 8. dub. 7. num. 48, Reginaldus tomo 1. lib. 1. cap. 5. numer. 41. cap. 15. lib. 8. cap. 3. sect. 4. Zerola in praxi pœnit. cap. 15. quæst. 2. §. *dico*, 4. Fagundez præcept. 2. lib. 7. cap. 2. Portellus in dubio Reg. verb. *Confessor erga regulares*, num. 14. & alii communiter. Ex his sequitur Prælatum Regularem posse in suum Confessarium eligere quemlibet suę etiam Religionis, ut probat post multos alios ex cap. *nè pro dilatione*, de pœnit. & remiss.

IV. Episcopus & Generalis alicujus Religionis peccantes mortaliter, tenentur explicare istam circumstantiam secundùm mentem Fagundez præcept. 2. lib. 4. cap. 3. num. 8, Nugnum in addit. ad 3. part. tomo 2. quæst. 9. art. 2. dub. 3. concl. 2. & 3. Ratio eorum est, quia Episcopus vitæ Christianæ perfectionẽ habere debet, cui repugnat quodcumque peccatum mortale, & ob hanc circumstantiam notabiliter aggravatur in Episcopo, & in Generali Ordinis, qui est quasi Episcopus. Sed contrariam opinionem existimant veriorem Willabodos in summâ tomo 1. tract. 9. dubio 36. num. 14. Hentiquez lib. 5. cap. 5. in Glossa littera G. Sanchez de matrimonio tomo 2. lib. 7. disput. 27. numer. 33. Filliucius tomo 2. tract. 30. cap. 7. Coninck de Sacramentis disp. 7. dubio 4. Diana tractat. de circumstantiis aggravantibus resol. 6. & alii asserentes Generalem vel Episcopum fornicantem, verbi gratiâ, non teneri circumstantiam Episcopatus confiteri, nisi illâ fornicatio ita foret publica ut scandalum pareret. Tunc enim peccarent contra specialem officii obligationem, quâ tenentur subditos verbo & exemplo pascere, sicque ex

status ac officii circumstantia specialis malitia contraheretur, quæ necessariò esset explicanda. Occulta ergò fornicatio sufficienter exprimeretur ab Episcopo dicendo se votum castitatis emisisse, eo modo quo sacerdos & religiosus professus.

V. Si Episcopus incidat in casum reservatum summo pontifici potest absolvi a Confessario, quem Episcopus elegerit, si Episcopus habeat facultatem absolvendi alios in eundem casum lapsos. Ita Sanchez in summa lib. 2. cap. 11. num. 11. & lib. 8. de matrimonio disp. 3. num. 3. num. 5. Henriquez lib. 6. cap. 7. litterâ A. Nugnus in addit. quæst. 8. art. 5. dub. 11. conc. 1. Bonacina de ministro sacramenti pœnitentiæ disp. 5. quæst. 7. puncto 5. §. 2. Primò quia sic censuit Congregatio Cardinalium, scilicet Episcopum posse proprium confessarium deputare ad sibi absolutionem conferendam cum eâ facultate, quam Episcopus exercet in suos subditos. Secundò, quia Episcopus non est deterioris conditionis quam alii, qui in casibus occultis summo pontifici reservatis non coguntur adire summũ pontificem, sed possunt absolvi ab Episcopo, vel alio Confessario ab Episcopo deputato juxta formam Concilii Tridentini sess. 4. *in quibuscumque casibus occultis etiam sedi Apostolicæ reservatis delinquentes quoscumque sibi subditos in Diœcesi suâ per seipsos, aut vicarium ad id specialiter deputandũ in foro conscientiæ vratis absolvere impositâ pœnitentiâ salutari.* Quam verò facultatem Episcopus habeat ad absolutionem à censuris summo Pontifici reservatis. Vide Bonacinam de censuris disp. 1. quæst. 1. part. 2. & de legibus quæst 1. puncto 6.

VI. Tanta est Archiepiscopi excellentia & auctoritas ut visitando provinciam possit non tantùm procurationem à subditis suorum Suffraganeorum exigere, juxta cap. *cùm Apostolus*, ubi Glossa verb. *Archiepiscopi*, cap *sopita*, & cap. *super eo*, de censibus, cap. *cum ex officii*, de præscript. cap. 1. & cap. final. de censibus, libr. 6. sed etiam possit cõfessiones subditorum Suffraganeorum audire & absolvere confitentes, & ipsis salutares pœnitentias injungere ac absolvere à casibus & censuris Episcopo reservatis. Ita Quaranta verb. *Archiepiscopi auctoritas.* Vers. 33. Henriquez cap. 3. §. 5. Joannes Franciscus Pavinus de visitat. part. 2. quæst. 4. Marcus Antonius Genuensis in praxi Archiep. Neapol. cap. 70. Barbosa de offic. & potestat. Episc. part. 1. tit. 4. Suarez tomo 4. in 3. part. disp. 25. sect. 1. Molfesius in summâ Theol. moralis tract. 7. cap. 14. Valerius Reginaldus in praxi fori pœnit. lib. 1. Imò Archiepiscopum posse absolvere, quem non vult absolvere Episcopus colligitur ex cap. *ad reprimendam*, de officio Ordinarii Barbosa supra num. 23. & Episcopo denegante debitam dispensationem Archiepiscopum dispensare posse post Borgasium de irregul. in 2. part. in princip. Tenet Marcus Antonius Genuensis supra num. 4. docens dispensationem vocari debitum ratione personæ, ætatis, loci, temporis, pietatis, necessitatis, & utilitatis Ecclesiæ. Quod etiam observat Sanchez in præcepta Decalogi tomo 1. libr. 4. cap. 38.

VII. Potest Episcopus extra suam Diœcesim, & Parochus extra parochiam & territorium absolvere subditum volentem confiteri. Ita Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. *Parochus*, Torreblanca libr. 14. cap. 1. Sanchez de Matrimonio disp. 34. num. 1. Gonzalez ad regul. 8. cancellar. glossa 62. Victor de Sacramentis num. 136. Fr. Emmanuel in explic. bullæ Cruciatæ §. 9. dub. 4. Barbosa de offic. & potest. Episc. part 2. alleg. 25. Quia in foro conscientiæ requiritur remissio, nec forensis fortitur forum delicti. Clarus lib. 5. §. *simul*, quæst. 38. num. 5. Hypolitus Bonacosa commun. crimin. part. 2. verb. *forum*, Michael Grassius tomo 1. commun. lib. 5. tit. 13. numer. 7. Et forum pœnitentiale in loco delicti non fortitur. Abbas in cap. *cùm contingat*, num 29. Et in repetit. cap. *si quis contra* num. 50. vers. *aut quæritur*, de foro competent. Torreblanca lib. 14. cap. 2. Rochus de cõsuet. Erasmus à Chokier de jurisdict. Ordinarii in exemptos part. 4. qu. 35. num. 2.

num. 2. Antonius Capycius decis. 203. num. 15. Henriquez lib. 6. cap. 7. §. 1. Joannes Valer. de different. inter utrumque forum, verb. *absolutio*, differ. 1. Zerola de pœnitent. cap. 16. quæst. 5. Lucas Floronus de cas. reservat. part. 1. cap. 4. §. 12. Bossi sect. 3. casu 2. Campanile in diversi. juris can. rub. 12. cap. 13. Homobonus de bonis tract. 5. cap. 3. quæst. 16. Chamerota de Sacramentis tractat. 7. de confess. dub. 1. Victor de confessione, Valerius Reginaldus lib. 1. num. 93. & 94. Molfesius in summâ Theol. moral. tract. 7. cap. 15. Piasecius in praxi nova Episc. part. 2. numer. 10. Coninck disp. 8. num. 22. Marcellus Megala part. 1. instit. confess. lib. 1. cap. 7. & 9.

IX. Possunt Episcopi sibi casus reservare de gravioribus peccatis, de quibus ipsi, vel eorum vicarii in suis Diœcesibus possunt absolvere pœnitentes, ita Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 7. In quâ autem materiâ possunt casus reservare Stephanus Dalvin de potestate Episcopi cap. 31. num. 7. vers. de *reservatis*, ait nullam certam regulam, aut enuntiationem seu specificationem dari posse, eo quod ejusmodi casus reservati pendeant ex fortuitis temporibus, & casibus, ac eorundem Episcoporum arbitrio, quo fit ut quidam reserventur in una Diœcesi, in aliâ alii, plures ab uno, quàm ab aliis, subditque num. 117. ejusmodi reservationes esse mero jure humano factas ob meliorem Ecclesiæ disciplinam, ac animarum regimen. De illorum casuum reservatione differunt Valerius Reginaldus in praxi pœnit. lib. 1. num. 134. Claudius Soler tract. de jurid. potest. confess. lib. 1. cap. 11. Molfesius in summa Theolog. moral. tract. 7. cap. 19. de casibus reservatis Episcopo, Lælius Zechius in tract. de casibus Episcopo reservatis, Joannes Baptista Antonius in Catech. Neap. lib. 3. de casibus reservatis. Suarez tomo 4. in 3. part. disp. 29. sect. 3. Homobonus de Bonis, Stephanus Dalvin, Floronus Giptius, Vincentius Filliucius, & Chapeavillus Leodiensis. Principaliores & atrociores casus, qui solent ab Episcopis reservari sunt hi: 1. Homicidium voluntarium, perpetratum. 2. Falsum in judicio testimonium sivè in gratiam, sivè in damnum alicujus. 3. Adulteratio stateræ, mensuræ, monetæ. 4. Violatio libertatis seu immunitatis Ecclesiasticæ. 5. Incendium, vitis, & arborum alienarum abscissio ad infectendũ damnum, vel injuriam. 6. Blasphemia publica & notoria. 7. Parentum percussio. 8. Abusus Eucharistiæ in magicis artibus, veneficiis, superstitionibus. 9. Procuratio abortus. 10. Expositio infantium in locis publicis, cùm undè alant, habeant. 11. Contractus matrimonii in gradu prohibito. Alzedo de præexcell. Episc. dignitatis part. 1. cap. 5. num. 125. Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 52. docent Episcopos non posse incidere in casus à se ipsis reservatos. Ratio est, quia secum jurisdictionem exercere non possunt.

X. Potest Episcopus vel alius habens jus sibi reservandi casus vices suas expressè delegare ad absolvendum à præfatis casibus. Ugolinus de potest. Episc. cap. 36. num. 1 Virtute hujus delegationis & mandati poterit delegatus ab eis absolvere, modò Episcopus ante absolutionem non moriatur. Delegatio enim morte delegantis extinguitur l. *Et quia*, ff. de jurisdict. omni indig. Imò Piasecius in praxi Episc. part. 1. cap. 1. Marcellus Megala part. 1. instit. confess. lib. 1. cap. 13. num. 24. Homobonus de Bonis de humanæ vitæ statibus part. 1. cap. 10. vers. 1. tradunt ex Sacrâ Congregatione Cardinalium expedire ut Episcopi in solemnioribus & præcipuis anni solemnitatibus deputent Pœnitentiarios in locis à sede Episcopali remotis cum facultate absolvendi à casibus reservatis. Alphonsus Madrigal tract. de Episc. sub titul. de considerat. Episcop. inter alia ait, quod quando peccator petit ab Episcopo facultatem ut possit absolvi à quolibet Confessario à casibus illi reservatis, tenetur ad sigillum cõfessionis, sicut Confessor: ita ut non possit prodere personam vel peccatum pœnitentis, poteritque sicut Confessor jurare se nihil scire, scilicet ut possit

illud revelare, addit quod quando Confessarius ex parte pœnitentis petit ab Episcopo licentiam absolvendi à peccatis sibi reservatis, malè faciet & peccabit, si declaret pœnitentem, sed tenetur tantùm obtinere ab Episcopo facultatem absolvendi in communi quemcumque pœnitentem à casu ipsi reservato Quod si Episcopus cognoscat pœnitentem, tenetur Episcopus illum habere sub sigillo. Plura de hoc argumento infra.

## §. 2.

## *Potestas Episcopalis respectu Pastorum pro administratione Sacramenti Pœnitentiæ.*

I. Concilii Trident. CONcilium Tridentinum sess. 21. cap. 4. *Episcopi* (inquit) *tanquam Sedis Apost. delegati in omnibus Ecclesiis parochialibus, vel baptismalibus in quibus populus ita sit numerosus, ut unus rector non possit sufficere Ecclesiasticis sacramentis ministrandis, & cultui divino peragendo, cogant Rectores, vel alios, ad quos pertinet sibi tot sacerdotes ad hoc munus adjungere, quot sufficiant ad sacramenta exhibenda, & cultum divinum celebrandum.* Quibus verbis innuit Episcopum posse cogere Rectores & alios Clericos sibi adjungant, ad faciliorem Sacramenti Pœnitentiæ & aliorum administrationem, ita censuit Rota in Tyrassonen. congrui servitii 6. Junii 1594. coram Giptio, cujus meminit Nicolaus Garc. de benef. part. 12. cap. 3. num. 10. Nec debet expectare quod Parochiani moriantur absque confessione sacramentali, & aliis sacramentis ut cogat Parochos sibi adjungere alios Sacerdotes qui sufficiant in Ecclesiis ad ministranda sacramenta. Armandariz asserit ita resolutum esse in addit. ad recop. legum Navarræ libr. 1. titul. 18. libr. 7. de Episcop. num. 43.

II. Parochus habens potestatem absolvendi à casibus suo Episcopo reservatis potest absolvere pœnitentem alterius Episcopatus habentem peccata reservata Episcopo domicilii vel originis, in cujus Diœcesi peccavit, ita Navarrus cap. 27. num. 261. Jacobus de Graffis cap. 13. num 48. Vivaldus de absolut. num. 58. Suarez in 3. part. tomo 4. disp. 30, sect. 1. Possevinus de officio Curati cap. 7. Fagundez in 5. præcepta Eccles. part. 2. lib. cap. 8. Molfesius in summa Theol. moralis tract. 7. cap. 21. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 3. alleg. 52. Quod si casus sit reservatus in unâ Diœcesi, & in altera non reservatus, Sotus in 4. dist. 18. quæst. 4. art. 2. Jacobus de de Graffis cap. 13. Vega in summâ lib. 2. casu 326. Fagundez supra cap. 8. Barbosa citatus num. 15. censent absolutè loquendo Parochum alterius Diœcesis non habere jurisdictionem in casus reservatos ullos, nec pœnitentem esse exemptum à subjectione sui Episcopi, qui peccatum reservavit. Undè quamdiu non mutavit domicilium, vel quasi domicilium videtur non posse absolui, præsumitur se aliò contulisse fraudulenter, ut sic absque mutatione domicilii, vel quasi domicilii effugeret pœnam reservationis proprii Episcopi volentis illâ reservatione amputare uberiorem licentiam peccandi. Quod si parochianus versetur in aliena Diœcesi, & peccata ibi reservata committat, Fagundez supra numer. 21. putat posse absolvi à quolibet Sacerdote approbato.

III. Episcopus concedens alicui Parocho vel alteri Sacerdoti non videtur concedere facultatem absolvendi à censuris. Ratio est, quia sunt diversa peccata sive casus, & à diversis non datur illatio. l. *Papinianus exuli*, ff. *de minoribus*. Cùm enim Episcopus soleat aliquando reservare casus cum censuris, aliquando sine illis, debet utrumque concedere. Concedendo etiam facultatem absolvendi à casibus & censuris, non concedit absolutionem, vel dispensationem votorum aut irregularitatum ob eandem rationem. Ita Navarrus in manuali cap. 27 Jacobus de Graffiis in aureis decis. lib. 1. cap. 13. Suarez tomo 4. de pœnit. disp. 30. sect. 1. Fagundez supra n. 10.

excipit

excipit, nisi quando ex circumstantiis aut ex antecedentibus & consequentibus aliud constiterit de intentione Episcopi. Idem Navarrus numer. 261. de Graffis cap. 13. Suarez disp. 29. sect. 1. Sanchez in præcepta decal. tom. 1. lib. 2. cap. 8. Vivaldus in candelabro aureo. Ubi de absolutione num. 8. & 58. Sa verb. *casus reservatus*, num. 2. Fagundez supra cap. 8. num. 11. Docent aliter philosophandum esse de pontifice quia cùm nunquam peccata de facto & actu reserventur sine censura, si concedatur facultas absolvendi à censuris, cùm unum de facto non tollatur absque alio, sicut nunquam unum sine alio ponitur. Quod si Episcopus unum casum exprimat reservatum, deindè verò adjiciat clausulam generalem, quod omnem suam potestatem concedit ex vi hujus clausulæ prævia expressione unius casus, poterit absolvere à reservatis non expressis juxta textum in cap. *qui ad agendum*, vers. *sed si aliquis*, de procurat. lib. 6. cum similibus, de quibus Covarruvias lib. 2. variar. cap. 5. num. 8. sicut si Episcopus det omnem suam potestatem excepto uno casu reservato, censebitur concedere omnes alios casus non exceptos. *Quia exceptio unius format regulam contrariam in reliquis omnibus*, juxta regulam textus in l. *nam quod liquidò*. §. ultimo ff. *de peri. legata*, Hanc veritatem etiam docent Navarrus supra cap. 27. vers. 11. Suarez citatus sect. 1. num. 3. Fagundez cap. 8. Sa verb. *casus*, num. 1.

IV. Tanta est potestas Episcoporum sibi reservantium casus & eos absolvendi vel per se, vel per delegatum, ut dubium sit an habens facultatem generalem à summo Pontifice absolvendi ab omnibus censuris seu excommunicationibus sibi reservatis possit absolvere à casibus & censuris, quas Episcopi in specie sibi reservarunt. Affirmant Suarez de censuris tomo 5. disp. 7. sect. 5. num. 14. Paulus Layman in summâ Theol. moral. lib. 1. tract. 5. part. 1. cap. 7. Gavantus in manuali Episc. verb. *censura*, Alphonsus de Leone de jubileo part. 2. Floronus de casibus reservatis part. 1. cap. 2. §. 2. & 4. Bossius de triplici Jubilei privileg. sect. 1. casu 3. Joannes à Cruce de statu religionis lib. 1. cap. 6. dub. 15. Hieronymus Pharaon in suo promptuario tract. 1. sess. 18. casu 23. Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. *absolutio*, §. 6. & in praxi de pœnit. cap. 15. quæst. 19. Cæsar Botton in observat. circa bullam Xisti V. vers. *eos*, Marius Alterius tract. de censuris tomo 1. lib. 4. disp. 4. cap. 2 dub. 2. Ratio est quia Papa habet jurisdictionem in omnes Christianos extravag. *unam sanctam*, de majorit. & obed. immediatam quoad spiritualia, quam nemo potest ab eo tollere vel minuere, cap. *cuncta per mundum*, cap. *per principalem*, 9. quæst. 3. Et licet Episcopus habeat potestatem reservandi aliquos casus juxta illud Concilii Tridentini sess. 14. cap. 7. *Neque dubitandum est quando omnia, quæ à Deo sunt ordinata, quin hoc idem Episcopis omnibus in sua cuique Diœcesi in ædificationē, tamen non in destructionem licent pro illis in subditos tradita supra reliquos inferiores sacerdotes auctoritate, &c.* Et quidem juxta majorem vel minorem Confessariorum, quos in suâ Diœcesi habet idoneitatem, capacitatem & eruditionem, Aloysius Riccius in praxi rerum fori Eccles. resol. 492. Zerola in praxi Episc. part. 1. verbo *casus reservati*, Fernandez in examine Theol. moral. part. 3. cap. 6. §. 6. numer. 4. Molfesius tractat. 7. cap. 17. Homobonus de Bonis de humanæ vitæ statibus cap. 10. & de casibus reservatis part. 1. cap. 1. Bartholomæus à S. Fausto de jubil. extra ord. libr. 8. quæst. 3. versu secundo. Non tamen indè sequitur hanc potestatem illis jure divino competere, nec posse à Papâ ex justâ causâ limitari & coarctari, & de casibus ab illis reservatis, disponi: quia hæc potestas reservandi non spectat ad essentiam ordinis Episcopalis, nec ad jurisdictionem necessariam ad absolvendum, sed ad jurisdictionem externam gubernationi Ecclesiasticæ accommodatam, & ad populi Christiani disciplinam. Papa enim reservat casus jure proprio, Episcopi autem non jure proprio, sed dependente à Romano Pontifice. Gambar. tract. de casibus reservatis,

cap. 1. num. 21. Hæc opinio licet plurimos Auctores habeat, ut patet, tamen Barbosa de officio & potestate Episc. part. 3. alleg. 52. judicat contrariam opinionem veriorem, quam ante illum propugnarunt Navarrus in cap *ita quorundam*, not. 11. Glossa ult. num. 35. de Juda. Jacobus de Garffiis in aureis decis. lib. 4. cap. 15. Fa. ina. ius de hæresi quæst. 92. num. 63. Jacobus Lavorius de Jubilæo part. 2. cap. 28. Bonacina de censuris disp. 1. quæst. 3. puncto. 1. Quod scilicet Confessarius habens potestatem absolvendi ab omnibus excommunicationibus juris, & Bullæ Cœnæ Domini non possit absolvere ab excommunicatione latâ ab Episcopo, nisi etiam aliundè habeat legitimam potestatem absolvendi ab ejus excommunicatione. Ratio prima Bonacinæ est, quia dum Pontifex condit aliquam legem non intendit derogare statutis & consuetudinibus particularibus locorum cap. 1. de constitutionibus in 6. Secunda, quia Clemens VIII. in bulla quæ incipit *Sacra Congregatio*, decrevit nè ullus prætextu cujuscumque privilegii absolvat à casibus reservatis Episcopo.

V. Undè absolutio à casibus specialiter Episcopo reservatis, ita illi & ejus delegatis annexa est, post Concilium Tridentinum. Ut licet (inquit noster Lezana quæst. regul. tom. 1 c. 19. n. 17.) à casibus Episcopalibus, seu Episcopis reservatis possent olim aliqui regulares confessarii absolvere ex privilegiis maximè Xisti IV. & Urbani IV. pro Carmelitis, tamen nunc ab illis absolvere nequeunt virtute suorum privilegiorum, primò propter decretum sacræ Congregationis, Concilii Tridentini ad S. Cardinalem Boromeum anno 1577. Secundò, ob decretum Clementis VIII. & Sacræ Congregationis anno 1602. relatum ab eodem Lezana cap. citato num. 15. Quaranta in summa bull. verb. *casus reservati*, Miranda tomo 1. manual. quæst. 46. art. 2. 4. & 5. Tertiò, ex declaratione S. Congregationis Episcoporũ & Regularium sub Urbano VIII. anno 1628. die 17. Novembris, quam etiam refert Lezana supra. Barbosa de officio parochi cap. 19. num. ult. §. *illud Regularibus*. Ita per privilegiũ, quod Mare magnum vocatur nequeant absolvere pœnitentes à casibus Episcopis reservatis Lezana supra num. 17. Bossi de triplici Jubilæi privileg. sect. 1. casu 3. num. 9. Filliucius tomo 1. tract. 15. num. 258. Fr. Emmanuel quæst. regul. tomo 1. quæst. 61. art. 13. Homobonus de Bonis de examine Eccles. tract. 5. cap. 1. quæst. 10. Nicolaus Garcia de beneficiis part. 3. cap. 2. Armendariz in addit. ad recop. Legum Navarræ libr. 2. tit. 18. lib. 7. de religionibus num. 56. Miranda quæst. 46. art. 2. Campanile in diversorio juris Canonici rub. 12. cap. 13. Zerola in praxi Episc. de pœnit. part. 1. verb. *absolutio*, §. 5. part. 2. eodem verbo, & in praxi de pœnit. cap. 24. quæst. 9. Ludovicus Beia responsorum casuum consc. part. 2. casu 22 & part. 3. casu 5. Hæc reservatio Leodii est recepta. Undè quando nostri se præsentant pro confessionibus sæcularium excipiendis rogant inseri mandato facultatem à casibus Episcopo reservatis, quod facile illis conceditur. Qui casus post mortem Episcopi non sunt amplius reservati, potestque ab illis quilibet Confessarius absolvere, quia nunc desinunt esse reservati. Ita Emmanuel Sa in summa verb. *absolutio*, num. 20. Quaranta in summa bull. verb. *Confessio*, in addit. & verb. *casus reservati*, Lezana supra num. 17. Hoc autem limitant pro casibus, quos Episcopus sibi reservavit, non autem pro illis, qui de jure sunt reservati Episcopis.

## §. 3.

## *Potestas Episcopalis respectu Sacerdotum pro administrando Sacramento Pœnitentiæ.*

NUllus præter Episcopos potest approbare Sacerdotes in confessionis Sacramentalis ministros. Ita Armendariz in addit. ad recop. legum Navarræ libr. 4. tit. 29. lib. 1.

lib. 1. §. 1. de confitendo semel in anno, Sel in selectis can. cap. 14. asserès fuisse decisum *in nullius*, seu *conversans* 26. Junii, & 20. Augusti, 27. Approbationem Sacerdotum ad confessiones excipiendas spectare ad Episcopum donec per alium prætendentem probetur immemorabilis, docet Stephanus de Alvin de potestate Episcoporum & Abbatum cap. 19. subditque Sacram Congregationem declarasse subditos Prælatorum inferiorum etiam exemptorum debere postulare ab Episcopo facultatem excipiendi confessiones sæcularium, & ab eo approbationem obtinere. Et in unâ Toletanâ addit eandem Sacrâ Congregationem censuisse hoc decretum intelligendum esse de Sacerdotibus sæcularibus, qui sunt subjecti Prælatis exemptis modò sint in Diœcesi. Item scribit eandem Sacram Congregationem declarasse in foro Sempronienſi nullum Confessarium posse excipere confessiones sæcularium Sacerdotum (ut loquitur Concilium) nisi prius fuerit approbatus ab Episcopo licet foret in oppidis exemptis, licet illa sint intra limites Diœcesis, ita ut nullus Abbas nullius Diœcesis possit approbare Cõfessarios ad excipiendas confessiones sæcularium, sed id spectet ad Episcopum intra cujus Diœcesis limites existit, idque fuisse resolutum in Rotâ innuit Tamburinus tomo 3. de jure Abbatum decis. 45. 46 47.

II. Episcopi electi & confirmati, licet nondum consecrati, possunt approbare Sacerdotes ad excipiendas confessiones, ita Bartholomæus à S. Fausto lib. 6. quæst. 43. Domitius Chamerota de Sacramentis tract. 7. de confess. dub. 13. Novar. in singul. can. conc. 68. num. 2. Barbosa de officio & potestate Episcopi part. 2. alleg. 25. Ratio est, quia ejusmodi admissio spectat ad potestatem jurisdictionis, quam Electus jam habet, ubi num. 12. observat Episcopum censeri sufficienter aliquem approbare eo ipso, quod sciẽs & volens committit alicui curam animarum ad tempus, ut si instituat aliquem vicarium Parochi ad tempus, vel mandet ut confessiones audiat, licet illum non subjecerit examini, modò ipsum credat idoneum, & sufficientem ad hoc munus obeundum. Citatque Coninck de Sacramentis disp. 8. Valer. Reginaldum in praxi fori pœnit. lib. 1. num. 107. Aloysium Riccium in praxi aurea resol. 21. Bossi de triplici Jubil. privileg. sect. 3. casu 2. Porrò notat iterùm Barbosa supra num. 13. idem esse approbare aliquem Sacerdotem ad administranda Sacramenta, & illum approbare ad confessiones audiendas, quare cùm Episcopus ait: *Approbamus N. ad administranda Sacramenta in hac nostrâ Diœcesi, vel in tali, aut tali loco seu Parochiâ.* Hæc approbatio tantùm intelligenda est de Sacramentis Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, quæ sunt Sacramenta maximæ necessitatis; non verò de Sacramentis Matrimonii, Extremæ Unctionis, &c. Ita Henriquez lib. 11 cap. 3. §. 5. Sanchez de matrimonio lib. 3. disp. 35. n. 8. Fagundez in 5. Ecclesiæ præcepta præcept. 2. lib. 7. cap. 3 Barbosa citatus n. 13.

III. Non est de essentia approbationis, ut fiat in scriptis, sed sufficit quod fiat verbis. Ratio prima est, quia scriptura per se loquendo, non est de necessitate gratiæ. Secundò, Concilium non requirit ad approbationem scripturam, ita Homobonus de Bonis de examine Eccles. tract. 5. quæst. 10. Coriolanus de casibus reservatis part. 1. sect. 2. art. 7. num. 3. Valerius Reginaldus supra lib. 1. num. 198. Jacobus de Graffiis in aureis decis. part. 1. lib. 1. cap. 13. Barbosa supra num. 22. Noster Lezana tomo 1. quæst. regul. cap. 19. Bonacina disp. 5. quæst. 7. puncto 4. §. 1. de ministro Sacramenti pœnitentiæ. Quod si Episcopus videns Sacerdotem non approbatum excipere confessiones sæcularium & sileat, tamen interne non consentiat, nec det licentiam, Basilius Pont. de matrimonio lib. 5. cap. 19. num. 14. Sanchez eodem tract. lib. 3. disp. 22. num. 65. Barbosa supra num. 23. tenent fore validam confessionem. Ratio, quia illa ratihabitio de præsenti reputatur in jure, & apud peritos vera licentia, sicut licentia expressè concessa. Tamen Medina tract. 2. de confess. quæst. de multiplici licentia aliena

confitendi, Petrus de Ledesma de matrimonio quæst. 45. art. 5. puncto. 5. dub. 4. Layman Theol. moral. lib. 5. tract. 6. cap. 10. num. 16. contrarium censent.

IV. Invalidam esse confessionem factam Sacerdoti non approbato censent Coninck de Sacramentis tom. 2. disp. 8. num. 49. Sanchez de Matrimonio lib. 6. disp. 38. num. 20. Lauretus de Franchis in controvers. inter Episc. & reg. part. 28. ad 8. Coriolanus de casibus reservatis part. 1. sect. 1. art. 20. Piasecius in praxi Episcop. part. 2. cap. 1. Paulus Santorius de casibus Papal. & Episc. cap. 1. Piacesius in praxi Episc. part. 2. cap. 1. Joannes Valerus de different. inter utrumque forum verbo *nullitas*, differ. 5. num. 1. Campanile in diverf. juris Can. rub. 12. & 13. Bossi de triplici Jubil. privileg. sect. 3. casu 2. Torreblanca lib. 14. cap. 1. Chapeauvillus de casib. reservat. c. 95. 1. referens decisum fuisse ad petitionem Examinatorum Diœcesis Leodiensis anno 1580. iterandamque fuisse confessionem factam Confessario qui cum falsâ licentiâ Ordinarii excipit aliorum confessiones docet Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 25. post Homobonum de Bonis de examine Eccles. part. 1. tract. 5. cap. 3. quæst. 20. Sanchez de matrimonio lib. 3. disp. 22. quæst. 2. Megala in 1. part. lib. 5. cap. 19. quod si quis confessus fuerit Sacerdoti non approbato ignoranter, quoad Deum est absolutus ob fidem, quam habuit in Sacramento, quod si postea sciat illum Sacerdotem non esse approbatum, vel requiri approbationem, tenetur reiterare confessionem. Id decisum fuisse refert Joannes Valerus de different. inter utrumque forum, verb *nullitas*, differen. 5. Molfesius in summa Theol moral. tract. 7. cap. 13. num. 10. Stephanus Dalvin supra cap. 23. qui advertit pœnitentibus simpliciter & bonâ fide procedentibus nihil quidem conferri juridicè ex parte ministrantis. sed benè ex parte Dei miserantis, attendentis, & approbantis bonam intentionem & contritionem pœnitentis. Quomodò Sacerdos qui absolvit absque sufficienti jurisdictione hunc defectum possit supplere, & ad quid teneatur, vide Sotum in 4. dist. 18. quæst. 4. art. 6. Cordubam in summa quæst. 7. Navarrum in cap. de pœnitent. disp. 6. Coriolanum part. 1. sect. 2. art. 19. Qualiter autē puniendus, refert Laurentius de Franchis supra.

V. Ea est, ac tam independens Episcopi potestas in admittendis Sacerdotibus ad confessiones excipiendas sœcularium suæ Diœcesis, ut qui ab eo obtinuit facultatem excipiendi confessiones suæ Diœcesis non indigeat novâ licentiâ Parochi in cujus Parochiâ præfatus Sacerdos confessiones excipere intendit. Ita Suarez disp. 27. Henriquez libr. 3. de pœnitentiâ cap. 12. Reginaldus lib. 3. numer. 46. & 67. Zerola in praxi cap. 15. qnæst. 3. Sayrus de pœnitentia cap. 22. num. 1. Bonacina supra puncto 4. §. 1. nisi Episcopus facultatem concesserit sub conditione vel cum onere facultatis à Parocho impetrandæ. Ratio est quia Episcopus jurisdictionem habet concedendi facultatem dependenter & independenter à Parocho. Undè quidam existimant hanc formam esse conditionatam. *Concedimus tibi facultatem audiendi quoscumque ad te accedentes, de licentiâ tamen Rectorum in Ecclesiis eorum, seu consentiente Rectore Ecclesiæ.* Quia ablativus *de licentiâ, consentiente*, videtur importare conditionem. Probabilius tamen Bonacina cum aliis existimat facultatem excipiendi confessiones non reddi propriè conditionatam, per hanc loquendi formam, Ratio est, quia Sacerdos approbatus, certior tantùm fit de modo, quem debet saltem ex æquitate servare, licet non admoneretur ab Episcopo, ut etiam patet in simili casu de matrimonio. Nec obstat ratio contraria allegata. Nam ablativus absolutus non semper importat conditionem ad aliquid validè operandū, sed aliquando connotat modum ad aliquid licitè efficiendum. Undè Sacerdos obtinens facultatem ab Episcopo excipiendi confessiones in alicujus Parochia independenter à voluntate & consensu Parochi, non indiget de rigore juris, sed tantùm ex

quadam

quadam æquitate Parochi consensa. Ratio est quia Episcopus habet jurisdictionem in totâ suâ Diœcesi independenter à Parochis, potestque invitis Parochis saluti suarum ovium consulere.

VI. Quando Episcopus judicat & approbat tanquam idoneum, qui reipsâ non est idoneus, valida est approbatio. Ita Reginaldus lib. 1. num. 197. Suarez disp. 28. sect. 5. num. 7. Bonacina supra n. 30. Ratio est, quia Concilium tantùm dat approbationem, quâ Sacerdos idoneus judicetur. Hic autem idoneus judicatur, cùm Episcopus credat ipsum esse idoneum, licet de facto non sit idoneus. Secundò pateret via scrupulis circa validitatem Sacramenti, cùm sæpius occurrat deceptio in approbatione. Quòd si quæras an præter judicium, quo Sacerdos judicatur idoneus, adhuc requiratur approbatio distincta à judicio propter hæc verba Concilii Tridentini, *aut judicetur idoneus & approbationem obtineat*. Respondent Suarez, Reginaldus, Bonacina citatis locis, Sanchez lib. 6. de matrimonio disp. 38. num. 20. Vasquez quæst. 93. art. 3. dubio 4. Coninck disp. de pœnitent. dub. 7. utrumque requiri. Quia Episcopus non debet dumtaxat interiùs judicare confessarium idoneum: sed etiam exterius approbare, & jurisdictionem concedere, ut patet ex verbis Concilii Tridentini. Cæterùm quamvis approbatio debeat fieri gratis: tamen erit valida, licet non licita si non fiat gratis, ita Suarez citatus num. 10. Reginaldus lib. 1. num. 198. dub. 3. Bonacina supra num. 37. Fagundez in 5. Ecclesiæ præcepta lib. 7. cap. 2. Ratio est, quia in Concilio Tridentino sess. 23. non irritatur approbatio aliter concessa, sed tantùm præcipitur gratis dari. Quod si quis dubitet an sit idoneus ad excipiendas confessiones excusatur per præceptũ superiorum, ita Emmanuel Sa in summa verb. *Confessor*, Lezana tomo 1. quæst. regul. cap. 19. non autem si certò sciat se esse ad id munus ineptũ. Ratio est, quia in dubiis standum est judicio superiorum, non in evidenter malis.

VII. Episcopus nominatim denunciatus potest validè Sacerdotes ad confessiones excipiendas approbare, ita Navarrus in cap. *placuit*, de pœnit. dist. 6. num. 51. Fagundez lib. 7. cap. 2. Sanchez de matrimonio lib. 3. disp. 21. num. 7. Henriquez lib. 3. cap. 6. Fr. Emmanuel in summa tomo 2. cap. 14 contra Sylvestrum verb. *Absolutio*, 2. quæst. 6. & verb. *Confessor*, 1. quæst. 4. Victorẽ de confess. num. 152. Guittierez can. lib. 1. cap. 1. num. 89. Ratio est, quia approbatio non est actus jurisdictionis, sed tantùm testimonium approbativum sufficientiæ Sacerdotis sine quo nequit Sacerdos licitè nec validè confessiones excipere. Quod si Episcopus sit nominatim excommunicatus non toleratus, suspensus, irregularis, aut interdictus, nequit validè aliquem absolvere à reservatis, vel dare facultatem alteri sacerdoti lapsum absolvendi, ita Sanchez lib. 3. de matrimonio disp. 21. num. 7. Henriquez lib. 3. de confirm. cap. 13. §. 3. Fagundez lib. 8. cap. 8. num. 4. contra Sylvestrum, Tabienã, Paludanum, Fr. Emmanuelẽ, Navarrum. Ratio est, quia talis absolutio & delegatio est actus proprius jurisdictionis, sicut actus proprius illius est absolvere ab ipso reservatis. Igitur sicut ipse nequit absolvere per se, sic nec committere & delegare alteri Sacerdoti hanc absolutionem.

VIII. Quamvis licentia delegata excipiendi confessiones non expiret mortuo, vel amoto delegante. Quia est quædam gratia concessa nomine dignitatis, quæ nunquam perit. Secundò quia id videtur supponi à Sacrâ Congregatione Cardinalium, his verbis: *Congregatio Concilii censuit, &c. posse iterum à successore examinari*, juxtà constitut. Pii V. datam Idibus Augusti Pontificatus sui anno 6. Non dicitur debere, sed posse si successor non revocat, semper durat approbatio, ut censent Navarrus in cap. *placuit*, de pœnit. dub. 6. num. 161. Torreblanca lib. 14 cap. 2. num. 28. Jacobus de Graffiis in aureis decis. part. 1. lib. 1. cap. 13. Chamerota tract. 7. de confess. dub. 27. Henriquez lib. 6. cap. 6. § 7. Joannes de la Cruz de statu Relig. lib.

lib. 2.

lib. 2. cap. 3. dub. 1. Coriolanus part. 1. sect. 2. art. 8. Sanchez de matrimonio lib. 8. disp. 28. num. 80. Campanile supra rub. 12. cap. 13. Joannes Valer. verb. *absolutio*, differ. 1. Hieronymus Cenedo canon. quæst. lib. 1. quæst. 38. num. 10. & 21. Homobonus de Bonis de examin. Eccles. part. 1. tract. 5. cap. 3. quæst. 17. Fagundez lib. 7. cap. 2. Bossi supra sect. 3. casu 2. §. 1. Bartholomæus à S. Fausto supra lib. 6. quæst. 98. Suarez de legibus cap. 32. & tomo 4. in 3. part. disp. 26. sect. 3. Joannes de Lugo de Sacramentis tractat. de pœnitent. disp. 19. sect. 2. Hurtado tract. de pœnit. disp. 10. differ. 4. noster Lezana tomo 1. quæst. regul. cap. 19. num. 10. Et semel generaliter approbatus, si recedat à Diœcesi in quâ fuit simpliciter approbatus, & postea iterùm redeat, licet nō teneatur novam quærere approbationem ac licentiam, etiam dato quod fuerint mutati Episcopi in illâ Diœcesi, ut tenent Zerola in praxi de Sacrament. Pœnit. cap. 16. quæst. 2. Henriquez supra cap. 6. §. 7. Nugnus in addit. ad 3. part. quæst. 8. art. 3. dub. 1. Fagundez lib. 7. cap. 2. Bartholomæus à S. Fausto tract. de pœniten. lib. 6. quæst. 54 Rofredus Beneventanus in praxi de Sacramento pœnit. cap. 16. quæst. 2. Joannes Valer. verb. *absolutio*, differ. 5. Tamburinus tomo 2. disp. 6. quæst. 14. Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 25. num. 44. Potest sivè sæcularis, sivè regularis sit ab Episcopo successore pro conscientiæ suæ securitate & justa de causa revocari approbatio, modò approbatus non habeat beneficium parochiale. Hic enim habet approbationem à jure, seu facultatem annexam beneficio, à quo aliquando potest suspendi. Ita Suarez disp. 18. sect. 2. & 8. Reginaldus lib. 1. num. 201. Fagundez cap. 2. Bossi supra num. 46. Benevent. citatus. Vel saltem suspendi usque ad novum examen, Sel cap. 14. numer. 27. asserens ita fuisse decisum in Alban 5. Februar. 1628. & 7. Febr. 1630.

IX. Sacerdos obtinens ab Episcopo approbationem ad certum tempus, eo lapso nequit confessiones audire absque novâ ejusdem Episcopi licentia & examine, prævio etiam si libuerit examine, ita Torreblanca de jure spirituali lib. 14. cap 3. n. 23. & 24. & alii, adeò ut invalidè ministret Sacramentum pœnitentiæ, credens Episcopum seu superiorem ratam habere absolutionem de futuro, nisi eam ratam habeat de præsenti, aliquo signo externo. Ita Henricus quodlib. 8. quæst. 28. Paludanus in 4. dist. 17. quæst. 3. artic. 3. Nugnus in addit. ad 3. part. quæst. 8. art. 5. dub. 1. Pesantius in iis addit. quæst. 10. disp. 5. Suarez tomo 4. disp. 25. sect. 1. Navarrus in manuali cap. 9. & in cap. *placuit*, n. 105. Henriquez lib. 6. cap. 13. §. 13, Coriolanus supra sect. 2. art. 10. numer. 2. Valer. Reginaldus lib. 1, num. 89. & 90. Paulus Sanctor de casibus Papalibus & Episc. part. 1. num. 39. Chamerota tract. 7. cap. 2. Floron de casibus reservatis part. 1. cap. 4. §. 17. Bossi sect. 3. casu 2. Layman libr. 5, tract. 6. cap. 10. Barbosa de officio & potest. Episc. alleg. 25. Ratio est, quia Sacramentum pœnitentiæ ab eo invalidè confertur, qui caret jurisdictione actuali. At Sacerdos absolvens spe ratihabitionis caret jurisdictione quia jurisdictio delegata non acquiritur absque consensu delegantis manifestato per signum aliquod, quem tempore absolutionis delegans non habet, cùm rem ignoret, igitur illa absolutio erit invalida. Nec ratihabitio subsequens potest efficere, ut absolutio prius data convalescat. Quia valor Sacramentorum non potest pendere ab eventu futuro contingente. Si enim Episcopus re postea cognitâ non consentiat, sanè invalida fuerat absolutio, quia data à non judice. Nam jurisdictio per se & intrinsecè requiritur ad valorem hujus Sacramenti. Undè Navarrus suprà citatus numer. 103. ait. *Sacramentum quod ab initio nullum est, nullâ ratihabitione etiam Papæ validum fieri potest.* Navarr. Et Sanchez lib. 3. disput. 35. num. 24. *Si consensus & approbatio requiritur ad valorem & substantiam Sacramenti, non sufficit ratihabitio subsequens.* Sanchez Eadem dicendum est de præsumptione consensus præsentis, quæ licet sit rationabilis, tamē

nihil

nihil confert ad valorem Sacramenti, si reipsâ consensus signo quocumque declaratus, & consequenter cōmissio jutisdictio defuit, ut docet Medina q. 31. cor. 2. cod. de confess. Quod si dicas aliquē posse uti re alienâ ex voluntate domini rationabiliter præsumptâ, & consequenter posse cōfessiones excipi ex voluntate Episcopi & Prælati rationabiliter præsumpta. Respōdeo discrimen esse inter id, quod licitè fit, & quod validè. Qui enim re alienâ bonâ fide utitur & eam alienat, putans esse voluntatē Dñi, cùm non sit, est quidē liber à culpâ: sed alienatio est plerūq; irrita, debetq; rei, si extet, restitutio fieri. Sic qui excipit cōfessiones existimās rationabiliter Episcopum nō tantùm scire, sed & consentire, à culpâ quidem liber est, si quasi moraliter sit certus, quod hic requiritur ob honorem Sacramenti, tamen si abfuit actualis sensus, absolutio est invalida; quia jurisdictio defuit, quæ non acquiritur nisi accedat actualis consensus Episcopi. Respondeo secundò, absumptionem rei alienæ, & absolutionem peccatorum ex præsumptâ voluntate differre. Primò in eo quod qui utitur vel absumit rem alienā, sibi rationabiliter persuaderet quod si Dominus sciret planè consentiret, non peccat. Qui verò audit confessiones ex præsumptione, peccat graviter, redditque Sacramentum irritum, quia ad valorem Sacramenti necessaria est jurisdictio actualis, quæ acquiritur per actualem consensum conferentis. Secundò differt usus & alienatio rei alienæ. quod rationabiliter existimatur dominum postea alienationem ratam habiturum & sic non solùm peccat, sed etiam ratihabitio sequens actum priorem cōfirmat, juxta regulam 10. in 6. *Ratihabitionem retrotrahi, & mandato non est dubium æquiparari*, At aliter philosophandum de Sacramento Pœnitentiæ, in quo debent necessariò adesse Sacerdotis jurisdictio & intentio cùm perficitur, seu forma materiæ applicatur. Hæc doctrina (inquit Sanchez supra) etiam locum habet in Matrimonio, ad cujus substantiam post Cōcilium Tridentinum præsentia Ordinarii pastoris vel alterius sacerdotis de licentiâ Ordinarii est necessaria. Nam cùm ad valorem actus debeat necessariò antecedere licentiâ requisita, l. *si quis mihi*, §. *justum*, ff. de acquir. hæred. Sequitur solam spē ratihabitionis futuræ, vel falsam existimationem seu præsumptionem consensus præsentis non sufficere ad validandū matrimonium. Aliter differendum est de aliis Sacramentis, ad quorum administrationem & substantiam consensus pastoris ordinarii non requiritur, sed dumtaxat, ut in Ecclesia ordo debitus servetur, pro quo sæpè sufficit rationabilis præsumptio consensus præsentis vel securæ ratihabitionis. Ex hac doctrina etiam Layman citatus colligit, quod si alicui confessiones audienti in Ecclesia afferatur casus, à quo nequeat absolvere, nec ad Episcopum, seu Prælatum accedere, non ideò acquirit jurisdictionem, seu potestatem absolvendi à tali peccato, quia si superior sciret daret facultatē, vel postea libenter dabit. Tamen si alicubi Sacerdotes destinentur ad excipiendas multorum peregrinorum cōfessiones, & illis Episcopus det pleniorem facultatem absolvendi, licet Sacerdos ante discessum fuerit oblitus petere majorem licentiam, tamen eâ uti poterit ob præsumptionem, quod superior habuerit implicitam voluntatem conferendi, quàm de facto ostendit destinans eum missioni, pro quâ peragendâ solent ordinariè dari speciales facultates absolvendi. Tertiò, putat Layman cum Sanchez esse probabile eos, qui bonâ fide confitentur peccata sua Sacerdoti jurisdictionem falsè prætendenti, si aliquod peccatum mortale vel veniale legitimè explicatum antea legitimæ in confessione absolutioni subjiciant, etiam indirectè absolvuntur ab omnibus aliis peccatis, in quæ simplex ille Sacerdos nullam habet jurisdictionem, si tamen defectum Confessarii resciant, tenebuntur peccata mortalia iterū cnofiteri, & ea legitimi cōfessarii directę absolutioni subjicere. Deniq; eodem modo concludendū esse de sacerdote ac de Episcopo supra diximus, scilicet si Sacerdos ab Episcopo, Religiosus à Provinciali habet generalem facultatē absolvendi subditos à casibus reservatis, & postea in

ejusmodi peccata committat, potest committere alteri Sacerdoti, seu confessario suo potestatem absolvendi seipsum. Ita Rodriguez libr. 1. quæst. regul. quæst. 21. art. 8. Sanchez lib. 8. de matrimonio disp. 3. num. 10. lib. 4. moral. cap. 37. num. 41. Layman supra num. 17. contra Ludovicum Bcia part. 4. casu 5. Quemadmodum supra diximus facultatē ab Episcopo concessam audiendi confessiones non expirare morte Episcopi. Ita dico facultatem concessam ab Episcopo vel Prælato eligendi Confessarium non expirat morte cōcedentis, quia non est mera delegatio, seu mandatū; sed gratia & privilegium, ita Layman supra num. 23. post Sylvestrum verb. *Confessor*, 1. quæst. 7. Navarrum citatum cap. *placuit*, num 163. Sa verb. *gratia* num. 4. Cordubam lib. 5. quæst. regul. quæst. 36. Philiarchum tomo 1. de officio Sacerdotis part. 2. lib. 2. cap. 24. Sanchez l b. 8. de matrimon. disp. 28. num. 74. Henriquez lib. 7. cap. 21.

## §. 4.

## *Potestas Episcopalis in Religiosos exemptos pro administrando Sacramento Pœnitentiæ.*

I. QUantùm alieni officii usurpatio seu debitum exercitium Deo displiceat patet ex lib. 2. Paralipomenon cap. 26. numer. 18. ubi Deus regem Oziam nè quidem unam horam passus est in suo sacrilegio sordescere, sed statim à Sacerdote Azaria graviter objurgatus est. *Non est* (inquit) *tui officii Ozia ut adoleas incensum Domino.* S. Chrysostomus hom. 5. de verbis Isaiæ. *Ingressus ut sacerdotium usurparet etiam regnum perdidit. Ingressus ut fieret venerabilior factus est execrabilior.* Sic dum nonnulli Confessarii majorem potestatem in administratione Sacramentorum sibi arrogant animas illaqueant, ac Sacramentum nullum reddunt. Nè id quibusdam regularibus nimis aliquando sibi abblandientibus contingat, quàm in sacramenti Pœnitentiæ auctoritatem ac jurisdictionem habeant, explicabo. Scio Bonifacium VIII. in extravaganti, quæ incipit *Super Cathedram*, concessisse regularibus ut tantùm à suis Prælatis præsententur Episcopis pro confessionibus sæcularium excipiendis. Scio Benedictum II. in extravagante, quæ incipit *Inter cunctas*, de privilegiis concessisse ut regulares possent audire confessiones sæcularium absque præsentatione & licentiâ Episcopi. Scio Clementem V. in Concilio Viennensi in Clementina, quæ incipit *Dudum*, de sepult. illud decretum Benedicti revocasse, & aliud Bonifacii renovasse. At cum Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 15. statuat ut Religiosi pro excipiendis confessionibus sæcularium prius præsententur & approbentur ab Episcopis. Sanè id omittere nequeunt absque gravi piaculo. Accipe textum. *Decernit Sancta Synodus nullum etiam regularem posse Confessiones sæcularium etiam sacerdotum audire, neque ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur necessarium, aut aliàs idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur obtineat.* Quod vi istius decreti regulares indigeant approbatione illius Diœcesis quam incolunt, ut sœcularium etiam sacerdotum cōfessiones excipiant, tenent Miranda in manuali Prælat. tomo 1. quæst. 45. art. 8. Ugolinus de officio Episc. cap. 20. Piasecius in praxi Episc. part. 2. cap. 1. Jacobus de Graffiis in aureis decis. part. 1. lib. 3. cap. 5. Fagundez præcept. 2. lib. 7. cap. 2. Bartholomæus à S. Fausto libr. 6. quæst. 51, Hieronymus Rodericus in compendio quæst. regul. resol. 32. Barbosa de offic. & potestat. Episc. part. 2. alleg. 25. num. 45. Noster Lezana tomo 1. quæst. regul. cap. 19. num. 2. Sub quo decreto Prælatos Religionum comprehendi, itaut nequeant sæcularium audire confessiones absque approbatione Episcopi, censent Suarez tomo 4. in 3. part. disp. 28. sect. 4. Fagundez lib. 7. cap. 2. Fr. Emmanuel in bulla Cruciatæ §. 9. dub. 1. Bartholomæus à S. Fausto libr. 6. quæst. 52.

*l. 2. Par. cap. 26. n. 18.*

Chrysost

Concilii Trident.

itaut

itaut non sufficiat approbatio Parochi pro subditis illius parochiæ resolvit Bonacina de Sacramentis Pœnitentiæ, disp. 5. quæst. 7. puncto 4. §. 1. Lezana supra post Nugnum in addit. quæst. 8. art. 5. dub. 6. Vasquez quæst. 93. art. 1. dub. 5. Coninck disp. 8 quæst. 4 Reginaldus lib. 1. num. 67. & 68. Ratio est, quia Concilium Tridentinum prærequirit approbationem Episcopi. Igitur Parochus jure communi vel particulari nequit Sacerdoti non approbato dare facultatem excipiendi confessiones suorum parochianorum, imò præhabitâ approbatione Episcopi potest regularis excipere confessiones parochianorũ independenter à parochis, ita Barbosa de officio Parochi cap. 19. num. 22. & 23. Bonacina supra & Lezana, nisi Episcopus id expresserit. Ratio est, quia Episcopus habet jurisdictionem concedendi facultatem dependenter & independenter à Parocho.

II. Episcopus potest regulares utcumque à semetipso approbato suspendere aut repellere à confessionibus audiendis, si illi cum scandalo, aut aliàs inhonestè vivant, vel aliquod crimen committunt, propter quod rationabili ipsius Episcopi judicio, in quo tantùm conscientia onerata erit, videantur à confessionibus suspendendi, cùm præcipua Confessarii qualitas sit vitæ probitas, & morum honestas, & sic ad ministrandum sacramentum pœnitentiæ spectet, ut asserit Aldan. in compendio can. resol lib. 1. tit. 13 num. 4. referens ita decisum à Sacrâ Congregatione Episcop. & Regul. in Oriolen. 30. Augusti 1630. Gavantus in manuali Episc. verb. *Confessor*, nu. 23. & 24. Peirinis de privilegiis Minimorum tomo 1. constit. 2. Xisti IV. §. 11. Diana resol. moral. part. 3. tract. 21. resol. 22. & part. 4. resol. 20. Matchinus tract. temp. pestil. part. 5. cap. 4. num. 9. Bossius de Jubilæo sect. 3. casu 2. Lezana tomo 1. quæst. regul. cap. 19. num. 9. Ita declaravit Sacra Congregatio Cardinalium præpositorum causis Episcoporum & Regularium. S. Cong. *Cùm Sacræ Congregationi Cardinalium negotiis Episcoporum & Regularium præpositorum innotueris confessarios regulares graviter conqueri quod ab Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinariis ab audiendis confessionibus quavis de causâ indiscriminatim suspendantur, & propterea sæpè contingere, ut ab eisdem Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinariis, omnibus simul unius Conventus Confessariis confessiones audiendi facultas adimatur. Illustrissimi ejusdem sacræ Congregationis Patres ratis vix fieri posse, ut hæc sine scandalo, magnaq; animarum pernicie contingant, re maturè perpensâ, ad omnem scandali materiam submovendam, & quo magis spirituali piarum mentium consolationi consulatur, statuunt & decernunt Archiepiscopis, Episcopis, aliisq; Ordinariis locorum, ad quos Confessarios approbandi jus spectat confessarios regulares, aliàs ab ipsis approbatos ab audiendis cõfessionibus suspendere posthac minimè licere, nisi ex novâ causâ, cãq; ad confessiones ipsas pertinente, aut ob non servatum inter dictum ab ipsis Ordinariis positum, &c.* Non potest tamen Episcopus omnes simul Confessarios unius Conventus à facultate audiendi confessiones privare Sacrâ Congregatione inconsultâ. Ita determinatum fuisse à sacrâ Congregatione 20. Novembris 1615. testatur Aldan supra tit. 13. Alphonsus Leo in fine 2. part. de Jubilæo, Laurentius de Peirinis tomo 1. privileg. Minim. in constit 2. Xisti IV. §. 11. num. 45. Gavantus in manuali Episc. verb. *Confessor*, num. 23. & 24. Lezana tomo 1. quæst. regul. cap. 19. num. 9.

III. Confessarius regularis & sæcularis approbatus ab Episcopo unius Diœceseos non censetur approbatus ab Episcopo alterius Diœcesis, ita Navarrus in manuali cap. 27. num. 266. Fr. Emmanuel in explicat. bullæ Cruciatæ §. 8. Gambarupta de casibus reservatis cap. 2. Campanile in diverf. juris canon. rubr. 12. cap. 13. Homobonus de Bonis de examin. Eccles. part. 1. tract. 5. cap. 2. quæst. 14. Ugolinus de offic. Episc. cap. 7. §. 2. num. 8. Armendariz in addit. ad recop. legum Navarræ lib. 4. tit. 29. lib. 1. §. 1. Bartholomæus à S. Fausto in tract. de Jubil. extraord. lib. 4. quæst. 75. & 76. Ludovic. Beia respons. casuum consc.

part. 4. casu 20. Coninck tomo 2. disp. 8. num. 52. Layman in summa Theol. moral. lib. 5. tract. 6. cap. 11. Suarez tomo 4. ad 3. part. disp. 28. sect. 7. Collector privilegiorum Mendicantium in suo compendio, verb. *absolutio quoad sæculares.* Noster Lezana tomo 1. quæst. regul. cap. 19. num. 4. & 19. vers. *prater*, & colligitur ex Concilio Tridentino, *nisi ab Episcopis approbationem obtineat.* Particula *Episcopis* in plurali posita significat non sufficere unius aut alterius Episcopi approbationem, sed omnium Episcoporum in quorum Diœcesibus tam sæculares quam regulares volunt excipere confessiones.

IV. 4. Non possunt Confessarii regulares virtute privilegiorum absolvere Confratres & Consorores confraternitatum suorum Ordinum, nisi sint approbati à suis superioribus & ordinariis locorum. Nec possunt eos absolvere à casibus contentis in bulla Cœnæ Domini, à violatione immunitatis libertatis Ecclesiasticæ, & clausuræ Monasteriorum Monialium, si scilicet prædicta Monasteria ingressi fuerint absque necessaria & urgente causâ, & superioris licentiâ, vel etiam abutentes causâ & licentiâ concessâ, &c. Ita Lezana tomo 1. quæst. regul. cap. 19. num. 20. ubi mentionem facit bullæ Clementis VIII. quæ incipit *Quæcumque à sede*, anno 1604. Non posse etiam mulierum tertii Ordinis Confessiones audire, nisi sint approbati ab Ordinario, colligit noster Lezana tomo 2. quæst. regular. cap. 14. num. 34. ex quadam declaratione sacræ Congregationis Episcoporum & Regularium, hoc verborum tenore. *Non posse Sacerdotes regulares audire confessiones sacramentales mulierum tertii Ordinis, quæ de Pœnitentia dicuntur, nisi ab Ordinario approbati fuerint ad confessiones sæcularium audiendas, neque posse illas communicare in Paschate.* Vide Gavantũ in manual. Episc. verb. *Regularium jura circa Tertiarias*, n. 1.

V. Episcopi possunt absolvere Religiosos etiam exemptos, non subditos ipsis Episcopis à censuris quæ sunt specialiter Episcopis reservatæ ac dispensare in irregularitatibus & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus juxta decretum Concilii Tridentini sess. 24. de reformatione cap. 6. *Liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, &c. dispensare.* Ratio est quia (inquiunt Suarez tomo 4. de religione tract. 8. libr. 2. c. 12. Sanchez lib. 4. in decalog. c. 39. & ex nostris Corneio tom. 2. in 3. part. de irregul. disp. 3. dub. 5. Lezana tomo 1. quæst. regul. cap. 11. num. 6.) licet Religiosi sint exempti ab Episcopis, quoad ordinariam jurisdictionẽ. Nihilominus quoad actus proprios Episcoporum, & in quibus non subjiciuntur jurisdictioni suorum Prælatorum, cujusmodi sunt præfatæ absolutiones & dispensationes, possunt illis subjici, imò ad hunc effectum non prærequiritur licentia, seu voluntas Prælati regularis. Ratio est quia Religiosus utitur jure suo, & in re quæ ad salutem suam conducit. Non possunt tamen ejusmodi dispensationes & absolutiones petere ab Episcopo, nec debent, si Prælati habeant privilegium id præstandi. Quia videtur aliquo modo hoc cedere in dedecus religionis. Nam probabile est, eo ipso, quod Prælatus exemptus habet potestatem dispensandi, habet etiam jus ut nullus se ingerat jurisdictioni in suos subditos, ita Lezana supra post Suarem citatum num. 13. 15. & 23.

VI. Mendicantes nequeunt absolvere à casibus Episcopis reservatis absque præviâ ad id Episcoporum facultate. Probatur primò, ex decreto Urbani VIII. edito anno 1628. 17. Novembr. & Alexandri VII. die 24. Septembris anno 1665. Item ex Concilio Tridentino sess. 14. de Sacramento Pœnitentiæ cap. 7. & canone 11. ejusdem sess. 14. ubi habetur. *Si quis dixerit Episcopos non habere jus reservandi sibi casus nisi quoad externam politiam: atque adeò casuum reservationem non prohibere: quominus sacerdos à reservatis verè absolvat. Anathema sit.* Item ex pluribus Cardinalium decisionibus, prima 1572. Calendis Septembris juxta rescriptum Cardinali Paleoto. Secunda Brixiensi eodem anno 12. Augusti. Tertia Fuliginatensi 13. Martii anno 1572. Concilii Tridentini.

1573. Quarum prima est Regulares. *Per Privilegium quod Mare magnum vocatur, non habet facultatem absolvendi pœnitentes in casibus ab Episcopo reservatis.* Secunda. *Fratres Mendicantes, & cujuscumque Ordinis Regulares in vim privilegiorum non absolvunt in casibus Episcopo reservatis.* Tertia. *S. D. N. censuit ex facultatibus per Mare magnum, aliasve privilegia Regularibus concessa, factam eis non esse potestatem absolvendi in casibus sibi ab Episcopo reservatis.* Præterea ex Concilio Provinciali Mediolanensi tertio celebrato anno 1572. *Titulo de his quæ ad Sacramentum Pœnitentiæ pertinent.* Ubi ait. *Nè Confessarii Regulares eorum peccatorum, quorum absolutio Episcopo reservata est vinculis irretitos absolvant, quemadmodum à Sede Apostolica declaratum est, id eis non licere quavis privilegiorum suorum auctoritate.* Eandem sententiam tenent ex Theologis & Canonistis Busembaum lib. 6, tract. 4. de pœnitentia cap. 2. dub. 4, de casib. resoluf. *Mendicantes ex vi juris communis non possunt absolvere à reservatis Episcopo, quia ut sic non habet potestatem majorem Parochis, & privilegium, quod circa hoc habuerunt sublatum est decreto Vrbani VIII. anno 1628.* Per jus commune intelligit Clementinam *dudum*, nam ibi agitur de Minoribus & Prædicatoribus, quibus nō datur major potestas quam parochialibus de jure competeret. At non non competiit potestas absolvendi à casibus quos sibi reservant Episcopi. Vide Vanquel conc. 4. in dictam Clementinam glossam in verbo *concessa*, Zarabellam num 7. Guilielmum Laudum Comitolum resp. moralium lib. 1. quæst. 25. numer. 9. Filliucium de Sacramen. & cens. tract. 15. & 5. de censuris cap. 12. num. 248. Perez de pœnit. disp. 51. sect. 4. num. 4. &c. Et novissimè Nicolaum du Bois Theologum & Jurisconsultum, Sacrarum litterarum in Universitate Lovaniensi Regium & primarium Professorem ad 45. propositiones nuper damnatas ad propos. 12. art. 2. contra Bassæum verb. *casus reservatus*, num. 38. Chasiaing in privilegiis Regularium tract. 5. cap. 3. prop. 2. Thomam Hurtado resol. moral. part. 1. tract. 5. cap. 4. resol. 15. num. 127. Alexandrū de Arioſtis in summa lib. 1. cap. 13. Aversa de pœniten. quæst. 17. sect. 6. De la Cruz lib. 2. de princip. cap. 6. dub. 7. Emmanuel R. tomo 1. quæst. regul. quæst. 61. art. 3. Leandrū à SS. Sacramento tomo 4. de censuris tractat. 2. disp. 17. quæst. 79. Villalobos tract. 9. de Sacram pœniten. difficult. 62. Suarez de Relig. tomo 4. lib. 9. cap. 2. ita Tamburinus expedit. met. conf. lib. 2. cap. 7. §. 5. Castropalaus de Sacram. pœnit. tract. 23. disp. unic. punct. 14. Becanus de Sacram. cap. 40. quæst. 33. conc. 1. & 2. Præpositus de pœniten. tract. 4. quæst. 9. dub. 1. & multi antiqui citati à Comitolo resp. moral. quæst. 25. & Rodriguez supra. Quorum fundamenta facilè refelluntur. Primum est Privilegium Pauli II. cōcessum Patribus Societatis JESU, ut possint absolvere ab omnibus casibus, censuris & pœnis, exceptis casibus bullæ Cœnæ, quam concessionē Gregorius XIII. anno 1583. 10. Maii declaravit non esse derogatam per declarationem à Congregatione Cardinalium & à suâ Sanctitate factam anno 1573. 10. Septembris circa privilegia Mendicantium. Undè illam de novo quatenus opus est confirmavit. Item privilegium Pauli III. concessum Societati JESU, ubi inter cœtera habetur. *Ex vobis qui Presbyteri fuerint, &c. ipsos & eorum singulos ab omnibus & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis quantumcumque gravibus & enormibus, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, & à quibusvis ex ipsis casibus resultantibus sententiis, censuris & pœnis Ecclesiasticis (exceptis censuris in bulla, quæ in die Cœnæ Domini solita est legi) absolvendi, &c.* Tertium est privilegium concessum PP. Minimis absolvendi ab omnibus *casibus excommunicationis, suspensionis & interdicti*, sicut potest Diœcesanus. Quartum Clementinæ *dudum de sepulturis*, quâ permittitur Regularibus, ut possint absolvere à casibus, qui non sunt reservati de jure, quales sunt illi, quos Episcopi pro arbitrio sibi reservant. *Si verò* (inquit) *Prælati præfatis Patribus ad cōfessiones*

*ut præmittitur*) *audiendas electis hujusmodi exhibere licentiam recusarint, nos ex nunc ipsis, ut confessionem sibi confiteri volentium liberè, liciteq; audire valeant, & eisdem pœnitentibus imponere salutares, atque eisdem beneficium absolutionis impertiri gratiosè concedimus de plenitudine Apostolicæ potestatis.* Quinto respondent ad decretum Urbani VIII. dicuntque illud esse sententiam Doctorum approbatam à Pontifice, quæ non magis obligat quàm aliorum Doctorum sententia, cùm non sit lex, nec publicata ad modum legis, nec habeat clausulam revocatoriam, quæ necessaria est etiam in Pontificum bullis ad dicta privilegia revocanda. Respondet D. du Bois art. 2. citato num. 156. præfata jura & privilegia vel non extendi ad casus Episcopo reservatos; vel si quæ etiam illos comprehendant fuisse sublata per Concilium Tridentinum, ut expressè habetur in allegatis declarationibus Sacræ Congregationis & nominatim in decreto anni 1628. 17. Novembris his verbis. *Sacra Congregatio Cardinalium negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium præposita censuit per confirmationem privilegiorum quæ Regulares à sede Apostolica post sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt nequaquam revixisse privilegia prius ab eodem Concilio, ac deindè etiam ipsius Congregationis decretis sublata, atque extincta, sicq; habebant absolvendi à casibus Ordinario locis reservatis, quemadmodum neque indulta absolvendi à casibus contentis in bulla, quæ in die Cœnæ Domini legi consuevit; utpotè sublata per annuam ipsius bullæ publicationem, vires ac robur acquisivisse ex subsequentibus privilegiorum confirmationibus, ac proindè Regulares cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti etiam necessariò exprimendi nec intra, nec extra Italiam in vim privilegiorum, aut confirmationem ejusmodi, quas vel hactenus obtinuerunt, vel deinceps fortè obtinebunt, posse quemquam absolvere ab iisdem casibus in bulla Cœnæ Domini aut Ordinario locis reservatis. At si secus egerint, absolutiones nullas atque irritas fuisse ac fore. Ab aliis verò casibus & censuris Sedi Apostolicæ reservatis, si quidem regulares habeant à Sede Apostolicâ absolvendi facultatem, illam extra Italiam minimè sublatam fuisse ijsdem Sacræ Congregationis decretis hac de re editis jussu S. memoriæ Clementis VIII. quam Sacræ Congregationis sententiam Sanctitas sua ad se relatam approbavit, mandavitq; ab omnibus ad quos pertinet inviolabiliter observari.* Quod decretum non est nuda Doctorum opinio (ut cavillatur Chassaing) sed proprium Decretum Pontificis approbantis sententiam Cardinalium, & mandantis observari. Nam inquiùt Pontifices, *Omnia nostra facimus, quibus auctoritatem nostram impertimur*, cap. 22. in 6. de præbend. Cœlestinus *in titulis sententiarum adversus Pelagianos.* cap. 1. Nec refert quod in Cõcilio Tridentino non sit apposita clausula revocatoria privilegiorum, seu concessæ facultatis absolvendi à casibus Episcopo reservatis, quæ tamen clausula, semper apponitur, quoties per illud derogatur aliis privilegiis sess 6. cap. 3. 4. & 5. de reformatione. Item sess. 7. cap. 5. 7. 8. 10. & 14. sess. 14. cap. 4. & 13. sess. 21. cap. 6. 7. & 8. sess. 22. cap. 8. etiam de reformatione quibus addi potest cap. 1. de constit. in 6. ubi habetur, *Per generalem legem noviter editam non intelligi derogatam particularibus locorum & personarum consuetudinibus, nisi id expresse caveatur in ipsa.* Respondet D. du Bois derogationem expressam servire ad tollendum dubium, ut factũ est in allegatis textibus Concilii Tridentini. Item in dubio non censeri derogatum nisi exprimatur. d. cap. 1. sed quando constat aliundè de voluntate, cessat dispositio præfati cap. 1. Ita Glossa ibidem, quam sequuntur alii. Quod probatur expressè ex lege 3. §. *Divus*, ff. *de sepulchro violato.* Ubi habetur. *Divus Hadrianus rescripto pœnam statuit quo dragmata aureorum in eos, qui in civitate sepeliunt, quam fisco inferri jussit, & in Magistratus, qui eadem passi sunt, & locum publicari jussit, & corpus transferri, quid tamen lex municipalis permittat in civitate sepeliri? post rescripta principalia, an ab hoc discessum sit, videbimus, quia generalia sunt rescripta, & oportet imperialia*

*statuta*

*statuta suam vim obtinuere, & omni in loco valere.* Sic in præsenti casu dispositio Concilii Tridentini in cap. 7. sess. 14. de pœnit. generalis est, & ratio postulat eam ubique locorum vim obtinere. At ex ratione & voluntate legislatoris lex est metienda, non ex verbis. Tuldenus Jurisperitus lib. 2. cap. 4. post Surdum decis. 19. & 53. ibi abductum. Quæ autē fuerit mens Concilii, ejus est interpretari, qui legem tulit, l. 1. & ult. cod. de lege cap. 12. ii *de judiciis.* Et ipsius Senatus, cui Pontifex dedit auctoritatem interpretandi, & qui vacavit à promulgatione Concilii usque ad nunc studio ejusdem Concilii, imò ipsimet Patres Concilii generalitatem rationis & voluntatis clarè significant cap. 7. citato. *Synodus hæc confirmat nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut de legatam non habet jurisdictionem. Magnopere verò ad Christiani populi disciplinam pertinere sanctissimis Patribus visum est, ut graviora quædam & atrociora crimina à summis dumtaxat Sacerdotibus absolverentur, ut meritò Pontifices potuerunt causas aliquas graviores suo peculiari judicio reservare. Neque dubitandum est, quin hoc Episcopis in suâ cuique Diœcesi liceat.* Porrò leges latæ pro necessitate disciplinæ publicæ minus egent derogationibus, & facilius generalissimè intelliguntur. Denique bulla Pii IV. incipiens *In Principis Apostolorum*, tollit omne dubium, quia revocantur omnia privilegia adversaria Concilio Tridentino, & sic esse revocata per illud declarantur: ut quæ eorum vigore acta & agenda sunt, ex quo Concilium cœpit ligare nulla sunt & irrita. Ubi Pontifex non agit de solis illis privilegiis, quibus expressè Concilio derogat, quia ut notat Ariaga de legibus disp. 3. num. 8. quoad hoc esset superflua. Quapropter nè tam cōfessariorum, quam confitentiū animæ illaqueentur in constitutionibus nostris approbatis ab Urbano VIII. cum articulis ab Innocentio adjunctis & approbatis, propriisque locis ex illius mandato insertis injungitur Sacristæ ut describat *in loco publico casus reservatos summo Pontifici & Episcopo loci: ut ab omnibus legi possint.*

VII. Non satisfacit præcepto annuæ Confessionis, qui confitentur regulari Episcopo præsentato, sed ab eo injusto reprobato. Ita Tamburinus de jure triplici lib. 5. de pœniten. cap. 5. §. 3. dicens hoc indubitatum esse. Præpositus de pœnitentiâ quæst. 8. dubio 2 num. 8. & 9. Coninck de pœnitentia disp. 18. dubio 7. num. 49. Filliucius tomo 1. tractat. 7. cap. 9. num. 257. Suarez de pœnitentia disp. 28. sect. 5. num. 5. Vasquez de pœniten. quæst. 93. art. 3. num. 4. Cardinalis de Lugo de pœnit. disp. 21 sect. 3. num. 52. Reginaldus in praxi lib. 1. num. 192. Amicus de pœnit. disp. 15. sect. 3. num. 93. Arriaga in 3. part. tomo 8. disp. 42. sect. 4. numer. 28. Perez de pœnit. disp. 51. sect 1. num. 5. Cellotus in auctographo ad Isambert tomo 3. disp. 21. art. 4. num. citato & Parisiis asservato. Ubi subjungitur. *Insuper in eam sententiam descenderunt, &c. & ipsius Societatis JESU Superiores, ut patet ex scripto, nonnullis ejusdem syngraphis suis consignato.* Quod Eminentissimo Cardinali Duci de Richelieu tradiderunt die 19. Februarii an. 1633. Novissimè Insignis Nicolaus du Bois Professor Regius in Universitate Lovaniensi ad propositionem 13. damnatam ab Alexandro VII. contra Navarrum in summa cap. 27. num. 264. Mirandam in manuali prælatorum tomo 1. quæst. 45. art. 6. Roselam in summa verb. *Confessio*, 3. Chokier de jurisdictione Ordinarii in exemptos part. 4. quæst 77. num. 2. Emmanuelem Rodriguez tomo 1. quæst. 29. art. 1. Item in compendio per Hieronymum Rodriguez resolut. 32. num. 2. Joannem de la Cruz lib. 2. de statu Religionis cap. 6. Alexandrum de Arioſtis in summa lib. 1. cap. 10. Chassaing in privilegiis regularium tract. 5. cap. 2. propos. 1. Cespedem de exempt. Regul. dub. 117. Laurentium de Peirinis de privil. Regul. constit. 26. §. 6. numer. 6. Villalobos in manuali de pœnit. num. 41. Fagundez lib 2. de secundo Eccles. præcept. Vegam 1. part. summæ cap. 62. §. 4. Cenedo quæst. 28. n. 1. Strum Lezanam

tomo 1.

tomo 1. quæst. regul. cap. 19. num. 3. & aliquos è Societate Palaum de Sacrament. pœniten. tract. 23. disput. unic. Layman lib. 5. tract. 6. cap. 11. Probatur primò ex Concilio Tridentino sess. 23. cap. 15. de reformatione. *Quamvis* (inquit) *Presbyteri in suâ ordinatione à peccatis absolvendi potestatem accipiant, decernit tamen sancta Synodus nullum etiam regularem posse confessiones sæcularium etiam sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium, aut ab Episcopo per examen, si ita illis videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat privilegiis & consuetudine quâcumq; immemorabili non obstantibus.* Secundò, ex Constitutione 133. Pii V. *Nuper* (inquit) *quasdam declarationes, & moderationes circa nonnulla Concilii Tridentini decreta regulares personas Ordinum Mendicantium, eorum instituta concernentia edidimus & promulgavimus. Et quia uti accepimus illarum vigore, Sacerdotes regulares illorum Ordinum quandoq; minus idonei, & inhabiles confessionibus sæcularium audiendis ab eorum superioribus præpositi absque aliqua Episcoporum, sed solâ Generalis aut Provincialium ministrorum approbatione admittantur, nos super his pro debito pastoralis officii, prout tenemur salubriter providere volentes, tenore præsentium hac nostra constitutione perpetuâ sancimus, decernimus, & declaramus decretum Concilii Tridentini de approbatione regularium audiendis confessionibus sæcularium præpositorum ab Episcopis facienda observari debere, etiam in omnibus regularibus quorumvis ordinum etiam Mendicantium, etiamsi sint Lectores, aut in Theologia de suorum superiorum licentia graduati.* Tertiò, ex constitutione 9. Gregorii XIII. Quartò, ex constitut. 115. Clementis VIII. Quintò, ex decreto 13. edito 24. Septembris anno 1665. ab Alexandro VII. qui statuit non satisfacere *Præcepto annuæ confessionis, qui confitentur regulari Episcopo præsentato, sed ab eo injustè reprobato.* Sextò, ex decreto Sacræ Congregationis Cardinalium declarante per Concilium Tridentinum cap. 15. citato restringi id quod statutum fuerat in Clementina *dudum*, §. *statuimus*. Unde prudenter nostræ constitutiones loco præfato num. 12. monent. *Sciant omnes sacerdotes ad cõfessionẽ ut præfertur deputati præter superius numerata (aliàs absolutio est nulla) sibi necessariã Reverendissimorum Ordinariorum approbationem ad confessiones sæcularium etiam sacerdotum audiendas sub pœna privationis vocis & loci.* Dices primò cum Chokier supra Concilium Tridentinum non derogare juri communi in Clementinâ *dudum*, extravaganti Bonifacii. *Super Cathedram*, extravag. *frequentes*, bullæ Pii V. *Etsi Mendicantium*, Leonis X. in Concilio Lateranensi sess. 11. *Dudum intra mentis arcana*. Respondeo multa privilegia juri communi inserta ut cap. 6. ff. *de rescriptis*, cap. 23. 24. & 30. ff. *de privil.* cap. 2. 6. 12. eodem in 6. esse revocata. Secundò, eo ipso, quo contrarium generaliter & nullâ appositâ exceptione decernitur, priori juri derogatur, cap. *licet*, Rom. de constit. in 6. *Romanus Pontifex condendo constitutionem posteriorem, priorem, quamvis de ipsâ mentionem non faciat revocari nescatur.* Tertiò, licet dicta Clementina & extravagantes sint insertæ juri cõmuni, tamen verissimè privilegium, seu jus singulare continent, pro eâ parte, quâ rejecti habentur pro approbatis. Nam generatim, ac paucis tantùm casibus exceptis ab injustâ admissione vel rejectione opus est appellatione per quam injustitia coram superiore deducatur, & reformetur decreto contrario cap. 13. & 28. in fine, ff. *de re judicata*, arg. cap. 28, 36. & 55. ff. de elect. qui tres postremi textus agunt de appellatione extrajudiciali à non admissione ad actum vel officium aliquod. Item Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 18. de reformatione agit de appellatione interjectâ ab Examinatoribus Synodalibus injustè repellentibus concurrentibus ad pastoratum, ut latius explicat Barbosa in collect. ad citatum cap. 18. num. 145. & sequent. usque ad finem. Faventque Canonistæ cap. 1. de appell. in 6. dividentes appellationem in judicialem & extrajudicialem, contra

Concilii Trident.

Pius 5.

Greg. 13.

Clem. 8.

Alexan. 7

Carmel. Constit.

contra quascumque injustas provisiones vel expulsiones, sivè à beneficiis, sivè ab officiis Ecclesiasticis, ita Nicolaus supra art. 4. post Salgado de protectione Regiâ part. 3. cap. 12. Scacciam de appellat. quæst. 12. DD. in cap. 45. ff. de appelat. Dices secundò quod privilegium vel dispositio juris insertum Concilio Lateranensi sub Leone X. & Viennensi in Clementina *dudum*; habet quod Regulares injustè ab Episcopo rejecti habentur pro approbatis. Item quod dispositioni Concilii Generalis non derogatur nisi apponatur clausula specialis derogationis cap. *ex parte*, cap. *nonnulli*, ff. *de rescript.* ubi Doctores id notãt. cap. *eam te*, ff. *de qualitate*. cap. *ex parte de capell. Monach.* Respondet Prosper Fagnanus in cap. *nonnulli*, ff. *de rescript.* & Nicolaus du Bois citatus longè aliam esse rationem præsentis casus, & casuum, qui in textibus citantur. Nam in cap. *ex parte*, ff. *de rescriptis*, agitur de speciali rescripto ad beneficium, seu præbendam super quâ jam Pontifex disposuerat. Et illa propositio quod *In derogationibus generalibus litterarum Apostolicarum non comprehendantur decreta conciliaria, nisi iis specialiter derogetur*, locum non habet, nisi in litteris gratiæ, & rescriptis contra jus, de quibus rescriptis citati textus in 6. cap. *nonnulli*, cap. *ex parte*, de capell. Monach. etiam agunt. Ut suo more doctè animadvertit Nicolaus du Bois supra num. 297. 298. & 299. post Fagnanum. Dices derogari per
Pius 5. constitutionem Pii V. referentis inter gravamina Religiosis proposita contra Episcopos, *Quod quorundam etiam locorum Ordinarii quosdam Religiosos probos viros & idoneos, etiam à suis superioribus approbatos ad confessiones audiendas admittere nullatenus volunt. Nos motu proprio, certâ scientiâ, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine declaramus, imò volumus quod in suis Ecclesiis, quando eis placuerit licitè & absque ullo impedimento vel contradictione etiã Episcopi, nisi ipse prædicaverit prædicare possint. Quod verò sess. 23. cap. 15. Concilii Tridentini Statuitur, hoc etiam dictorum ordinum Fratres à præfatis suis Generalibus, vel ministris Provincialibus ad audiendas confessiones utriusq; sexus approbatos, minimè comprehendat, ita ut à Confessionibus audiendis tam intra ipsorum Ecclesias, quàm extra minimè prohibeantur. Super hoc litteræ fœlicis recordationis Pauli IV. prædecessoris nostri concedentes eisdem Fratribus Mendicantibus regularis observantiæ posse confessiones sæcularium personarum etiam infirmarum, & extra domos & monasteria sua & ubilibet audire, & de novo concedendo.* Quibus verbis innuere videtur, quod regularis idoneus injustè rejectus ab Episcopo possit audire confessiones, licet non agat specialiter de annuâ confessione. Respondeo eundem Pontificem derogasse constitutione posteriori, seu 133. §. ubi additur. *Quod si regulares aliqui non approbati fuerint tolerati in posterum absque speciali licentia & approbatione ab Ordinariis obtinendâ sæcularium confessiones audire non præsumant.* Quibus verbis solvit argumentum propositum Chassaing fundatum in decretis Sacræ Congregationis, verbi gratiâ, solvente cõtroversias ortas inter Canonicos Diœcesis Lingonensis & Patres Societatis JESU anno 1624. die 22. Septembris. Item ãnno 1644. & Synodalibus decisionibus Cãrnotensi, Andegavensi anno 1584. Parisiensi 1557. Senonensi 1551. Rhemensi 1581. Burdigalensi 1582. &c. Imò in extrãvag. *inter cunctas*, & in aliâ, *vas electionis*, contra Joannem de Poliaco. Deindè declarationes citatæ non agunt de personis rejectis ab Episcopo. Dices ultimò cum Chokier supra, quod licentia transeundi ad strictiorem religionem petita & negata habeatur pro concessa. Præterea Abbas pro benedicto habeatur, si tertiò benedictionem ab Episcopo petierit, & non obtinuerit; cap. 1. ff. de suppl. negl. prælat. Respondeo id provenire ex speciali juris dispositione expressâ in illis casibus. Quod verò cautũ est singulari aliquo jure nõ extenditur ad casus alios, l. 13. 14. 15. ff. *de legibus.*

VIII. Regulares approbati ab uno Episcopo possunt à successore iterùm examinari & approbari, seu reprobari. Ita noster Lezana tomo 1. quæst. regul. cap. 19. num. 7. post Vivaldum

in candelabro aureo, part. 1. tit. de confess. num 28. Miranda in manuali tomo 1. quæst. 45. art. 7. contra nostrũ Urbanum ab Ascensione supra reg. 3. Probat primò ex Pio V. extravag. *Romani Pontificis providentia*, anno 1571. his verbis *Volumus tamen eos, qui semel ab Episcopo in Civitate & Diœcesibus suis prævia examine approbati fuerint ab eodem Episcopo iterùm non examinari, à successore autem Episcopo pro majori sua conscientiæ quiete examinari de novo poterunt.* Secundò, ex declaratione Congregationis Cardinalium. Hoc tenore. *Congregatio Concilii censuit regulares ad audiendum sæcularium cõfessiones in civitate & Diœcesi ab Episcopo prævio examine approbatos, iterùm examinandos non esse: cæterùm posse iterùm à successore examinari juxta constitut. S. mem. Pii V. datã idibus Augusti Pontificatus sui anno 6.* Quæ à fælicis recordationis Gregorio XIII. non est revocata per reductionẽ privilegiorũ.

Pius 5.

S. Cong.

IX. Potest justâ & rationabili causâ subsistente ab Ordinariis restingui & limitari ad certum tempus', locum, & personas approbatio Confessariorum regularium, ita Suarez tomo 4. in 3. part. disp. 28. sect. 7. dubio 6. Navarrus in manuali cap. 4. num. 4. Ex nostris Lezana tomo 1. quæst. regul. cap. 19. num. 8. Urbanus ab Ascensione in Theologia morali tract. 2. reg. 2.

X. Quartus articulus ab Alexandro VII. 24. Septembris anno 1665. condemnatus, sic est. *Prælati regulares possunt in foro conscientiæ absolvere quoscumq; sæculares ab hæresi occulta, et ab excõmunicatione propter eam incursâ.* Per excommunicationem ocultam, non intelligitur purè mentalis. Ratio est quia hæc non habet annexam excommunicationem, ita S. Antoninus in summa part. 3. tit. 24. & cap. 4. Paudanus in 4. sent. dist. 13. quæst. 3. art. 1. concl. 8. Cajetanus in 2. 2. q. 11. art. 3. Aragonius ibi. Bannez etiam art. 4. Sylvester verb. *excommunicatio*, 7. n. 3. & 4. Et alii apud Barbosam in coll. ad Concilium Trid. sess. 24. de reformat. cap. 6. Sed hæresis occulta accipitur pro illâ, quæ in actum externum prodiit, quamvis non sit manifestum, ita Navarrus in manuali cap. 27. num. 254. vers. 11. Toletus in instructione Sacerdotum lib. 1. cap. 89. num. 5. Rochus de Visitatione ibidem. Nostram resolutionem tenent Suarez de Sacramento pœnitentiæ tomo 4. disput. 30. sect. 2. num. 6. 10. & 11. & de censuris, disp. 41. sect. 2. numer. 7. Pellizarius tomo 2. tract. 8. cap. 3. num. 71. Thomas Sanchez 2. in decalog. tomo 1. cap. 11. num. 27. Martinus Perez disput. 48. sect. 2. art. 2. Baldellus tomo 2. lib. 1. disput. 51. num. 18. Layman lib. 5. tract. 6. & 10. num. 18. Nicolaus du Bois ad propositionẽ 4. damnatam ab Alexandro VII. art. 2. Probatur primò ex bullæ Cœnæ decretis. *A prædictis sententiis nullus per alium quam Romanum Pontificem absolvi possit, pratextu quarumvis facultatũ; quibuscumque Ecclesiasticis, quorumvis Ordinum etiam Mendicantium, etiam Episcopali dignitate prædictis, per nos & dictam Sedem in genere vel in specie concessorum, aut concedendorum.* Quod autem bulla illa loquatur etiam de occultis infra patebit. Oppositam sententiam tenet Chassaing in privilegium tract. 5. cap. 3. propositi. 3. dicens. Sacerdos Regularis potest absolvere in foro conscientiæ à censuris & casibus, à quibus jure communi & ex concessione Concilii Trid. absolvere possunt Ordinarii: ac etiam probabiliter in foro externo. Ubi non est recepta bulla Cœnæ, ab omnibus censuris etiam hæreseos, in eâdem contentis, in utroque foro absolvere potest. Et denique ab illis in foro interno, ubi recepta est bulla, dummodò sint occulti. Bassæus eandem probabilem censet, & multis rationibus conatur confirmare, signanter quoad Germaniam, Galliam, non verò Belgium. Docent Thomas Hurtado tractat. 12. num. 1035, 1036. Diana part. 3. tract. 2. resol. 13. Averl. quæst. 17. de ca. suum reservat. sect. 6. Ratio prima est, quia (inquit Chassaing per Concilium Tridentinum dicta sess. 24. cap 6. de reformat.) facultas absolvendi ab occultis est facta Episcopalis, & perpetuò annexa dignitati, & consequenter competit Episcopo jure ordinario, ac proindè regulari Confessario. Cùm per sua privilegia communicet in

privilegiis

privilegiis Episcoporum, quoad facultatem absolvendi. Respondet Nicolaus du Bois art. 2. gratis assumi à Chassaing, quod illa facultas absolvendi per Concilium Tridentinum *perpetuò annexa dignitati Episcopali.* Si per illam perpetuitatem intelligat irrevocabilitatem, quia in ipsomet Cōcilio sess. ultim seu 25, de reformatione cap. 21. innuit quomodo decreta hujus Concilii intelligantur salvâ Sedis Apostolicæ auctoritate. *Sancta Synodus omnia & singula sub quibuscumque clausulis & verbis, quæ de morum reformatione, atque Ecclesiasticâ disciplinâ, tam sub fœlicis recordationis Paulo III, ac Julio III. quàm sub beatissimo Pio IV. Pontificibus maximè in hoc sacro Concilio statuta sunt, declarat ita decreta fuisse, ut in his salva semper auctoritas Sedis Apostolicæ & sic esse intelligatur.* Quare gratis objicitur prætensa illa communicatio Episcopotū in privilegiis, quæ quamvis de facto exhibetur, illa nihilominus non procederet, nisi ex indulto Sedis Apostolicæ, cui derogatur apertè quoad casus bullæ Cœnæ Domini. Dices secundò cum Chassaing, quod absolutio ab hæresi de jure communi nō sit reservata in cap. *damnamus*, & cap. *officium de hæreticis*, Grousset in regulam S. Frāciſci cap. 28. *Dico secundò* (inquit) *eosdem confessarios posse etiam absolvere sæculares à casibus bullæ Cœnæ, & etiam ab hæresi. Probatur ex concessione Urbani IV. in qua concedit dictos regulares posse absolvere sæculares ab omnibus, nisi talia essent, propter quæ Sedes Apostolica esset meritò consulenda, &c.* Respondeo per hæresim occultam non intelligitur purè mentalis, quia hæc si solâ mente fuerit concepta non habet annexam excommunicationem, nec pœnâ Ecclesiasticâ plectitur, quia Ecclesia non judicat de actibus merè internis in foro suo externo, sed dumtaxat in Sacramentali. De nullâ si quidem ꝛc judicari debet, quæ non prægnoscatur. Ita S. Antoninus in summa part. 3. tit. 24. & cap. 4. Paludanus in 4. sentent. dist. 13. art. 1. concluſ. 8. Cajetanus 2. 2. quæst. 11. art. 3. Arragonius ibi, Bannez ibidem art. 4. du Bois supra art. 2 num. 127.

Concilii Trident.

Sylvester verb. *excommunicatio*, multi quę alii quos refert Barbosa in collect. ad Concilium Tridentinum sess. 24. de reformatione cap. 6. Quibus adde nostrum Urbanum ab Ascensione Theologiæ moralis lib. 1. cap. 22. sed accipitur illa, quę in actum externum prodiit, licet per accidens sit occulta, quia tunc nemo adest, qui de illâ possit testimonium ferre. Tamen iisdem pœnis afficitur, quibus ea, quæ omninò est publica. Ita Navarrus in manuali cap. 22. num. 254. in fine, vers. 11. Antonius Rochus de visitat. verb. *occultum*, Toletus in institut. Sacerd. lib. 1. cap. 89. num. 5. & alii à Barbosa ibidem relati, & novissimè Nicolaus du Bois supra num. 128. noster Urbanus ab Ascensione cap. 22. citato, & ante illum Lezana tom. 3, quæst. regul. verb. *hæresis*, num. 2. *Nam* (inquit Urbanus) *si adesset aliquis (ut suppono) qui audiret prolatam hæresim exterius, vel eam per signum exhibitum discernere posset, de facto esset publica.* Dices cum Bassæo, quod aliàs Papæ essent inconstantes, ut potè, qui absque causâ derogarent privilegiis concessis Mendicantibus, quibus datur facultas absolvendi à casibus contentis in bullâ Cœnæ Domini. Respondet Nicolaus du Bois, non tam culpandam inconstantiam Pontificum, quàm sollicitantium importunitatem de quâ leges conqueruntur l. 1. cap. de bon. pet. sublat. *Sed quoniam plerumq; ità in nonnullis causis inverecundâ petentium inhiatione constringuntur, ut etiam non concedenda tribuamus, nec rescripto quidem nostro adversus formam latæ legis loci aliquid relinquatur.* Responsionem secundam & mitiorem mihi submininistrat P. Lezana tomo 4. quæst. regul. verbo *Privilegia Regularium*, num. 20. ubi scribit. *Fa* (inquit) *magnâ saltem ex parte illis concessa sunt in laborum præmium, quos passi sunt & quotidie patiuntur pro sanctæ Romanæ Ecclesiæ defensione & augmento ac animarum salute, pro ut & ipsi Summi Pontifices, qui talia privilegia concesserunt sæpius testantur.* Citatque Peirinis tomo 1. privilegiorum Minimorum in constitut. 26. Leonis X. num. 2. tomo 3. cap. 4. in addition. ad constit.

Vrbanus ab Asc.

ejusdem Leonis X. Respondeo tertiò præfata privilegia Mendicantiũ fuisse data magnâ ex parte motu proprio idest non ad instantiam alicujus, sed ex merâ voluntate Sedis Apostolicæ, ut patebit legenti illa privilegia. Nec revocatione illorum Sedes Apostolica inconstantiæ accusari debet, alioqui omnes Legislatores tam Ecclesiastici quàm laici eandem notam inconstantiæ incurrerent, qui pro ratione temporis, loci, & personarum, condunt & mutant leges. Dices cum eodem Bassæo quod licet recentiores Pontifices non exprimant, tamen censentur excipere in bullâ Cœnæ alia regularium privilegia, maximè cum derogatio privilegii sit stricti juris & restringenda. Respondet Nicolaus du Bois esse expressè legibus decisum, quod *quando in verbis nulla est ambiguitas, nulla debet admitti voluntatis quæstio*, l. 25, ff. de legat. 3. quod etiam est observandum in Pontificiis Constitutiouibus, l. *causam*, ff. de rescrip. Innocentius, Abbas, & Fagnanus ibidẽ. Nec est locus restrinctioni adversus expressam legem, canon. 1. dist. 19. l. 12. ff. *qui, & à quibus manumissi*. Dices cum Bassæo iterùm dumtaxat excludere prætextum. At regulares non prætexunt, quia id præstant vi acceptæ legitimæ potestatis. Respondet D. du Bois illud argumentum continere cavillum circa particulam *prætextum*. Patet enim quod bulla Cœnæ prohibeat omnem usum indultorum concessorũ & concedendorum à Conciliis & Pontificibus. Dices denique quod bulla Cœnæ nõ sit publicata, nec ubique recepta, & servata scilicet in Galliâ, Belgio, Hispaniâ, &c. de quibus legendus Lezana tomo 3. quæst. regul. verb. *Bulla Cœnæ*, num. 61. & 92. Respondet D. du Bois hoc argumentum potius destruere privilegia regularium, quia pleraque non sunt magis publicata quàm bulla Cœnæ. Secundò, quoad ea, quæ forum purè internum concernunt, & concessionem omninò à Sede Apostolica procedentem sufficit, quod sit edita & notificata sufficienter per hoc quod passim sit libris inserta, illustrata commentariis ac cõtroversiis quotidianis agitata. Cæterùm derogatio per bullam non potest negari à regularibus, quia hoc pacto everterent sua privilegia, quæ sunt referta derogationibus. Miror nonnullos cum Chassaing & Bassæo tam acriter propugnare privilegia revocata, & Sacramentum pœnitentiæ tam evidenti periculo nullitatis exponere, quod evitare deberent, etiamsi revocatio dubia, & aliquo modo probabilis foret. Nam illud minus probabile est quod magis accedit ad peccatum. Quare potius existimo sequendos Layman lib. 5. tract. 6. cap. 10. num. 18. Baldellum tomo 2, lib. 1. disp. 51. numer. 18. &c. Pellizarium tomo 2. tract. 8. cap. 3. num. 71. Martinum Perez disp. 48. sect. 2. num. 2. Suarem de Sacramento pœnitentiæ tomo 4. disp. 30. sect. 1. num. 6. 10. & 11. & de censuris disp. 41. sect. 2. num. 7. Thomam Sanchez in decalog. tomo 1. cap. 11. num. 27. Cœterùm ut revocatio privilegii facta per legem habeat suum effectum. Primò requiritur publicatio revocationis. Ita Suarez lib. 8. de legibus cap. 40. num. 1. Bonacina de legibus cap. 8. quæst. 3. punctо 8. num. 20. Lezana supra. Ratio est, sicut enim lex non obligat ante publicationem, ita revocatio privilegii facta per legem caret suo effectu antequam publicetur. Secundò, requiritur ut ejusmodi revocatio quãtumvis facta in Curiâ possit pervenire ad notitiam privilegiatorum. Ita Suarez supra num. 3. Portellus in dubiis regul. verbo *Privilegium*, numer. 1. noster Lezana supra. Tertiò, Non est tamen necesse, ut lex singulis privilegiatis innotescat: sed sufficit si legitima promulgatio facta sit, ita ut in publicam notitiam possit devenire, quod cõtingit regulariter post duos menses extra Curiam. Tunc enim si adhuc aliqui ignorent, per accidens id censeri debet, ita Layman, & Salas apud nostrum Lezanam. Sic non est necesse quod talis promulgatio revocationis in singulis Diœcesibus fiat. Ita Sotus lib. 1. de justitia & jure quæst. 1. art. 4. Medina 1. 2. quæst. 90. num. 4. post 5. conclus. Lezana supra. Ratio est, quia patet ex praxi

contraria

contraria Ecclesiæ, quæ revocat ac promulgat Romæ revocationē privilegiorū regularium. Ita Portellus supr. n. 40. Suarez & Lezana citati. Quartò, factâ legitimâ publicatione, ita ut ejus notitia ad Ordines, Communitates, vel Monasteria privilegiata possit pervenire, manet statim revocatum privilegium, ita ut acta per illud non valeant, etsi ignoranter, aut absque culpâ fiant. Ita Bonacina, Suarez, & Lezana supra. Ratio est, quia leges communes non attendunt id, quod est per accidens, qualis præfata ignorantia, sed id quod est per se & morale. Dicunt tamen nonnulli Doctores eam revocationem privilegii operari effectum suum, quæ fit per litteras, vel nuncium ad hoc destinatum, ita Sanchez, Azorius, Bonacina, apud nostrum Lezanam supra. Addo sufficere quod talis promulgatio revocationis legatur in aliquo libro docto & authentico, ut dictum est supra.

## §. 5.

## *Potestas Episcopalis circa Moniales exemptas quoad Sacramentum Pœnitentiæ.*

1 CIrca administrationem Pœnitentiæ Sacramentalis Monialibus exhibendam. Vide suprà dicta de Religiosis, hic pauca tamen adjiciemus. Licet Confessores Monialium, quæ sub curâ regularium sunt, non debeant examinari ab Episcopo, prout decisum ait Armendariz in addit. ad recop. legum Navarræ libr. 4. tit. 29. lib. 1. §. 1. de confitendo semel in anno num. 17. Tamen Bonacina de Sacramentis disput. 5. quæst. 7. puncto 3. §. 1. num. 22. affirmat tempore Jubilæi Confessarium ab Ordinario approbatum posse absolvere Moniales à peccatis, vel à casibus & censuris reservatis. Licet negativam sustineant Alphonsus Leo tract. de Jubil. part. 2. quæst. 9. num. 25, Bartholomæus à S. Fausto eodem tractatu lib. 4. quæst. 78. Suarez in Enchiridio casuum conscientiæ libr. 5. verb. *indulgentia*, §. *tempore Jubilæi*, Molfesius in summa tomo 1. tractat. 7. cap. 16. num. 32.

Ex ordinatione Concilii Tridentini sess. 25. cap. 10. *Præter ordinarium Confessorem, alius extraordinarius ab Episcopo, & aliis superioribus bis aut ter in anno offeratur, qui omnium confessiones audire debeat.* Campanile in diversis juris can. rub. 12. cap. 16. num. 5. Barbosa de officio & potest. Episcopi part. 2. alleg. 25. ex hoc loco concludunt posse Episcopum dare Confessorem Monialibus subjectis, quæ nulla ratione possunt induci, ut suis regularibus peccata confiteantur. Galetus in Marguarita casuum conscientiæ verb. *Confessio*, & verb. *Monialis*, Armendariz supra num. 17. & 18. Aloysius Riccius in praxi rerum fori Ecclesiastici resol. 638. Addunt Monialibus etiam esse exemptis esse dandum in certis casibus Confessarium extraordinariū ab Episcopo loci. Et quamvis in Confessarios Monialium, quæ subjectę sunt Regularibus (juxta præfatum decretum Episcopi) nullam auctoritatem vel jurisdictionem sibi possunt vindicare, ut docet Armendariz in addit. ad recop. legum Navarræ lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. numer. 98. Nihilominus Gregorius XV. anno 1622. hanc constitutionem edidit quam referunt Aloysius Riccius in decis. Cur. Archiep. Neapol. decis. 244. post num. 12. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 71. & in collect. doct. in Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 10. in bullâ quæ incipit. *Inscrutabili*, in hæc verba. *Confessores verò sive regulares, sive sæculares quomodocumque exempti tam ordinarii, quàm extraordinarii ad confessiones Monialium etiam regularibus subjectarum audiendas nullatenus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo Diœcesano idonei judicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineat. Liceatq; Episcopo ex rationabili causa superiores regulares admonere, ut ejusmodi Confessores amoveant, issq; superioribus facere detrectantibus, aut negligentibus habeat Episcopus facultatem præfatos confessores amovendi, quoties & quando judicaverit.* Hanc Constitutionem explicat Melch. Lotterius de re benef. lib. 2.

II. Concilii Trident.

Greg. 15

lib. 2. quæst. 24. num. 70. & seq. & sacra Congregatio Concilii Tridentini aliquas declarationes, quas Urbanus VIII. approbavit in hæc verba. *Cõfessores extraordinarios Monialiũ nullatenus posse post constitutionem illarum confessiones audire, nisi prius ab Episcopo Diœcesano idonei judicentur, & approbentur. Ordinarios verò Confessores ante constitutionis publicationem deputatos posse durante triennio ab eorum deputatione inchoando pergere in confessionibus sanctimonialium audiendis absque alio examine & approbatione Episcopi. Quod si cõtingat ut eorum facultas à Sede Apost. ultra triennium prorogetur, tunc debere eos ab Episcopo examinari & approbari superiores regulares electos seu deputatos ante ipsius constitutionis deputationem, quibus alioquin facultas competebat audiendi confessiones Monialium sibi subjectarum posse durante eorum officio pergere sine aliâ Episcopi approbatione in confessionibus audiendis illarum tantùm quæ sponte aut proprio motu id ab eis petiverint. At verò eos, qui post constitutionem eligentur, aut quoquo modo deputabuntur, vel qui in eorum officiis, seu dignitatibus expleto jam tempore à constitutionibus cujusq; Ordinis, vel aliàs legitimè præfinito ad aliud tempus confirmabuntur, nequaquam posse sanctimonialium confessiones audire, nisi prius à Diœcesano Episcopo idonei judicati, atque approbati fuerint. Regulares generaliter ab Episcopo approbatos ad confessiones personarum secularium nequaquam censeri approbatos ad audiendas Monialium sibi subjectarum confessiones, sed egere quoad hoc speciali Episcopi approbatione. Regularem ad audiendas confessiones Monialium unius Monasterii ab Episcopo approbatum minimè posse audire confessiones Monialium alterius monasterii, Confessores extraordinarios semel deputatos atque approbatos ab Episcopo ad Monialium confessiones pro una vice audiendas haud posse pluries in vim approbationis ejusmodi illarum confessiones audire, sed ab Episcopo toties esse approbandos, quoties casus deputationis contigerit, Episcopum cui licet ex rationabili causâ juxta dictam constitutionẽ Superiores regulares amovere, & amovent Confessores Monialium, atque administratores bonorum ad earundem Monialium Monasteria pertinentium, iisq; Superioribus id facere detrectantibus, habetq; facultatem prædictos Confessores & administratores amovendi quoties & quando opus ésse judicaverit, non teneri ejusmodi causam significare superioribus regularibus, sed hoc relinqui arbitrio & prudentiæ Episcoporum, quorum conscientiam Sacra Congregatio seriò oneravit.* Præfata sanctio Apostolica, & declaratio Sacræ Congregationis non videtur promulgata in his regionibus, nec consequenter recepta, & obligans juxta mentem Navarri lib. 2. consil. tit. de constit. consil. 1. quæst. 5. & in manuali cap. 23. Toleti lib. 8. cap. 18. Azorii tomo 1. institut. moral. cap. 4. quæst. 1. Rodriguez tomo 1. quæst. regul. quæst. 6. art. 10. Miranda in manuali prælat. quæst. 25. art. 21. Naldi in summa, Valentia tomo 2. disp. 7. quæst. 5. puncto 5. Sanchez lib. 3. de matrimonio disp. 18. num. 1. & aliorum ab illis citatorum, & quidem cõformiter ad cap. *in istis*, dist. 4. & ad legem *de quibus*, ff. *de legibus*. Undè saltem per consuetudinem immemorabilem, vel tacitum Episcopi Leodiensis consensum, Superiores regulares de Confessoribus, sivè ordinariis, sivè extraordinariis liberè disponunt. Nec mirum cùm id etiam videatur in bulla Cœnæ, quæ licet promulgata, tamen non observata quoad omnes clausulas etiam in regnis & dominiis devotissimis, ut notat noster Lezana tomo 3. quæst. regul. verbo *Bulla Cœna*, num. 61. & alii ab eo citati.

II. Qui habet facultatem absolvendi à casibus etiã contentis in bulla Cœnę, non potest virtute illius absolvere ab excommunicatione contractâ ob hæresim, ita Ugolinus tract. de censuris tab. 1. cap. 10. §. 4. num. 13. Bonacina in simili tract. disp. 1. quæst. 3. puncto 1. Alterius de censuris tomo 1. lib. 4. disp. 4. cap. 2. versu *& similiter*, Avila de censuris part. 2. cap. 2. disp. 1. & 7. conc. 12. Graffiis in aureis decis. part. 1. lib. 4. cap. 15. Stephanus Dalvin de potestate Episcop. cap. 29. Torreblanca de Magia libr. 4. cap. 6. Bossi de triplici Jubilæi privileg. sect. 1. casu 8. Lavorius de Jubilæo part. 2. lib. 8.

lib. 8. cap. 8. Duardus in bulla Cœnæ lib. 3. §. 2. quæst. 8. Florenus de casibus reservatis part. 1. cap. 4. §. 22. Farinacius de hæresi quæst. 192. §. 4. Antonius Riccius de jure personar. lib. 5. cap. 14. Campanile in diversis juris canon. rub. 11. cap. 26. num. 54. Nicolaus de benef. part. 11. cap. 10. Philiarchus de offic. Sacerd. part. 1. lib. 3. cap. 27. & part. 2. lib. 2. cap. 25 Fagundez in 5. Eccl. præcepta part. 2. lib. 8. cap. 8. Azorius part. 1. lib. 8. cap. 10. quæst. 12. Vasquez tract. de excommunic. dub. 19. Suarez tomo 5. disp. 7. sect. 6. Dices cum Pegno part. 3. comment. 22. versu *Quod si*, beneficium principis esse latè explicandum. Respondet Bonacina supra beneficium principis latè explicandum esse, quantum patitur intentio principis.

III. Qui autem obtinuerit facultatem absolvendi à casibus Sedi Apostolicæ reservatis potest absolvere à censuris illi reservatis, ita Lavorius de Jubilæo part. 2. cap. 28. Duardus in bulla Cœnæ lib. 3. §. 2, quæst. 11. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 3. alleg. 50. num. 276. Hieronymus Pharao in suo promptuario tract. 1. sess. 18. casu 12. Bossi de triplici Jubilæi privileg. sect. 1. casu 2. Bonacina supra disp. 1. quæst. 3. puncto 1. in fine. Ratio est quia peccata reservata Sedi Apostol. censentur etiam ei reservata ratione censuræ, quare sublatâ censurâ, quilibet Sacerdos approbatus potest absolvere ab illis quamvis non habeat facultatem absolvendi à censuris & casibus reservatis. Hinc infertur primò quod qui obtinuerit à Sede Apostolicâ facultatem absolvendi ab omnibus censuris, posse etiam absolvere à censuris reservatis. Ita Lavorius supra cap. 28. Bossi supra sect. 1, cap. 4. Barbosa supra part. 3. alleg. 50. num. 277. Azorius supra quæst. 12. Bonacina supr. puncto 1. cap. 11. Emmanuel Sa verb. *absolutio*, Graffius lib. 4. decis. cap. 15. num. 28. Ratio prima est quia verba generalia sunt generaliter accipienda. Secunda, quia privilegiũ redderetur inutile, si non posset absolvere à casibus reservatis Sedi Apostolicæ. Infertur secnndò quod qui obtinet facultatem absolvendi ab omnibus censuris reservatis, latis tam à jure quàm à judice, posse absolvere pœnitentes excommunicatos, suspensos & interdictos nominatim ac publicè denunciatos. Ita Navarrus in manuali cap. 27. Sayrus de censuris lib. 2. cap. 20. num. 25. & lib. 7. cap. 14. num. 8. & 9. Bonacina de censuris disp. 1. quæst 3. puncto 6, Filliucius in quæst. moral. part. 1. tract. 8. cap. 10. Duardus in bullam Cœnæ lib. 3. §. 4. quæst. 2. Lavorius de Jubilæo part. 1. cap. 14. Barbosa supra alleg. 50. num. 277. Covarruvias in cap. *Alma mater*, §. 11. Alterius tract. de censuris tomo 1. lib. 4. disp. 4. cap. 2. versu *prima igitur dubitatio*, Hieronymus Pharonius in suo promptuario tract. 1. sess. 18. casu 11. & 15. Gregorius Polachus in bullam Urbani VIII. sect. 42. num. 60. Henriquez in summa lib. 13. cap. 29. §. 4. Suarez de censuris disp. 7. sect. 5. & seq. Sanchez in præcepta Decalogi libr. 2. cap. 12. Layman in summa Theol. moral. lib. 1. tract. 5. part. 2. cap. 6. Præfati Auctores inferunt tertiò, quod si quis confitetur habenti facultatem ordinariam vel delegatam per Jubilæum, bullam, vel aliud privilegium absolvendi ab omnibus censuris reservatis, petit & obtinet ab eo absolutionem generalem in censuris, remanet absolutus, non tantùm à censuris reservatis expressis, sed etiam ab omissis ob oblivionem & ignorantiam non crassam. Ratio est, quia confessarius habet potestatem absolvendi ab omnibus censuris, ut suppono, quas pœnitens conticuit, & utitur eâ facultate generaliter cum intentione auferendi omnes censuras, quantùm potest. Igitur illas revera aufert, & pœnitens remanet ab illis absolutus, & consequenter, si post confessionem recordetur alicujus peccati obliti, habentis annexam aliquam censuram, tenetur tantùm confiteri peccatum oblitum, cui censura erat annexa. Secus dicendum est quando Confessarius non dat absolutionem generalem, vel non habet intentionem auferendi omnes censuras; sunt enim aliqui Confessarii qui solent absolvere dumtaxat à censuris

suris in confessione auditis. In quo casu pœnitens non remanet absolutus à censuris quas per oblivionem omisit. Quare bene notât Navarrus, Ugolinus tab. 1. cap. 20 Navarrus cap. 26. Sayrus lib. 12. cap. 21. Optimum cõsilium esse ut pœnitens in confessione petat absolutionem generalẽ ab omnibus censuris. Tunc enim remanebit absolutus ab omnibus per absolutionem generalem datam à Confessario habente facultatem illas absolvendi. Idem dicendum de casibus reservatis quorum reservatio definit per absolutionem collatam à Confessario habente facultatem reservatorum, licet pœnitens per oblivionem aliquod peccatum reservatum siluerit. Inferunt quartò Avila part. 2. cap. 7. dist. 3. dubio 9, Coninck de pœnitentia disp. 8. dub. 12. & disp. 14. dub. 16. num. 226. Bonacina de censuris disp. 1. quæst. 3. puncto 6. Pœnitentem absolutum per absolutionem generalem à censuris, vel casibus reservatis oblitis in confessione, si post confessionem recordetur alicujus censuræ, vel peccati obliti, posse absolvi à quolibet simplici Confessario habente facultatem absolvendi à mortalibus, licet careat facultate absolvendi à censuris, vel casibus reservatis. Inferunt quintò Suarez tomo 5. disp. 7. sect. 1. Bonacina supra pœnitentem absolutum à censuris oblitis in confessione teneri confiteri peccata oblita, ut ab iis directè absolvatur: non autem confiteri censuras illis peccatis annexas, quando cõfessus est sacerdoti habenti facultatẽ absolvendi ab illis censuris oblitis. Ratio est, quia confessio peccatorum est integrè facienda ex jure divino & ad satisfaciendum Deo non autem jure divino statutum est, ut censuræ exponantur in confessione, sed in tantùm exponendæ sunt, in quantùm opus est ut auferantur Si igitur semel aliqua ratione ablatæ sunt, non est opus semel oblitas exprimere in sacramento, sicut opus est exprimere peccata mortalia oblita, sivè habentia annexam censuram, sivè non.

IV. Papa vel Episcopus, superior regularis habens jurisdictionem ordinariã quasi Episcopalem potest extra confessionem absolvere censuras. Ita Bonacina supra num. 7. Probatur primò quia nullo jure probatur ipsum obligari in sacramentali confessione. Secundò quia quemadmodum potest ligare extra confessionem, ita & absolvere. Tertiò quia usus & praxis ita declarat. Qui autem habet facultatem delegatam, potest absolvere juxta facultatem sibi datam. Quare si habeat absolutè facultatem absolvendi potest absolvere extra confessionem. Quia facultas absolutè & generaliter lata debet intelligi, nec restringi debet ad absolutionem conferendam in confessione: Cùm verba id non importent, sicut è contrariò qui habet facultatem limitatam absolvendi dumtaxat in confessione sacramentali, vel diligenter auditâ, ut frequenter accidit in Jubilæis nequit absolvere extra confessionem. Ratio est, quia facultas & jurisdictio est exercenda juxta facultatem concedentis, ut docent Filliucius tract. 11. cap. 9. quæst. 8. num. 29. Suarez disp. 7. sect. 5. Vasquez de excomm. dub. 20. num. 9. Bonacina supra num. 7. Quod si Confessarius habens facultatem limitatam absolvendi in confessione Sacramentali, datâ absolutione à censuris moreretur, vel amitteret vocem, &c. ante collatam absolutionem peccatorũ esset valida absolutio à censuris, ita Suarez supra, Henriquez lib. 2. cap. 30. Bonacina supra, & alii apud Sanchez lib. 8. de matrimonio disp. 15. num. 25. & disp. 34. num. 30. Ratio est, quia absolutio data fuisset simpliciter & absolutè à Confessario habente intentionem absolvendi etiam à peccatis, ut suppono, quamvis morte præventus nequiverit absolvere à peccatis. Coninck disp. 14. dub. 16. num. 253. Bonacina supra existimant probabiliter posse absolvi censuras extra confessionẽ: quamvis in concessione facultatis dicat Papa vel Episcopus *auditis confessionibus*, absolvatur à peccatis & censuris annexis. Ratio est quia particula illa *auditis confessionibus*, refertur ad absolutionem à peccatis. Qui habet à Papa vel Episcopo facultatem absolvendi à censuris in

foro

foro conscientiæ, potest absolvere extra confessionem, licet non absolvat à peccatis. Ita Avila de censuris part. 1. cap 7. disp. 3. dub. 13. Rodriquez tomo 3. quæst. regul. quæst. 20. num. 7. Suarez de Religione tomo 2. tract. 6. lib. 6. cap. 16. Coninck disp. 14. dub. 16. quæst. 13. Sanchez lib. 8. de matrimonio disp. 34. num. 2. Henriquez lib. 7. cap. 13. num. 2. Bonacina supra num. 8. Noster Lezana tomo 1. quæst. regul. cap. 18. numer. 45, & tomo 3. verbo *absolutio*, num. 6. Ratio est quia verbum illud in foro conscientiæ, denotat dumtaxat illam absolutionem à censura, non prodesse suscipienti quoad Ecclesiam, sed solùm quoad Deum & salutem animæ. Quare poterit dari coram aliquibus, licet non cum strepitu judicii, & præjudicio tertii, vel fisci.

## CAPUT XIV.

### *Potestas Episcopalis circa Sacramentum Extremæ-Unctionis.*

1. Sanctus Eliseus libr. 4. Regum cap. 9. mittit unum ex suis indubiè ex parte Dei, vel à Deo designatum qui ungat Jehu in Regem Israel, ut familiã Achab deleat, vers. 1. *Eliseus autem Prophetes vocavit virum de filiis Prophetarum, & ait illi accinge lumbos tuos, & tolle lenticulam olei hãc in manu tuâ, &c.* Vers. 6. *Unxi te Regem super populum Domini Israel, & percuties domum Achab &c.* Sacer hic textus studiosè à nobis examinandus est. Primò Eliseus typus Episcopi. Filius Prophetarum repræsentat parochos: vocatio illius & missio denotat Parochos ab Episcopo quoad institutionem pastoralem & curam animarum: accinctio lumborum, eorum diligentiam. *Tolle lenticulam olei*, idest olivarum, figurat oleum sacrum infirmorum à Diœcesano esse accipiendum: in vase Jehu, figurat infirmum qui ungi debet, ut dæmonis tentationes ac insultus superare possit. Horum quædam sic sigillatim explicanda sunt.

*4 Reg. c. 6. v. 1.*

*v. 6.*

11. Quemadmodum unctio Jehu à Deo fuit ordinata libr. 3. Regum cap. 19. vers. 16. *Jehu filium Namsi unges Regem super Israel.* Ita unctionem esse Sacramentum tenent communiter Catholici contra hæreticos Wicleffum lib. 4. trialogi cap. 25. & apud nostrũ Thomam Waldensem tomo 2. de Sacramentis cap. 163, contra Waldenses, apud Æneam Sylvium libr. de origine Bohemorum cap. 35. contra Albigenses, apud sanctum Antoninũ part. 4. summæ tit. 11, cap. 7. Lutherum de captivitate Babylonicâ, Calvinum in lib. 4. instit. cap. 19. §. 18. Et anathemate Concilium Tridentinum ferit eos, qui contrarium opinati fuerint sess. 6. de Sacramentis in genere. *Si quis dixerit non esse septem Sacramenta Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Unctionem, &c. Vel aliquod septem horum non esse verè & propriè Sacramentum anathema sit.* Et sess. 14. de Extremâ-Unctione. *Si quis dixerit Unctionem Extremam non esse verè & propriè Sacramentum à Christo institutum sed ritum à Patribus acceptum anathema sit.* Et licet Concilium in definienda hac veritate non utatur particulâ *immediatè*, tamen dum consequenter ait. *Et à Beato Iacobo promulgatum.* Innuit non esse ab eo institutum. Si enim ab aliquo Apostolo fuisset institutum maximè à Jacobo, qui in suâ Canonicâ solus hujus Sacramenti meminit. Probatur ex ipsâ remissione peccatorum, quæ per eundem Apostolum nomine ipsius Dei, huic sacræ Unctioni promittitur. *Si in peccatis sit remittentur ei.* Deus autem solus potest instituere symbolum remissivum peccatorum, at ut causa principalis & auctoritate excellentiæ remittere peccata. Potuit quidem Christus dare Apostolis facultatem, ut ad quodcumque signum ab Apostolis institutum remitterentur peccata. Sed non decuit, primò, quia Christus non id præstitit in reliquis Sacramentis. Secundò, sicut Christus immediatè fundavit Ecclesiam, ita decuit, ut institueret Sacramenta.

*3. Reg. cap. 19. vers. 16*

Concilii Trident.

Tertiò, si alicui Apostolo hæc potestas fuisset concedenda maximè Petro qui erat supremus ac primus Christi Vicarius.

III. Sicut Elias non fuit à Deo destinatus ad ungendum Jehu, sivè per se, sivè per alium, nisi postquam sub Junipero obdormivit, & à somno expergefactus est. Ita Christus Sacramentũ Unctionis non instituit, nisi postquam ipse obiit in Cruce, quæ ex Ruperto lib. 5. cap. per Juniperum repræsentatur. Ratio est, quia hoc Sacramentum supponit in ministro potestatem remittendi peccata, & in ipsius materiam consecrandam benedictionem, ut mox dicemus. At Christus non contulit Apostolis potestatem remittendi peccata nisi post suam resurrectionem, Joannis cap. 20. vers. 23. *Quorum remiseritis peccata, remittentur eis.* Rectè notler Sylveira tomo 5. lib. 9. cap. 4. expos. 5. *In ipsâ sacratissima resurrectionis die, quâ Christus à mortuis resurrexit, sacramentum resurrectionis hominum Christus instituit: Quid enim aliud est sacramentum pœnitentiæ, ac peccatorum confessionis, quàm Sacramentum, quo homines ex peccati morte ad vitam resurgunt. Manifestis & apertis verbis Christus Dominus suis discipulis dat hanc maximam potestatem, & hominibus valdè necessariam, quorum remiseritis, &c. Quæ verba clarissimè sonant, ac significant potestatem judiciariam remittendi ac retinendi peccata, quæ sic dicta est Apostolis tanquam judicibus in foro ac tribunali conscientiæ.* Quare probabile est ante hoc tempus Sacramentum Extremæ Unctionis non fuisse institutum, cùm teste Concilio Tridentino sit Sacramenti Pœnitentiæ consummativum. Fuit igitur vel cum illo vel post illud institutum, cùm nulla cogat necessitas illud Sacramentum prius instituendi.

Joan. 20 v. 23. Sylveira.

IV. Dixit Dominus Eliæ lib 3. Reg. cap. 19. vers. 16. *Jehu filium Namsi unges regem super Israel.* Non adipe, non aliâ materia pingui, sed oleo ut patet ex lib. 4 reg. c. 9 ubi hujus divini præcepti minister Eliæus fieri mandans, v. 1. *Eliseus Propheta vocavit unum de filiis Prophetarum, & ait illi, accinge lumbos tuos, & tolle lenticulam olei hanc in manu tua.* Cujus *olei*? olivarum. Hoc enim commune apud Judæos, sic Sacramenti Extremæ Unctionis materia est oleum olivarum, ut patet ex Jacobo in suâ Canonicâ cap. ultimo vers. 14. *Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini.* Et Concilio Florentino in decreto unionis, ubi nominatim vocatur *oleum olivæ*, Tridentino sess. 14. cap. de Extremâ Unctione. Ubi licet non exprimatur nisi oleum, nihilominus ex communi locutione intelligitur solùm oleum commune & usuale, quod est oleum olivarum. Sic. lib. 3. Regum cap. 17. vers. 12. quando mulier Sareptana ait sancto Eliæ *Non habeo, &c. nisi paululum olei in lecythо.* ubi vers. 14. quando S. Propheta respondet viduæ. *Nec lecythus olei minuetur.* Et lib. 4. Regum cap. 4. altera vidua ait. *Non habeo ancilla tua quidquam in domo meâ nisi parum olei, quo ungar.* Vers. 7. *Vade vende oleum & redde creditori tuo.* Ideſt oleum olivarum, sicut cùm aqua dicitur materia Baptismi, cum panis dicitur materia Eucharistiæ, & vinum similiter, intelliguntur aqua naturalis elementaris, panis triticeus, vinum de vite, quia sunt communia & usualia. Undè Catechismus Tridentinus ait. *Non esse oleum ex quavis materiâ pingui, sed ex olearum bacchis.* S Gregorius in libro Sacramentorum feria quinta hebdomadæ sanctæ. *Emitte Domine spiritum in hanc pinguedinem olivæ.* Et quia congruè oleum olivæ est materia hujus sacramenti. Primò, quia morbos lenit & sanat oleum. Secundò, dat pabulum lumini, ut significetur infirmum in tenebris & umbra mortis versantem vi hujus sacramenti lumen & solamen spirituale recipere. Tertiò Athletæ oleo unguntur secundùm S. Hieronymum in cap. 14. Oseæ ad agonem, cùm ergò æger subeat agonem mortis æquum est ut ad ultimam luctam à Deo corroboretur, ad diabolicas vires & iras refrænendas. Quartò, oleum exhilarat & lætificat, infirmus autem mœrore & morbo oppressus eget lætitia. Has cõgruentias suggerit Theophilactus

3. Reg. 19. v. 16.

Jac. c. 5. v. 14.

3 Reg. 17. v. 12 & 14.

4 Reg. c. 4. v. 2. vers. 7.

Theoph. philactus in cap. 6. Marci. *Sicut oleum & ad labores utile, & lucis fomentum, & hilaritatis est effectivum, ita & Dei misericordiam, & gratiam sancti Spiritus, per quam à labore liberamur, & lucem & gaudium, hilaritatemq; spiritualem, quam accipimus, significat.* Porrò quod materia idonea hujus Sacramenti sit oleum absque mixturâ alterius liquoris, patet ex citatis locis, ubi fit tantùm mentio olei, & ex praxi Ecclesiæ quæ asservat materiam Extremæ-Unctionis & Confirmationis in vasculis distinctis, quia scilicet illud oleum est simplex, Confirmationis est mixtum balsamo. Quod si etiã in distincto vase asservetur oleum catechumenorũ quod etiam est simplex, id fit ob distinctas benedictiones, quibus utrumque oleum consecratur ab Episcopo juxta Pontificale Romanũ. Quod si Innocentius III. epist. 1. cap. 8. Concilium Wormatiense can. 72. & Gratianus canone *illud superfluum.* Et Pontificale in benedictione olei infirmorum non vocet oleum, sed Chrisma; vocatur à Chrisma; quia Chrisma unctionem significat, à verbo χρίω, ideſt ungo. Deindè Suarez disp. 40. sect. 1. num. 10. Henriquez lib. 3. cap. 8. n. 2. Amicus disp. 19. sect. 3. probabiliter tenent balsamo mixtũ oleum esse validam materiam Extremæ-Unctionis, modò per talem mixtionem olei natura, vel ipsius communis usus non corrumpatur. Sicut enim mixtio aquæ, vel alterius liquoris vini materiam non corrumpentis materiam calicis non tollit, ita nec mixtio balsami alteriusvè liquoris olei naturam non corrumpentis Extremæ-Unctionis materiam tollit. Undè Suarez supra, Gammacheus de Extremâ Unctione cap. 12. Amicus de Extrem-Unctione disp. 19. sect. 3. n. 35. colligunt contra Layman tract. 8. de Extremâ-Unctione cap. 2. num. 3. casu quo non possit haberi simplex oleum posse Sacerdotem uti Chrismate, validumque fore Sacramentũ, ministrum tamen peccaturum, non verò infirmum, si ignoret. Ideò verò non potest dari Extrema-Unctio per oleum catechumenorum licet sit etiã substantialiter oleum olivarum. Primò, quia Canones; & Sancti Patres non loquuntur de oleo catechumenorum sicut de Chrismate, quod rem facit aliquo modo probabilem. Secundò, magis conveniunt oleum Chrismatis & infirmorum, quàm infirmorum & catechumenorum: quia Chrisma (inquit Gammacheus) est ad conferendum Sacramentum Confirmationis, oleum infirmorum ad Sacramentum Extremæ Unctionis: sed oleum catechumenorum ordinatur tantùm ad cæremonias accidentales Baptismi, & ad exorcismos, &c. Deindè Confirmatio & Extrema Unctio sunt ad pugnam eum iisdem hostibus conferendam, diverso tamen tempore, una enim pugna durat tempore vitæ, altera in fine & termino. Oleum verò catechumenorum neutram habet relationem. Adde quod Chrisma non tantùm sit oleum infirmorum, sed etiam Confirmationis, quæ est nobilius Sacramentum cùm per solum Episcopum conferatur, imprimat characterem, repeti nequeat. At unctio infirmorum repetitur, nec imprimit characterem; sicque cùm Chrisma sit materia Sacramenti præstantioris, potest etiam esse inferioris & ignobilioris. Quod de oleo catechumenorũ dici nequit. Deindè licet in moralibus omnia essent paria, tamen in moralibus non licet argumentari à pari, sed sufficit auctoritas Innocentii, ut rem de Chrismate reddat aliquo modo probabilem. Porrò Gammacheus post S. Carolũ in quinta Synodo Mediolanensi part. 1. censet unctionem datam scienter cum oleo catechumenorum esse peccaminosam, licet speculativè putet unctionem datam cum oleo catechumenorum adhuc esse veram quia ad materiam Extremæ-Unctionis simpliciter requiritur oleum olivarum ab Episcopo benedictum; cujusmodi est oleum catechumenorum, præterea Orationes quæ pro oleo catechumenorum sunt in Pontificali Romano possunt etiam referri ad effectum Extremæ-Unctionis, dæmonem fugandum, &c.

Certum est proximam materiam V. Extremæ Unctionis esse ipsam un-

ctionem. Patet primò ex figura lib. 3. Regum cap. 19. vers. 15. & 16. *Vnges Hazael regem super Syriam, & Jehu filium Namsi unges regem super Israel.* Et lib. 4. Regum cap. 9. vers. 3. *Tenensq; lenticulam olei fundes super caput ejus, & dices: Hæc dicit Dominus, unxi te regem super Israel.* Vers. 6. *Et surrexit, & ingressus est cubiculum, at ille fudit oleum super caput ejus, & ait, hæc dicit Dominus Deus Israel, Vnxi te regem super populum Domui Israel.* Particulæ *unges, unxi te, fundes, fudit,* denotant actualem unctionem esse proximam materiam. Sic S. Jacobus differens de Sacramento Unctionis ait, *unges eum oleo.* Tum quia D. Cyprianus epist. 73. Tertullianus de resurrectione cap. 8, differentes de Confirmatione, dicunt carnem ungi, tum quia Ecclesia semper adhibuit unctionem, tum quia sicut aqua in Baptismo non confert gratiam nisi infundatur, sic unctio extrema in usu re transeunte posita est, undè dicitur unctio, non autem oleum vel unguentum, quasi sit res permanens: difficultas major est, an oleum Extremæ Unctionis debeat esse benedictum ab Episcopo.

*l.3. Reg. 19. v.51*

*l.4. Reg. c.9. v.3.*

VI. Opinionem affirmativam tuentur cum Concilio Tridentino sess. 14. de Extremâ Unctione cap. 1. Florentino in decreto unionis, Innocentio III. extra. *de sacra unctione,* cap. *cùm venisset.* S. Basilio libr. de Spiritu sancto cap. 27. *Consecramus aquam Baptismi, & oleum unctionis.* Beda in cap. 6. Marci. D. Thomas in 4. dist. 23. Petrus de Ledesma in summa part. 2. de Sacramentis cap. 2. Coninck disp. 29. Gammachęus supra cap. 2. Amicus supra sect. 3. Nugnus part. 3. quæst. 29. art. 6, Bellarminus lib. 3. de Sacramento Extremæ Unctionis lib. unico cap. 2. 3. 4. 5. 6. Franciscus Pitigianus dist. 23. quæst. unica art. 1. Hurtado de Extrema Unctione diffic. 5. Meratius tract. de Sacramento Extremæ Unctionis disp. 2. sect. 1. Sayrus de Sacramentis in genere libr. 1. cap. 3. quæst. unica art. 3. Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. *Extrema-Unctio*, §. 1. Azorius instit. moral part. 1. lib. 1. cap. 9. Valer. Reginaldus libr. 28. num. 50. & seq. Bonacina quæst. unic. puncto 2. Fernandez in exam. Theol. moral. part. 3. cap. 10. §. 1. Vincent. Filliucius in quæst. moral. tractat. 3. cap. 4. Melchior Zambranus de Extrema Unctione cap. 5. Torreblanca de jure spirit. lib. 2. cap. 10. Barbosa de officio & potest. Epis. part. 2. alleg. 31. num. 13. & de officio & potestate Parochi cap. 22. Layman tractat. de Extrema Unctione cap. 2. Ratio est, quia oleum quo ungebantur reges dicebatur sacrum, ut patet psalm. 44. vers. 10. *Unxit te Deus oleo lætitiæ pro consortibus tuis.* Psal. 88. vers. 21. *Oleo sancto meo unxi eum.* de Davide. Igitur à fortiori oleum infirmorum debet esse sacrum, alioqui non erit materia ordinata ad hoc Sacramentum. Nec obstat quod S. Jacobus cap. 5. non faciat mentionem olei benedicti, sed tantùm *in nomine Domini.* Quasi hæc verba cadant in formam proferendâ, vel in fidem, intentionem, cùm quâ fieri debet, tanquam res à Christo instituta, vel Christi auctoritate conferenda, vel in oleum in nomine sanctificatum. Non (inquam) obstat, debent enim intelligi de oleo benedicto ut patet ex Conciliis, traditione Apostolicâ, quæ scripturas obscuras explicat, & Patribus, maximè Beda, qui vocat *Oleum consecratum in nomine Domini.* Nec obstat secundò quod ab Baptismi validitatem & substantiam aqua non debeat necessariò prius benedici. Respondeo enim Baptismum ob maximam sui necessitatem debuisse institui in re maximè communi. Secundò (inquit D. Thomas in 4. distin. 23. quæst. 1. art. 5. quæstiuncula 2.) Christus tactu suo sanctificavit aquâ quæ est remota materia Baptismi, nõ autem ita sanctificavit oleum, quæ est remota materia Extremæ-Unctionis: ideòque ad hujus sacramenti substantiam requiritur alia sanctificatio.

VII. Benedictio olei non est tantùm necessaria necessitate præcepti, sed Sacramenti, aliàs irritum esset Sacramentum, ita contra Cajetanum, Victoriam, Ledesmam D. Thomas citatâ quæst. 1. art. 2. Magister in 4. dist. 23. & ferè omnes Scholastici, ita ut Suarez disp. 40. sect. 1. vocet contra-

riam

riam ad minimum temerariam, Nugnus in part. 3. tomo 2. quæst. 29. diffic. unica, fortè temerariam. Ratio prima est, quia Florentinum & Tridentinum Concil. materiam hujus sacramenti assignantes dicunt esse ab Episcopo benedictum. Pontifices & Patres aiunt esse oleum ab Episcopo consecratum. Undè Innocentius I. epist. ad Decent. ait de hoc Sacramento *solius Episcopi esse Chrisma conficere.* Idem testatur Innocentius III. Per Chrisma autem intelligunt oleum benedictum. Secunda, per Chrisma Baptismi, & Extremæ-Unctionis differunt (inquit D. Thomas supra) quod necessaria sit sanctificatio materiæ Extremæ-Unctionis, non autem Baptismi: & tamen certum est requiri benedictionem aquæ baptismalis ex præcepto, nisi impediat urgens necessitas. Igitur benedictio materiæ Extremæ-Unctionis, non est tantùm de præcepto, sed simpliciter & essentialiter necessaria. Addit tertiò D. Thomas dari efficaciam hujus materiæ, idest olei per sanctificationem, igitur intelligit esse prorsus necessariam. Quod si dicas materiam Sacramentorum debere esse de jure divino, at benedictio olei non est de jure divino, sed Ecclesiastico, quia Ecclesia ejus formulam composuit? Respondet primò Gammachæus hāc vel illam benedictionem aquæ, olei, chrismatis, panis, palmarum, cereorū, esse de jure Ecclesiastico, at potestatem benedicendi oleum esse de jure divino. Secundò, licet benedictio olei ut benedictio præcisè sumpta, sit juris Ecclesiastici, tamen est de jure divino, ut spectatur in genere Sacramenti, & ut materia unctionis. Licet Ecclesia potestate suâ benedicat oleum, ut sic benedictum, sit vera materia sacramēti. Sicut ferè pistor industriâ suâ facit ut sit panis, & vinitor ut sit vinū, & hæc omnia fiunt artificialia, non tamē faciunt, nec facere possunt simpliciter ut panis vel vinum sit materia Sacramenti. Sed hoc est de jure divino & à Christi institutione. Quod ex farina fiat panis est artis humanæ, quod panis coctus sit materia Eucharistiæ est juris supremi ac divini, alioqui diceretur Grammaticos instituisse formas Sacramentorum, quia vocabula instituerunt. Est igitur hæc tantùm aptitudo remota, & non repugnantia, seu potentia obedientialis.

VIII. Benedictio olei, seu materiæ Extremæ-Unctionis ita dependet ab Episcopo, ut Bellarminus lib. de Sacramento Extremæ-Unctionis cap. 7. Suarez disp. 40. sect. 1. Coninck disp. 29. dubio 2. Layman tract. de Extrema-Unctione cap. 2. num. 1. Amicus disp. citatâ sect. 3. num. 41. Nugnus part. 3. tomo 2. quæst. 29. art. 6 diffic. unic. Filliucius tract. 3. cap. 4. num. 72. Gammachęus supra docent contra Sotum in 4. dist. 23. quæst. 1. art. 3. Henriquez lib. 3. cap. 8. Valentiam disp. 8. quæst. 1. puncto 2. non posse simplici Sacerdoti conferri facultatē consecrandi illud oleum. Primò quia Ecclesia nequit immutare essentiam Sacramentorum, at benedictio illa per Episcopum est de essentiâ Sacramenti Extremæ Unctionis: ut patet ex Conciliis, quæ definiunt materiam hujus Sacramenti esse oleum ab Episcopo benedictum, & consequenter ab alio, quàm ab Episcopo nō validè benedici. Quia cùm absolutè & sine ullâ limitatione hoc asserant, nullū relinquunt fundamentum opinandi contrarium. Quod autem Concilia non definiant dumtaxat materiam quæ de facto ex usu & praxi Ecclesiæ huic Sacramento supponitur, patet, quia sic Conciliorum auctoritas enervaretur ad materiam hujus Sacramenti stabiliendam. Et idem dicendum esset cùm Cōcilia definiunt materiam hujus Sacramenti esse oleum benedictū non definire materiam, quæ essentialiter ad hoc requiritur, sed quâ de facto Ecclesia utitur, & sic tolleretur omnis benedictio ut essentialiter requisita ex parte materiæ, quod falsum est. Nam Concilia non dicunt materiam hujus Sacramenti esse ordinariè oleum ab Episcopo benedictum, sed absolutè pronunciant esse oleum ab Episcopo benedictum; ex quo sequitur Sacerdotem per dispensationem non posse benedicere hoc oleum. Deindè ex veteri consuetudine olim Præsbyteris seu Parochis præceptum

est, ut in Cœnâ Domini adeant Episcopum cum tribus ampullis, ut in prima accipiant Chrisma, in secundâ oleum catechumenorum, in tertia oleum infirmorum. Vt ex Concilio Meldensi refert Burchardus lib. 4. decretorum cap. 75. & patet ex antiquo ordine Romano à Gelasio Papâ conscripto, saltem ante tempora S. Gregorii, ut videre est apud Baronium tomo 6. annalium, ubi fit mentio trium istarum ampullarum, in quarum unâ ponitur oleum infirmorum. Denique nulla occurrit ratio sufficiens dispensandi, primò quia unctio illa non est simpliciter necessaria ad salutem. Secundò, quia oleum benedictum ab Episcopo potest facile transferri in quaslibet mundi partes. Nec refert primò, quod secundùm nonnullos Papa possit dispensare, ut Sacramentum Confirmationis administretur à simplici Sacerdote, & consequenter; imò à fortiori posse dispensare ut simplex Sacerdos benedicat oleum infirmorum. Ad hoc dico disparem esse rationem, quia Concilia non dicunt absolutè Confirmationis ministrũ esse Episcopum, sed addunt *Ordinarium*, quasi dicant extraordinariũ esse alium ab Episcopo. At non asserunt ordinariam materiam Extremæ-Unctionis esse oleum benedictum ab Episcopo, sed absolutè. Deindè si in ministro Confirmationis est aliquando dispensatum, id non legitur de materiâ Extremæ Unctionis, seu oleo non benedicto, seu benedicto à simplici Sacerdote: ex quo sequitur id esse indispensabile. Nec refert secundò quod sacerdos possit consecrare, quod est majus, quàm benedicere oleum infirmorum. Hoc argumentum. *Qui potest majus, potest & minus*, non valet in iis, quæ pendent à solâ voluntate institutoris, nisi quando minor potestas includitur in majori. At potestas consecrandi oleum infirmorum non includitur in potestate consecrandi Corpus & Sanguinem, sed sunt disparatæ & ordinatæ ad diversos fines & munia. Nec tertiò sequitur Papam posse committere benedictionem olei infirmorum Sacerdoti simplici, quia huic potest committere benedictionem Calicis, Altaris, Ecclesiæ, Virginum, hoc posterius potest Pontifex; quia aliàs dispensatum est: nunquam verò à tot sæculis, & inter tantas persecutiones dispensatum est cum priore. Nec etiã sequitur Pontificem posse dispensari in confectione sacramentalis, sicut in confectione Sacramenti, si sacramentale non includatur in sacramento. Ex quibus sequitur oleum à simplici Sacerdote benedictum esse invalidam materiam Extremæ-Unctionis.

Cœterùm benedictio Episcopalis, ut reddat materiam Extremæ-Unctionis idoneam non habet certum aliquem & determinatum ritum, vel modum necessarium: Potuit enim Christus, ad materiam hujus Sacramenti, quoad substantiam destinare benedictionem; modum autem benedicendi relinquere Ecclesiæ, ut patet ex traditione. Unde benedictiones pro materia Confirmationis, catechumenorũ, & Extremæ-Unctionis sunt ab Ecclesia determinatæ. Quoad locum consecrationis potest Episcopus in aliâ Ecclesia consecrare oleum, si absit à Cathedrali. Ita resolutum fuit à Sacra Congregatione Rituum in Oriolen. 17. Novembris anno 1600. ut refert Aldan tit. 8. num. 11. Quoad tempus debet singulis annis ab Episcopo consecrari feriâ quintâ in Cœnâ Domini, & distribui Præsbyteris Diœcesis cremato veteri, ita ut post novum consecratũ, nequeat adhiberi vetus juxta decisionem Sacræ Congregationis Rituum in Cepten. 7. Septembris 1601. apud Aldan supra num. 12. Quamvis certus numerus Sacerdotũ sit præscriptus in Pontificali, tamen si desint potest suppleri per Canonicos, ut ab eãdem Sacrâ Congregatione Rituum resolutum fuisse in unâ Lauretanâ 9. Maii 1606. narrat idem Aldan num. 13. Imò cum minori numero Sacerdotum (inquit idem Aldan num. 18.) juxta resolutionem ejusdem Sacræ Congregationis in Curien. 21. Augusti 1604. & Naxiensi 12. Martii 1616. IX.

Quoad ministrum esse solum Sacerdotem satis apertè innuit Sanctus Jacobus X.

Jacobus supra & Concilium Tridentinum sessione 14. de Extrema-Vnctione cap. 3. & can. 4. contra modernos, qui per Præsbyteros intelligunt seniores ætate & officio. Nec obest Innocentius I. dicens licitam esse non Sacerdotibus dumtaxat, sed omnibus Christianis uti hac unctione. Notter Thomas Waldensis lib. 2. de sacramentis cap. penult. ait posse Laicũ in absentia sacerdotis conferre hoc Sacramentum. Sed melius alii respondent Innocentium non loqui de usu activo, sed passivo hujus Sacramenti, ita ut sensus sit quemlibet Christianum gravi morbo laborantem posse ungi oleo, nec unctionem esse denegandam modò fiat per Sacerdotem. Alphonsus à Castro verb. *Extrema-Vnctio*, aliter respondet de unctione ultimâ posse applicari per laicos ex quâdam pietate ad curandum corporis morbum. Hujus rei exempla referuntur à Ruffino libr. 2. hist. cap. 4. in prato spirituali cap. 1. & 20. à Sancto Hieronymo in vitâ S. Hilarionis, à Severo Sulpitio in vitâ S. Martini, à Baronio tomo 2. ad annum 132. Quoad rationem Sacramenti debet à Sacerdote administrari, & quidem ut validè cõficiatur qui subministrat materiam debet & formam proferre, ut docet Suarez disp. 43. sect. 2. Nugnus part. 3. tomo 2. quæst. 31. art. 2. juxta illud Jacobi. *Orent super eum ungentes eum oleo.* Quibus significatur ab eodẽ proferendam esse formam, qui applicat materiam, seu ungit. Ratio est, quia Sacramenta, quæ in usu consistunt, debent determinari per verba à ministro prolata, ita ut Baptismus sit nullus, si ab uno materia, & ab alio forma adhibeatur. Et licet forma Baptismi sit indicativa, & expresè referat eum, & qui lavat, & verba profert, & Extrema-Vnctio sit deprecativa: tamen ex communi usu locutionis significat cum qui verba profert, ungere. Potest tamen à pluribus administrari simul, vel successivè, si unus ungens unum sensum proferat formam partialem, & alter alterum sensum proferendo etiam partialem formam independenter ab alio, ita Bonacina supra puncto 4. num. 7. Henriquez libr. 3 de sacramentis cap. 15. num. 3. Suarez supra sect. 2 num. 8. Saverb. *Extrema Vnctio.* Coninck disp. 19. dub. 9. Nugnus supra, Amicus sect. 8. num 145. Patet primò ex verbis Jacobi. *Inducant Præbyteros.* Secundò, si Sacerdos post consecrationẽ hostiæ deficiat, potest alter Sacerdos calicem consecrare tantum. Et Episcopus postquam Sacerdotem consecravit, deficiat, priusquam eidem potestatem remittendi peccata conferat, potest & debet alter Episcopus ejusmodi potestatem concedere, non repetendo quod præcedens Episcopus fecit. Sic esto effectus gratiæ non sit collatus per primam unctionem, est tamen Sacramentum inchoatum per primam partualem formam & materiam. Nec secundus Sacerdos tenetur unctionem per alium factam repetere. Nec est par ratio de primis verbis Calicis, *Hic est Calix*, quia illa non faciunt integram formam partialem Calicis, sicut unctio unius sensus cum sua forma. Tamen quemadmodum licet una species supponatur cõsecrata potest licitè à secundo Sacerdote simul cum calice nova hostia consecrari. Sic licet primus Sacerdos unam vel alteram unctionem adhibuerit, potest alter Sacerdos omnes quinque adhibere. Ita Amicus citatus, Layman cap. 6. num. 3 Bonacina puncto 4. num. 8. & alii cum Lezana tomo 3. quæst. regul. verb. *Extrema Unctio*, num. 9. Sic licet una gutta olei sufficiat in qualibet unctione ad valorem Sacramentalis unctionis, ut putat Diana part. 3. tract. 4. resol. 177. Tamen Lezana cum Filliucio tomo 1. tract. 5. cap. 4. numer. 78. existimat requiri infusionem, quæ non fit unâ guttâ. Sic lib. 3. Regum cap. 9. vers. 3. Eliseus in unctione Jehu præcepit fundi. *Tenens lenticulam olei super caput ejus.* Vers. 6. *Effudit oleum super caput ejus, & ait, hæc dicit Dominus Deus Israel, unxi te regem super populum Domini Israel.* 4. Reg. c. 9. v. 3.

Quod si necessitas urgeat, nec sit major quantitas olei, potest Sacerdos applicare cum formâ sub conditione. Cùm ea quæ spectant ad subjectum & effectum hujus sacramenti non concernant officium & potestatem

potestatem Episcopi, idcò hic omittimus.

X. Solùm dicendum tempore interdicti Chrisma posse ab Episcopo confici saltem januis clausis, ita cap. *Alma mater*, vers. *adjicimus*, de sentent. excommun. in 6. Archidiaconus, & alii communiter, Covarruvias ibi, Ugolinus tab 5. cap. 7. §. 4. num. 2. Henriquez cap. 6. §. 7. lib. 3. cap. 45. §. 1. litt. M. Marius Altertus de censuris, tomo 2. disp. 4. cap. 2. vers. *communis*, Benzonius de iustitiâ Pontificii interdicti cap. 6. vers. *praterea*, Barbosa de officio & potest Episcopi part. 2. alleg. 31. num. 24. Bonacina de censuris disp. 5. puncto 2 §. 1. Hujus ratio est quia (inquit) quando aliquid conceditur eo ipso censetur concedi omne illud, sine quo concessum non potest poni in esse, alioqui frustra concederetur. At tempore interdicti possunt administrari quædam sacramenta saltem ex privilegio parvulis, adultis, infirmis, & sanis. Igitur illis concessa facultas conficiendi sacramenta, &c. Imò Barbosa supra num. 25. docet sacrum Chrisma posse etiam ab Episcopo publicè confectari. Ratio ejus est, quia textus vers. *adjicimus*, non emanavit ad ampliandam interdicti prohibitionem, & tollendos casus in quibus jure aliquo illa prohibitio fuerat modificata, sed ad temperandum rigorē interdicti in casibus, in quibus alias usum divinorum impediebat. Igitur lex lata in favorem & rigorem minuendum non potest operari effectum contrarium juxta regul. *Quæ ob gratiam*, lib. 6. & l. *legata mutiliter*, juncto summario, ff. *de adimplenda leg.* Quare sicut jure aliquo usus Baptismi & Confirmationis simpliciter concessus reperitur tempore interdicti, publicè & apertis januis, ita pro conficiendo Chrismate id ipsum debuit concedi. Confirmatur quia forma præscripta in vers. *adjicimus* clarè innuit non posse applicare confectioni Chrismatis. Nam textus ibi agit de divinis officiis, & celebrandâ singulis diebus missâ, quod chrismati maximè convenit, nam fieri non potest quotidie, sed semel in anno in Cœnâ Domini. Non potest etiam contineri in priori parte, quâ agitur de Missæ sacrificio faciendo, nec in posteriori de divinis officiis dicendis, quia Chrisma non dicitur, sed fit, seu conficitur. Undè hic loquendi modus dicantur officia singulis diebus proprie & in toto rigore convenit recitationi horarum, quas diurnas & nocturnas appellamus, ut colligitur etiam ex vers. *ibi Canonici, qui interfunt.*

XII. Episcopus peccator consecrans Chrisma vel oleum infirmorum non peccat mortaliter, nec Sacerdos in peccato mortali cōficiens Sacramentalia, nec Diaconus vel subdiaconus altaris ministerium exercentes, nec Concionator habens concionem in peccato mortali. Ita Granadus in 3. part. de Sacramentis in genere controv. 3. tract. 5. num 7. Hurtado de Sacramentis in genere disp. 4. diffic. 10. Tannerus tomo 4. disp. 3. quæst. 4. dub. 3. num. 34. Præpositus in part. 3. quæst. 64. art. 6. dub. 1. num. 34. Diana resol. moral. part. 5. tract. 13. resol. 73. Mæratius tractat. de sacramentis disp. 8. sect. 2. in fine contra Henriquez in summa lib. 10. cap. 23. § 5. Joannem de Lugo de Sacramentis in genere disp. 8. sect. 6. num. 156. Ratio (inquit hic) quâ probavimus ministrum in peccato mortali Sacramenta conficientem peccare mortaliter, nullum, ut patet, in his omnibus locum habet: aliundè verò nullum præceptum, vel naturale vel positivum est quoad has actiones omittendas teneantur.

XIII. Omnes quantumvis exempti subjiciuntur Episcopo in petitione talium olcorum sacrorum, consecratione Ecclesiarum, &c. Ita cap. *veniens*, ubi Abbas num. 2. not. de præscript. Baldus de præscript. in 1. part. quintæ partis quæst. 12. Francisc. 1. num. 7. vers in glossa de privileg. in 6. dixi, lib. 1. quæst. 6. in fine cap. *cum nullus*, de tempore ordin. in 6. Glossa cap. *Abbatibus* 17. quæst. 2. Rebuffus in praxi benef. part. 1. titul. de Clericis, & à quibus, quomodò creentur numer. 22. Erasmus Chokier de jurisdictione Ordinarii in exemptos part. 2. quæst. 45. n. 16, & part. 4. quæst. 11. art. 1. Barbosa de officio & potestate

Episc.

Episc. in exemptos allegat. 31. num. 20. Noster Lezana tomo 4. quæst. regul. verb. *oleum sanctum quoad Regulares*, num. 3. Debetque Episcopus prohibere nè quidquam petatur pro chrismate & oleis sacris, vel recipiatur ab ipsis Parochis vel exemptis, etiam liberè oblatum, pravaque consuetudo tollenda est ab iis; qui præpositi sunt talibus distributionibus, & nolunt distribuere, nisi ova, aut aliquid aliud ipsis tribuatur. Ita declaravit Sacra Congregatio Episcoporũ & reg. apud Gavantũ in manual. Episc. verb. *Olea sacra*. Et docent Fuscus de de visitatione lib. 1. cap. 6, num. 13. Ugolinus de potestate Episc. cap. 4. §. 3. num. Lezana tomo 4. quæst. regul. verb. *Oleum sacrum*, Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 4. num. 20. qui citat Concilium Bracharense quartũ actione 4. cap. 28.

XIV. Quilibet Episcopus potest dare oleum infirmorum Fratribus Crucigeris ex concessione Urbani III. in bulla *cùm antecessor*, tomo 1. bullarum istius Papæ num. 1. Cujus mentionem faciunt Novarius in Lucernâ regularium verb. *Oleum sanctum*, num. 1. Barbosa in collectaneis sess. 14. cap. 1. de Extremâ Unctione. Quo privilegio (inquit noster Lezana supra num. 4.) uti etiam possunt aliæ Religiones cum ipsis communicationes privilegiorum habentes. Imò etiam in jure cõmuni stando & secluso omni privilegio, si Episcopus absit, vel Sedes eo tempore vacet proximus Episcopus potest hoc oleum conferre. Ita Glossa verb. *Spiritualibus*, cap. *Si Episcopus*, de supplement. negligen. Prælatorum. & notant Ugolinus supra cap. 7. §. 2. num. 2. Barbosa supra allegat. 31. Lezana proximè citatus.

## CAPUT XV.

### *Potestas Episcopalis circa Ordines Sacros.*

1. SAnctum Eliam fuisse Sacerdotem testatur Isidorus de ortu & interitu Prophetarum cap. 35. *Elias Sacerdos magnus atque Propheta*, &c. Rupertus idem sentit lib. 5. de dict. verb. cap. 9. Rabbi Salomon apud Galatinũ lib. 6. de arcanis Catholicæ fidei cap. 13. Alii existimant nõ fuisse Sacerdotem, nec ex genere Sacerdotali. Vide Cammartum de gestis Eliæ cap. 3. sect. 20. Cornelium in cap. 17. libr. 3. Regum. Nostrum Lezanam tõmo 1. annalium nostri Ordinis. Huic quæstioni discutiendæ non immorabor, Lector videat quæ diximus tomo 2. tractat. 2. cap. 11. num. 19. Quæritur (esto tantùm fuerit Levita ut contendit Cammartus supra) an & quo ritu Levitæ, Sacerdotes, & Pontifices consecrabantur, quia licet jure successionis haberent sua officia, tamen non poterant ea exercere, nisi priùs certo ac legitimo ritu forent consecrati. Quia de illis aliàs diseruimus, ideò hæc breviter accipe de Levitis ex Numer. cap. 8. vers. 6. in quorum consecratione tria præcipuè spectabantur. 1. Purificatio. 2. Consecratio. 3. Applicatio. 1. Ad usum Ministerii Purificatio fiebat aspersione aquæ lustralis, 2 rasione pilorum totius corporis, 3. Lotione vestimentorum, 4. Oblatione sacrificii pro peccato. Consecratio consistebat in eo, quod Aaron accipiebat eos à filiis Israel loco primogenitorum, eosque Deo offerret in ministerium tabernaculi, pro illis oraret, ut congruè fungerentur officio suo, ut patet ex Numer. cap. 8. vers. 11. Hoc modo consecrati applicabantur ad usum ministerii, eo ipso quod intromitterentur in Tabernaculum Fœderis Domini, Sacerdotes & Pontifces cum consecrandi ritus, quo Moyses usus est in consecratione Aaron & filiorum ejus habetur Exodi cap. 29. & toto cap. 8. Levitici. Primò Sacerdotes & Pontifex purificabantur lotione totius corporis & oblatione sacrificii pro peccato. Secundò, Consecrabantur Sacerdotes sacerdotali, & Pontifex pontificali veste induti, deindè Pontifex ungebatur oleo unctionis in capite, non autem Sacerdotes, præterea & Sacerdotes in extremitate auriculæ dextræ, in pollice manus, ac pedis dextri tingebantur

sanguine arietis immolati. Insuper Pontificis & Sacerdotum vestes sanguine arietis & oleo unctionis aspergebantur. Denique multa ex canistro panum, & ariete immolato eorum manibus tradebantur, ut ea levarent coram Domino: hæc signa dabantur illis, potestas sacrificandi, & applicabantur ad usum ministerii seu sacrificii. Porrò triplex in hujus actionis solemnitate sacrificium offerebatur. Primò vitulus in hostiam pro peccato. Secundò, unus aries in holocaustum. Tertiò, alter aries in hostiam pacificam. Hæc actio consecrationis Aaronicæ septem diebus durabat, ut habetur Exodi cap. 29. vers. 35. & Levitici cap. 8. vers. 33.

II. Ex hoc concludo, quod sicut olim non omnes promiscuè ministerio altaris se ingerebant, vel ad illud promovebant, sed qui erant ex Tribu Levitica & ex familia Aaron per Moysem certis ritibus initiabantur. Ita in novâ lege non omnibus licet ad ministerium altaris & templi efferri, nec eos efferendi cuilibet potestas collata est, sed selectis quibusdam, quod Apostolus Paulus nunciat ad Hebræos cap. 5. vers. 4. *Nec quisquam sumat sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.* Heb. 5. v. 4. Idest quilibet non se debet ingerere & intrudere in sacra ministeria templi & altaris, sed debet assumi & eligi à Deo, sicut olim Aaron electus est, & ejus posteri. *Nam* (inquit Guillandus) *tametsi nascebantur Levitæ, hoc est sacerdotii generis homines, tamen ad Pontificium seu Sacerdotium non accedebant nisi electi.* Guillad. Sanctus Anselmus *Vocantur ad hanc prælationem ita dignè & sincerè tanquam Aaron, qui non sibi imputavit nec aliquo modo ingessit, sed jubente Deo per Moysem electus est. Chore autem voluit sibi sumere honorem, & ideò divinam sensit ultionem: sed Aaron sublimatus est in Sacerdotem, quia Deus eum vocavit.* S. Anselm. S. Thomas ibi id confirmat à simili. *Ponit modum perveniendi ad Pontificatum, cùm dicit, nec quisquam. Hoc est enim contra naturam, quod aliquid perducat se ad statum altiorem suâ naturâ, sicut aer non facit seipsum ignem, sed fit à superiore. Undè disciplina Dei non habet quod quisquam sibi sumat honorem favore, pecuniâ, potentiâ. Amos cap. 6. In fortitudine enim nostra assumpsimus nobis cornua. Osea cap. 8. Ipsi regnaverunt, & non ex me; sed debet vocari à Deo, si ut Aaron, Exodi cap. 28. Applica ad te Aaron, & ideò Dominus confirmavit sacerdotium ejus, sicut patet Numer. cap. 17. Per virgam, quæ floruit, tales ergò debent assumi, qui non se ingerunt, unde antiquitus signo visibili ostendebantur, sicut patet de beato Nicolaò & multis aliis.*

III. Ut Apostolus id efficacius probet, utitur verbo Christi. *Sic & Christus non semetipsum clarificavit.* Græcus, *glorificavit*, idest gloriam, claritatem, & dignitatem non ambivit, non usurpavit, sed ad eam evectus est, & electus à Deo Patre, qui dixit Christo Psal. 2. *Filius meus es tu, ego hodie genui te, postula à me & dabo, &c.* Cum jure gentium receptum sit, ut filii primogeniti etiam ante Moysem & Aaron ad Sacerdotium & Pontificatum promoverentur, ut optimè animadvertit S. Hieronymus epist. 126, ad Evagrium, psalm. 109. *Tu es Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech* Pro cujus munere ritè exercendo psalm. 44. *Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* Sanctus Thomas. *Ostendit quod Christus factus est Pontifex non à se, sed à Deo.* Sanctus Anselmus. *Christus non clarificavit semetipsum ut sibi sumeret ejus honorem, &c. Non semetipsum quasi diseretum à cæteris clarificavit, idest clarum fecit sublimando in honorem Pontificatus, sed Pater eum clarificavit, ut Pontificem constitueret, & totius mundi Magistrum ostenderet, quando dixit: Hic est Filius meus dilectus in quo mihi benè complacui, ipsum audite. Quasi diceret; hactenus audistis legis Doctores, & alios Pontifices, sed à modo ipsum verum Pontificem audite. Nam dicens, hic est Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, clarificavit eum quem se ideò clarificare ut Pontificem constitueret, demonstravit; eum subjecit, ipsum audite.* Cum igitur non omnibus liceat se in Ecclesiasticas dignitates & officia ingerere, nè eâdem pœnâ plectantur quâ Chore sequentibus paragraphis ostendemus.

ostendemus illam dignitatem & officium solis Episcopis ordinariè competere, & quantâ polleant potestate.

## §. 1.

## *Minister Ordinarius Sacramenti Ordinis est Episcopus.*

I. SOlum Episcopum esse ministrum Sacramenti Ordinis, primò definitum est in Cõcilio Antiocheno cap. 10. Florentino in litteris unionis §. 6. *Ordinarius minister hujus Sacramenti est Episcopus.* Tridentino sess. 23. canone 7. *Si quis* (inquit) *dixerit Episcopos non esse Præsbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi & ordinandi, vel eam, quam habent cum Præsbyteris communem, vel ordines ab ipsis collatos sine populi, vel potestatis sæcularis consensu, aut vocatione irritos esse: aut eos qui nec ab Ecclesiasticâ & Canonicâ potestate ritè ordinati, nec missi sunt, sed aliunde venerunt, legitimè esse verbi & Sacramentorum ministros, anathema sit.* Favet Concilium quartum Carthaginense, ubi omnes ordinationes Clericorum à primo capite usque ad nonum sigillatim tribuuntur Episcopo, & per illum fiunt. Secundò patet ex antiquissimâ praxi nascentis Ecclesiæ. Christus à Deo Patre constitutus Pontifex universæ Ecclesiæ instituit Apostolos Sacerdotes in ultimâ Cœnâ quoad Eucharistiæ consecrationem, & post resurrectionem dedit eis potestatem remittendi peccata, creavitque Episcopos mittendo eos in orbem universum, idem Act. cap. 6. Creaverũt Diaconos, Act. cap. 15. Ordinaverunt Saulum & Barnabam, ac illis manus imposuerunt. Act. cap. 14. Paulus & Barnabas ordinati Episcopi Præsbyteros creant per civitates. Idem Apostolus Paulus 2. ad Timoth. cap. 1. declarat se ordinasse Timotheum per impositionem manuum suarum. Ad Titum cap. 1. hortatur Titum, qui erat Episcopus, ut constituat Præsbyteros in Græcia, & eodem capite eum hortatur ut officio Episcopali benè fungatur. Tertiò accedunt Patres, S. Epiphanius hæres. 75. ubi inter hæreticos ponit Aërium, quia faciebat Episcopis & Præsbyteris ordinationẽ communem, S. Clemens lib. 3 constitut. Apostolicarum cap. 20. *Nullus* (inquit) *Clericus à Præsbytero, sed tantùm ab Episcopo ordinetur.* Sanctus Hieronymus epist. 85. *Quid facit Episcopus ordinatione, quod Præsbyter non facit?* Quamvis S. Hieronymus ibi videatur nimium coercere potestatem Episcopalem: quia debuisset etiam excipere confirmationem, chrismatis benedictionem, absolutionem à peccatis mortalibus, quam Sacerdotes non habent, nisi fuerint ab Episcopo approbati, tamen tanti facit ordinationem, ut eam solam excipiat. Sanctus Augustinus in præfatione Concilii Carthaginensis, cui ipse interfuit & subscripsit, idem asserit. S. Leo epist. 86. alias 88. scribit Chorepiscopos illos, qui dumtaxat sunt Præsbyteri non posse Præsbyteros, vel Diaconos ordinare. Vide Theodoretum, OEcumenium, & alios in epist. ad Timotheum.

Concilii Trident.

II. Nec Apostolus nobis adversatur dum ait Timotheo 1. epist. cap. 4. vers. 14. *Noli negligere gratiam, quæ in te est per prophetiam cum impositione manuum Præsbyterii.* Nam per *Præsbyterii*, seu cœtum Præsbyterorum S. Chrysostomus, Theophilactus, OEcumenius, Theodoretus nõ intelligũt simplices Sacerdotes, sed majores, scilicet Episcopos. Episcopus enim ordinatur à tribus aliis Episcopis, sic cùm initiantur Sacerdotes Episcopus, & post Episcopum omnes vicissim Sacerdotes manus imponunt juxta decretum Concilii quarti Carthaginensis cap. 30. Vel secundò per impositionem manuum Præsbyterii accipit D. Anselmus ordinationem, quâ Timotheus ordinatus est Præsbyter, seu Episcopus. Non vero (ut erroneè putat Vatablus) per impositionẽ manuum Præsbyterii intelligenda est electio, quâ à Præsbyteris ideò senioribus Christianis Timotheus est electus in Episcopum, quasi impositio manuum sit signum externum electionis. Falsum enim est, quod Senatus

1. Tim. c. 4. v. 14

laicus & civilis constituat & ordinet Episcopos aliosque Ecclesiæ ministro. Nec etiam legimus laicos Episcopis vel Præsbyteris manus imposuisse. Excusat Vatablum Cornelius, existimatque ejus scripta ab hæreticis excudentibus infarta & supposita, & verisimile est, cùm circa ejus tempus Calvinus Galliam suâ hæresi labefactavit.

III. Falsum est etiam (ut volunt hæretici) quod Chirotonia in scripturis non significet manuum impositionē, sed solùm electionē & approbationē populi clericos instituentis, elevando manus sursum, ut legimus apud Romanos in magnis Comitiis fieri solitam. Falsum, inquam, est quia non agitur de populo, Joannis cap. 20. *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, &c.* Lucæ cap. 22. *Hoc facite in meam commemorationem, &c.* Actor. cap. 6. *Imposuerunt iis manus, &c.* Actor. cap. 13. *Imponentes iis manus.* 1. Timoth. cap. 5. *Manus citò nè imposueris.* Sed de solis Apostolis & Episcopis qui quidem manus imponebant, deindè illis locis non dicuntur manus sursum extensæ, præterea sanctus Chrysostomus homil. 14 in Acta agens de Ordine declarat Chirotoniam nullam fuisse extensionem manus super caput ordinandi. Cui arridet S. Dionysius lib. de Hierarch. Ecclesiast. cap. 5. part. 2 *Pontifex manum capiti imponit.* Idem innuit S. Isidorus lib. 2. de divinis officiis cap. 5. Amalarius lib. 2. de divinis officiis cap. 12. Theophilactus in 1. & 2. epist. ad Timoth. S. Hieronymus in cap. 58. Isaiæ. Imò Concilium Carthaginense quartum canone 3. id patenter declarat. *Ubi ordinatur Presbyter debere Episcopum,* Concilii Carthag. *simm. cum Presbyteris circumstantibus super caput ejus manum imponere.* Et canone 4 *In ordinatione Diaconi solum Episcopum imponere super caput ejus.* Denique si ordinatio Episcoporum, Presbyterorum &c. à populo fieret, hæc lex esset deterior veteri in quâ Aaron non a populo, sed à Moyse duce populi, & Pontifice legali ut notat S. Augustinus in hæc verba psalmi 98. *Moyses & Aaron in sacerdotibus ejus.* S. Gregorius Nazianz. orat. 22. S. Hieronymus lib. 1. contra Jovinianum, S. Leo epist. 86. aliàs 88. Philo Judæus lib. 3. de vitâ Mosis. Et sicut Aaron fuit à Moyse ordinatus Pontifex, ita ipse postea alios Sacerdotes & Levitas ordinavit. Quod si olim ordinatio non fiebat nisi per Pontifices, quantò magis nunc in novâ lege, quæ est perfectior, & habet sacrificium excellentius, & Sacerdotes nobiliores.

Nec refert quod laici sæpissimè vocati fuerint ad electionem ministrorum, dist. 23. cap. *qui Episcopus*, dist. 62. cap. *nulla*, apud S. Cyprianum epist. 68. ut populus gratiores haberet, quos suo suffragio elegisset. Nec etiam obstat S. Leo Papa epist. 90. *Nulla ratio sinit, ut inter Episcopos habeantur, qui nec à Clericis, nec à plebibus expetiti.* Ad hoc dicendum aliud esse loqui de ordinatione, aliud de electione: esto Clerici à populo eligantur, non tamen ordinantur; nemo enim dat quod non habet. Cùm igitur nec populi, nec Reges, nec Imperatores potestate & auctoritate spirituali polleant, nequeunt illam communicare. Id sanctus Leo citatus benè animadvertit, nam consequenter ad verba proximè citata, subdit. *Nec à Provincialibus Episcopis cum Metropolitani judicio consecrata.* Nec ordinationem vulgo tribuit S. Hieronymus in cap. 1. epist. ad Galatas dicens. *Tertium Apostolorum genus, quod ab homine, non à Deo est, cum hominum favore & studio aliquis ordinatur. Et nunc videmus plurimos non Dei judicio, sed redempto favore vulgi in sacerdotium subrogari.* Non attribuit plebi potestatem ordinandi, sed tantùm abusum, sicut cùm S. Augustinus dialog. 65. quæstionum, quæst. 64. ait. *Apostolorum genera sunt quatuor à Deo non per hominem, à Deo sed per hominem: per hominem tantùm; & ex se, à Deo etenim missus est Moyses, à Deo per hominem Jesus, Nave per hominem tantùm sicut nostris temporibus multi favore vulgi in sacerdotium subrogati sunt, ex se autem, sicut sunt ipsi Pseudoprophetæ.* Esto, S. Augustinus hunc dialogum composuerit, quod multi negant, eo modo respondendum est, quoad verba S. Hieronymi. Propter

IV.

hos & alios abusus Concilium Laodicænum canone 13. Nicænum secundum canone 3. Octavum Concilium Generale cap. 22. ejusdem electiones prohibuit, maximè quia (ut testatur S. Augustinus epist. 110. & 225.) maximæ seditiones ex his populi suffragiis ortæ sunt. Hinc Theodoretus lib. 4. historiæ cap. 6. narrat quod Valentinianus Imperator Episcopi Mediolanensis electionem ad se delatam recusavit. *Major* (inquit) *res est quàm nobis conveniat.* Cæterùm ipse Calvinus lib. 4 instit. cap. 3. § 16. fatetur servandum esse morem imponendi manus, moxque subdit, non universam multitudinem, sed *solos Pastores* manus imposuisse Ecclesiæ ministris. Si ad *solos Pastores*, igitur non ad laicos, nec ad populum ordinatio. & impositio manuũ ullo modo spectat. Vide Vasquez tomo 3. in part. 3. disp. 243. num. 2. & disp. 244. n. 17. Cominck de Sacramentis tomo 2. disput. 20. num. 24. & num. 75. Hurtado de Sacramentis tomo 2. tract. de Ordine difficul. 17. Philibertum Marchinum de Sacramento Ordinis tract. 2. part. 8. cap. 4. Torreblanca in practic. juris spiritualis lib. 2. cap. 13. Alzedo de præcellentia Episcop. dignitatis part. 2. cap. 5. Cardosium in praxi judicial. verb. *Sacramen. Ordines*, num. 6. Sanchez in opusculis moral. libr. 7. cap. 1. dubio 18. num. 1. Homobonum de Bonis de examine Eccles. part. 1. tract. 3. cap. 8. quæst. 71. Molfesium in summâ Theologiæ moralis tract. 6. cap. 16. Sayrum de de Sacramentis in genere lib. 1. cap. 2. quæst. 3. art. 5. Jodocum Coccium in thesauro Catholico lib. 17. art. 18.

## §. 2.

## *Potestas Spiritualis ordinandi residet penes Episcopos excommunicatos, suspensos, &c.*

1. TAnta est potestas Episcoporum spiritualis conferendi Ordines, ut eam nec hæreticus, degradatus, nec censuris, nec suspensionibus, nec interdictis, nec privatione Episcopatus amittere queant. Ita S. Thomas in 4. dist. 25. quæst. 1. art. 2. S. Bonaventura art 4. quæst. 2. Scotus quæst. 1. Richardus artic. 1. quæst. 2. & 3. Durandus quæst. 1. Paludanus quæst. 1. art. 3. Sotus dist. 25. quæst. 1. Coninck dubio 6 Henriquez lib 10. cap. 21 Fornarius cap. 4. num. 2. Vasquez disput. 243. & 245. Bonacina disp. 8. quæst. unic. puncto 4. num. 2. Layman lib. 5. tract. 9. cap. 9. num. 5. Amicus disp. 23. sect. 1. numer. 2. Et alii Theologi & Summistæ communiter contra Gratianum cau. 24. quæst. 1. & 11. canon. 97. §. 3. Opponitur deceptum quibusdam Patrum dictis de quibus infra. Hanc opinionem erroneam Gratiani amplexus est, & propugnavit Antonius de Dominis Hæresiarcha. Primò, quia Patres de Baptismo & Ordinatione eodem modo philosophantur. Maximè sanctus Augustinus lib. 2. contra epistol. Parmeniani cap. 13. S. Gregorius lib. 2. indict. 10. cap. 32. hujus accipe verba, *Sicut baptisatus semel, iterum baptisari non debet. Ita, qui consecratus est semel, in eodem iterum ordine consecrari non debet.* Idest in Ordine, qui Sacramentum est, imprimit characterem indelebilem ordinato, & consequenter dat illi potestatem, quam Ecclesia illi auferre nequit. Quod si quis existimet Ordines, verbi gratiâ, minores esse Sacramentalia ab Ecclesia dumtaxat instituta, dicere debet Ecclesiam posse ab Episcopis ob crimen absolutè auferre potestatem conferendi minores, sed non solere, quia potius velle ut sint validi. Similiter Collatio Tonsuræ, Ecclesiarum, Altarium, vasorum, virginum consecrationes, si fiant ab excommunicatis, vel degradatis Episcopis, vel contra canones, ut si alienos subditos ordinent, nõ irritantur. Hujus propositionis Laymã duas affert causas. Probatur etiam ex canone *quod quidem*, 1. quæst. 1. ubi de Baptismo & Ordine qui ab indigno ministro conferuntur, hæc habentur. *Aliud est prorsus non habere, aliud pernitiosè habere, aliud salubrè habere. Quidquid non habetur dandum est, cùm*

*opus est dari. Quod verò pernitiosè habetur per correctionem depulsâ pernicie agendum est, ut salubriter habeatur.* Et infra. *Quod si non correxerit manebit ad pœnam usurpatoris, quod datum est, vel ejus, qui illicitè dedit, vel ejus, qui illicitè accepit. Non tamen pro non dato habetur.* Eandem quæstionem decidit Urbanus II. epist. 17. ad Lucium Præpositum S. Juventii tomo 3. part. 2. Conciliorum.

II. Antonius de Dominis & alii contrariæ opinionis assertores varia argumenta proponunt, primum ex sancto Cypriano lib. 1. epist. 4. *Sollicitè ac religiosè considerantes in ordinationibus Sacerdotum nonnisi immaculatos & integros Antistites eligere debemus, qui* S. Cypr. *augue & sanctè Deo offerentes audiri in precibus possint, quas faciunt pro plebis dominicæ incolumitate, cum scriptum sit, Deus peccatorem non audit. Sed si quis Deum coluerit & voluntatem ejus fecerit, Deum audit. Propter quod cuncta diligentia, & exploratione sincera oportet eos ad sacerdotium deligi, quos à Domino constat audiri. Nec sibi plebs blandiatur quasi immunis à contagione delictis esse possit, cum Sacerdote peccatore communicans, & ad injustum & illicitum præpositi sui Episcopatum consensum suum commodans, cùm per Ozeam Prophetam comminetur & dicat censura divina, sacrificia eorum tanquam panis luctus. Omnes qui manducant ea, contaminabuntur, dotens scilicet, & ostendens omnes omninò ad peccatum constringi, qui fuerunt prophani & ministri Sacerdotis sacrificio contaminati. Quod idem in Numeris manifestari invenimus, quando Chore, Dathan, & Abiron contra Aaron Sacerdotem sacrificandi sibi licentiam vendicaverunt.* Quibus verbis innuit omnia, quæ à Sacerdotibus & Episcopis crimine vel censurâ affectis, fiunt, esse contaminata. Ad hoc testimonium dico S. Cyprianum fuisse in illa opinione, scilicet Baptismum & alia Sacramenta ab hæreticis collata esse nulla. Quam opinionem damnavit Stephanus Papa. Secundo, dico tempore S. Cypriani quæstionem fuisse propositam an liceret plebis cõmunicare cum Martiale & Basilide Episcopis, qui peccato Idololatriæ, & aliis facinoribus erant infecti. Quidam affirmabant, quidam negabant. Respondet S. Cyprianus non licere, & per occasionem explicat quales debeant esse Episcopi & Sacerdotes, ut à Deo exaudiantur. Non ergo ait sanctus Cyprianus panem ab Episcopo consecratum esse panem luctus, &c. ut contendunt adversarii: sed citat auctoritatem Oseæ Prophetæ cap. 9. vers. 4. ubi de Israelitis, qui falsos Deos colebant, ita vaticinatur. *Non libabunt Domino vinum, & non placebunt ei, sacrificia eorum quasi panis lugentiũ. Omnes qui comedent eum, contaminabuntur, quia panis eorum anima ipsorum in domum Domini.* Hoc oraculum Oseę duabus constat propositionibus, prima est panis, lugentium repertus in domo alicujus mortui secundum legem Moysis immundus est & contaminatus, Numer. cap. 19. vers. 14. Secunda, sicut panis lugentium mortuum contaminatus est, sic sacrificia & libamina populi Israelitici sunt cõtaminata. Et sicut illi, qui comedunt de pane lugentium mortuum fiunt immundi & contaminati, eo quod populus Israel tempore Oseę Prophetæ, (qui floruit post obitum S. Elisei annis 22. ex supputatione Saliani) modò Deo vero immolabat, modò idolis, ut S. Elias illi exprobavit lib. 3. Regum cap. 18. vers. 21. *Usquequo claudicatis in duas partes? si Dominus est Deus, sequimini illum, si autem Baal sequimini illum.* Sacerdotes autem licet offerrent sacrificia sub prætextu colendi Deum, non tamen legitimè offerebant. Primò, quia (ut dictum est) claudicabant in duas partes. Secundò, quia non offerebant ad honorem Dei, sed ad proprium commodum, ut ex vino, pane, pecoribus, quæ accipiebant à populo in sacrificium possent bibere & epulari, ut innuit Oseę *Panis eorum anima ipsorum.* Tertiò non offerebant in templo Jerosolymitano designato pro sacrificiis, sed alibi contra ordinationem divinam; ut patet ex verbis Oseæ *Non intrabit in domum Domini.* Undè ex hoc triplici defectu eorum sacrificia non erant grata Deo, sed censebantur immunda & contaminata, & volentes illis fiebant immundi

mundi & immaculati: quia erant participes peccati. Ex propositionibus illis duabus de pane lugentium, & sacrificiis Israelitarum, S. Cyprianus hanc tertiam colligit, sacrificium oblatum à Martiale & Basilide Episcopis non est gratum Deo ex parte offerentium & ministrorum, eo quod ipsi sunt crimine idololatriæ & aliis innexi, & populus sponte cum talibus sceleratis communicans flagitii illorum particeps efficitur, præcipuè cum Episcopos probos possit habere si vellet. Et hâc propositione respondet quæstioni propositæ. Dixi ex parte ministrorum: quia ex parte rei oblatæ est alia ratio. Nam si Basilidis & Martialis offerebant verum sacrificiũ, & sacramenta juxta formam & materiam ab Ecclesiâ præscriptam, non poterat esse defectus ex parte rei oblatæ & Sacramenti, sed ex parte offerentium tantùm, qui erant idololatriæ peccato infecti. Comparat autem illos Episcopos indignos cum Chore, Dathan, & Abiron, usurpatores officii sacerdotalis, quoad peccatum, non quoad potestatem. Huic responsioni non obstant alia S. Cypriani verba lib. 4. epist. 2. post medium. *Episcopatum tenere non posset, etiamsi Episcopus prius factus à Coepiscoporum suorum corpore, & ab unitate desciscaret, cùm Apostolus admoneat, ut invicem nosmetipsos sustineamus, nec ab unitate quam Deus constituit, recedamus, & dicat sustinentes invicem in dilectione, satagentes servare unitatem spiritus in conjunctione pacis. Qui ergò nec unitatem spiritus, nec conjunctionem pacis observat, & se ab Ecclesiæ vinculo, atque à sacerdotum collegio separat, Episcopi nec potestatem potest habere, nec honorem, qui Episcopatus nec unitatem voluit tenere, nec pacem.* Ex his verbis non sequitur Episcopum excommunicatum, degradatum, & hæreticum, schismaticum privari potestate ordinis, sed tantùm jurisdictionis. Hæc enim potest amitti, non illa, ut patenter docet sanctus Augustinus lib. 2. contra Parmenianum cap. 13. Quia sicut Episcopus qui ab Ecclesia recedit, & postea redit, non solet iterùm ordinari, ita nec potestatem ordinis annexam characteri amisit. Nec D. Cyprianus erravit cum Donatistis. Hi enim asserebãt Baptismum & ordinem à Sacerdote, vel Episcopo hæretico collatum esse invalidum, & assumebant alium Sacerdotem vel Episcopum Catholicũ, ut ab eo rebaptisaretur, vel reordinaretur aliquis.

III. Argumentum secundum hæreticis submministrare videtur S. Hieronymus in cap. 3. Sophoniæ, dicens. *Sacerdotes, qui Eucharistiæ serviunt & Sanguinem Domini populis ejus dividunt, impiè agunt in legem Christi, putantes Eucharistiam imprecantis verba facere, non vitam & necessariam esse tantùm solemnem orationem, & non sacerdotum merita.* Ex quibus verbis inferunt potestatem Ordinis per peccatum, &c. tolli. Si hoc esset tota Ecclesia turbaretur: si enim mali Sacerdotes & Episcopi privantur potestate Ordinis per peccatum, &c. sequitur reliquos Sacerdotes & Episcopos per primum peccatum, censuram, &c. quam post susceptos ordines incurrerunt, fuisse privatos potestate ordinis, nec amplius esse Sacerdotes & Episcopos, & toties fuisse sacrilegos, quoties Sacramenta conferunt, sic nullus erit in conscientia securus cogitans se verè non recepisse absolutionem, Eucharistiam, sacros Ordines, si acceperint ab Episcopo vel Sacerdote qui in censuram vel peccatum lapsus est. Sanctus Hieronymus non loquitur præcisè de consecratione panis & vini Eucharistici, sed de Eucharistiâ, idest de gratiarum actione, quæ Deo redditur à Sacerdote per oblationem Eucharistici sacrificii. Sensus ergò est, Sacerdotes impiè agunt, putantes se Deo gratiarum actionem reddere per solam consecrationem, quam vis malè vivant.

Hieron.

IV. Argumentum tertium desumitur ex Gelasio Papâ apud Gratianum, cap. *sacrosancta*, 1. quæst. 1. *Sacrosancta* (inquit) *religio, quæ Catholicam continet disciplinam, tantam sibi reverentiam vendicat, ut ad eam quilibet nisi pura conscientia non audeat pervenire. Nam quomodo ad divini Mysterii consecrationem cœlestis spiritus invocatus adveniet, si sacerdos qui eum adesse deprecatur*

Gelasius.

*deprecatur criminosis plenus actionibus reprobetur.* Ex quibus inferunt Eucharistiam & alia Sacramenta à flagitioso Episcopo vel Sacerdote collata esse invalida, sed male interpretantur. Vera explicatio est, Spiritum sanctū non cōmunicari ex merito mali ministri, sed ex virtute Christi, cujus nomine & auctoritate Sacramenta conferuntur.

V. Magis contra nostram propositionem urgere videntur verba Innocentii I. epist. 20. insinuantis irritas esse ordinationes, quæ fiunt ab Episcopis hæreticis. *Arianos* (inquit) *cæteraſq; hujusmodi pestes, quia eorum laicos conversos ad Dominum sub imagine Pœnitentiæ, ac sancti Spiritus sanctificatione per manus impositionem suscepimus, non videtur Clericos eorum cum sacerdotii, aut ministerii cujuspiam suscipi debere dignitate. Quoniam quibus solùm baptisma ratum esse permittimus, quod utique in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti perficitur, nec spiritum eos habere ex illo baptismate, illisq; mysteriis arbitramur, quoniam cum à Catholicâ fide eorum auctores descisserent perfectionem spiritus quam acceperunt, amiserunt, nec dare ejus plenitudinē possunt. quæ maximè in ordinationibus operatur, quam per impietatis suæ perfidiam potius quàm per fidem dixerim perdiderunt.* Vasquez disp. 243. cap. 1. respondet Pontificem non negasse ordines ab Episcopis hæreticis collatos esse irritos: sed clericos ab his ordinatos non esse cum Sacerdotali, aut Clericali dignitate post actam pœnitentiam ab Ecclesiâ recipiendos. Hæc autem verba. *Quoniam cum à Catholicâ fide descisserent, &c.* non significant eos esse privatos potestate ordinis, sed dumtaxat amisisse plenitudinem gratiæ & Spiritus sancti, quæ cum charactere confertur initiatis, ob defectum dispositionis eorum, qui ad illos accedunt initiandi: sic negat Spiritus sancti plenitudinem eos accipere, qui ab illis baptisantur, cum tamen admittat baptismum esse ratum, qui ab eis confertur. Uno verbo Pontifex statuit non esse illis permittendum, ut redeuntes ad Ecclesiam gradum & locum obtineant inter Sacerdotes. Eodem modo solvenda ejusdem Innocentii verba epist.

Innoc. I.

22. cap. 3. tomo 1. Conciliorum ad Episcopos Macedoniæ. *Ventum* (inquit) *est ad tertiam quæstionem quæ pro sua difficultate longiorem exigit disputationem. Cùm nos dicamus ab hæreticis ordinatos vulneratum per illam manus impositionem habere caput, ubi vulnus infixum est, medicina est adhibenda, quâ possit recipere sanitatem, quæ sanitas post vulnus secuta, sine cicatrice esse non poterit, atque ubi pœnitentia remedium necessarium est, illic ordinationis honorem locum habere non posse decernimus. Nam si (ut legitur) quod tetigerit immundus immundum erit, quomodo ei tribueretur quod munditia ac puritas consuevit accipere? Sed è contrario asseritur eum qui honorem amisit, honorem dare non posse, nec illum aliquid accepisse, quia nihil in dante erat, quod ille posset accipere. Acquievimus & verum est, certè quia quod non habuit, dare non potuit: Damnationem utique quam habuit per pravam manus impositionem dedit, & qui particeps effectus est damnato, quomodò debeat honorem accipere, invenire non possum.* Ex his verbis tantùm colligi potest ordinatos ab hæreticis non habere honorem & dignitatem in Ecclesia, quia Episcopi hæretici ordinantes non habent honorem in Ecclesiâ, à quâ sunt præscisi, sicut tamen habent characterē ordinis ita illum possunt aliis cōmunicare. Eodē modo solvenda sunt verba Urbani II. cōfirmantis verba Innocentii. Nam Can. *Daibertum*, 1. q. 7. ita loquitur. *B. Innocentii Papæ sententia cōstat declaratū, quod Nezelon, quem cōstat ab hæreticis ordinatum, quia nihil habuit nihil dare potuitei, cui manus imposuit. Nos igitur tanti Pontificis auctoritate firmati, & Damasi Papæ testimonio roborati, qui ait reiterari oportet, quod male actum est. Daibertum ab hæreticis corpore & spiritu digressum, atque utilitatibus Ecclesiæ provitibus insidiantem, ex integro Ecclesiæ necessitate ingruente Diaconum constituimus, quod non reiterationem existimari censemus, sed tantum integram Diaconis dationem, quoniā, ut prædiximus, qui nihil habuit, nihil dare potuit.* Hæc verba vel intelliguntur de honore illis indebito, vel de ordinatione ab Episcopo hæretico facta præter formam Ecclesiæ, vel qui debitam

debitam materiam & formam non adhibuerunt. Vel ab hæretico Episcopo carente potestate Episcopali, sicut de Chorepiscopis sensit Damasus citatus.

VI. Urgent testimonium Urbani I. relatum in Concilio Placentino & canone 109. quæst. 1. Urban. 1. *Si qui à Simoniacis non simoniace ordinati sunt, siquidē probare potuerint se, cum ordinarentur nescisse eos Simoniacos esse, etsi tunc pro Catholicis habebantur in Ecclesiâ, talium ordinationes misericorditer sustinemus. Qui verò scienter se à Simoniacis consecrari, imò execrari permiserint, eorum consecrationem omninò irritam decernimus.* Id intelligendum est quoad executionem: ita ut nequeat sic ordinatus susceptum ordinem exercere, ut declarat canone sequenti Nicolaus II. confirmatus ab Alexandro II. epistol. omnibus Catholicis Episcopis directâ quæ (ut notat Canonum collector) servatur Romę manu scripta in tribus antiquis codicibus. *De cætero statuimus ut si quis inposterum ab eo, quem Simoniacum esse non dubitat, se consecrari* Nicol. 1. *permiserit, & consecrans, & consecratus non disparem damnationis sententiam subeant, sed uterque depositus pœnitentiam agat, & privatus propriâ dignitate perfruatur.* Idem sequenti canone *erga Simoniacos.* Eodem modo censendum est de degradatis & de Chorepiscopis qui contra Ecclesiæ ordinationem alios consecrare audebant, scilicet à degradatis non auferri potestatem ordinandi acceptam à Christo, nec à Sacerdote potestatem consecrandi Corpus & Sanguinem Christi, sed tantùm potestatis exercitium. Eadem quoque interpretatio est applicanda verbis Leonis Papæ epist. ad Anatolium Episcopum Constantinopolitanum, canone 68. quæst. 1. circa medium. *Extra Ecclesiam Dei, nec rata sunt Sacerdotia, nec vera sacrificia.* Idem canone 71. *Extra Ecclesiam Catholicam non est verū sacrificium.* Respondet Glossa non esse rata sacerdotia, nec vera sacrificia, quoad rem sacramenti, scilicet gratiam, & licitam executionem. Quæ enim non possumus licitè exequi censentur irrita, sicut quæ non possumus facere absque peccato dicuntur fieri non posse, & dicuntur ea posse, quæ licite possumus. Sic Scripturæ, Patres, Concilia impossibilia dicunt ea, quæ fieri nequeunt, nisi difficulter, ut patet ex citato canone *extra Ecclesiam.*

VII. Opponunt canonem *Nos*, canonem *Excommunicati*, & canon. *Per illicitam.* 9. quæst. 1. ubi dicitur excommunicatis facta nulla. Ideò excommunicatio cujusmodi dicitur nulla, non quod irrita, sed illicita, undè non præcipit reiterationem, sed suspensionem ab officio. *Quia* (inquit S. Gregorius lib. 3. epist. 20. relatus canone *Nos.*) *igitur sine ullius exempli formâ, violasti talem, tantumq; sacerdotii dignitatem præcipimus, ut usque dum Dominicis, vel responsalis nostri cognoverimus oppidibus, quod non subreptitiâ, sed verâ fuerit jussione ordinatus, nullatenus tu, ordinatoresq; tui attentare quidquam præsumatis sacerdotalis officii neque usque ad rescriptum nostrum ad cultum sacri altaris accedere.* Quibus verbis eandem pœnam injungit ordinanti & ordinato, cùm tamen ordinans licet excommunicatus ordinaverit, non amiserit potestatem ordinis, sed solùm ab officio fuerit suspensus. Igitur nec ordinem accipit invalidè, qui ordinatur ab excommunicato, sed tantum suspenditur ab executione ordinis. In canone *Excommunicati*, sermo est de illicitâ manus impositione. Canon *per illicitam*, vocat manus impositionem illicitam, irritam, & reiterandam, quia à Chorepiscopis data est, quia Chorepiscopi non erant veri & legitimi Episcopi, ideòque eorum ordinationem existimat irritam. *Quapropter* (inquit Damasus) *per illam illicitam manus impositionem, ut paulò superius prælibavimus vulneratum caput illi, qui videbatur aliquid accepisse, habebant, & ubi vulnus infixum est, necessum est, quod legitimè actum est aut collatum minimè approbatum, si perfectum esse debebis.* S. Greg.

VIII. Tamen proferunt verba Petri Damiani Episcopi Ostiensis in relatione suæ legationis Mediolanensis, apud Baronium tomo 11. Annalium anno Christi 1059. numer. 59. *Hîs itaq;* (inquit) *tali modo reconciliatis* Petrus Damian.

*decretum, ut non mox passim omnibus redderetur officium, sed iis dumtaxat, qui & litteris eruditi, & casti, & morum gravitate viderentur honesti, cæteris autem sufficeret, quod sancta Ecclesiæ per divinam gratiam essent rursum inserti, à quo etenim fuerant dira sententiæ falce præcisi. Illi etiam ipsi, quibus ministrandi licentia redditur, non ex malè mercatâ veteri ordinatione admissum reparantur officium: sed ex illâ potius Beati Apostolorum Principis efficacissimâ auctoritate, quâ in Beatum Apollinarem repentè usus est, dicens, accipe Spiritum sanctum, simulq; Pontificatum.* Ex his verbis inferunt hæretici, primò ordinationes simoniacè factas esse nullas. Secundò, Clericos simoniacè promotos auctoritate Papæ esse ordinatos. Sed neutrum posse colligi patet primò, quia per licentiam redditam non intelligitur potestas ordinis, quia non erat ablata, sed licentia utendi potestate ordinis. Qui ergò simoniacè erant ordinati eorum aliqui acceperunt licentiam potestate ordinis, alii minimè: licet omnes validè fuissent ordinati. Secundò, quod spectat ad factum Petri Apostoli, quo dicitur S. Apollinarem uno verbo creasse Episcopum, etsi Petrus Damianus faciat tantùm mentionem verborum, tamen credibile est, quod S. Petrus sancto Apollinari manum imposuerit.

IX. Ex quibus patet ordinatum ab Episcopo excommunicato, &c. recipere quidem ordinis characterem, sed non ordinis executionem, quia Episcopus eam non habet, ita cap *gratia*, cap. *statuimus* quæst. 1. & cap. *Daibertum*, quæst. 7. Idem dicendum de Episcopo à divinis suspenso, interdicto, deposito, degradato. Hic enim quamvis verum Christi Corpus conficiat, & conferat ordinis characterem servatâ formâ Ecclesiæ, cap. *secundum*, dist. 19. cap. *Dominus*, quæst. 1. cap. *quodquidam*, de consecrat. dist. 4. Nihilominus ab ipso ordinati sunt suspensi ab usu & executione ordinum, unde tales ordinationes in jure dicuntur irritæ cap. 1. de Schismat.

## §. 3.

## *Potestas Spiritualis Ordinandi residet penes Episcopum, qui per saltum creatus est, modò sit Sacerdos.*

I. POtestatem ordinariam conferendi ordines esse in eo, qui per saltum Præsbyter & Episcopus ordinatus est, quamvis careat ordine Diaconatus, Subdiaconatus, & reliquis inferioribus (ut fieri potest) docent Vasquez disp. 243. cap. 2. Layman lib. 5. tract. 9. cap. 9. num. 8. Arriaga tract. de ordine difficul. 17. contra Sylvestrum verb *Ordo*, 2. quæst. 1. Henriquez lib. 10. cap. 20. num. 3. Ratio est quia potestas ordinaria conferendi ordines competit Episcopo ratione ordinis Episcopalis non aliorum, & consequenter licet Episcopus careat ordine Diaconatus, &c. potest validè conferre non tantùm eos ordines quos habet, sed etiam quibus caret, quia habet characterem Episcopalem & Sacerdotalem, qui non dependent essentialiter ab aliis, ut docent Scholastici in 4. dist. 24. ubi etiã S. Thomas quæst. 1. art. 2. quæst. 5. Richardus art. 3. quæst. 3.

II. Unde Bonacina disp. 8. quæst. unicâ puncto 4. num. 4. concludit summum Pontificem non posse dare facultatem conferendi majores ordines Episcopo vel alteri, qui non est Sacerdos. Ratio est, quia collatio ordinum est actus ordinis, sed actus ordinis nequit exerceri ab eo qui caret ordine. Secundò, quia potestas conferendi ordines supponit potestatem supra Corpus Christi verum, cap. *ex litteris* de excessibus Prælatorum. Solus autem Sacerdos habet potestatem supra Corpus Christi verum. Igitur Episcopus solus qui sacerdotio initiatus est potest conferre ordines. Tertiò, superior ordo eminenter continet inferiores, qui solùm dispositivè, & non essentialiter sunt præmittendi.

III. Idem Bonacina numer. 6. infert à fortiori Episcopum non posse dare Episcopo non Sacerdoti facultatem conferendi

conferendi ordines majores. Ratio est quia Episcopus nequit alteri demandare functiones ordinis.

III. Secundùm mentem Præpositi de Sacramento Ordinis dubio 15. num. 150. Potest Episcopus alio celebrante sacros Ordines conferre. Ratio est, quia nullum habet præceptum ut celebrans sacros Ordines conferat, nec ullam naturalem connexionem collatio ordinum habet cum celebratione missæ, alioqui extra illam collati essent irriti; quod nemo dixerit, nec ullibi talis cęremoniæ mentio fit, imò Concilia & Patres nullam hujus institutionis mentionem faciunt. Nec colligi potest ex facto Christi, qui discipulos sacerdotio initiavit in ultimâ Cœnâ dum ipse celebraret. Non enim omnia, quæ Christus fecit, fieri præcepit, seu servanda cõmisit. Summum quidem præceptum sacrificandi colligitur ex his verbis Lucæ cap. 22. *Hoc facite in meam commemorationem*, sed non conferendi ordines. Quippe memoria Passionis recolitur non in collatione ordinum, sed in sacrificio. Nec talis lex prodiit ab ullo Concilio, vel ab ullo Apostolorum usu. Imò in Carthaginensi quartò anno 398. exactissimè præscribitur modus, quo ordines conferri debeant, & à quo Pontificale Romanum omninò mutuatum est, quæ in ordinationibus servanda sunt, & nulla fit mentio Missę. Nec Concilium Tridentinum describens sigillatim omnia, quæ in collatione hujus Sacramenti servanda sunt, ullam Missæ mentionem facit. Amicus tamen disp. 24. sect 2. num. 9. contrarium sustinet. Quia (inquit) in re tanti momenti non licet absque gravi peccato à communi & antiquissimâ Ecclesiæ praxi recedere, licet nullum sit præceptum naturale, divinum, aut humanum, est tamen universali Ecclesiæ consuetudine tot sæculorum serie continuata, ita ubique receptum, ut meritò mereatur vim præcepti obtinuisse. Multa enim obligant ex solâ consuetudine, ut quod Religiosi sacris initiati teneantur Horas Canonicas recitare. Quod non liceat bis in die extra missam communicare, quod sit jejunandum Sabbatho ante Pentecostem, igitur hæc consuetudo ordinandi tempore Missæ in Ecclesiâ servata & à tot Pontificibus tacitè confirmata vim legis obtinet, & sub mortali obligat. Quare negat opinionem Præpositi esse tutam in praxi. Quia probabilitas opinionis, non tam pensanda est ex numero opinantium, sed ex pondere & examine rationum, ut notat Navarrus in Manuali cap. 27. numer. 289. Cùm igitur hæc opinio diuturnâ cõsuetudine, & annorum serie præscripta sit, & ab universâ Ecclesia servata, à Patribus approbata videtur securior alterâ. Barbosa de officio & potestate Episc. part. 2. alleg. 11. & in collectaneis ad sess. 23. cap. Concilii Trident. num. 14. ait minores posse conferri absque Missâ, & à non jejuno, & citat Armillam verb. *Ordo*, Angel. verb. *Ordo*, 4. Decere tamen ut conferantur tempore Missæ & ab Episcopo jejuno. Et quoad Majores ait non conferendos esse nisi in Missâ, juxta cap. *quod sicut*, de electione. Et Doctores ibi, licet non sit de necessitate seu substantiâ sacramenti, sed tantùm de necessitate præcepti secundùm Glossam *Si dividatur*, in cap. *quod sicut*, Campanile in diversi. juris canon. Rub. 2. & rub. 6. cap 2. Aloysium Riccium in praxi aurea resol. 466. Idem repetit allegat. 14. num. 16. ubi ait requiri tantùm Missam de honestate & usu; ut firmat Imol. cap. *quod sicut*, num. 16. Sotus in 4. dist. 24. quæst 2. art. 1. Sanchez in opusc. moral. lib. 7. quæst. 7. dubio 4.

## §. 4.

## *Potestas Episcopalis ordinandi tanta est, ut in ejus Diœcesi nullus Episcopus eo inscio & invito ordinare possit.*

CUm Concilium Tridentinum I.
sess. 23. cap. 8. statuat ut *Unusquisque à proprio Episcopo ordinetur*. Discutiendum est, quid nomine

proprii Episcopi intelligat, illam quæstionem examinant Navarrus consil. 2. num. 1. consil. 5. num. 6. consil. 39. Quaranta in summa Bullarii verb. *Ordo*, Henriquez in summa lib. 10. cap. 24. §. 1. Paulus Comitolus respons. moral. lib. 6. quæst. 46. Alzedo in praxi Episc. part. 2. cap. 5. Novarius in singul. canon. conc. 162 Aloysius in praxi rerum boni fori Eccles. decis. 298. aliàs 257. & in decis. Curiæ Archip. Neapol. part. 4. dec. 317. Narbona hb. 20. Glossa 2. num. 132. tit. 1. lib. 4. Coninck de Sacramentis tomo 2. disp. 10. num. 93. Bonacina de Sacramentis disp. 8. quæst. unic. punct. 4. Campanile in diversi juris canon. rub. 9. art. 8. num. 8. Ugolinus de officio Episc. cap. 26. §. 1. Hurtado de Sacramentis tomo 2. tract. de ordine difficul. 17. Marcellus Vulpe in praxi judicii fori Eccles. lib. 2. cap. 7. num. 24. Torreblanca in pract. juris spirit. lib. 2. cap. 7. Sanchez in opulc. moral. lib. 7. cap. 1. Cardosius in praxi judic. verb. *Sacrament. Ordinis* num. 25. Valascus tomo 1. alleg. 5. num. 16. Marchinus de Sacram. ordinis tractat. 1. part 6. cap. 3. & part. 5. cap. 5. 6. 7. & 8. Lessius de justitia lib. 2. cap. 44. dub. 19. Barbosa de offic. & potestat. Episc. part. 2. alleg. 4. & in collect. ad cap. 8. sess. 23. Layman lib. 5. tract. 9. cap. 9. Sayrus lib. 7. cap. 10. num. 10. Fornarius c. 5. Ludovicus Miranda in manuali prælat. tomo 1. quæst. 38. art. 2. & alii. Nos cum illis dicimus illum appellari proprium Episcopum, qui est Episcopus originis, vel domicilii, vel beneficii. Episcopus originis est Episcopus loci, in cujus Diœcesi natus est is qui ordinandus est, ita Auctores citati. Vel ubi quis baptisatus est. Nam per librum baptismalem originem probari tenent Rebuffus in tractat. de pacif. possess. num. 217. Stephanus Gratian. discep. forens. tomo 1. cap. 75. Alphonsus Narbona lib. 20 glossa 2. num. 148. Gonzales ad reg. 8. cancell. glossa 9. §. 1. Episcopus domicilii ille est, in cujus Diœcesi aliquis fixit domicilium animo perpetuo ibi manendi, quo quidem domicilio habitationis constituto, non ideò amittitur domicilium originis, cùm sit immutabile, l. 1. *municeps*, l. ultim. ff. *ad municipalem*. Cœterùm sicut ad acquirendum domicilium non sufficit fixum longo & continuo tempore inhabitare. Si interim animus duret revertendi in patriam, ut patet in studentibus, qui aliquando supra decennium in Universitate studiorum causâ versantur, l. 2. C. de incolis, qui proindè nequeunt suscipere ordines ab Episcopo habitationis, licet diuturnæ, ita Abbas cap. 3. num. 4. de Paroch. sic non est opus, ut quis diu inhabitet, sed sufficit, ut habeat constantem animum inhabitandi, donec aliò evocetur, l. *Cives*, ubi dicitur domicilium alicujus esse, ubi quis larem rerumque ac fortunarum suarũ summam constituit, undè cùm profectus est, peregrinari videtur. Quod si rediit peregrinari destitit. Episcopus beneficii est is, in cujus Diœcesi habet beneficium Ecclesiasticum præsertim residentiale, licet tenue, licet fortè non resideat ex dispensatione. Dixi residentiale, quia Henriquez lib. 10. cap. 24. Quaranta verb. *Ordo*, vers. *circa secundum*, & alii existimant sufficere beneficium non residentiale, modò sit sufficiens ad victum. Quia cap. *cùm nonnullus*, de temp. ordin. generaliter loquitur. Hoc præsuppositio.

II. Potest. quis ordines suscipere ab Episcopo loci, in quo ejus pater natus est, ita Navarrus consil. 19. de temp. ordin. Zerola in praxi Episc. part. 2. *Dimissoriæ*, Marcellus Vulpe supra cap. 7. num. 24. Thomas Valascus tomo 1. alleg. 5. num. 21. Bonacina supra puncto 4. num. 13. Paulus Comitolus respons. moral. lib. 6. quæst. 45. in cap. *cum nullus*, verb. *alienigenas*, Ugolinus supra cap. 26. Aloysius resol. 25. numer. 4. & Neapol. decis. 317. num. 2. Campanile supra cap. 8. num. 9. Guittier. de matrimonio cap. 64. n. 29. Molfesius in summa Theol. moral. tract. 2. cap. 2. num. 5. Prosper de Augustino ad Quarantam in summa Bullarii verb. *ordo*, Navarrus consil. 19. Joannes Franciscus Suarez in suo Enchiridio casuum verb. *ordo*, Marchinus tract. 1. part. 5. cap. 6. numer. 1. 14. & 15. Diana resol. part. 4. tractat. 4. resolut. 148. Alzedo supra

part. 2.

part. 2. cap. 6. num. 44. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 4. num. 4. & in collectaneis in cap. 8. sess. 23. num. 17. Et probatur ex jure civili docente locum originis eum esse, in quo ejus pater natus est, l. *assumptio*, §. 1. ff. *ad municip.* & l. *si ut proponis*, C. de incolis, lib. 10. Alciatus in l. 147 num. 4. ff. de verb. signif. Petrus Gregorius in tract. de uturis lib. 3, cap. 1. Campanile in diversi juris canon. rub. 9. cap. 8. Unde patet oriundum dici à propriâ vel paternâ hæreditate, & innuit Jason in l. *hujusmodi*, §. *legatum* num. 18. ff. *de legatis*, 1. Mandosius ad regul. cancell. reg. 16. quæst. 40. Joseph Gonzales Flores var. cap. 36. Joseph de Sesse Aragoniæ decis. 30. Sichardus verb. *oriundus*, Lexicon juris, ibi Garcias Toletanus lucerna rubr. trium lib. cod. supr. rub. de incolis, lib. 10. num. 2. Marchinus de sacramento Ordinis tract 1. part. 2. cap. 6. num. 13. Ut quis originarius dicatur etiam sufficit ut parentes ibi domicilium fixerint, ita Doctores in cap. *Rudolphus*, de rescript. Rota Romana decis. 327. num. 3. part. 1. divers. Licet quis dicatur oriundus ex patris, non tamen origine matris dici potest, nisi sit vulgò quæsitus, cujus pater ignoratur. Ita Navarrus in sing. canon. concl. 101. num. 19. Thomas Valascus supra alleg. 5. num. 22. Marcellus Vulpe supra cap. 7. Marchinus tract. 1. part. 5. cap. 6. num. 3. Alzedo cap. 5. Barbosa de officio & potestate Episc. part. 2. alleg. 4. num. 15. Licet ex patris origine aliquis dicatur oriundus, seu originarius illius loci ubi pater natus est, & illi succedat in honoribus, muneribus tam personalibus, quàm realibus, & temporalibus, & spiritualibus, ex Boerio decis. 13. num. 13. & 15. & Guitierez consil. 7. Tamen ex origine avi nepos non dicitur originarius illius loci in quo natus est avus, Covarruvias de sponsalibus part. 2. cap. 7. §. 1. Aloysius Riccius resol. 257. Ugolinus cap. 26. num. 1. Marchinus tract. 1. part, 5. cap. 6. num. 2. Ex quibus sequitur illas litteras dispensationis vel beneficii non fore subrepticias litteras, ut quis dicatur oriundus Romæ, cùm revera sit oriundus Leodii, si ejus pater sit natus Romæ. Ita Marius Antoninus variar. resol. lib. 1, resol. ultim. casu 33. Marchinus tract. 1. part. 5. cap. 6 Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 4. num. 8. Licet Nicolaus Garcias de benef. quæst. 7. cap. 9. asserat quod particula *oriundus*, ordinariè sumatur pro loco nativitatis. Potest etiam filius legitimus ordinari ab Episcopo originis paternæ, quamvis pater tempore nativitatis filii transtulerit domicilium ad aliam Diœcesim, ita Barbosa in collec. ad cap. 8, sess. 23. Non tamen ex origine avi potest quis ordines suscipere, ita Covarruvias de sponsalibus, part. 2. cap. 7. §. 1. Aloysius Riccius, Marchinus, Ugolinus, Barbosa. Nec potest quis ordinari, qui originem matris sequitur, nisi pater ignoretur & sit illegitimus, l. 1. in fine ff. *ad municip.* & l. *ejus qui jussum patrem non habet, prima ergò à matre, atque eo die quo ex eâ editus est numerari debet.* Navarrus in suis canon. concl. 101. Alzedo cap. 5. num. 45. Thomas Valascus alleg. 5. Marchinus tract. 1. part. 5, cap. 6. Marcellus Vulpe cap. 7. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 4. num. 15. & in collectaneis in cap. 8. sess. 23. num. 18. Ita dicendum esse de vulgò quæsito colligitur ex l. *legitima* ff. *de statu hominum* Quod si paternum domicilium sit incertum, maternum sufficiens esse resolvit Gonzales Flores variar. cap. 36. §. 1. num. 14. Piasecius in praxi novâ Episc. cap. 1. num. 19. Barbosa alleg. citatâ num. 16. Quod si quis exponatur, & ejus parentes ignorentur, debet censeri municeps, & civis illius loci ubi expositus est. Mandosius de ætate minor. cap. 1. Stephanus Gratianus discept. forens. cap. 75. Barbosa in remiss. ad ordin. Regis Lusitaniæ lib. 2. tit. 55. Alphonsus supra num. 156. Qui fortuitò natus est in aliquo loco per quem transibat, aut illac mater transiit non animo permanendi, nihilominus ibi peperit undè tamen non contracto domicilio ejus parens cum totâ familiâ extraxerat ad locum, undè digressus fuerat, talis filius non est censendus illius Diœcesis, in quâ sic per transennam natus fuit nec sequi forum dicti loci,

sed patris originem, ita Panormitanus in c. p. *Rodolphus*, num. 9. Ubi Felinus num. 13. de rescriptis. Gutier. cons. 7. num. 7 Hieronymus Cevallos cõmun. contra commun. quæst. 458. Ratio est, quia non consideratur quid per accidens est, sed quid per se, juxta vulgata jura, & Ugolinum §. 1. Quod si in mari nascatur, Navarrus consil. 31. de temp. ordin. Henriquez in summa lib. 10. cap. 22. §. 1. Campanile cap. 8. Thomas Valasc. tenent, quod debeat promoveri ab Antistite illius Civitatis, ubi per transennam natus fuit, nec ab alio posse promoveri, nisi de ipsius licentiâ. Quod si quis sit ejectus ob delicta, quibus non sit annexa irregularitas, vel alia inhabilitas, potest ab Episcopo Diœcesano originario recipi & ordinari, ita Navarrus cons. 9. *de ætate & qualitate*, aliàs 84. de regul. in novis, Bartholomæus à à S. Fausto in thesauro Relig. libr. 6. quæst. 185. Campanile in diverf. juris canon. rubr. 12. cap. 15. num. 7. Ugolinus supra §. 1. & cap. 20. §. 9. Aloysius resol. 275. & in praxi aurcà resol. 185. Mart. de jurisd. part. 4. casu 182. Ludovicus Miranda in manuali prælat. tomo 1. quæst. 25. art. 4. Laurentius de Franchis de controversiis inter regul & Episc. Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 4. numer. 21. in collect. ad cap. ultim. de regul. Contrarium tamen asserunt Azorius, Lessius, & alii, quos referunt & sequuntur Sanchez in præcepta decalogi tomo 2. lib. 6. cap. 9. Hieronymus Rodericus quæst. regul. resol. 57. num. 11. existimantes hos subjici Episcopo, in cujus Diœcesi habitaverint. Urbanus VIII. & sacra Congregatio 2. Septembris cap. 24. statuerunt ejusmodi ejectos esse suspensos, nec posse ordinari. Præfatam bullam refert Barbosa in fine operis de officio & potestat. Episc. apud me 60.

III. Quoad domicilium supra dixi, eum censeri subditum & Diœcesanũ alicujus Episcopi, qui habuit animum perpetuò permanendi in aliquo loco, & posse ab illius Episcopo, vel de ejus consensu alibi ordinari. Ita Navarrus consil. 10. Armendariz in addit. ad recop. Navarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. num. 49. Aloysius in praxi rerum fori Eccles. resol. 263. Homobonus de bonis ttact. 2. cap. 1. quæst. 5. Bonacina supra puncto 4. Campanile rub. 9. cap. 8. Naldus in summa verb. *ordo*, Ugolinus supra cap. 26. §. 2. Cenedo canon. qq. lib. 1. quæst. 38. Marchinus de Sacramen. ordinis tract. 1. part. 5. cap. 1. Alphonsus Narbona ad l. 20. glossa 2. tit. 1. lib. 4. Fagundez in quinque Ecclesiæ præcepta libr. 1. cap. 8. Molfesius in summa Theolog. moral. tract. 2. cap. 2. Barbosa de off. & potest. Episc. alleg. 4. num. 26. & in collect. Doct. in Concil. Trident. sess. 23. cap. 8. num 29. Ratio est, ubi constat de voluntate tunc absque aliquo lapsu temporis acquirit domicilium, sivè incolatum (inquiunt Simon de Prætis consil. 119. num. 8. libr. 1. Rota decis. 150. num. 7. part. 2. diversi. decis. 188. numer. 3. part. 2. Paulus Layman Theol. moral. tract. 9. cap. 9. de Sacramento Ordinis, numer. 10. Squalant. de privileg. Cleric. cap. 4. num. 253.) Quod si non constet, & simus in dubio, tunc præsumitur animus perpetuò permanendi, si habitatio in aliquo loco non minori tempore quàm decennii. Ita Menochius de arbitr. casu 86. num. 13. Ugolinus citato cap. 26. §. 2. Campanile supra num. 18. Mascardus de prob. conclus. 534. numer. 7. Piacesius in praxi Episcop. part. cap. 1. Barbosa supra alleg. 4. num. 28. Hic affert discrimen inter domicilium, & habitationem, & multa profert de studentibus & Castellanis, num. 32. de Baronibus num. 33. de filiis Baronũ, n. 34. de Senatoribus & aliis Officialibus Principum scilicet censeti subditos, in quorum Diœcesi Senatorum officium exercent, juxta text. in l. *Cives*, C. *de incolis*, lib. 10. & observat. 7. *placuit*, leg. *Senatores*, eodem titulo de incolis, & consequenter debet ordinari ab Episcopo illius loci, Campanile supra cap. 8. num. 22. & 23. Quod etiam ad eorum filios extenditur, ita Marchinus supra cap. 7. n. 16. Thomas Valascus alleg. 5. num. 38. & seq. Barbosa citatâ alleg. 4. numer. 16. Relegati etiam domicilium dicitur esse locus quo relegatur juxta text. l.

filii

*filii liberorum*, §. *relegatus*, ff. *ad municip. Relegatum* (inquit) *in eo loco, in quo relegatus est, interim necessarium domicilium habet*, Expende illas particulas, *interim necessarium*. Ubi (inquit) Ulpianus in l. *ejus, qui manumissus*, §. final. ff. *ad municip.* Quoad libertum promoveri petentem ab eo Episcopo debet ordinari, qui est superior illius loci, undè patronus trahit originem. Quia libertus est ejus loci municeps, non ubi patronus habet domicilium ita Campanile supra cap. 8. Episcopus potest etiam ordinare expositos in loco, ubi est Ordinarius. Quia cum parentes ignorentur, illius indubiè cives effecti sunt, ita Mandosius in tract. de minori ætate cap. 1. num. 34. Hippol. in l. *infans*, num. 10. ff. ad legem Cornel. de sicariis, Bartolus in l. 1, num. 21. ff. *ad municip.* Campanile cap. 8. num. 24. Stephanus Gratianus supra cap. 75. Quod si quis æqualiter habitet in duobus domiciliis poterit Episcopus alterutrius eum ordinare, ita Ugolinus supra cap. 26. §. 2. Torreblanca supra lib. 2. cap. 13. numer. 11. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 4. num. 38. Quod si domicilia non sint æquè principalia Episcopus principalis debet ordinare. Barbosa supra num. 39. Licet ergò non æquis Mathematicis temporibus quis habitet in duobus domiciliis indifferenter, cùm sit ferè æqualiter utriusque subditus poterit à duobus Episcopis illorum domiciliorum ordinari, ita præter citatos, Marchinus tract. 1. part. 5. cap. 7. num. 13. Molsesius in summa tract. 2. cap. 2. Piacesius supra cap. 1. num. 9. Alphonsus supra num. 131. Addit Quaranta in summâ bullarii verb. *ordo*, vers. *Circa tertium. Quod si esset primò ad Subdiaconatum ordinatus ab Episcopo originis ad titulum beneficii requirentis residentiam, ad titulum patrimonii pro necessitate, & utilitate Ecclesiæ, & alibi domicilium transferret, non posset ab Episcopo ratione domicilii contracti ordinari ad Diaconatum, & Presbyteratum ad eundem titulum, nisi audito primo Episcopo, si causa, ob quam fuit ordinatus adhuc duret, quia tunc ad eundem revocari debet, ut inserviat Ecclesiæ, cui fuit adscriptus.* Eidem arridet Piasecius part. 1. cap. 1. vers. *si amplius secundò*. Julius Cæsar Madius de sacris ordinibus cap. 8. num. 11. vers. *Quod de Clerico*. Marchinus tract. 1. part. 5. cap. 7. num. 14.

Quæra.

Quod etiam aliquis fiat subjectus Episcopo in cujus Diœcesi habet beneficium, & possit ab eo ordinari, seu ab alio de eius licentiâ, quamvis aliàs, nec alio modo non sit subditus colligitur ex textu, in cap. *cùm nullus*, de tempore ordin. lib. 6. & asserunt Thomas Valascus alleg. 5. num. 26. Sanchez lib. 7. cap. 1. dubio 23. Piasecius cap. 1. vers. *ratione beneficii*, Homobonus de Bonis de examine Eccles. part. 1. tract. 2. cap. 1. quæst. 3. Campanile in diversi juris canon. rubr. 9. cap. 8. Marcus Antoninus variar. resol. lib. 1. resol. fin. casu 28. Armendariz in addit. ad recop. legum Navarræ lib. 1, tit. 18. libr. 7. in declar. num. 61. Aloysius Riccius in praxi resolut. 258. Garcias de beneficiis part. 2. cap. 4. Novarius in singul. canon. concl. 102. num. 12. Ugolinus cap. 16. num. 3. Burg. de Paz lib. 3. Tauri numer. 398. Alphonsus Narbona supra num. 204. Bonacina de Sacramentis, disp. 8. quæst. unic. puncto 4. Squalant. de privilegiis Clericorum cap. 4. Scipio de Rubeis in aphorismis Epitc. verb. *ordo*, Molfesius in summa Theolog. moral. tract. 2. cap. 2. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 4. in collectaneis Doctorum ad cap. 8. sess. 23. Quod si dimittatur beneficium censetur etiam ex eo finiri domicilium comparatum ex beneficio, ita Marchinus tract. 1. part. 5. cap. 8. Marcellus cap. 7. Torreblanca lib. 13. cap. 13. Nam Clericus habet domicilium & censetur civis illius Diœcesis, in quâ situm est ejus beneficium dum illud possidet, Bart. in l. *hæres absens*, §. *proindè*, num. 5. ff. de judic. & in l. 1. ff. ad municip. Palatio in repetit. Rub. §. 39. Nicolaus Boerius decis. 260. Cardosius in praxi Judicum & Advocatorum, verb. *domicilium*, numer. 6. Thomas Valascus alleg. 5. Quæres an quis possit ordinari ab Episcopo, in cujus Diœcesi est beneficium valdè exiguum. Negant Piasecius, Ugolinus

IV.

Prosper

Prosper de Augustino, quos citat, & sequitur Squalant. de obligatione Clericorum cap. 4. dubio 18. Riccius in decis. Archiep. part. 3. decis. 77. Ratio est quia Concilium Tridentinũ sess. 22. de reformatione cap. 2, exigit ut beneficium sit sufficiens pro suscipiendis ordinibus, sed affirmant Garcias de benefic. tomo 1. part. 2. cap. 4. num. 18. Henriquez libr. 10. cap. 22. §. 1. littera C, & cap. 17, in glossa litt. Q. Barbosa de jure Pontificio lib. 1. cap. 33. Campanile rubr. 9. cap. 8. num. 12. Novarius concl. 102. Marchinus part. 3. cap. 8. Diana moral. resol. 4. part. 4. tract. resol. 51. Ratio est, quia cap. *cum nullus*, de temp. ordin. simpliciter loquitur de habentibus beneficium, nec explicat illius valorem & quantitatem, ideoque Sacra Congregatio Cardinalium, ut testatur Barbosa supra cap. 39. num. 17, censuit in una Januensi 18. Martii anno 1628. *Promotum ad ordines cum collatione unius beneficii reditus duorum scutorum annuorum, qui incedens in habitu laicali caperetur à Birruariis, unum ex illis occidit, & ad carcerem laicalem adductus fuit, gaudere privilegio fori.* Nec his obstat opinio Soti de justitiâ lib. quæst. 5. art. 3. asserentis beneficium tenuissimum esse, quod non attingit ducatos octo. Vel secundùm Campanile, quod non attingit quatuor ducatos in anno. Non, inquam; hę opiniones Doctorũ placent. Sufficit enim quod S. Congregatio censuerit Beneficium duorum ducatorum esse sufficiens, ut quis gaudeat privilegio fori, ad hoc ut Episcopus possit illum ad ordines promovere, ex quibus nascitur privilegium fori. Undè Sanchez in opusc. tomo 2. lib. 7. cap 1. dubio 22. asserit sufficere beneficium licet tenue, ut quis possit ordinari ab Episcopo ubi est beneficiũ. Ad auctoritatem Concilii Trident. Respondet Diana Concilium determinare neminem posse ordinari ab Episcopo sub titulo beneficii exigui, non autem decrevit quod si ordinandus beneficio tenui adjungat patrimonium sufficiens ad victum, non possit ordinari ab Episcopo. Est ergò alia quæstio, an beneficium sufficiat pro titulo, alia si sufficiat, ut tanquam subditus ratione beneficii possit promoveri ad ordines ab Episcopo loci, ubi est beneficium, non requirens residentiam, nec in illo residcat, vel illius Diœcesis. Vide citatos Barbosam & Garciam. Notant Henriquez libr. 13. cap. 37. numer. 2. & lib. 10. cap. 17. Gonzales in reg. cancell. 8. Glossa 4. num. 36. Mauritius Alzedo in praxi Episc. part. 2. cap. 5. Graduatum in Jure Canonico, vel Theologiâ absque titulo vel patrimonii posse ab Episcopo ordinari, quia tali non defuturum est, undè vivat, & sic adimpletur mẽs Concilii. Hanc sententiam non approbat Sanchez dubio 35. num. 10. & alii. *Sed* (inquit Diana supra resolut. 52.) *si non obstaret declaratio Cardinalium, quam affert Emmanuel Sa correctus verb. ordo, num. 27. hanc opinionem libenter consulerem in collegialibus ex aliquo Collegio majori Salmanticensi, aut Complutensi. Nam in dictis Collegiis, quæ ego voco equos Trojanos Doctorum hominum, recepto gradu certum est citò graduatum habiturum plusquam congruam sustentationem.* Hæc ille post Cordubam in summa quæst. 36. Idem dicendum credo de iis qui in Lovaniensi Academiâ promoventur, qui virtute cujusdam Indulti Pontificii, quod non vidi, prætendunt nominationem se habere ad Præbendas, aliaq; beneficia pinguissima, non tantùm in Belgio, sed etiã in Diœcesi Leodiensi.

V. Potest etiam Episcopus promovere ad ordines eum, qui habet beneficium non in titulum tantùm, sed etiam in commendam perpetuam, ita Garcias part. 4. de beneficiis cap. 4. Novarius concl. 102. Aloysius Riccius in praxi aurea resol. 49. Sanchez lib. 7, cap. 1. dubio 23. Marchinus part. 3. cap. 8. Barbosa de officio & potestat. Episcopi part. 2, alleg. 4. & in collectaneis Doctorum ad sess. 23. cap. 8. Concilii Trident. Ratio est, quia ista commenda reputatur titulus Canonicus, seu habet vim tituli. Præterea Episcopus potest ad ordines promovere eum, qui possidet præstimonium vel ei dimissorias litteras concedere, ita censent Henriquez in summa libr. 10. cap. 22. §. *in commento*, litterâ H.

Riccius

Riccius in praxi fori Eccles. resol. 258 Campanile cap. 8. Marchinus cap. 8. num. 5. Barbosa supra num. 48. Ratio est, quia præstimonia recensentur inter beneficia Ecclesiastica cap. final. de concess. præbend. in 6. & docet Nicolaus Garcias de beneficiis part. 1. cap. 2. num. 117. Potest insuper Episcopus ad ordines promovere eos qui habent Capellaniam perpetuam, & collatam in titulum, ita Aloysius Riccius part. 2. decis. 190. Alphonsus Narbona supra num. 215. Idem ferè judicandum est de eo, qui habet plura beneficia in diversis Diœcesibus, ac qui habet plura domicilia, de quibus supra, scilicet unumquemque Episcopum posse prefatum beneficiatum ad ordines promovere, ita Ancharenus ad cap. *cum nullus*, num. 1, vers, *circa secundum*, Garcias de benef. part. 2. cap. 4. Felinus in cap *dilectus*, lib. 2. num. 3. de rescriptis. Sanchez lib. 7. cap. 1. dubio 23. Campanile cap. 8. Aucunna in comment. ad princip. dist. 71. Barbosa supra alleg. 4. num. 51. Nec refert primò quod alter Episcopus de illo beneficio provideat, ita Campanile num. 15. Garcias part. 2. cap. 4. num. 15. Sanchez dubio 23. Prosper de Augustino in addit. ad Quarantam verb. *ordo*, Nec refert secundò quod pro Subdiaconatu verbi gratiâ, elegerit unum illorum Episcoporum, per primam illam ordinationem non censetur precluta via ad suscipiendos ordines ab aliis Episcopis, ita Barbosa in collectaneis ad sess. 23. cap. 8. num. 27. Concil. Trident. cõtra Aloysium Riccium resolut. 265. Molfesium in summâ Theol. moral. tract. 2. cap. 1. Aliter differendum est de beneficio unius Diœcesis unito alteri beneficio, vel præbendæ distinctæ Diœcesis in tali casu, poterit eum ordinare solus Episcopus, in cujus Diœcesi extaret beneficium vel Præbenda cui annectitur. ita post Campanile supra numer. 15. Barbosa citatus num. 53. Episcopus non tantùm potest præfatos Beneficiatos ordinare, sed etiam cum iis dispensare in interstitiis, in illegitimitate, ad minores Ordines, l. 2. ff. de jurisd. omn. judic. Aloysius Riccius in praxi aureâ resol. 49. Acunna dist. 71. num. 7. vers. 3. Nicolaus Garcias part. 2. cap. 4. Ratio est, quia cum ratione beneficii sit subditus Episcopo quoad Ordines, est etiam subditus quoad omnia concernentia ordines, & illis annexa. Quod si quæras an ut quis censeatur de foro Episcopi sufficiat sola collatio seu titulus. Respondent Acunna supra numer. 7. vers. 4. Garcias part. 2. cap. 4. num. 16. requiri possessionem, imò Garcias num. 17. existimat solam possessionem absque ullo titulo sufficere, quidquid censeat Riccius part. 2. decis. 189. Quod si beneficium requirat tantùm primam tonsuram, vel annexum habeat certum ordinem Subdiaconatum, vel Diaconatum, Episcopus talis beneficii poterit etiam ad alios ordines promovere, ita Franchis in cap. *cum nullus*, num. 3. Aloysius Riccius in praxi aurea resolut. 49. Marchinus tractat. 1. part. 5. cap. 8. Acunna in comment. distinct. 71. num. 7.

VI. Qui non est proprius Episcopus modo jam explicato non potest subditis alterius Diœcesis primam tonsuram nec ordines conferre. Ita Sanchez de matrimonio lib. 3. disput. 23. Nugnus part. 3. quæst. 28. art. 1. Lessius lib. 2. cap. 44. dubio 19. numer. 92. Arriaga tract. de ordine disput. 17. Azorius part. 2. instit. moral. lib. 3. cap. 48. quæst. 1. ubi citat D. Thomam & alios in 4. dist. 25. & patet ex cap. *eos qui*, de temp. ord. in 6. & Tridentino sess. 23. can. 7. Ita ut Episcop. Mechliniensis verbi gratiâ ordinare nequeat subditum Diœcesis Leodiensis absque licentiâ Ordinarii Leodiensis, ita cap. *eos*, de temp. ordin. in 6. Azorius supr. quæst. 3. Arriaga supra, & alii. Episcopus ordines cõferre potest ex privilegio suo familiari non subdito, qui per triennium commoratus sit cum ipso Episcopo, modò Episcopus conferat illi beneficium, quacumque fraude cessante, consuetudine etiam immemorabili nonobstante, ita Azorius citatus quæst. 3. Avila part. 3. disp. 6. dubio 7. Henriquez libr. 10. cap. 22. Rodriguez in summa cap. 14. numer. Riccius supra decis. 310. Quaranta verb. *ordo*, vers. *limita*, Martinus For-

narius cap. 3. Petrus in summâ de sacramento Ordinis cap. 5. Zerola in praxi verb. *ordo*, vers. 5. Reginaldus lib. 32. num. 62 Ut autem familiaris quis dicatur, necesse est, ut fuerit destinatus ad aliquod certum servitium requiriturque mens & Deus, ita Rota in Hispalen. portionis 2. Maii 1614. coram Andreâ decis. 184. part. 1. ita ut is non censeatur familiaris, qui fuit licentiatus & demissus, &c. num. 9. Potest etiam nomine familiaris intelligi is, qui licet non comedat in tinello, sed recipit portionem pecuniâ, vel eam habeat extra domum, uno verbo qui expensis Episcopi aluntur, ita cap. ultim. de verb. significat in 6. Rota Rom. divers. part. 2. decis. 303. num. 2. Mascardus de probat. con. 755. Cardinalis Tuschus pract. conclus. tomo 3. littera F. concl. 72. Christophorus ad leges styli lib. 32. num. 26. & seqq. Gonzales ad regul. 8. cancell. glossa 31. Marcus Antonius variar. resolut. lib. 1. resol. 75. sub hoc nomine *familiares*, etiam comprehenduntur famuli familiarum Episcopi, si Episcopi expensis alantur. Ita Sanchez in opusc. tomo 2. lib. 7. cap. 1. dubio 20. Marchinus tract. 1. part. 5. cap. 9. num. ult. Diana moral. resol. tract 4. miscellaneo resol. 45. Barbosa de offic. & potest. Episc. part 2. alleg. 5. num. 7. & in collectaneis ad 23. sess. cap. 9. Cõcilii Trident. Hæc triennalis familiaritas potuit incipere priusquam fuisset Episcopus ita Barbosa supra num. 8. Ubi citat Bonacinam disp. 8. quæst. 1. num. 9. Aloysium Riccium in collectaneis part. 3. collect. 596. vers. *amplia quinto*, Garciam cap. 5. num. 83. Franciscum Galetum in Margaritâ casuum conscientiæ verb *ordo*, Molfesium cap. 2. num. 8 Aloysium in praxi fori Eccles. decis. 309. Marchinum cap. 9. num. 3. Marcellum à Vulpe cap. 7. num. 19. Hoc triennale debere esse continuum asserunt. Campanile rub. 9. cap. 9. Marchinus cap. 9. num. 2. Bonacina quæst. 1. numer. 7. Molfesius cap. 2. Aloysius in praxi fori Eccles. decis. 308. Addit Concilium quod ejusmodi familiari triennali quacumque fraude cessante debeat conferre beneficium, ita decisum referunt Flaminius Paris. de resignat. benef. lib. 4. quæst. 2. Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. *dimissoria ad ordines*, §. 1. & part. 2. verb. *ordo*, vers. *quintò dubitatur*, Rota decis. 222. Farinacius in 1. collect. noviss. aliàs part. 4. Armendariz lib. 7. de Episc. num. 46. & 51. Nicolaus Garcias part. 2. cap. 5. Ugolinus de officio Episcopi cap. 26. §. 4. Barbosa de off. & potest. Episc. alleg. 5. num. 11.

VII. Quæres quid per verbum *statum* intelligatur, respondetur ei, qui non habet, debere ab Episcopo beneficiũ conferri ante lapsos undecim menses, ita Aloysius Riccius part. 2. decis. 291. Imò factam collationem beneficii post sex menses, Molfesius cap. 2. tenet esse contra mentem Concilii, imò Barbosa contendit dictionem *statim* significare ad summum spatium decem dierum, aitque post Aloysium Riccium in decis. part. 2. decis. 291. Paris. de resignat. benef. lib. 4. quæst. 2. id fuisse decisum.

VIII. Præfato jure non gaudet Episcopus titularis, neminem enim prætextu cujuscumque familiaritatis, seu continuæ commensalitatis potest ad sacros ordines etiam minores, imò nec primam tonsuram promovere, seu ordinare absque expresso consensu proprii Episcopi, vel litteris dimissoriis. Ratio est, quia talis promotio est interdicta Episcopo titulari per Concil. Trident. sess 14. de reform cap. 2. his verbis. *Et quoniam nonnulli Episcopi ad Ecclesiarum, quæ in partibus infidelium consistunt, Clero carentes, & populo Christiano, cum ferè vagabundi sint, & permanentem sedem non habeant, non quæ Jesu-Christi, sed alienas oves, inscio proprio pastore quærentes, dum per hanc sacram Synodum se Pontificalia officia in alterius Diœcesi, nisi de loci Ordinarii expressâ licentiâ, & in personas eidem Ordinario subjectas tantùm exercere prohibitos videant, in legis fraudem & contemptum quasi Episcopalem Cathedram in loco nullius Diœcesis sua temeritate eligunt: & quoscumque ad se venientes, etiamsi suorum Episcoporum seu Prælatorum litteras commendatitias non habeant clericali charactere insignire & ad sacros etiam Presbyteratus Ordines promovere* Concilii Trident.

*promovere præsumunt, &c. Nemo Episcoporum, qui titulares vocantur, etiamsi in loco nullius Diœcesis etiam exempto, aut aliquo Monasterio cujusvis Ordinis resîderint, aut moram traxerint, vigore cujusvis privilegii sibi de promovendo quoscumque ad se venientes pro tempore concessit, alterius subditum, etiam prætextu familiaritatis, continuæ commensalitatis suæ, absque sui proprii Prælati expresso consensu, aut litteris dimissoriis ad aliquos sacros, aut minores ordines, vel primam tonsuram promovere, seu ordinare valeat.* Consule Salzedo ad Bernardum in practicâ cap. 6. litt. C. in glossâ sine licentia sui Præsulis, vers. *tertius casus est.* Seraphinum de Freitas in addit. ad tractat. de *Confessoribus sollicitantibus, &c.* quæst. 12. Valerium Reginaldum in praxi for. pœnit. lib. 32. tract. 2. Aloysium Riccium in collect. decis. part. 3. collect. 596, & resol. 266. Campanile supra cap. 9. Piasecium in praxi novâ Epis. part. 1. cap. 1. num. 15. Alphonsum Narbona supra num. 32. Cardosium verb. *Sacramentum Ordinis*, num. 26. Franciscum in thesauro fori Eccles. part. 1. cap. 4. numer. 24. & part. 3. cap. 8. Marchinum cap. 9. num. 16. Marcellũ Vulpe cap. 7. Hieronymum in examine Eccles. lib. 1. cap. 12. Alzedo part. 2. cap. 5. Torreblanca lib. 2. cap. 13. Barbosam de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 5. num. 17. & in collect. ad Concil. Trident. sess. 14. cap. 2. num. 4. Azorium instit. moral. part. part. 2. lib. 3. quæst. 6. qui pro hac resolutione citat Concil. Triden. sess. 23. cap. 8. de reform. & cap. 3.

IX. Quod Cardinales Præsbyteri ex consuetudine possint tonsuram, & minores ordines suis familiaribus cõferre asserunt Joannes Andræas & alii in cap. 1. de suppl. Prælat. negligen. Victor de ordine num. 234. Martinus Lander. in tract. de Cardin. quæst. 20. Majolus de irregular. libr. 4. cap. 20. num. 8. Alzedo part. 1. cap. 5. Flaminius Paris. de resignat. benef. libr. 4. quæst. 2. Moneta de conservat. cap. 5. num. 31. Squalant. de privileg. Cleric. cap. 4. Sanchez in opusc. moral lib. 7. cap. 1. dub. 17. Marchinus tractat. 1. part. 2. cap. 20. Sebastianus Cæsar in relect. de Eccles. Hierarch. part. 1. disp. 2. §. 5. Rota decis. 731. num. 10 part. 1. divers. Licet Azorius instit. moral. part. 2. cap. quæst. 2 d. bitet nixus auctoritate Anastasii Germanis in tract. de indult. Cardinal. verb. *tamen ratione*, num. 20. Particula *familiaris*, eodem modo intelligenda, quo supra scilicet ut habeat victũ. Secundò, ut ad aliquod servitium fuerit destinatus. Ad hanc familiaritatem probandam (inquiũt Rota decis. 464. num. 2. part. 1. Mandosius super reg. 3. quæst. 19. Jacobus Simoneta de reservat quæst. 35.) debent testes deponere habuisse à Cardinale partem panis & vini cum Julio uno in singulos dies, seu salarium illi ministrando per triennium. Ordinato sic familiari debet Cardinalis statim conferre beneficium, ita Rota decis. 731. Contrarium tamen cecidisse Sacram Congregationem Concilii ait Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 5. num. 19, & alibi.

## §. 5.

## *Nulli Prælato Regulari privilegiato competit ordinare sibi non subditum.*

HOc Argumentum suggerit Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 10. *Abbatibus ac aliis quibuscumque quantumvis exemptis non liceat in posterum intra fines alicujus Diœcesis consistentibus, etiamsi nullius Diœcesis, vel exempti esse dicantur, cuiquam qui regularis subditus sibi non sit, tonsuram, vel minores ordines conferre.* I. Quasi diceret, quamvis de jure cõmuni Abbates Ordinum Monachalium sancti Benedicti possint conferre sibi subditis, non solùm Monachis: sed etiam laicis, in quos ordinariam Ecclesiasticam jurisdictionem habebant ut patet ex textu in cap. *Abbates*, de privilegiis in 6. Et notat Ludovicus Miranda in manuali part. 1. quæst. 38. art. 9. Tamen per hoc decretum non licet illis & quibusvis aliis, quantumvis in posterum intra fines alicujus

Diœcesis existentibus, & etiam nullius Diœcesis, vel exempta esse dicuntur cuiquam qui regularis subditus non sit, tonsuram vel minores ordines conferre, etiamsi dimissorias suorum Superiorum afferant. Ita Scipio de Rubeis verb. *Abbas*, num. 13. Hieronymus Rodericus resol. 1. Campanile, in diversi juris canon. rubr. 6, Rodericus à Cunha in comment. ad cap. 1. num. 6. Conformiter ad responsum Clementis VIII. ut refert Seraphinus decis. 985. part. 1. & Sacr. Congregat. Episc. & Regul. in Eugubina 3. Novembris 1593. apud Sel in selectis can. cap. 19. Tamen verius noster Pater Lezana tomo 4. quæst. regul. verb. *Ordines sacri*, num. 6 ait præfatas declarationes & alias similes intelligi de Abbatibus ordinantibus sæculares & extraneos absque Episcopi Diœcesani licentiâ, cui puncto arridet Bonacina de Sacrament. disp. 8. quæst. unic. puncto 4. Ugolinus de officio Episcopi cap. 26. §. 19. Grilenzonius consil. 142. Joannes Baptista Tiber in instruct. pro ordinandis cap. 7. quæst. 48. Gavantus verb. *Abbas*, num. 34. Tamburinus de jure Abbatum tomo 2. disp. 2. quæst. 7. Marcellus Vulpe in praxi judic. for. Eccles. cap. 7. Alzedo de præcellentiâ Episc. dignit. part. 2. cap. 5. num. 78. Sanchez in opusc. moral. libr. 7. cap. 1, dubio 21. num. 5, Marchinus de Sacramento Ordinis tractat. 1. part. 2. cap. 10. Stephanus Dalvin de potest. Episc. & Abbatum disp. 5. quæst. 11. Azorius instit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 20. quæst. 7. Quaranta verb *ordo*. Hujus accipe verba clarissima. *Possunt etiam ipsi Abbates eosdem aliis regularibus qui dimissorias speciales Superiorum suorum, & specialem cõsensum Episcopi loci habuerint, ac præterea aliis sæcularibus, qui aliorum Episcoporum jurisdictioni subjecti sunt, dummodo superiorum dimissorias attulerint, & specialem consensum Episcopi loci, in quo ordines hujusmodi capiunt, susc ipere.* Et consequenter. *Possunt etiam ex privilegio Apostolico (de consensu tamen Ordinarii ut supra) Confirmationis Sacramentum conferre, prout declaravit Sacra Congregatio.* Respondet secundò, noster Lezana declarationes Apostolicas ab Auctoribus contrariæ opinionis relatas esse emanatas fortè pro casu particulari, eo quod aliqua ex cõditionibus pro Abbatibus in tali casu deerat scilicet, quia per viam communicationis ad alios Prælatos extendebant ad Abbates commendatarios, vel hanc potestatem aliis delegabant, cùm nequeant delegari aliis ea, quæ sunt Ordinis, sicut ea quæ sunt jurisdictionis ex Tamburino de jure Abbatum tomo 1. disp. 2. quæst. 4. Vel quia Abbates non habentes jus, baculum & mitram deferendi, tonsuram & minores conferebant sæcularibus, Episcopi jurisdictioni subditis, non accedente ejus consensu, vel non obtentis dimissoriis litteris ejusdem. Sic intelligenda quædam declaratio Sacræ Congregationis Episcoporum & Regularium, quæ innuit quendam Thomam promotum ab Abbate Corropoli esse malè promotum, & indigere aliâ promotione. Quoad privilegium concessum ab Innocentio VIII. pro Abbate Cistercii, & quatuor primis Coabbatibus eius in *Exposcit*, in bullariis Rodriguez tomo 1. in bullis Innocentii VIII. num. 5. quia concedit facultatem dandi quatuor minores suis subditis, etiam Subdiaconatũ & Diaconatum. Noster Lezana tomo 2. quæst. regul. cap. 2. numer. 37. existimat esse sublatam à Concilio Tridentino sessione 23. cap. 8, & 10. & maximè 12. Cui arridet Rodriguez tomo 1. quæst. regul. quæst. 18. art. 1. & 4. Quod etiam declaratum fuisse à Sacra Congregatione testatur Barbosa in collectaneis bullarum verb. *Abbas* 1. Nihilominus idem post Sanchez tomo 1. opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dubio 19. probabilius credit Concilium non revocasse privilegia concessa Abbatibus, quæ habentur in jure. Primò, quia privilegium quod habetur cap. *Quoniam*, dist. 69. est septimæ Synodi generalis cui non derogatur, nisi expresè nominetur, ut colligitur ex cap. *ex parte*, & cap. ultim. *de capell. monach.* cap. *eam*, de ætate & qualitat. cap. *nonnulli*, de rescript. Primò, quia privilegia Abbatum, quoad hoc inserta sunt in

corpore

corpore juris, cap. *cùm contingat*, de ætate & qualitat. cap. *Abbates*, de privileg. in 6. sed quando generaliter privilegia revocantur, non comprehenduntur inserta in corpore juris.

II. Quod spectat ad locum ubi Ordines præfatos conferre possunt, est proprium Monasterium tantùm, ut habetur cap. *quoniam*, distin. 69. cap. *cùm contingat*, de ætate & qualitat. Tamburinus de jure Abbatum tomo 1. disp. 2. quæst. 13 Sanchez tomo 1. opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dubio 19. Lezana tomo 4. quæst. regul. verbo *ordin. sacri*. Potest tamen in altero monasterio exempto tales ordines suis subditis conferre, si rogetur à Prælato præfati monasterii exempti. Ita Sanchez & Lezana supra post Sylvestrum, Armillam, Tabienam, & Angelum.

III. Possunt præfati Abbates conferre tonsuram quolibet die, ut docet Bonacina supra disp. 8. quæst. unic. puncto 6. num. 1. Minores & majores autem sexies in anno scilicet in quatuor temporibus, in Sabbatho ante Dominicam Passionis, & Sabbatho sancto, quibus Episcopi conferre solent, cap. *de temporib. ordinan.* nisi per privilegium à Sede Apostolicâ aliud cõcedatur, ita Rebuffus in praxi benef. part. 2. tit. *de clericis ad sacros ordines malè promotis*, glossa part. 1. num. 2. & 3. Graffius tomo 2. lib. 2. decis. 12. Henriquez lib. 1. cap. 12. num. 2. Rodriguez in summa part. 1. cap. 16 Vivaldus de Sacramento Ordinis, Quaranta verbo *ordo*. Sylvester eodem verbo num. 6. Vasquez disp. 246. cap. 5. Quoad minores (sicut Episcopi possunt eos conferre Dominicis & Festivis diebus ex cap. 3. *de temp. ordinan.*) ita Abbates. Joannes Andreas citans Hostiensem in cap. *cum cõtingat*, de ætate & qualit. ordin. Tamburinus supra, Lezana num. 9. Imò Joannes Andræas & Hostiensis innuunt potius his diebus, quàm quatuor temporibus Abbates debere ordinare, nè Episcopale videantur, idest generaliter ordinare. Idē censet Sylvester verb. *ordo*, quæst. 2. Addunt Vivaldus in candelabro aureo part. 1. it. de sacram. Ordinis, n. 35. Barbosa de offic. & potest. Epis. part. 2. alleg. 12. num. 22. Naldus in summa verb. *ordo*. Sylvester verb. *ordo*, quæst. 2. Michael Zanardus in direct. part. 1. de sacram. Ordinis cap. 3. Bartholomæus Ledesma de sacram. ordinis dubio 15. Villalobos in summa tomo 1. tract. 11. diffic. 13. Festivos dies debere esse de præcepto. Et sufficit si in Diœcesi sua sit solemnitas diei festi, quamvis non celebretur ubique; Henriquez lib. 9. cap. 8. Et quoad Abbates satis est si solemnitas diei festi celebretur in suâ Religione. Ita Lezana num. 9. citans Henriquez, Barbosam, Tamburinum.

IV. Possunt Abbates excommunicati, Hæretici, suspensi, interdicti, validè præfatos ordines cõferre ex cap. *Apostolica*, cap. *si celebrat*, de clerico excommun. celeb & cap. *Engeltrudam*, 3. quæst. 4. Sotus in 4. dist. 25. quæst. 1. art. 1. Henriquez in summa libr. 10. cap. 21. Fornarius de ordine cap. 5. Lezana tomo 3. verb. *excommunicatio*, & tomo 4. verb. *ordines sacri*, num. 7. Licet ea administrantes peccent mortaliter, noster Corneio tomo 2. tract. 5. disp. 10. §. 1, Lezana tomo 3. verb. *excommunicatio*, num. 7. Layman lib. 1. tract. 5. part 2. cap. 2. Imò irregularitatem incurrant, cap. *si quis Episcopus in Concilio*, 11. quæst. 3. & toto titulo de Clerico excommunicato Minist. & cap 1. de sent. & re jud. in 6. & cap. *is cui*, de sentent. excommun. in 6. Majolus lib. 3. cap. 18, Sayrus lib. 4. cap. 16. Toletus lib. 1. cap. 72. Suarez tomo 5. in 3. part. disp. 42. sect. 4. & alii communiter. Imò si prædicti fuerint notorii seu vitandi ab illis ordinati suspenduntur ab executione ordinum. Navarrus in manuali cap. 25. num 69. Fornarius supra cap. 5. Thesaurus in praxi part. 2. verb. *ordo*, cap. 21. Bonacina de censuris disp. 3. punct. 5. §. 1. Concludit tamen Layman cap. 9. num. 4. post Navarrum & Coninck Abbates præfatos nõ debere uti illo jure conferendi Subdiaconatũ & Diaconatum vigore etiam dicti privilegii ab Innocentio VIII. concessi. Ratio est quia ille usus hodierno jure videtur esse nullus, sicut etiam Navarrus lib. 3. consil. 14. noster Lezana tomo 2. quæst. regul. n. 37. resolvunt.

## §. 6.

### *Ex commissione Sedis Apostolicæ quinam Ordines possint administrari à simplici Sacerdote.*

1. Simplex Sacerdos ex cōmissione Apostolicâ nequit conferre ordinem Præsbyteratus, ita D. Thomas in 4. dist. 25. quæst. 1. art. 1. ad 3. S. Bonaventura art. 1. quæst. 1. Richardus art. 1. quæst. 1. Durandus q. 1. Argentinas quæst. unic. art. 1. Mayro dist. 24. quæst. 1. Capreolus dist. 7. quæst. 2. art. 3. & dist. 25. quæst. unic. art. 3. Sotus dist. 7. quæst. unic. art. 11. ad 4. & dist. 25. quæst. 1. art. 2. ad 2. Petrus Sotō de sacram. Ordinis lect. 5. Covarruvias lib. 1. variar. resolut. cap. 10. Laymañ lib. 5. tract 9 cap. 9. Amicus disp. 23. de natura & institut. ordinis sect. 2. Ratio est quiâ de hac commissione nullum extat certum Conciliorum vel Patrum testimonium, imò dubium est an Chorepiscopi possint conferre ordinem Prçsbyteratus. Et licet testimonium Præsbyteratus nunquam collati à simplici Sacerdote sit negativum, tamen habet maximū pondus, quod enim tot sæculis in tanta temporum & rerum vicissitudine nunquam factum est impossibile censeri debet. Secunda ratio ex Apostolo ad Hebræos c. 7. vers. 7. *Sine ullâ contradictione quod minus est à maiore benedicetur.* Græcus, *à maiore, digniore, præstantiore.* Idem ostendit Melchisedech fuisse majorem Abrahamo cui benedixit, & toti ejus stirpi. At Prçsbyter nō est major Præsbytero, ideoq; præsbyter à præsbytero æquali nequit benedici & consecrari. Tertia ratio, Christus se humanæ cōsuetudini accōmodavit, igitur & in hujus ordinis institutione statuit ut præsbyter non consecraretur nisi à majori. Nec indè sequitur, quod etiam Episcopus nequeat consecrari ab Episcopo; quia cùm in Hierarchiâ Ecclesiasticâ non sit superior Episcopo nisi Romanus Pontifex; præsbytero autem Episcopus sit major, fit ut Episcopus possit ab Episcopo consecrari, non autem præsbyter à præsbytero. Nec secundò sequitur ex hoc Papam non posse cōsecrari ab Episcopo Ostiensi, quo est major: nec Archiepiscopum à Suffraganeis qui sunt ipso inferiores. Ad hoc enim D. Thomas respondet, primò, Episcopū Ostiensem & Suffragāneos non consecrare Papam vel Archiepiscopum, sed hunc hominem, puta Petrum vel Paulū declarare ut sit Papa, vel Archiepiscopus; dum enim eum consecrant, necdum est Papa vel Archiepiscopus, & sic non est major consecrantibus, sed minor, ut potè à quibus accipiat consecrationem papalē, vel Archiepiscopalem. Secundò, ait Episcopum Ostiensem & Suffraganeos consecrare & benedicere non suâ virtute, dignitate & auctoritate, sed Dei, qui has benedictiones tali modo, & per tales fieri voluit, nec enim aliter commodè fieri potest, sequè habet ut minister & vicarius Christi, qui est major eo qui benedicitur, quisquis & quantus ille sit. Nec tertiò sequitur simplicem Sacerdotē posse consecrare Sacerdotem quia ille sæpè in Missa benedicit Corpus Christi, quod tamen est illo nobilius. Ad hoc respondet Cornelius in cap. 3. ad Hebræos ejusmodi benedictiones esse tantùm efformationes signi Crucis in Christi Corpus, quæ non adhibentur ad hoc ut Christo benedicat, sed ut his quasi cæremoniis repræsentet crucem Christi, & per eam Christum ipsum Crucifixum, quasi victimam nostram à Deo tacitè postulat, ut ipse nobis benedicat. Sic ergò benedicit Christo non se, sed prout est victima nostra. Petit enim Sacerdos his benedictionibus, ut Christus in se benedictus fiat nobis victima salutaris & benedicta. Secundò respondet quod sacerdos gerens personam Christi sanctificantis, sit quodammodo major Christo ipso sanctificato, quia in omni sacrificio Sacerdos est major victimâ suâ, quam offert. Aureolus apud Capreolum in 4. dist. 25. quæst. unic. art. 2. Angelus verb. *ordo*, 2. num. 2. Panormitanus cap *quanto*, de consuet. num. 9. Præpositus tract. de Sacram. ordinis

Ordinis dub. 13. num. 1241. Vasquez disp. 243. cap. 4. affirmantes posse à simplici Sacerdote Sacramentum ordinis Sacerdotalis conferri. Probant primò ex Innocentio IV. & Glossâ in can. *manus*, de consecratione dist. 5. verb. *irritum*. Ubi; *Ex demandatione* (inquit) *Papa potest quilibet conferre quod habet, ut ordinatus ordinem, quem habet, & confirmatus confirmationem.* Item ex Glossa can. *pervenit*, dist. 95. asserente posse Præsbyterum ex delegatione conferre omnia Sacramenta quæ ipse accepit. Deinde (inquiunt) olim Præsbyteri regebant Ecclesiam, & alios Præsbyteros ordinabant, id ergò præstabant ex delegatione Pontificis, cùm delegatus nihil exerceat nomine proprio, sed delegantis. Præterea Concilium Antiochenum cap. 10. concedit ut Chorepiscopi de licentia Episcopi (qui secundùm Damasum epist. 5. erant tantùm simplices Sacerdotes) conferant Diaconatum & Præsbyteratum. Igitur sciente & consentiente Episcopo Civitatis potuerant Chorepiscopi conferre ordines Præsbyteratus, & Diaconatus. Idem colligitur ex Ancyrano cap. 13. *Chorepiscopis non licere Præsbyteros vel Diaconos ordinare, sed neq; urbis Præsbyteros, nisi cum litteris ab Episcopo permissum fuerit.* Denique Concilium Florentinum, ait ordinarium Ministrum ordinationis esse Episcopum, igitur potest esse alius extraordinarius, scilicet simplex Sacerdos non tantùm Subdiaconatus & Diaconatus, sed & Præsbyteratus, cùm nõ sit major ratio unius, quàm alterius. Ad hæc dicendum probabilissimum esse ejusmodi Chorepiscopos habuisse potestatem Episcopalem ad sacros Ordines conferendos sufficientem. Erant enim saltem ab uno Episcopo consecrati, ut Concilium Antiochenum, & Damasus testantur. Episcopus autem ab uno tantùm Episcopo consecratus in casu necessitatis erat verus Episcopus juxta constitutionẽ Simonis Cananæi apud Clementẽ Romanum lib. 8. Constit Apostol. cap. 27. & ex citato Concilio Antiocheno. *Tametsi manus impositionem ab Episcopis susceperant, & ut Episcopi juris consecrati* Dicit *Episcopis*, quia de pluribus Chorepiscopis mentionem fecerat, & consequenter de pluribus Episcopis loquitur, non simul consecrantibus, sed sigillatim, unoquoque suum Chorepiscopum consecrante, ex eodem Canone ubi sic concluditur. *Chorepiscopus autem ab Episcopo civitatis vel loci; cui idem adjacet, ordinandus est.* In casu ergò necessitatis ab Episcopo civitatis, seu Diœcesis consecratio esse potuit, qui spectatâ Episcoporum penuriâ, & utilitate Ecclesiarum, potuit solus Episcopum ordinare, à quo adjuvaretur in certis actibus Episcopalibus. Qui ita ordinatus, habebat quidem sufficientem potestatẽ ordinandi Præsbyteros, tamen non poterat eos licitè ordinare nisi de licentiâ Episcopi civitatis. De his Chorepiscopis loquitur Ancyranus. Damasus autem mentionem Chorepiscoporum facit, qui urgentè necessitate erant consecrati ab uno tantùm Episcopo. Cùm enim in illis non esset cõditio Episcopi requisita ab Apostolis, & servata ab Ecclesiâ usque tunc, non accipiebant potestat. Episcopalẽ, nec erant habiles ad ordinẽ Sacerdotalem conferendum. Et quia successu temporis ejusmodi Chorepiscopi cœperunt insolescere, & prohibita munia obire cum gravi offensâ Episcopi civitatis, & læsione ejusdem ejus dignitatis, statutum fuit ut in posterùm nullus Episcopus etiam urgente necessitate consecraretur & potestatem haberet cõsecrandi ordinandos, quod statutum editum fuit paulò ante tempora Damasi, & confirmatum à Damaso; à quo tempore Chorepiscopi non leguntur; etiam sciente Episcopo civitatis ordines Diaconatus & Præsbyteratus contulisse, ficque ab anno 367. (quo floruit Damasus,) vel 336. quando celebratum Conciliũ Antiochenum sub Julio I. Vel potius Ancyranum sub Sylvestro electo anno 314. non fuerunt Chorepiscopi in Ecclesiâ. Cæterùm Christus non determinavit an à duobus vel tribus Episcopis Episcopus esset consecrandus, sed illud reliquit liberum Ecclesiæ pro exigentia circumstantiarum, sicut Matrimonium clandestinum pro uno tempore

tempore fuit sufficiens pro sacramento, sed superveniente alio Ecclesiæ judicio fuit insufficiens. Faltum etiam est, quod olim Sacerdotes fuissent æquales Episcopis, quod quoque falsum est omnes Chorepiscopos fuisse simplices Sacerdotes. Quod autem Concil. Florentinum ait Episcopū esse ordinarium ministrum Sacramenti Ordinis, non sequitur ministrum extraordinarium ex commissione Pontificis ſſe simplicem Sacerdotē: sed tutis est si sit aliquorum.

II. Possint ex commissione Apostolicâ à simplici sacerdote tonsura, & quatuor minores conferri. Quoad primā tonsuram & ordines minores patet ex cap. *Clerici*, 2. num. 6. de vitâ & honestate, Paludano in 4. dist. 24. quæst. 3. art. 3. regul. 4. Ugolino de Extremâ-Unctione cap. 1. Henriquez libr. 10. cap. 27. Victoriâ de Sacramentis, num. 221. Reginaldo lib. 30. tract. 1. num. 11. Layman lib. 5. tract. 9. cap. 9. Bonacina disp. 8, quæst. unica puncto 4. Quia nulla ratio sufficiens afferri potest, cur Sedes Apostolica id concedere nequeat. Secundò, illa facultas concessa est Cardinalibus Presbyteris. Tertiò, Abbates Sacerdotes baculo & mitrâ utentes possunt conferre, cap. *quoniam vidimus*, distin. 69. cap. *cum contingat*, de ætate & qualit. cap. *Abbates*, de privileg. in 6. saltem suis subditis regularibus, eorum enim facultas per Concilium Tridentinum restricta est sess. 23. cap. 10. de reformat. Emmanuel Sa verb. *ordo*, numer. 16. Rodriguez tomo 3. qnæst. regul. quæst. 23. Miranda tomo 1. quæst. 38. num. 3. & 9. Lezana tomo 4. quæst. regul. verb. *ordo* num. 6. Meratius, Gammachæus, Amicus, & alii.

III. Quoad Subdiaconatum, Bellarminus de Sacramento Ordinis cap. 7. ad finem, Covarruvias 2. variar. cap. 10. Henriquez lib. 10, cap. 13. Suarez tomo 2. disp. 11. sect. 2. Martinus Fornarius de Sacramento Ordinis cap. 5. Sylvester verb. *ordo*, cap. 3. num. 7. Soto dist. 25. quæst. 1. art. 1. Benſonius de anno Jubilæo lib. 2. cap. 23. negant posse conferri simplici Sacerdoti facultatem ordinandi Subdiaconos. Ratio est, quia Episcopus videtur jure divino determinatus Minister Subdiaconatus. Quoad bullam Innocentii VIII. quæ videbatur permittere Abbatibus ut ordinent Subdiaconatus, Benſonius ait intelligendum esse de potestate concedendi litteras dimissorias pro illis ordinibus ab Episcopo conferendis Et ait ita fuisse declaratum Romæ à Congregatione Concilii Tridentini anno 1592. & explicatum à Clemente VIII in bullâ Cistercienſium, cui sententiæ videtur etiam favere S. Thomas in 4. dist. 25. ut dictum est supra. Alii tamē sententiam oppositam probabiliorem existimant, quam amplectuntur Innocentius can. *quanto*, extra. *de consuetudine*. Gabriel in 4. dist. 25. quæst. 1. concl. 2. Victoria in summa numer. 231. Angelus verb. *ordo*, Vivaldus in candelabro tit. *de Ordine*, tit. 17. Valquez disp. 243. Gammachæus de ordine cap. 7. Primò quia Franciſcus Victoria asserit se vidisse bullam pro Cistercienſibus ad conferendum Subdiaconatum. Secundò, etsi Pius V. negaverit Abbati Præmonſtratenſi hoc privilegium ordinandi Subdiaconos: tamen innuit concessum esse Cistercienſi. Tertiò, Gammachæus ait in Abbatiâ S. Dionyſii horum privilegiorum bullas extare, quas esse suppositas vel surrepritias est improbabile, nec sine scandalo id dici potest, cùm tot annis sint toleratæ, nec manifesto Sedis Apostolicæ decreto reprobatæ. Quartò, etsi revocaretur illud privilegium probaret aliàs extitisse, aliud enim est loqui de facto, aliud de possibili. Quintò, Si Subdiaconatus est ab Ecclesiâ institutus (ut nonnulli asserunt) non est potior ratio cur minores possint conferri à simplici Sacerdote, quàm Subdiaconatus. Qui autem sustinent esse à Christo institutum, debent fateri Diaconatum posse conferri à simplici Sacerdote. Ratio est quia spectatâ naturâ illorum ordinum, non est major ratio, quæ possit movere Pontificem ad unum potius, quàm ad alium concedendum. Quod si etiam minores sint à Christo instituti, & sint vera Sacramenta, non est major ratio cur Pontifex nequeat permittere collationem

collationem majorum excepto Præsbyteratu. Nec ratio D. Thomæ convincit, quod majores proximè referantur ad Corpus Christi verum. Hæc enim ratio valet pro Præsbyteratu, qui habet illam immediatam relationem, non verò Diaconatu & Subdiaconatu, qui remotè dumtaxat mediatè Eucharistię sacrificium afficiunt. *Et Sacerdotalis ordo* (inquit Gammachæus) *quasi infinitè distat à Subdiaconatu, eo quod immediatè consecret Corpus Christi.* Secundò, esto Diaconatus & Subdiaconatus proximè referantur ad Corpus Christi, minores tantùm remotè, adhuc nullâ ratione efficaci probatur, quare ordines proximè relati ad Corpus Christi possint ex commissione Apostolicâ conferri à simplici Sacerdote, & non qui remotè. Adde quod nullum extet vestigium talis dispensationis pro ordinatione Præsbyteratus. Nec est quod dicas minus esse conficere Chrisma, quam ordinare Diaconum & Subdiaconū, cùm igitur prius non commissum sit simplici sacerdoti, nec etiam posterius cōmitti poterit. Respondeo primò in moralibus argumentum à pari non valere, sed ex voluntate & institutione legislatoris nobis per Ecclesiam declarari. Secundò non est par ratio, quia Chrisma potest facilè transferri in quaslibet mundi partes. Episcopi autem nequeunt ubique adesse ad ordinandos Diaconos & Subdiaconos.

Gamach.

IV. Facultas conferendi præfatos ordines nequit committi ab Episcopo, ita Layman, Amicus, Arriaga, Gammachæus, Soto, & alii. Primò, quia non legimus eam fuisse ab ullo Episcopo communicatam. Quod si alicubi legatur, id præsumitur factum ex concessione Apostolicâ. Secundò, quia soli Pontifici ut Christi Vicario communicata est plenaria potestas circa ea, quæ spectant ad Ecclesiam, & non sunt contra fundamenta a Christo posita. Tertiò, Ordo collatus à simplici Sacerdote absque tali commissione Apostolicâ esset invalidus, cùm sit contra Christi institutionem. Nec est quod dicas omnem Ordinarium (cujusmodi est Episcopus) posse delegare partes suas cuicumque voluerit, hoc enim falsum est. Potest quidem delegare idoneo & capaci. Undè Episcopus & Pontifex nequeūt permittere Diacono, ut excipiat confessiones & absolvat. Secundò, dico Episcopum, non posse Sacerdoti delegare sua munia, quæ sunt ordinis & characteris, sed jurisdictionis. Undè notat Soto id etiam non competere summo Pontifici, ratione characteris, sivè ut est consecratus Episcopus, sed ratione supremæ jurisdictionis, seu ut est caput Ecclesiæ, & habet plenitudinem potestatis Apostolicæ. Undè Papa canonicè electus & institutus potest dare tale privilegium, licet nō foret consecratus Episcopus. Porrò Papa potest præfatam potestatem extraordinariam revocare, ita ut sequentes ordinationes sint irritæ & inanes, quia illud privilegium est accidentarium, & nō essentiale Sacerdotio. Est de jure humano non divino, ex gratiâ & dispensatione, & non vi ordinis & characteris. Licet enim sit de jure divino quoad aptitudinem, ut possit extendi, non tamen de jure divino ut debeat extendi, & sit necessariū ut in Episcopo. Quod hoc privilegium non detur Sacerdoti per ordinationem & impositionem manuum patet, quia potest conferri absenti per litteras, solo verbo, nutu, absque impressione novi characteris, vel extensione prioris, ut aliqui asserunt de charactere, vel ordinatione Episcopali, sed per delegationem & deputationem externam, quæ consistit in relatione rationis, saltem ex dictis non est essentialis ordini Sacerdotali, sed ad nutum Pontificis, qui potest dare facultatem ordinandi unum atque alterum, & non plures, dare pro uno atque altero die determinato, pro uno casu & persona.

## §. 7.

## *Quomodò Episcopus extra suam Diœcesim vel intra possit, & non possit ordinare.*

I. EA est Episcopi potestas in ordinibus conferendis, seu Pontificalibus exercendis in suâ Diœcesi, ut si quis illi, vel in personas eidem subjectas attentet suspendatur ipso jure ab exercitio Pontificalium. Accipe verba Concilii Tridentini Trident Concilii sess. 6 cap. 5. *Nulli Episcopo liceat cujusvis privilegii pratextu Pontificalia in alterius Diœcesi exercere, nisi de Ordinarii loci expressâ licentiâ, & in personas eidem Ordinario subjectas tantùm, si secus factum fuerit, Episcopus ab exercitio Pontificalium, & sic ordinati ab executione ordinum sint ipso jure suspensi.* Pro eo militant Summistæ & Theologi, Navarrus consil. 69. de sentent. excommunc. Sayrus in Floribus decis. sub illo tit. de sentent. excommunic. decis. 60. Joannes Guitier. can. lib. 1. cap 26. num, 29. Salzedo ad Bernardum in pract. 26. litt. A. Henriquez in summa lib. 11. cap. 3. §. 2. Flaminius Paris. de resignat. benef. libr. 1. quæst. 17. num. 17. Narbona lib. 59. Glossa num. 22. tit. 4. libr. 2. recop. Petrus Gregorius Syntagm. juris libr. 16. cap. 9. Auguianus de leg. libr. 2. controvers. 1. Alzedo de præcellent. Episc. dignit. part. 2. cap. 5. Zerola in praxi Episc. verb. *Archiepiscopus*, & part. 2. verb. *Episcopus*. Petrus Ledesma part. 1. tract. de Sacramento Ordinis cap. 8. con. 4. dubio 4. Ludovicus Miranda in manuali prælat. tomo 1. quæst. 58. art. 1. Piasecius in praxi Episc. part. 1. cap. 1. Cenedo ad decretum collect. 52. num. 1. Ugolinus de officio Episcopi cap. 2. §. 2. Aloysius Riccius in decis. Curiæ Archiep. part. 2. decis. 188. Bonacina de suspensionibus in particulari disput. 3. quæst. 1. puncto 12. & de censuris disp. 3. quæst. 6. puncto 9. Armendariz in addit. ad recop. legum Navarr. lib. 1. tit. 18. lib. 7. de Episcopis num. 68. Campanile in diversi juris can. rub. 9. cap. 1. Barbosa de offic. & potestate Episc. part. alleg. 6. & in collect. ad Concil. Trident sess. 6. cap. 5. Marchinus de sacramen. Ordinis tract. 1. part. 5. cap. 11.

II. Imò absque ejusdem Episcopi ordinarii licentiâ nequit extraneus conferre primam clericalem tonsurâ. Ita contra Rebuffum in tract. Nominat. quæst. 14. num. 29. & 65. & in praxi benef. rub: de Eccles. & alios, Julius Cæsar Madius de sacris Ordinibus cap. 2. Narbona lib. 20, glossa 2. num. 135. tit. 1. lib. 4. recop. Sanchez in opusc. moral. tomo 2. libr. 7. cap. 1. dubio 5. Acunna ad cap. *illud* num. 3. dist. 71. Nicolaus Garcias de benef. part. 1. cap. 5. Campanile in diverf. juris can. rub. 6. cap 1. Barbosa supra alleg. 6. num. 15. & in collect. ad Cõcil. Trident. sess. 6. cap. 5. Conferentem autem primam tonsuram non sibi subdito suspensionem incurrere tenent Azorius instit. moral part. 2. lib. 3. cap. 49. quæst. 5. Lessius de justitiâ lib. 2. cap. 44. dubio 19. Bonacina de Sacramentis disp. 8. quæst. 4. puncto 4. Martinus Formarius in addit. ad Tolet. de Sacramento Ordinis cap. 6. Barbosa supra. Imò non potest Episcopus alienus etiam inducente Patriarchâ subire munera Pontificalia in Diœcesi alicujus Suffraganei, nisi de ejus licentiâ, Franciscus Galetus in Margarita casuum conscientiæ verbo *Episcopus*, refert id decisum, Aloysius Riccius in praxi fori Eccles. post resol. 495. in notab. de materiâ Episc. Barbosa supra alleg. 6. num 14. Nec Archiepiscopus id etiam præstare potest, eâdem enim prohibitione comprehenditur quoad hanc materiam, ita Piasecius in praxi Episc. part. 1. Archiepiscopus Aldanus in compendio canon. resolut. lib. 8. tit. 8. num. 2. Refertque id decisum à Sacra Congregatione Episcoporum sub die 18. Aprilis anno 1599. Episcopus in aliena Diœcesi de licentiâ Ordinarii non potest ordinare nisi personas subjectas illi Ordinario, nisi habeant dimissorias generales à suis Ordinariis, ita Armendariz libr. 7. de Episcopis,

num.

num. 68. ubi ait ita decisum fuisse, Barbosa in collect. ad Concil. Trid. sess. 6. cap. 5. num. 4. Quod si Episcopus exerceat Pontificalia in alienâ Diœcesi annuente Ordinario, potest ordinare proprios Diœcesanos, ita Armendariz supra num. 55. Aldanus tit. 8. num. 8. Barbosa supra num. 5. & 6. Et referunt ita decisum die 6. Julii 1595. & die 22. Febr. 1630. Alienus Episcopus volens conferre Ordines in loco exempto debet habere licentiã non tantùm à Prælato loci exempti, sed etiam Episcopi intra cujus fines locus exemptus est constitutus, ita Aloysius Riccius in praxi rerum fori Eccles. post resolut. 495. Galetus in Margarita casuum conscien. verb. *Episcopus*, Armandariz supra lib. 7. de Episcopis num. 55. Barbosa supra alleg. 6. num. 12. & in collect. ad Cõcil. Trident. sess. 6. cap. 5. Molsesius in summa Theolog. moral. tractat. 2. cap. 2.

## §. 8.

## *Nullus Subditus Diœcesanus potest ordinari absque licentiâ proprii Episcopi.*

I. EPiscopum non posse ordinare sibi non subditum absque dimissoriis litteris sui Ordinarii, Patet primò ex Concilio Nicæno, ut refertur can. *Si quis*, dist. 71. ubi ejusmodi ordinatio dicitur irrita, saltem quoad ordinis susceptí executionem; item ex Concilio Tridentino sess. 23. de reform. cap. 8. *Quod si quis* (inquit) *ab illo promoveri petat, nullatenus id ei etiam cujusvis generalis aut specialis rescripti, vel privilegii prætextu, etiamsi Statutis temporibus permittatur, nisi ejus probitas ac mores Ordinario sui testimonio commendentur.* Ibi duo injunguntur, primò litteræ dimissoriales, secundò testimonium de vitâ & moribus. Quoad primum, qui ordinat aliquem carentem litteris sui Episcopi reddit incapacem beneficii, suspensum, & carentem privilegio ordinis, uno verbo, illam ordinationem irritam, non quoad substantiam, sed quo ad executionem ex cap. *illud*, cap. *si quis ausus*, dist. 71. Item Concilium Tridentinum citatum sess. 14. cap. 2. ubi familiares non triennales ordinari prohibet, *absque sui Prælati expresso consensu, aut litteris dimissoriis*, Episcoposque ordinantes ab exercitio Pontificalium per annum suspendit; & sic ordinatos ipso jure suspendit. Idem repetitur cap. 3. Vide pro hoc Guitiers can. lib. 1. cap. 26. num. 24. Zerola in praxi Episcop. part. 2. verb. *Dimissoriæ*, Flaminium Parisium de resignat. benef. lib. 4. quæst. 2. numer. 89. Salzedo ad Bernardum in pract. cap. 26. littera E. Franciscum Leonem in thesauro fori Eccles. part. 3. cap. 8. Cenedo pract. lib. 1. quæst. 38. num. 4. Valerium Reginaldum in praxi fori pœnitent. lib. 32. tract. 2. numer. 69. Bonacinam de censuris disp. 3. quæst. 6. puncto 5. Barbosam de officio & potest. Epiic. part. alleg. 7. numer. 9. Coninck de Sacramentis & censuris tomo 2. disp. 17. dubio 5. Ratio prima cur ab Episcopo proprio litteræ dimissoriæ habeti debeant præter sanctiones Apostolicas & Conciliorum, petitur ex antiquo usu, S. Augustino ad Clerum Hipponensem 137. Concilio Nicæno in cap. 2. distin. 73. & Cardin. Baronio tomo 2. anno Christi 142. num. 6. & tomo 3. anno Christi 345. num. 162. Ratio secunda pro non exemptis; Quia ejus est dimissorias litteras concedere cujus est ordinare, Glossa final. cap. *cùm nullus*, de tempor. ordinand. in 6. & cap. 1. dist. 62. Campanile de divers. juris canon. rub. 6. cap. 3. Eo quod quis potest per alium facere, quod per seipsum exequi non detinetur ex reg. Potest de regulis in 6.

II. Quoad Abbates & alios exemptos hi nequeunt Clericis sæcularibus litteras dimissorias dare, ut ab aliis ordines suscipiant, Henriquez in summâ lib. 10. cap. 22. §. 3. asserit personas quaslibet non Præsules etiam habentes jurisdictionem quasi Episcopalem contentiosam & voluntariam nõ posse præfatam facultatem concedere, & in commento littera T. testatur Episcopum Salmaticensẽ anno 1581.

id obtinuisse contra Capitulum suæ Ecclesiæ. Plura apud Barbosam de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 7. num. 8. & alibi. An Capitulo & Vicario generali competat dare litteras dimissorias vacante Sede, vide eundem Barbosam citatum cap. 7. num. 9. & seq.

III. Quoad Regulares ordinandos litteræ dimissoriæ sivè commendatitiæ debent dari à Prælatis ordinariis, non autem ab Episcopis Diœcesanis. Ita Concilium Tridentinum sessione 23. cap. 8. *Nullatenus etiam id ei cujusvis Generalis, aut specialis rescripti, vel privilegii prætextu ordinetur, etiam statutis temporibus, nisi ejus probitas, ac mores Ordinarii sui testimonio commendentur.* Per nomen Ordinarii quoad Regulares intelligendos esse Generales, Provinciales, seu etiam inferiores Prælatos regulares, docent Navarrus lib. 2. consil. 22. & 23. Henriquez lib. de indulgentiis cap. 26. Ciarlinus controvers. forens. lib. 1, cap. 46. numer. 21. Noster Lezana tom. 1. quæst. regul. cap. 14. num. 18. tomo 3. verb. *dimissoria*, numer. 2. & seqq. tomo 4. verb. *Ordines sacri*, num. 12. Ratio prima, quia ex Concilio Tridentino sess. 23. de reformat. cap. 10. & sess. 7. de reformat. cap. 10. vocantur *dimissoria*, quia Prælati dimittunt suos subditos aliis ad ordines suscipiendos. Secunda, sessione 23. cap. 10. prohibetur Abbatibus vel exemptis nè dictas dimissorias concedant *cuiquam, qui regularis sibi subditus non sit.* Igitur regularibus subditis cõcedere potest. Item Concilium ibidem. *Nec ipsi Abbates & alii exempti, aut Collegia vel Capitula quæcumque etiam Ecclesiarum Cathedralium litteras dimissorias aliquibus Clericis sæcularibus concedant.* Cùm sæcularibus dari prohibeat, sequitur à contrario sensu posse dari regularibus subditis. Tertia, ex eadem sessione 23. cap. 8. nullus potest ordinari, *Nisi ejus probitas ac mores, Ordinarii sui testimonio cõmendentur.* Per Ordinarium non potest intelligi Episcopus qui eos non cognoscit, igitur Prælatus regularis. Quarta, ex privilegiis Pontificum Joannis XXII. & Xisti IV. pro Carmelitis, quæ quoad hoc punctum non sunt revocata. Item aliorum Ordinum apud Cassarrubium in compendio privileg. verb. *Ordines sacri*, & præsertim Clementis VIII. pro Cistercien sibus Monasterii de Alcobaza regni Lusitaniæ apud Rodriguez tomo 3. quæst. regul. quæst. 18. art. 5. Miranda in manuali tomo 1. quæst. 39. art. 3. Quinta, ex declaratione Sacræ Congregationis sub Clemente VIII. quam refert Lezana tomo 3 verb. *dimissoria*, num. 5. Sexta, ad eos spectat de vitâ & moribus, sufficientiâ reddere testimonium, qui soli habent notitiam de vitâ, moribus, & sufficientiâ ordinandorum. Denique patet ex praxi & usu omnium Religionum. Vide Barbosam de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 7, num. 31. Tandem dare dimissorias est actus jurisdictionis secundùm Suarem de censuris tomo 5. disp. 14. sect. 1. Regulares autem subjiciuntur jurisdictioni Prælatorum suorum

Concilii Trident.

IV. Dimissoriæ litteræ non expirant vel per mortẽ, vel cessationem officii concedentis, nisi revocentur à Superioribus, Henriquez in summa lib. 10. cap. 22. §. final. Tamburinus de jure Abbatum tomo 2. disp. 2. quæst. 29. Refert Barbosa in collect. bullarum verb. *dimissoria*, Episcoporũ & Regularium Congregat. in Orien. 21. Novembr. id declarasse. Ratio est, quia gratia & favor non expirat morte concedentis ex cap. *si quis nulla*, de præbend. in 6. cap. *si super gratiam*, de offic. judic. delegat. eodem sexto.

V. Dubium hic moveri potest, an si in litteris dimissoriis concedatur facultas suscipiendi Ordines à quocumque Episcopo in propriâ Diœcesi ordinante, possit quis ab Episcopo ordinante in alienâ Diœcesi de licentiâ Ordinarii loci ordinari, Ledesma in summâ tom. 1. de Sacram. Ordin. cap. 8. conc. 4. difficul. 5. Affirmativam opinionem probabilem putat contra Guttierez in quæst. canon. lib. 1, cap. 16. Bonacinam de Sacramentis disp. 6. quæst. unicâ, puncto 4. num. 28, & Aloysium Riccium in addit. ad institut. can. Lancelloti lib. 1. titul. 25. Turrianum disp. 46. dubio 1. Quod si certò sciat proprium Episcopum in tali

tali casu per generales dimissorias cõcessurum esse, & omnia rata habere, an in tali casu nonobstante dimissoriâ cum tali limitatione posset præfatus Episcopus alienus absque scrupulo præfatum sic dimissum ordinare. Respondent affirmativè Ledesma supra conc. 5. Villalobos in summa tomo 1. difficult. 9. tract. 11. n. 8. Paludanus in 4. sent. dubio 18. quæst. 1. art. 2. casu 19 Diana tract. 4. de sacramentis resolut. 191. contra Bonacinam & alios proximè citatos. Cæterum etsi Concilium Tridentinum session. 23. cap. 8. præscribat suspensionem à collatione ordinum per annum Episcopo ordinanti etiam in propriâ Diœcesi non proprium subditum absque litteris dimissoriis, vel testimonio probitatis & morum, cui subscribunt Toletus, Suarez, Bonacina, Sayrus, Alterius apud Barbosam in collectaneis tamen si ex ignorantiâ probabili subditum alterius Episcopi, sine hujus licentiâ ordinet non incurrit suspensionem, ita Navarrus consil 40. in novis. sub tit. de tempor. ordin. Sayrus sub eodem titul. decis. 62. Ugolinus de officio Episc. cap. 26. §. 22. num. 2. Aloysius Riccius in praxi rerum fori Eccles. decis. 297. alias 356. Barbosa in cap. 8. sess. 23.

## §. 9.

## *Quo tempore potest Episcopus Ordinare.*

I. Concilio Trident.

*Primò Clericali tonsurâ* (inquit Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 4.) *non initientur, qui fidei rudimenta edocti non fuerint, quique legere & scribere nesciant.* Saltem linguâ vulgari & maternâ, itaut tonsurã possit recipere, qui scit legere & scribere linguâ maternâ, Azorius part. 2. instit. moral. libr. 6. cap. 6. quæst. 2. Campanile in diverse. juris canon. rub. 5. cap. 2. Sanchez in opus. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 45. Diana moral. resol. part. 5. tract. 14. resol. 27. Quolibet tempore posse conferri docent Marchinus tractat. 1. part. 7. cap. 5. Thomas Valascus tomo 1. alleg. 4. numer. 3. Laurentius de Franchis in controvers. inter Episc. & Reg. part. 79. Valerius Reginaldus in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 1. numer. 26. Sanchez in opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 52. Armilla verb. *ordo*, num. 8. Tabiena eodem verbo §. 2. Bartholomæus à Ledesma dub. 15. de ordine. Primam tonsuram carere materiâ & formâ essentiali, ac proinde absque prolatione, verborum Episcopum posse validè tonsurare asserunt illi, qui negant esse ordinem, ut Navarrus consil. 4. de Sacrament. non iterandis in novis. Molfesius in summa Theologiæ moral. tract. 2. cap. 3. numer. 20. sed Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 10. num. 8. est contrariæ opinionis, præsertim quia Episcopus in ejus collatione, ait, in personâ Clerici initiandi, juxta Pontificale. *Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei, tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.* Ecclesia per Episcopos hæc privilegia tonsuratis confert ex Diana resol. moral. part. 4. tract. 1. resol. 20. Comitolo respons. moral. lib. 1. quæst. 54. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 10. num. 8. Primum in religiosam Domini sortem cooptantur, & ex laicis & prophanis fiunt personæ sacræ. Secundum, beneficii Ecclesiastici, & Sacerdotii capaces efficiuntur. Tertium, Ecclesiasticæ jurisdictionis fiunt participes, seu potestatis excommunicandi, suspendendi, & interdicendi. Quartum, gaudent privilegio fori, idest, Magistratus sæcularis nullum imperium in eos habet, nihilque erga eos juridicè potest exercere. Quintum privilegium præfatorum Clericorum, seu quibus Episcopi primam tonsuram contulerunt, est, quod ii, qui ipsis violentas manus inferunt, censuram excommunicationis incurrunt. Sextum, communicat cum illis immunitatem bonorum omnium, sivè illa possideant jure patrimonii, sivè beneficii Ecclesiastici.

II. Ordines minores, scilicet Ostiaratus, Lectoratus, Exorcistatus, Acolythatus dicuntur tales respectu majorum Subdiaconatus, Diaconatus, & Præsbyteratus, qui proximius ad Eu-

chariſtiam accedunt, & ob eam inſtituti ſunt. Vel dicuntur minores quia non vocantur ſacri, vel non habent votum caſtitatis annexum, vel quia non habent actum circa rem ſacram. Nam ex D. Thomâ in 4. diſtinct. 24. quæſt. 3 art. 1. ad 3. Subdiaconatus verſatur circa tactum ſacrorum vaſorum. Diaconatus circa Chriſti ſumptionem populo diſpenſandam. Præſbyteratus circa Corpus & Sanguinem Chriſti conficiendum & offerendum. Horum Ordinum antiquitas contra Calvinum lib. 4. inſtitut. cap. 9. num. 23. in tempora Apoſtolorum refunditur, ut patet ex can. 27. Apoſt. ubi fit expreſſa mentio Lectoris & Cantoris. Ex Clemente Romano lib. 8. conſtit. cap. 26. ubi fit mentio Lectoratus & Exorciſtatus. De omnibus diſſerit S. Ignatius Martyr Apoſtolorum diſcipulus epiſt. ad Antioch. Cornelius papa in epiſt. ad Fabium Antiochen. Concilium Romanum ſub Sylveſtro I. Concilium Carthaginenſe quartum anno 436. ſub Anaſtaſio Papâ & confirmatum à Leone III. in quo ſingulorum materiæ, formæ, & officia deſignantur. Idem colligitur ex noviſſimo Concilio Tridentino ſeſſ. 23. cap. 2. 5. 6. & 11. Materia Oſtiaratus ſunt claves, quæ ordinando porriguntur, forma ſunt verba prolata per Epiſcopum in traditione clavium, ſcilicet. *Accipe poteſtatem aperiendi Eccleſiam, & ſacrarium, & claudendi infidelibus.* Vel. *Sic age, quaſi Deo redditurus rationem pro his rebus, quæ his clavibus récluduntur.* Ita Pontificale. Molfeſius in ſumma Theolog. moral. tractat. 4. cap. 4. Marchinus de Sacramen. Ordinis tract. 2. part. 2. cap. 1. Sanchez in opuſc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 12. Vocatur etiam Sacriſta, quia ex cap. *unico*, de officio Sacriſtæ, ei committitur ſacrorum vaſorum, theſauri Eccleſiæ cura. Item dicitur Theſaurarius, Græcè Cimeliarcha cap. 1. in fin. diſt. 25. quia ejus munus eſt ordinare & ornare Baſilicas, præparare incenſum, curare ut Chriſma conficiatur; Baptiſterium ordinare, præparare luminaria, ideſt cereos, oleum pro luminaribus, ex cap. *unico*, de officio Sacriſtæ. Traduntur etiã (inquit Amicus) funes campanarum. Eius miniſter eſt cuſtos, ad quem ſpectat ſervare ea, quibus quotidie utitur Eccleſia, ut linteamina altaris, materiam Sacramentorum, lampades in templo accendere, campanas & tintinnabula ſuis horis ad nutum Archidiaconi pulſare, &c. titul. de officio cuſtodis.

Lectoratus materia remota eſt liber lectionum de Prophetis, cap. *lector*, diſt. 23. Seu eſt liber continens Prophetias veteris & novi Teſtamenti. Proximâ eſt traditio ejuſdem libri: Differt materia hujus ordinis à Subdiaconatu, quod extra Miſſam inter nocturna officia Lectoris ſit legere, Subdiaconi legere utriuſque teſtamenti epiſtolas in ſolemni Miſſæ Sacrificio (inquit Amalar. Fortunatus lib. 4. de officio Eccleſ. cap. 3.) Forma Lectoratus eſt. *Accipe, & eſto Verbi Dei relator habiturus, ſi fideliter & utiliter impleveris officium tuum partem cum his, qui verbum Dei benè miniſtraverunt.* Ita Pontificale. Clemens papa lib. 8. conſtitut. cap. 22. Filliucius tractat. 9. num. 21. & 51. Marcellus à Vulpe in praxi judicii fori Eccleſ. cap. 7. num. 28. verſ. *Lector*, Molfeſius ſupra tract. 2. cap. 5. additur cap. *non liceat*, 22. diſt. cap. 1. diſt. 89. & cap. 1. diſt. 25. cap. *Clerus*, diſt. 24. Non licere ea quæ Prophetæ prænunciaverant populis enunciare, & in pulpito niſi Lectoribus. Referunt Iſidorus in epiſt. ad Ludifridum; quæ refertur in cap. *perfectis*, diſt. 25. Hugo de ſancto Victore lib. 2. de Sacramen. part. 6. Vaſquez. diſp. 236. cap. 2. num. 19. Lectoris officium erat baptiſandis Chriſtianæ religionis rudimenta tradere. Sotus in 4. diſt. 24. quæſt. 1. artic. Catechiſmus Romanus de Sacramento Ordinis num. 16. Bellarminus apud Amicum cenſet Lectorem poſſe etiam legere Evangelia, ex Cypriano lib. 2. epiſt. 5. ubi Lectoribus porrigitur Evangelium legere, non quidem (inquit Bellarminus) tempore ſacrificii, ſed extra illud. IV.

Exorciſtatus Græcè adjurans, increpans Latinè, ex cap. *Cleros*, habet pro materia remota librũ exorciſmorum, pro proximâ traditionem illi[us] cap. *Exorciſta*, diſt. 23. pro forma V.

Copus hæc verba pronunciat. *Accipe, & commenda memoriæ. & habe potestatem manus imponendi super energumenos.* Ita Pontificale. Rodulphus Capers in cap. *oportebat*, dist. 9. tit. de Exorcistis. Filliucius tract. 9 num. 20. & 51. Marcellus cap. 7. num. 28. Marchinus tract. 2 part. 3. cap. 2. Sanchez lib. 7. cap. 1. dubio 12, num. 6. Officium Exorcistæ ex cap. 2. dist. 25. est manus imponere super energumenos, seu Lunaticos, & à Dæmonibus obsessos cum invocatione Nominis JESU, & specialiter super baptisandos, quando dicitur Exorcismus cap. 1. *Nec quemquam*, de consecratione dist. 4. Hugo lib. 1. de Sacramentis part. 3. cap. 8. Nam Exorcismus (inquit cap. *ante viginti*, eadem distin. 4.) est adjuratio contra dæmones, quæ fit tam circa animam per peccatum & infidelitatem obsessam, quàm circa corpus. Concilium Laodicense in Phrygiâ sub Sylvestro Papâ cap. 26. prohibet exorcizare tam in Ecclesiis, quàm in domibus, nisi iis, qui ab Episcopo sunt ordinati, in primitivâ Ecclesiâ ob penuriam Sacerdotum, & copiam energumenorum exorcisabant Exorcistæ, nunc autem ob copiam Sacerdotum non expelluntur dæmones ab energumenorum corporibus ab Exorcistis, nisi quando absunt Sacerdotes. Hujus antiquitatem aliqui referunt in illud Actor. cap. 19. Alm. c. 19. v. 13 vers. 13. *Tentaverunt quidam, & de circumeuntibus Judæis exorcistis invocare super eos qui habebant spiritus malos nomen Domini JESU, dicentes, adjuro vos per JESUM quem Paulus prædicat.* Nam (inquit S. Chrysostomus S. Chryst. homiliâ 4. de laudibus Pauli.) *Si JESUM invoces Nazarenum velut ab igne repentè diffugit Dæmon.* S. Justinus S. Justin. de veritate Christianæ Religionis. *Ejus nominis potentiam dæmones tremunt, & formidant, & hodie quoque illis per nomen Jesu Christi adjurati vobis parent.* Quibus accinit Prudentius in Prudent. Apotheosi contra Judæos.

*Torquetur*
*Nomine percussus Chri*
*Verbi*
*Ferre potest*
*ber*

*Quot laudata Dei resonant miracula Christi.*

Respondet Amicus supra in Actibus non esse sermonem de Exorcistatu, ut est ordo Ecclesiasticus, sed ut est gratia gratis data Notant Navarrus consil. 6. de officio ordin. Ugolinus de officio Episc. cap. 47. num. 6. Barbosa supra num. 11. Quod licet Episcopus non debeat prohibere Clericis, Exorcistis, & Sacerdotibus, nè sine suâ facultate energumenos exorcisent, possunt tamen videre, quam formam exorcisandi servet Exorcista, an ab Ecclesiâ institutam & receptam, an utatur superstitionibus, aut aliquod cum dæmone pactum habeat. Si his in rebus videat delicere poterit ab officio exorcisandi remo vere. Non debet tamen Episcopus permittere ut Exorcista urgeat magum ad tollendum maleficium per aliud maleficium, etsi aliâ viâ maleficiatus curari nequeat, quia sic Dæmonis auxilium per magum invocaret. Ita Sylvester in summa verb. *maleficium*, quæst. 8. Navarrus citatus, Sanchez supra disput. 95. num. 7. Suarez tomo 3. disp. 38. cap. 18. Martinus disquis. magic. libr. 6. cap. 2. sect. 1. quæst. 2. Petrus Binsfeldius in tit. de malef. & matem. lib. 4. quæst. 5. concl. 3.

VI. Acolythatus Græcè dicitur, Latinè sequela, quia Acolythus Subdiaconũ sequitur, vocatur cap. *Clero*, 21. Ceroferarius, à cereis ferendis. In ejus ordinatione porrigitur candelabrum, ut sciat sui muneris esse lumina Ecclesiæ accendere ex cap. *Acolythus*, dist. 13. Nonnulli dicunt hujus Sacramenti materiam esse cereum extinctum cum urceolis vacuis, ita Pontificale. Vasquez disp. 236. num. 29. & 30. & disput. 237. num. 32 Molfesius tract. 2. cap. 7. num. 10 Filliucius tractat. 9. num. 19. & 51. Hanc formam Episcopus in traditione materiæ pronunciat. *Accipe urceolos ad suggerendum vi*
*aquam in Eucharistiam sangui-*
*sti ex nomine Dei.* S. Thomas
. quæst. 38. art. 14. Sylvester
ordo, 2. qu Sanchez in o-
c. moral 1. dubio 2.
Martinus dine cap. 2.
num. 4 4. disput. 9.

materiæ

quæst. 1. puncto 4. ad 1. Coninck disput. 20. dubio 7. docent contactum materiæ esse de essentia, itaut non censeatur ordinatus, qui illam realiter & physicè non attingit, Emmanuel Sa verb. *ordo* numer. 5. Valerius Reginaldus in praxi fori pœnit. libr. 28. tract. 5. num. 9. Henriquez lib. 10. cap. 10. §. 1. Nugnus part. 3. quæst. 34. art. 5. diffic. 2. Dicunt non esse opus, ut contingatur materia, quando verba proferantur, ita ut simul fiat contactus, & Episcopus verba seu formam proferat, sed sufficit, ut sint moraliter simul, idest absque mora interposita. Diana moral. resol. part. 3. tract. 13. resol. 48. tenet non esse ut opus in minoribus ordinibus porrigatur instrumenta per Episcopum, sed sufficit per Archidiaconum Episcopo formam proferente. Idem docent Sylvester verb. *ordo* 2. quæst. 5. Vivaldus in candelabro tit. de Sacrament. Ordinis num. 14. Navarrus consil. 3. de Sacrament. non iterandis.

VII. Tempus quo Episcopus potest conferre ordines minores, ut dictum est, sunt sex anni tempora, scilicet quatuor anni tempora post Pentecostem, post Exaltationem S. Crucis, post Dominicam tertiam Adventus: post primam, quartam Quadragesimæ & Sabbathum sanctum, ex cap. 3. de tempore ordin. Consuetudo Diœcesis Leodiensis & quarumdam aliarum recepta est, ut feria sexta sex præfatorum temporum quibus de jure sacri ordines conferuntur, Episcopus minores conferat quasi diem Sabbathum tunc incipiat, seu (inquit Henriquez lib. 10. cap. 12. §. 2.) ut Episcopus ab isto onere liber die Sabbathi possit cum maiori solemnitate cōferre ordines majores. Idem cum Molfesio in summa Theologiæ moralis tract. 2. cap. 14. num. 7. & Sanchez supra dubio 52. num. 3. affirmant Episcopum posse promovere ad minores ordines feriâ quartâ quatuor temporum, posse etiam non generaliter sed specialiter aliquos ordinare Dominicis & Festivis diebus, innuunt Alexander 3. in cap. de eodem temp. ordinat. Sylvester verb. *ordo*, 2. num. 6. Rebuffus in praxi benef. part. 2. titulo *de Clericis ad sacros ordines malè promotis*, numer. 2. & 3. Cardosius in praxi judic. verb. *Sacramentum Ordinis*, numer. 36. Marchinus tract. 1. part. 7. cap. 5. Valerius Reginaldus lib. 30. tract. 1. num. 26. Henriquez lib. 10. cap. 12. §. 2. Bonacina de censuris extra bullam disp. 3. quæst. 1. puncto 3. Jacobus de Graffiis in decis. aureis libr. 3. part. 2. cap. 12. Homobonus de bonis de examin. Eccles. tract. 3. cap. 8. quæst. 69. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 11. num. 21. Layman lib. 6. tract. 10. cap. 8. Porrò per festivos dies, non tantùm esse intelligendos eos, qui sunt de præcepto, seu solemniter celebrantur in Diœcesi, sed etiam qui celebrantur in festo duplici, licet non abstineatur ab opere servili, tenent Gavantus in Enchiridio Episc. verb. *Ordines minores*, num. 15. Homobonus de Bonis in resp. casuum consc. vol. 2. part. 5. resp. 207. Fagundez in quinque præcepta Ecclesiæ, præcept. 1. lib. 1. cap. 2. num. 15. Franciscus Hallier de sacris Ordinibus part. 2. sect. 7. cap. 1. art. 1. num. 2. Tannerus tomo 4. disp. 7. quæst. 3. dubio 2. num. 44. Joannes Præpositus in 3. part. D. Thomæ quæst. unic. de Sacrament. Ordinis dub. 15. num. 150. ubi notat quod dum cap. *de eo*, de temp. ordin. dicitur minores ordines esse dandos festivis diebus, non intelligendum tantùm de festo, quod servatur à populo, sed etiam quod servatur in choro, Barbosa de officio & potest. Episc. part. alleg. 17. num. 7. Qui advertit quod in Clemen. unicâ de Religione & venerat. Sanctorum, festa Evangelistarum & Doctorum Ecclesiæ æquiparantur festis Apostolorum, non quidem in feriatione horum festorū, sed in eorum celebratione sub officio duplici. Deindè Ecclesiâ celebrat festa S. Lucæ Evangelistæ, S. Ambrosii, S. Thomæ Aquinatis, S. Bonaventuræ sub officio duplici, & tamen in præfatâ Clementinâ unicâ horum Sanctorum dies festi nuncupantur. Suarez tomo 1. de religione lib. 2. de diebus festis cap. 9. numer. 22. Fagundez in quinque Eccles. præcepta lib. 1. cap. 2. num. 11.

num. 11. Barbosa de officio & potest. Episcopi alleg. 11. num. 22. & alleg. 17. num. 7. Diximus supra ex Lezana tomo 4. quæst. regul. verb. *Ordines sacri*, num. 9. & aliis ibidem pro Religiosis, nomine dierfesti sufficere si solemniter celebretur in Religione, vel Monasterio, licet alibi non celebretur.

VIII. Quoad majores Ordines, materia remota ordinationis Subdiaconatus est calix vacuus cum patenâ, proxima ejusdem porrexio, ita cap. *Subdiaconatus*, 23. dist. Jacobus de Graffiis in decis. aureis part. 2. lib. 1. cap. 9. num. 6. Carolus de Craffis de effectibus Clerical. in prælud. numer. 288. & seqq. Molfesius in summa Theolog. moral. tract. 2. cap. 8. num. 14. & 15. Vasquez tomo 3. in part. 3. disp. 236. cap. 3. Marcellus Vulpe in praxi judic. for. Eccles. cap. 7. Sanchez in opusc. moral. cap. 7. art. 1. dub. 12. Marchinus de Sacramento Ordinis tract. 2. part. 6. cap. 3. Rodulphus Cupers in repet. cap. *oportebat*, dist. 79, in §. *Subdiaconatus ordo*, art. 1. Non est necesse ut Episcopus porrigat calicem consecratum (inquiunt Sotus, Emmanuel Sa, Ledesma apud Henriquez in summa lib. 10. cap. 5. in commento littera F. & cap. 8. num. 3. con ra Sylvestrum verb. *ordinatio*, 2. §. 4. vers. 3. & alios. Quia ad essentiam hujus sacramenti nullo jure constat necessarium esse calicem consecratum. Secundò, sicut validè potest confici Sacramentum in calice non consecrato, sic Episcopus potest conferre characterem traditione calicis non consecrati. Forma hujus ordinis in traditione materiæ hæc est. *Accipe librum Epistolarum, & habe potestatem legendi eas in Ecclesia sancta Dei, tam pro vivis quàm pro defunctis, in nomine Patris, &c.* Et in traditione Calicis cum patenâ, hac forma utitur Episcopus. *Vide cujusmodi ministerium tibi traditur, ideò te admoneo, ut ita te exhibeas, quod Deo placere possis.* Hanc formam referunt Vasquez supra disp. 238. cap. 5. num. 48. Molfesius supra cap. 8. Sanchez in opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 11. num. 1. Subdit Carolus de Graffis supra ad hunc ordinem spectare Diacono administrare, mantile & manutergium tenere, & pro lavandis ante altare manibus aquam Sacerdotibus præbere, vinum & aquam in urceolis deferre. *Quo etiam officio* (inquit Barbosa supra citatus, allegat. 14. numer. 3.) *functus fuit Jesus-Christus Dominus noster, quando linteo se præcinxit ad lavandos pedes discipulorum, & quando de aquâ in nuptiis fecit vinum.* Diximus num. præcedente quomodò Episcopus queat eodem die aliquem promovere ad minores ordines & Subdiaconatū, pro quo favet Navarrus in manuali cap. 25. num. 71. vers. 8. Rebuffus in praxi benef. tit. *clericis malè promotis*, glossa 1. num. 18. Vasquez tomo 3. in 3. part. disp 246. num. 46. Molfesius tract. 2. cap. 8. & alii apud Barbosam de officio & potest. Epis. part. 2 alleg. 14. num. 5.

Quamvis omnes Clerici Sacerdoti IX.
ministrent, tamen Diaconus Græcè, Minister Latinè nominatur, quia solus circa res sacras Sacerdoti ministrat, & eas populo distribuit; cap. *Diaconi sunt*, 93. dist. Materia remota Diaconatus est liber Evangeliorum, proxima illius traditio, cap. *Diaconus* 23. dist. Sanchez lib. 7. cap. 1. dubio 12. num. 15. qui notat hunc actum esse secundarium & minus præcipuum, ita ut præcipuus sit porrigere calicem & patenam cum hostia & vino. Quo officio etiam Dominus noster Jesus-Christus functus est. *Quando post cœnam Sacramentum Corporis & Sanguinis ministrabat Discipulis, ac quando prædicabat Evangelium, ideò eis assignatur liber Evangelii, & stola in modū jugi, alterè tantùm ejus humero injecta*, inquit Barbosa supra numer. 6. post Homobonum de Bonis de humanæ vitæ statibus part. 1. cap. 19. Rodulphum Cupers cap. *oportebat*, rubr. *Diaconatus institutum*, art. 1. num. 38. Graffis cap. 9. num. 7. Vasquez tomo 3. in 3. part. disp. 236. cap. 4. & alios. Pontificale hanc formam præscribit in traditione materiæ. *Accipe potestatem legendi Evangelium in Ecclesiâ Dei tam pro vivis quam pro defunctis in nomine Domini Amen.*

Sacerdos, idest sacrum dans, & X.
Præsbyter Græcè, Latinè dicitur Se-

nior, cap. *Cleros*, 21. dist. non tam ætate, quam moribus & officio. In ejus ordinatione materia remota est calix cum vino, & patenâ cum hostiâ. Proxima est traditio calicis cum vino, & patenæ cum hostiâ, cap. *præterea juncta*, glossâ 23. dist. cap. *generaliter*, §. *utriusque*, 15. quæst. 1. Hostiam in patena debere esse triticeam, & in calice vinum vitis, aliàs non futuram ordinationem tenent Tannerus in part. 3. D. Thomæ disp. 7. quæst 2. dub. 4. num. 94. Turrianus in select. disput. Theolog part. 1. disput. 21. dubio 2. Campanile in diverf. iuris canon. rub. 2. num. 17. Villalobos in summa tomo 1. tract. 11. difficult. 4. num. 1. Joannes de la Cruz in direct. concien. part. 2. de sacram. Ordinis dubio 2. Quibus subscribit Barbosa supra numer. 7. Forma hujus Ordinis est *Accipe potestatem offerendi, &c.* Docet Bonacina disp. 8. quæst. unica, puncto 4. post D. Thomam part. 3. quæst. 38. art. 4. Valentiam tomo 4. disput. 9. quæst. 1. puncto 5. Sylvestrum verbo *ordo* 2. quæst. 5, Coninck disp. 20. dubio 7. numer. 7. & alios, contactum materiæ esse de essentia. Ratio est, quia in quolibet Sacramento habente materiam, debet suscipiens illam cõtingere, ut patet in Baptismo, Confirmatione & aliis. Ubi subdit, non esse necesse ut hostia & vinum tangatur, sed ut tangatur calix & patena. Ratio est, quia qui vas & calicem attingit, censetur tangere moraliter vinum in eo contentum, & qui patenam, censetur panem in eâ contentum. Imò Diana moral. resol. part. 2. tract. 2. miscellan. resol. 3. post Vasquez, Henriquez, Reginaldum, Molfesium, & alios censet non esse necessarium, ut ordinandus tangat physicè materiam, sed sufficere ut extensione manuum ostendat, se eam acceptare ab ordinante. Ratio est, quia Concilium Florentinum non facit mentionem contactus, sed tantùm traditionis. *Tutius est* (inquit Bonacina supra) *tamen attingere ipsam patenam & hostiam immediatè juxta ritum Ecclesiæ, nè ordinandus se exponat periculo non recipiendi ordines.* Episcopus manus Presbyteri ordinandi Chrismate, seu oleo Catechumenorum injungit, manus super ipsum imponit, & Præsbyteri sunt stantes cap. *Præsbyter*, dist. 23. cap. ult. de sacram. non iteran. Pronunciatque Episcopus hæc verba. *Accipe Spiritum sanctum, quorum remiseris peccata, remittuntur eis.* Quod si hæc verba omittantur ab Episcopo, nequibit à sacerdote absolutio impendi. Ita Bellarminus cap. 9. de ordine. Suarez tomo 5. disp 42. sect. 4. & 13. Valentia tomo 4. disp. 9. quæst. 1. puncto 5 Henriquez in summa lib. 10. cap. 6. §. 1. Sanchez in opusc. moral. lib. 7. cap. 1. Martinus Fornarius de Ordine cap. 2. Barbosa supra num. 9. Licet munus Sacerdotis sit Corporis & Sanguinis Domini Sacramentum conficere, Deo sacrificare, super populum orare, tamen Nicolaus I. ad Michaelem Imperatorem; ut habetur in Hispalensi Concilio non potest coram Episcopo benedictionem super populum dare, absque præviâ ejus licentiâ. Episcopum nemini posse dare duos sacros Ordines docent noster Lezana tomo 1. quæst. regul, part. 1. quæst. 14. numer. 14. Marchinus de Sacramento Ordinis tract. 1. part. 7. cap. 1. & alii apud Barbosam de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 14. numer. 10. & alleg. 18. num. 1. & habetur in cap. *dilectus*, & in cap. *per litteras*, de tempor. ordinan. Et novissimè Concilium Tridentinum in sess. 23. cap. 13. *Duo sacri Ordines non eodem die etiam regularibus conferantur, privilegiis ac indultis quibuscvis concessis, nonobstantibus quibuscumque.* Addunt Suarez tomo 5. disp. 31. sect. 1. Molfesius in summa Theolog. moral. tractat. 2. cap. 14. numer. 5. Sayrus de censuris lib. 7. cap. 10. num. 22. Eandem diem accipi, quando quis die sabbathi recipit Subdiaconatũ, & mane Dominicæ sequentis recipit Diaconatum. Ratio est, quia præsumitur una & eadem dies si continuato jejunio hoc fiat. Quamvis Episcopis in conferendis ordinibus debeat interstitia observare ex Concilio Tridentino sess. 23. de reform. cap. 11. 13. & 14. tamen in illis interstitiis potest dispensare pro utilitate Ecclesiæ, necessitate ministrorum, & exonera-

tionç

tione Missarum, nec non circumstantiâ loci, temporis, & personæ, Barbosa supra part. 2. alleg. 18. num. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Notat Lezana tomo 1. cap. 1. quæst. 16. alia motiva requiri ad dispensandum pro uno potius, quàm pro alio. Nam ad minores ordines sufficit quod Episcopo videatur magis expediens ut habetur sess. 23. cap 11. Ad subdiaconatum requiritur necessitas, aut Ecclesiæ utilitas judicio Episcopi ex eâdem sessione 11. Ad Diaconatum non exigitur tanta necessitas, cùm Concilium nihil de hoc dicat, sed solùm voluntati rationabili Episcopi id relinquat sess. 23. cap. 13. Ad Præsbyterâtum verò major requiritur scilicet Ecclesiæ utilitas ac necessitas judicio Episcopi, ex eódem Concilio sess. 23. cap. 14 Addit Hieronymus Rodericus in compendio quæst. regul. resol. 106. num. 22. & 23. tunc judicandam esse Ecclesiæ utilitatem sufficientem ad dispensandum, quando pauci ministri existunt, & tunc adesse necessitatem, quando non tolùm habentur pauci Ecclesiæ ministri, sed etiam quando deficiunt idonei, & capaces. Subiicit hanc utilitatem & necessitatem debere moraliter pensari, quia non consistunt in puncto indivisibili, sed debent recipere eam latitudinem, quæ in aliis rebus moralibus ad arbitrium boni viri solet attendi. Notat Diana resol. moral. tomo 2. tract. 2. de dubiis regul. resol. 112. dispensationem interstitiorum non spectare ad superiores regulares, sed ad solum Episcopũ ordinantẽ, qui tamen quoad motivum dispensationis se conformare debet attestationi Superiorum Regularium juxta declarationem Cardinalium apud Peirinis in privilegiis Minorum tomo 1. constit. 2. Xisti IV. §. 11. numer. 53. Idem Diana post Villalobos in summa tomo 1 tract. 11. diffic. 12. num. 8. Emmanuel Rodriguez tomo 2. quæst. regul. quæst. 13. art. 5. meminit cujusdam privilegii concessi Societati JESU, ut possint Religiosi promoveri ad sacros Ordines etiã Præsbyteratus absque ullâ functione præcedentis ordinis, vel observatione interstitiorum, quo privilegio possunt aliæ Religiones communicantes gaudere nonobstante prohibitione communicationis hujus gratiæ factâ à Gregorio XIII. in dictâ constitut. his verbis. *Præsentis autem gratia communicationem, aliis Mendicantibus interdicimus omninò.* Istam communicationẽ probant Emmanuel Rodriguez in artic. circa finem. Hieronymus Rodriguez in quæst. regul. resol. 106. num. 20. Addit Laurentius Portel. in dubiis regular. verb. *Ordines sacri*, numer. 4. Imò testatur se vidisse in cõpendio religionis Patrum Congregationis sancti Joannis Evangelistæ in Lusitaniâ, privilegium Clementis VIII. concessum mense Decembri 1596. ut possint ordinari extra tempora, & per quemcumque Episcopum tribus Dominicis vel Festivis diebus continuis, aut interpolatis, non servatis interstitiis à Concilio Tridentino designatis. Esto favor concessus PP. Societatis à Gregorio XIII. excludat Mendicantes, alter datus à Clemente VIII. præfatis PP. Lusitanis sit vivæ vocis oraculum, tamen gratiâ datâ ab Urbano VIII. Fratribus Minoribus in Indiis, ut scilicet possint ordinari extra tempora, & non servatis interstitiis, de quâ Peirinis formulario litt. O. cap. 6. n. 2. potest aliis Mendicantibus in terris infidelium degentibus communicari, inquit Peirinis supra, noster Lezana tomo 4. quæst. regul. verb. *Ordines sacri*, num. 19. Maximè si occurrant eadem motiva utilitatis Ecclesiæ, & inopiæ Sacerdotum pro confessionibus excipiendis, &c. Cæterùm tempus à jure constitutum ad conferendos ordines non posse de substantiâ collationis illorum, colligitur ex glossa in cap. *ordinationis*, 1. distinct. 73. Undè si illis non observatis conferantur, imprimetur character, ita Glossa verbo *statim*, in cap. *vel non est compos*, de tempor. ordinat. Ugolinus de potest. Episcop. cap. 26. §. 25. Barbosa supra num. 8. Notat Suarez tomo 5. in part. 3. disp. 31. num. 40. ex cap. *litteras*, & Amicus disp. 24. numer. 5. Quod cum dicitur, quod ordinatus duos sacros ordines simul eadem die suscipiens suspenditur ab ordine, intelligitur ab ultimo tantùm, non à primo.

Ratio est, quia primus legitimè susceptus est. Episcopus noster Leodiensis habet speciale indultum pro conferendis Ordinibus sacris tam per se, quàm per suum Suffraganeum extra tempora, & non servatis interstitiis, quo satis frequenter superveniente justâ causâ utitur.

## §. 10.

## *Legitima ætas ordinandorum ab Episcopo dispensari potest.*

I. CONcilium Tridentinum derogans antiquo juri edito à Clemente V. in Clement. de ætate & qualit. & aliquibus vivæ vocis oraculis sess. 23. cap. 12. statuit. *Ut nullus in posterùm promoveatur ad Subdiaconatus ordinem ante vigesimum secundũ, ad Diaconatus ante vigesimum tertium, ad Presbyteratus ante vigesimum quintum ætatis suæ annum.* Notat Bonacina disput. 8. quæst. unica, puncto 3. legitimam ætatem ad Subdiaconatum esse 22. annos inchoatos, ad Diaconatum 23. inchoatos, ad Præsbyteratum 25. inchoatos. Idem cum Petro Ledesma in summa tomo 1. de sacrament. ubi de ordine cap. 7. Coninck de Sacramentis disp. 20. dubio 10. Diana part. 2. tract. 2. miscellan. resol. 29. Barbosa de officio & potest. Episcop. part. 2. alleg. 16. docet ad singulos ordines, ut annus necessarius sit inceptus per unum medium diem. Patet primò ex bullâ Pii II. quam refert Quaranta verb *ordo*, & in cap. *nullus*, de tempor. ordinand. Secundò, quia regula juris est, sivè agatur de materiã favorabili, sivè odiosa, vel pœnali, ubicumque requiritur ætas ad aliquẽ actum, vel exercitium; sufficit attigisse primum diem ultimi anni, qui annus cœptus habetur pro completo. Glossa verb. *decimum octavum*, in Clement. final. de ætate & qualitat. glossa in Clement. *ad nostram*, de regul. Guitier. canon. lib. cap. 26. num. 3. Cevallos commun. contra commun. quæst. 523. post num. 4. Garcias Gironda in tract. de privileg. & exempt. explicatione num. 1142. Hoc decreto Concilii comprehendi regulares docent Fr. Emmanuel quæst. regul. tomo 3. quæst. 23. art. 6. in addit. ad summam tomo 4. cap. 77. Sayrus de censuris lib. 6. cap. 12. num. 14. & 15. Tamburinus de jure Abbatum disp. 5. quæst. 11. num. 73. Ugolinus de officio Episcopi cap. 20. Portellus verbo *Ordines sacri*, num. 1. & verb. *privilegium*, numer. 64. Bordonus resol. 21. Noster Lezana quæst. regul. tomo 1. cap. 14. num. 1. & tomo 3. verb. *Ordines sacri*, Ludovicus Miranda in manuali Prælat. tomo 1. quæst. 39. art. 1. Ubi subdit se ignorare illam cõcessionem, quam post Concilium Tridentinum concessam regularibus, allegãt Portellus verb. *Ordines sacri*, num. 1. Marchinus tractat. 1. part. 5. cap. 3. Hurtado de Sacramentis tomo 2. tract. de ordine diff. 21.

II. Ætatem non à die conceptionis, sed à die nativitatis computandam esse censent Covarruvias de sponsalibus part. 2. cap. 8. §. 2. Barbosa in collect. in Concil. Trident. sess 23. cap. 12. citans Bonacinam de suspens. in particul. disp. 3. puncto 1. num. 6. Sel. in selectis can. 14. Mandosium de majori ætate cap. 1. Sanchez in præcept. Decal. tom. 1. lib. 4 cap. 35. Sylva refert id fuisse decisum die 4. Decembris 1627. scilicet ætatẽ incipere à die nativitatis, non à die baptismi.

III. Qui aliquem ex sacris Ordinibus ante ætatem suscipiunt, à suorum ordinum executione sunt ipso jure suspensi, & si durante tali suspensione actus suscepti ordinis exercere præsumant, eo ipso irregularitatem incurrunt, ut patet ex constitutione Pii II. quæ incipit. *Cum ex sacrorum*, apud Covarruviam in Clement. *si furiosus*, part. 1. §. num. 4. Navarrum in manuali cap. 25. num. 70. Quibus subscribunt Suarez de censuris tomo 5. disput. 31. sect. 1. Alterius in simili tract. tomo 2. disp. 19. cap. 1. Ludovicus Miranda supra quæst. 39. art. 6. & 9. Bonacina de suspens. omnibus in particular. disp. 3. quæst. 1. puncto 1. Villalobos tract. 11. diffic. 11. Portellus indubiis regular. verb, *Ordines sacri*, num. 13

num. 13. Marcellus à Vulpe in praxi judic. fori Eccles. cap. 8. num. 2. & 5. Lezana tomo 1. quæst. regul. cap. 14. num. 2. Rota decis. 481. num. 5. apud Farinacium part. 2. Hieronymus Rodrig. in compendio quæst. regul. resol. 106. numer. 12. Notat Lezana quod licet quis à suspensione absolvatur non tamen posse celebrare ante legitimam ætatem. Ratio, quia in illo remanet irregularitas, è contra si adveniente legitimâ ætate tollatur impedimentum irregularitatis, non tamen tollitur suspensio seu impedimentum ex illâ proveniens etiam superveniente ætate, sed indiget absolutione seu dispensatione. Porrò Episcopum non posse dispensare super ætate ordinandorum, sed Apostolicâ dispensatione opus esse habetur cap. *dilectus*, de tempore ordinand. Et docet Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 16. num. 6. post Emmanuelem Sa verb. *ordo*, num. 19. Alzepo de præcellent. Episc. dignit. part. 2. cap 6. Benevolentiâ singularis Sedis Apostolicæ, & Episcopi Leodiensis in nostrates patet, horum postulantium, illius concedentis indultum Apostolicum, (quod non vidi) quo allegatâ justâ & legitimâ causâ possunt Nostrates promoveri ad sacros Ordines aliquot mensibus ante legitimam ætatem.

## §. 11.

## *Possunt ab Episcopo dispensari infames, ut ad Ordines promoveantur.*

I. INfamia secundùm Calepinum est nota turpidinis, ex Layman lib. 1. tract. 5. part. 5. cap. 4. num. 1. est bonæ famæ privatio, ex parte eorum penes quos aliquis infamatur, est opinio seu æstimatio prava de moribus, vitâ, aut qualitate alicujus ex parte ipsius personæ infamis, est dignitatis illæsæ status legibus ac moribus cõprobatus, l. *cognitionem*, ff. *de variis & extraordinariis cognitionibus*. Uno verbo infamia est diminutio status, ut post Petrum Gregorium Syntagm. lib. 31. cap. 29. n. 7. Suarem disp. 48. sect. 1. n. 1. Alii è contra, *Fama est status dignitatis illæsa legibus ac moribus comprobatus*, leg. *cognitionem*, ff. *de variis*, Infamia duplex est juris, quæ etiam canonica seu legalis dicitur. Altera facti. Infamia juris incurritur per delictum, cui à jure, sivè canonico, sivè civili est imposita infamiæ pœna. Sylvester in summâ verb. *Infamia*, num. 1. Toletus in summa lib. 1. cap. 62. num. 1. sivè est imposita per judicis sententiam definitivam, quâ aliquis de aliquo gravi crimine damnatus sententiam incurrit, lib. 1. & l. *infamem*, ff. eodem, Suarez tomo 1. de censuris disp. 48. sect. 1. n. 6. Toletus supra. Infamia facti, seu secundùm Suarem citatum numer. 3. popularis ac vulgaris, est publica notitia, vel opinio cõmissi criminis, per quod famâ & existimatio hominis, spectatâ personæ qualitate & statu apud viros prudentes graviter læditur, ac sinistrâ opinione divulgatur, ita ex nostris Cornelio in 3. part. D. Thomæ tract. 5. de irregular. disput. 8. dubio unico, Lezana tomo 3. quæst. regul. verb. *infamiâ*, num. 1. post Toletum, Suarem. Infamia juris est iterùm duplex canonici & civilis, licet qui sunt infames jure civili, sunt etiam infames jure canonico, nisi jus canonicum expressè illam infamiam tollat cap. *Infames*, 6. quæst. 1. Farinacius part. 2. quæst. 56. Henriquez in summa libr. 16. cap. 5. §. 4. Filliucius tract. 19. num. 204. & alii. Infamia juris iterùm duplex est. Vel enim nascitur ex proprio delicto, vel alieno, verbi gratiâ parentum, avorum, &c.

II. Infames infamiâ juris sunt usuarii, l. *improbum fœnus*, C. *ex quibus causis infamia*, cap. 2. §. *porrò*, 3. quæst. 7. Campanile in diverf. juris can. rubr. 11. cap. 20. Sanchez in opusc. moral. lib. 6. cap. 3. dubio 6. Tamburinus de jure Abbatum disp. 26. quæst. 15. & alii. Hi etiamsi pœnitent nequeunt obtinere beneficium, neque ad illud eligi, & ad ordines præsentari. Geminianus de usuris, comment. 4. in præf. num. 6. Farinacius fragm. criminal. part. 1. litt. C. verb. *Clericus*, num. 120.

id obtinuisse contra Capitulum suæ Ecclesiæ, Plura apud Barbosam de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 7. num. 8. & alibi. An Capitulo & Vicario generali competat dare litteras dimissorias vacante Sede, vide eundem Barbosam citatum cap. 7. num. 9. & seq.

III. Quoad Regulares ordinandos litteræ dimissoriæ sivè commendatitiæ debent dari à Prælatis ordinariis, non autem ab Episcopis Diœcesanis. Ita Concilium Tridentinum sessione 23. cap. 8. *Nullatenus etiam id ei cujusvis Generalis, aut specialis rescripti, vel privilegii prætextu ordinetur, etiam statutis temporibus, nisi ejus probitas, ac mores Ordinarii sui testimonio commendentur.* Per nomen Ordinarii quoad Regulares intelligendos esse Generales, Provinciales, seu etiam inferiores Prælatos regulares, docent Navarrus lib. 2. consil. 22. & 23. Henriquez lib. de indulgentiis cap. 26. Ciarlinus controvers. forens. lib. 1, cap. 46. numer. 21. Noster Lezana tom. 1. quæst. regul. cap. 14. num. 18. tomo 3. verb. *dimissoria*, numer. 2. & seqq. tomo 4. verb. *Ordines sacri*, num 12. Ratio prima, quia ex Concilio Tridentino sess. 23. de reformat. cap. 10. & sess. 7. de reformat. cap. 10. vocantur *dimissoriæ*, quia Prælati dimittunt suos subditos aliis ad ordines suscipiendos. Secunda, sessione 23. cap. 10. prohibetur Abbatibus vel exemptis nè dictas dimissorias concedant *cuiquam, qui regularis sibi subditus non sit.* Igitur regularibus subditis cõcedere potest. Item Concilium ibidem. *Nec ipsi Abbates & alii exempti, aut Collegia vel Capitula quæcumque etiam Ecclesiarum Cathedralium litteras dimissorias aliquibus Clericis sæcularibus concedant.* Cùm sæcularibus dari perhibeat, sequitur à contrario sensu posse dari regularibus subditis. Tertia, ex eadem sessione 23. cap. 8. nullus potest ordinari, *Nisi ejus probitas ac mores, Ordinarii sui testimonio cõmendentur.* Per Ordinarium non potest intelligi Episcopus qui eos non cognoscit, igitur Prælatus regularis. Quarta, ex privilegiis Pontificum Joannis XXII. & Xisti IV. pro Carmelitis, quæ quoad hoc punctum non sunt revocata. Item aliorum Ordinum apud Cassarrubium in compendio privileg. verb. *Ordines sacri*, & præsertim Clementis VIII. pro Cistercien sibus Monasterii de Alcobaza regni Lusitaniæ apud Rodriguez tomo 3. quæst. regul. quæst. 18. art. 5. Miranda in manuali tomo 1. quæst. 39. art. 3. Quinta, ex declaratione Sacræ Congregationis sub Clemente VIII. quam refert Lezana tomo 3 verb. *dimissoria*, num. 5. Sexta, ad eos spectat de vitâ & moribus, sufficientiâ reddere testimonium, qui soli habent notitiam de vitâ, moribus, & sufficientiâ ordinandorum. Denique patet ex praxi & usu omnium Religionum. Vide Barbosam de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 7, num. 31. Tandem dare dimissorias est actus jurisdictionis secundùm Suarem de censuris tomo 5. disp. 14. sect. 1. Regulares autem subjiciuntur jurisdictioni Prælatorum suorum

Conciliũ Trident.

IV. Dimissoriæ litteræ non expirant vel per mortẽ, vel cessationem officii concedentis, nisi revocentur à Superioribus, Henriquez in summa lib. 10. cap. 22. §. final. Tamburinus de jure Abbatum tomo 2. disp. 2. quæst. 29. Refert Barbosa in collect. bullarum verb. *dimissoria*, Episcoporũ & Regularium Congregat. in Orien. 21. Novembr. id declarasse. Ratio est, quia gratia & favor non expirat morte concedentis ex cap. *si quis nulla*, de præbend. in 6. cap. *si super gratiam*, de offic. judic. delegat. eodem sexto.

V. Dubium hic moveri potest, an si in litteris dimissoriis concedatur facultas suscipiendi Ordines à quocumque Episcopo in propriâ Diœcesi ordinante, possit quis ab Episcopo ordinante in alienâ Diœcesi de licentiâ Ordinarii loci ordinari, Ledesma in summâ tom. 1. de Sacram. Ordin. cap. 8. conc. 4. difficul. 5. Affirmativam opinionem probabilem putat contra Guttierez in quæst. canon. lib. 1. cap. 16. Bonacinam de Sacramentis disp. 6. quæst. unicâ, puncto 4. num. 28, & Aloysium Riccium in addit. ad instit. can. Lancelloti lib. 1. titul. 25. Turrianum disp. 46. dubio 1. Quod si certò sciat proprium Episcopum in tali

tali casu per generales dimissorias cōcessurum esse, & omnia rata habere, an in tali casu nonobstante dimissoriâ cum tali limitatione posset præfatus Episcopus alienus absque scrupulo præfatum sic dimissum ordinare. Respondent affirmativè Ledesma supra conc. 5. Villalobos in summa tomo 1. difficult. 9. tract. 11. n. 8. Paludanus in 4. sent. dubio 18. quæst. 1. art. 2. casu 19 Diana tract. 4. de sacramentis resolut. 191. contra Bonacinam & alios proximè citatos. Cæterùm etsi Concilium Tridentinum session. 23. cap. 8. præscribat suspensionem à collatione ordinum per annum Episcopo ordinanti etiam in propriâ Diœcesi non proprium subditum absque litteris dimissoriis, vel testimonio probitatis & morum, cui subscribunt Toletus, Suarez, Bonacina, Sayrus, Alterius apud Barbosam in collectaneis tamen si ex ignorantiâ probabili subditum alterius Episcopi, sine hujus licentiâ ordinet non incurrit suspensionem, ita Navarrus consil 40. in novis, sub tit. de tempor. ordin. Sayrus sub eodem titul. decis. 62. Ugolinus de officio Episc. cap. 26. §. 22. num. 2. Aloysius Riccius in praxi rerum fori Eccles. decis. 297. aliàs 356. Barbosa in cap. 8. sess. 23.

## §. 9.

## *Quo tempore potest Episcopus Ordinare.*

I. Concilii Trident.

*Primò Clericali tonsura* (inquit Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 4.) *non initientur, qui fidei rudimenta edocti non fuerint, quique legere & scribere nesciant.* Saltem linguâ vulgari & maternâ, itaut tonsurā possit recipere, qui scit legere & scribere linguâ maternâ, Azorius part. 2. instit. moral. libr. 6. cap. 6. quæst. 2. Campanile in diverse. juris canon. rub. 5. cap. 2. Sanchez in opus. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 45. Diana moral. resol. part. 5. tract. 14. resol. 27. Quolibet tempore posse conferri docent Marchinus tractat. 1. part. 7. cap. 5. Thomas Valascus tomo 1. alleg. 4. numer. 3. Laurentius de Franchis in controvers. inter Episc. & Reg. parr. 79. Valerius Reginaldus in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 1. numer. 26. Sanchez in opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 52. Armilla verb. *ordo*, num. 8. Tabiena eodem verbo §. 2. Bartholomæus à Ledesma dub. 15. de ordine. Primam tonsuram carere materiâ & formâ essentiali, ac proinde absque prolatione, verborum Episcopum posse validè tonsurare asserunt illi, qui negant esse ordinem, ut Navarrus consil. 4. de Sacrament. non iterandis in novis. Molfesius in summa Theologiæ moral. tract. 2. cap. 3. numer. 20. sed Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 10. num. 8. est contrariæ opinionis, præsertim quia Episcopus in ejus collatione, ait, in personâ Clerici initiandi, juxta Pontificale. *Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei, tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.* Ecclesia per Episcopos hæc privilegia tonsuratis confert ex Diana resol. moral. part. 4. tract. 1. resol. 20. Comitolo respons. moral. lib. 1. quæst. 54. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 10. num. 8. Primum in religiosam Domini sortem cooptantur, & ex laicis & prophanis fiunt personæ sacræ. Secundum, beneficii Ecclesiastici, & Sacerdotii capaces efficiuntur. Tertium, Ecclesiasticæ jurisdictionis fiunt participes, seu potestatis excommunicandi, suspendendi, & interdicendi. Quartum, gaudent privilegio fori, idest, Magistratus sæcularis nullum imperium in eos habet, nihilque erga eos juridicè potest exercere. Quintum privilegium præfatorum Clericorum, seu quibus Episcopi primam tonsuram contulerunt, est, quod ii, qui ipsis violentas manus inferunt, censuram excommunicationis incurrunt. Sextum, communicat cum illis immunitatem bonorum omnium, sivè illa possideant jure patrimonii, sivè beneficii Ecclesiastici.

II. Ordines minores, scilicet Ostiaratus, Lectoratus, Exorcistatus, Acolythatus dicuntur tales respectu majorum Subdiaconatus, Diaconatus, & Præsbyteratus, qui proximius ad Eu-

charistiam accedunt, & ob eam instituti sunt. Vel dicuntur minores quia non vocantur sacri, vel non habent votum castitatis annexum, vel quia non habent actum circa rem sacram. Nam ex D. Thomâ in 4. distinct. 24. quæst. 3 art. 1. ad 3. Subdiaconatus versatur circa tactum sacrorum vasorum. Diaconatus circa Christi sumptionem populo dispensandam. Præsbyteratus circa Corpus & Sanguinem Christi conficiendum & offerendum. Horum Ordinum antiquitas contra Calvinum lib. 4. institut. cap. 9. num. 23. in tempora Apostolorum refunditur, ut patet ex can. 27. Apost. ubi fit expressa mentio Lectoris & Cantoris. Ex Clemente Romano lib. 8. constit. cap. 26. ubi fit mentio Lectoratus & Exorcistatus. De omnibus disserit S. Ignatius Martyr Apostolorum discipulus epist ad Antioch. Cornelius papa in epist. ad Fabium Antiochen. Concilium Romanum sub Sylvestro I. Concilium Carthaginense quartum anno 436. sub Anastasio Papâ & confirmatum à Leone III. in quo singulorum materiæ, formæ, & officia designantur. Idem colligitur ex novissimo Concilio Tridentino sess. 23. cap. 2. 5. 6. & 11. Materia Ostiaratus sunt claves, quæ ordinando porriguntur, forma sunt verba prolata per Episcopum in traditione clavium, scilicet. *Accipe potestatem aperiendi Ecclesiam, & sacrarium, & claudendi infidelibus.* Vel. *Sic age, quasi Deo redditurus rationem pro his rebus, quæ his clavibus recluduntur.* Ita Pontificale. Molfesius in summa Theolog. moral. tractat. 4. cap. 4. Marchinus de Sacramen. Ordinis tract. 2. part. 2. cap. 1. Sanchez in opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 12. Vocatur etiam Sacrista, quia ex cap. *unico*, de officio Sacristæ, ei committitur sacrorum vasorum, thesauri Ecclesiæ cura. Item dicitur Thesaurarius, Græcè Cimeliarcha cap. 1. in fin. dist. 25. quia ejus munus est ordinare & ornare Basilicas, præparare incensum, curare ut Chrisma conficiatur, Baptisterium ordinare, præparare luminaria, idest cereos, oleum pro luminaribus, ex cap. *unico*, de officio Sacristæ. Traduntur etiâ (inquit Amicus) funes campanarum. Eius minister est custos, ad quem spectat servare ea, quibus quotidie utitur Ecclesia, ut linteamina altaris, materiam Sacramentorum, lampades in templo accendere, campanas & tintinnabula suis horis ad nutum Archidiaconi pulsare, &c. titul. de officio custodis.

IV. Lectoratus materia remota est liber lectionum de Prophetis, cap. *lector*, dist. 23. Seu est liber continens Prophetias veteris & novi Testamenti. Proxima est traditio ejusdem libri: Differt materia hujus ordinis à Subdiaconatu, quod extra Missam inter nocturna officia Lectoris sit legere, Subdiaconi legere utriusque testamenti epistolas in solemni Missæ Sacrificio (inquit Amalar. Fortunatus lib. 4. de officio Eccles. cap. 3.) Forma Lectoratus est, *Accipe, & esto Verbi Dei relator habiturus, si fideliter & utiliter impleveris officium tuum partem cum his, qui verbum Dei benè ministraverunt.* Ita Pontificale. Clemens papa lib. 8. constitut. cap. 22. Filliucius tractat. 9. num. 21. & 51. Marcellus à Vulpe in praxi judicii fori Eccles. cap. 7. num. 28. vers. *Lector*, Molfesius supra tract. 2. cap. 3. additur cap. *non liceat*, 22. dist. cap. 1. dist. 89. & cap. 1. dist. 25. cap. *Clerus*, dist. 24. Non licere ea quæ Prophetæ prænunciaverant populis enunciare, & in pulpito nisi Lectoribus. Referunt Isidorus in epist. ad Ludifridum; quæ refertur in cap. *perfectis*, dist. 25. Hugo de sancto Victore lib. 2. de Sacramen. part. 6. Vasquez. disp. 236. cap. 2. num. 19. Lectoris officium erat baptisandis Christianæ religionis rudimenta tradere. Sotus in 4. dist. 24. quæst. 1. artic. Catechismus Romanus de Sacramento Ordinis num. 16. Bellarminus apud Amicum censet Lectorem posse etiam legere Evangelia, ex Cypriano lib. 2. epist. 3. ubi Lectoribus porrigitur Evangelium legere, non quidem (inquit Bellarminus) tempore sacrificii, sed extra illud.

V. Exorcistatus Græcè adjurans, increpans Latinè, ex cap. *Cleros*, habet pro materia remota librũ exorcismorum, pro proximâ traditionem illius. cap. *Exorcista*, dist. 23. pro forma Epis-

copus

copus hæc verba pronunciat. *Accipe, & commenda memoriæ, & habe potestatem manus imponendi super energumenos.* Ita Pontificale. Rodulphus Capers in cap. *oportebat*, dist. 9. tit. de Exorcistis. Filliucius tract. 9 num. 20. & 51. Marcellus cap. 7. num. 28. Marchinus tract. 2 part. 3. cap. 2. Sanchez lib. 7. cap. 1. dubio 12, num. 6. Officium Exorcistæ ex cap. 2. dist. 25. est manus imponere super energumenos, seu Lunaticos, & à Dæmonibus obsessos cum invocatione Nominis JESU, & specialiter super baptisandos, quando dicitur Exorcismus cap. 1. *Nec quemquam*, de consecratione dist. 4. Hugo lib. 1. de Sacramentis part. 3. cap. 8. Nam Exorcismus (inquit cap. *ante viginti*, eadem distin. 4.) est adjuratio contra dæmones, quæ fit tam circa animam per peccatum & infidelitatem obsessam, quàm circa corpus. Concilium Laodicense in Phrygiâ sub Sylvestro Papâ cap. 26. prohibet exorcizare tam in Ecclesiis, quam in domibus, nisi iis, qui ab Episcopo sunt ordinati, in primitivâ Ecclesiâ ob penuriam Sacerdotum, & copiam energumenorum exorcisabant Exorcistæ, nunc autem ob copiam Sacerdotum non expelluntur dæmones ab energumenorum corporibus ab Exorcistis, nisi quando absunt Sacerdotes. Hujus antiquitatem aliqui referunt in illud Actor. cap. 19. vers. 13. *Tentaverunt quidam, & de circumeuntibus Judæis exorcistis invocare super eos qui habebant spiritus malos nomen Domini JESU, dicentes, adjuro vos per JESUM quem Paulus prædicat.* Nam (inquit S. Chrysostomus homiliâ 4. de laudibus Pauli.) *Si JESUM invoces Nazarenum velut ab igne repentè diffugit Dæmon.* S. Justinus de veritate Christianæ Religionis. *Ejus nominis potentiam dæmones tremunt, & formidant, & hodie quoque illis per nomen Jesu-Christi adjurati vobis parent.* Quibus accinit Prudentius in Apotheosi contra Judæos.

Act. c. 19. v. 13

S. Chrys.

S. Justin.

Prudent.

*Torquetur Apollo*
*Nomine percussus Christi nec fulmina Verbi*
*Ferre potest: agitant miserum tot verbera linguæ,*
*Quot laudata Dei resonant miracula Christi.*

Respondet Amicus supra in Actibus non esse sermonem de Exorcistatu, ut est ordo Ecclesiasticus, sed ut est gratia gratis data Notant Navarrus consil. 6. de officio ordin. Ugolinus de officio Episc. cap. 47. num. 6. Barbosa supra num. 11. Quod licet Episcopus non debeat prohibere Clericis, Exorcistis, & Sacerdotibus, nè sine suâ facultate energumenos exorcisent, possunt tamen videre, quam formam exorcisandi servet Exorcista, an ab Ecclesiâ institutam & receptam, an utatur superstitionibus, aut aliquod cum dæmone pactum habeat. Si his in rebus videat deficere poterit ab officio exorcisandi remo vere. Non debet tamen Episcopus permittere ut Exorcista urgeat magum ad tollendum maleficium per aliud maleficium, etsi aliâ viâ maleficiatus curari nequeat, quia sic Dæmonis auxilium per magum invocaret. Ita Sylvester in summa verb. *maleficium*, quæst. 8. Navarrus citatus. Sanchez supra disput. 95. num. 7. Suarez tomo 3. disp. 38. cap. 18. Martinus disquis. magic. libr. 6. cap. 2. sect. 1. quæst. 2. Petrus Binsfeldius in tit. de malef. & matem. lib. 4. quæst. 5. concl. 3.

VI. Acolythatus Græcè dicitur, Latinè sequela, quia Acolythus Subdiaconũ sequitur, vocatur cap. *Clero*, 21. Ceroferarius, à cereis ferendis. In ejus ordinatione porrigitur candelabrum, ut sciat sui muneris esse lumina Ecclesiæ accendere ex cap. *Acolythus*, dist. 13. Nonnulli dicunt hujus Sacramenti materiam esse cereum extinctum cum urceolis vacuis, ita Pontificale. Vasquez disp. 236. num. 29. & 30. & disput. 237. num. 32 Molfesius tract. 2. cap. 7. num. 10 Filliucius tractat. 9. num. 19. & 51. Hanc formam Episcopus in traditione materiæ pronunciat. *Accipe urceolos ad suggerendum vinum & aquam in Eucharistiam sanguinis Christi ex nomine Dei.* S. Thomas part. 3. quæst. 38. art. 14. Sylvester verb. *ordo*, 2. quæst. 5. Sanchez in opusc. moral. libr. 7. cap. 1. dubio 2. Martinus Fornarius de ordine cap. 2. num. 4. Valentia tomo 4. disput. 9.

materiæ

quæst. 1. puncto 4. ad 1, Coninck disput. 20. dubio 7. docent contactum materiæ esse de essentia, itaut non censeatur ordinatus, qui illam realiter & physicè non attingit, Emmanuel Sa verb. *ordo* numer. 5. Valerius Reginaldus in praxi fori pœnit. libr. 28. tract. 5. num. 9. Henriquez lib. 10, cap. 10. §. 1. Nugnus part. 3. quæst. 34. art. 5. diffic. 2. Dicunt non esse opus, ut contingatur materia, quando verba proferantur, ita ut simul fiat contactus. & Episcopus verba seu formam proferat, sed sufficit, ut sint moraliter simul, ideſt absque mora interposita. Diana moral. resol. part. 3. tract. 13. resol. 48. tenet non esse ut opus in minoribus ordinibus porrigatur instrumenta per Episcopum, sed sufficit per Archidiaconum Episcopo formam proferente. Idem docent Sylvester verb. *ordo* 2. quæst. 5. Vivaldus in candelabro tit. de Sacrament. Ordinis num. 14. Navarrus consil. 3. de Sacrament. non iterandis.

VII. Tempus quo Episcopus potest conferre ordines minores, ut dictum est, sunt sex anni tempora, scilicet quatuor anni tempora post Pentecostem, post Exaltationem S. Crucis, post Dominicam tertiam Adventus: post primam, quartam Quadragesimæ & Sabbathum sanctum, ex cap. 3. de tempore ordin. Consuetudo Diœcesis Leodiensis & quarumdam aliarum recepta est, ut feria sexta sex prætatorum temporum quibus de jure sacri ordines conferuntur, Episcopus minores conferat quasi diem Sabbathum tunc incipiat, seu (inquit Henriquez lib. 10. cap. 12. §. 2) ut Episcopus abisto onere liber die Sabbathi possit cum majori solemnitate cōferre ordines majores. Idem cum Molfesio in summa Theologiæ moralis tract. 2. cap. 14. num. 7. & Sanchez supra dubio 52. num. 3. affirmant Episcopum posse promovere ad minores ordines feriâ quartâ quatuor temporum, posse etiam non generaliter sed specialiter aliquos ordinare Dominicis & Festivis diebus, innuunt Alexander 7. in cap. de eodem temp. ordinat. Sylvester verb. *ordo*, 2. num. 6. Rebuffus in praxi benef. part. 2. titulo *de Clericis ad sacros ordines malè promotis*, numer. 2. & 3. Cardosius in praxi judic. verb. *sacramentum Ordinis*, numer. 56. Marchinus tract. 1. part. 7. cap. 5. Valerius Reginaldus lib. 30. tract. 1. num 26. Henriquez lib. 10. cap. 12. §. 2. Bonacina de censuris extra bullam disp. 3. quæst. 1. puncto 3, Jacobus de Graffiis in decis. aureis libr 3 part. 2. cap. 12. Homobonus de bonis de examin. Eccles. tract 3. cap. 8. quæst 69. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 11. num. 21. Layman lib. 6. tract. 10. cap. 8. Porrò per festivos dies, non tantùm esse intelligendos eos, qui sunt de præcepto, seu solemniter celebrantur in Diœcesi, sed etiam qui celebrantur in festo duplici, licet non abstineatur ab opere servili, tenent Gavantus in Enchiridio Episc. verb. *Ordines minores*, num. 15. Homobonus de Bonis in resp. casuum consc. vol. 2. part. 5. resp. 207. Fagundez in quinque præcepta Ecclesiæ, præcept. 1. lib. 1. cap. 2. num. 15. Franciscus Hallier de sacris Ordinibus part. 2. sect. 7. cap. 1. art. 1. num. 2. Tannerus tomo 4. disp. 7. quæst. 3. dubio 2. num. 44. Joannes Præpositus in 3. part. D. Thomæ quæst. unic. de Sacrament. Ordinis dub. 15. num 150. ubi notat quod dum cap *de eo*, de temp. ordin. dicitur minores ordines esse dandos festivis diebus, non intelligendum tantùm de festo, quod servatur à populo, sed etiam quod servatur in choro, Barbosa de officio & potest. Episc. part. alleg. 17. num. 7. Qui advertit quod in Clemen. unicâ de Religione & venerat. Sanctorum, festa Evangelistarum & Doctorum Ecclesiæ æquiparantur festis Apostolorum, non quidem in feriatione horum festorū, sed in eorum celebratione sub officio duplici. Deindè Ecclesia celebrat festa S. Lucæ Evangelistæ, S. Ambrosii, S. Thomæ Aquinatis, S. Bonaventuræ sub officio duplici, & tamen in præfatâ Clementinâ unicâ horum Sanctorum dies festi nuncupantur. Suarez tomo 1. de religione lib. 2. de diebus festis cap. 9. numer. 22. Fagundez in quinque Eccles. præcepta lib. 1. cap. 2. num. 11.

num. 11. Barbosa de officio & potest. Episcopi alleg. 11. num. 22. & alleg. 17. num. 7. Diximus supra ex Lezana tomo 4. quæst. regul. verb. *Ordines sacri*, num. 9. & aliis ibidem pro Religiosis, nomine dieri festi sufficere si solemniter celebretur in Religione, vel Monasterio, licet alibi non celebret in.

VIII. Quoad majores Ordines, materia remota ordinationis Subdiaconatus est calix vacuus cum patenâ, proxima eiusdem porrectio, ita cap. *Subdiaconatus*, 23. dist. Jacobus de Graffis in decis. aureis part. 2. lib. 1. cap. 9 num. 6. Carolus de Crassis de effectibus Clerical. in prælud. numer. 288. & seqq. Molfesius in summa Theolog. moral. tract. 2. cap. 8. num. 14. & 15. Vasquez tomo 3. in part. 3. disp. 236. cap. 3. Marcellus Vulpe in praxi iudic. for. Eccles. cap. 7. Sanchez in opusc. moral. cap. 7. art. 1. dub. 12. Marchinus de Sacramento Ordinis tract. 2. part. 6. cap. 3. Rodulphus Cupers in repet. cap. *oportebat*. dist. 79, in §. *Subdiaconatus ordo*. art. 1. Non est necesse ut Episcopus porrigat calicem consecratum (inquiunt Sotus, Emmanuel Sa, Ledesma apud Henriquez in summa lib. 10. cap. 5. in commento littera F. & cap. 8. num. 3. contra Sylvestrum verb. *ordinatio*, 2. §. 4. vers. 3. & alios. Quia ad essentiam huius sacramenti nullo jure constat necessarium esse calicem consecratum. Secundò, sicut validè potest confici Sacramentum in calice non consecrato, sic Episcopus potest conferre characterem traditione calicis non consecrati. Forma hujus ordinis in traditione materiæ hæc est. *Accipe librum Epistolarum, & habe potestatem legendi eas in Ecclesia sancta Dei, tam pro vivis quàm pro defunctis, in nomine Patris, &c.* Et in traditione Calicis cum patenâ, hac forma utitur Episcopus. *Vide cujusmodi ministerium tibi traditur, ideò te admoneo, ut ita te exhibeas, quod Deo placere possis.* Hanc formam referunt Vasquez supra disp. 238. cap. 5. num. 48. Molfesius supra cap. 8. Sanchez in opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 11. num. 1. Subdit Carolus de Grafiis supra ad hunc ordinem spectare Diacono administrare, mantile & manutergium tenere, & pro lavandis ante altare manibus aquam Sacerdotibus præbere, vinum & aquam in urceolis deferre. *Quo etiam officio* (inquit Barbosa supra citatus, allegat. 14. numer. 3.) *functus fuit Jesus-Christus Dominus noster, quando linteo se præcinxit ad lavandos pedes discipulorum, & quando de aquâ in nuptiis fecit vinum.* Diximus num. præcedente quomodò Episcopus queat eodem die aliquem promovere ad minores ordines & Subdiaconatū, pro quo favet Navarrus in manuali cap. 25. num. 71. vers. 8. Rebuffus in praxi benef. tit. *clericis malè promotis*, glossa 1. num. 18. Vasquez tomo 3. in 3. part. disp 246. num. 46. Molfesius tract. 2. cap. 8. & alii apud Barbosam de officio & potest. Episc. part. 2 alleg. 14. num. 5.

IX. Quamvis omnes Clerici Sacerdoti ministrent, tamen Diaconus Græcè, Minister Latinè nominatur, quia solus circa res sacras Sacerdoti ministrat, & eas populo distribuit, cap. *Diaconi sunt*, 93. dist. Materia remota Diaconatus est liber Evangeliorum, proxima illius traditio, cap. *Diaconus* 23. dist. Sanchez lib. 7. cap. 1. dubio 12. num. 15. qui notat hunc actum esse secundarium & minus præcipuum, ita ut præcipuus sit porrigere calicem & patenam cum hostia & vino. Quo officio etiam Dominus noster Jesus Christus functus est. *Quando post cœnam Sacramentum Corporis & Sanguinis ministrabat Discipulis, ac quando prædicabat Evangelium, ideò eis assignatur liber Evangelii, & stola in modū jugi, alteri tantùm ejus humero injecta*, inquit Barbosa supra numer. 6. post Homobonum de Bonis de humanæ vitæ statibus part. 1. cap. 19. Rodulphum Cupers cap. *oportebat*, rubr. *Diaconatus institutum*, art. 1. num. 38. Graffis cap. 9. num. 7. Vasquez tomo 3. in 3. part. disp. 236. cap. 4. & alios. Pontificale hanc formam præscribit in traditione materiæ. *Accipe potestatem legendi Evangelium in Ecclesiâ Dei tam pro vivis quam pro defunctis in nomine Domini Amen.*

X. Sacerdos, idest sacrum dans, & Præsbyter Græcè, Latinè dicitur Se-

nior, cap. *Cleros*, 21. dist. non tam ætate, quàm moribus & officio. In ejus ordinatione materia remota est calix cum vino, & patenâ cum hostiâ. Proxima est traditio calicis cum vino, & patenæ cum hostiâ, cap. *præterea juncta*, glossa 23. dist. cap. *generaliter*, §. *utriusque*, 15. quæst. 1. Hostiam in patena debere esse triticeam, & in calice vinum vitis, aliàs non futuram ordinationem tenent Tannerus in part. 3. D. Thomæ disp. 7. quæst 2. dub. 4. num. 94. Turrianus in select. disput. Theolog part. 1. disput. 21. dubio 2. Campanile in diversi. juris canon. rub. 2. num. 17. Villalobos in summa tomo 1. tract. 11. difficult. 4. num. 1. Joannes de la Cruz in direct. concien. part. 2. de sacram. Ordinis dubio 2. Quibus subscribit Barbosa supra numer. 7. Forma hujus Ordinis est *Accipe potestatem offerendi, &c.* Docet Bonacina disp. 8. quæst. unica, puncto 4. post D. Thomam part. 3. quæst. 38. art. 4. Valentiam tomo 4. disput. 9. quæst. 1. puncto 5. Sylvestrum verbo *ordo* 2. quæst. 5. Coninck disp. 20. dubio 7. numer. 7. & alios, contactum materiæ esse de essentia. Ratio est, quia in quolibet Sacramento habente materiam, debet suscipiens illam cõtingere, ut patet in Baptismo, Confirmatione & aliis. Ubi subdit, non esse necesse ut hostia & vinum tangatur, sed ut tangatur calix & patena. Ratio est, quia qui vas & calicem attingit, censetur tangere moraliter vinum in eo contentum, & qui patenam, censetur panem in eâ contentum. Imò Diana moral. resol. part. 2. tract. 2. miscellan. resol. 3. post Vasquez, Henriquez, Reginaldum, Molfesium, & alios censet non esse necessarium, ut ordinandus tangat physicè materiam, sed sufficere ut extensione manuum ostendat, se eam acceptare ab ordinante. Ratio est, quia Concilium Florentinum non facit mentionem contactus, sed tantùm traditionis. *Tutius est* (inquit Bonacina supra) *tamen attingere ipsam patenam & hostiam immediatè juxta ritum Ecclesiæ, nè ordinandus se exponat periculo non recipiendi ordines.* Episcopus manus Præsbyteri ordinandi Chrismate, seu oleo Catechumenorum injungit, manus super ipsum imponit, & Præsbyteri sunt stantes cap. *Præsbyter*, dist. 23. cap. ult. de sacram. non iteran. Pronunciatque Episcopus hæc verba. *Accipe Spiritum sanctum, quorum remiseris peccata, remittuntur eis.* Quod si hæc verba omittantur ab Episcopo, nequibit à sacerdote absolutio impendi. Ita Bellarminus cap. 9. de ordine. Suarez tomo 5. disp. 42. sect. 4. & 13. Valentia tomo 4. disp. 9. quæst. 1. puncto 5 Henriquez in summa lib. 10. cap. 6. §. 1. Sanchez in opusc. moral. lib. 7. cap. 1. Martinus Fornarius de Ordine cap. 2. Barbosa supra num. 9. Licet munus Sacerdotis sit Corporis & Sanguinis Domini Sacramentum conficere, Deo sacrificare, super populum orare, tamen Nicolaus I. ad Michaelem Imperatorem; ut habetur in Hispalensi Concilio non potest coram Episcopo benedictionem super populum dare, absque prævia ejus licentiâ. Episcopum nemini posse dare duos sacros Ordines docent noster Lezana tomo 1. quæst. regul. part. 1. quæst. 14. numer. 14. Marchinus de Sacramento Ordinis tract. 1. part. 7. cap. 1. & alii apud Barbosam de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 14. numer. 10. & alleg. 18. num. 1. & habetur in cap. *dilectus*, & in cap. *per litteras*, de tempor. ordinan. Et novissimè Concilium Tridentinum in sess. 23. cap. 13. *Duo sacri Ordines non eodem die etiam regularibus conferantur, privilegiis ac indultis quibuscumque concessis, nonobstantibus quibuscumque.* Addunt Suarez tomo 5. disp. 31. sect. 1. Molfesius in summa Theolog. moral. tractat. 2. cap. 14. numer. 5. Sayrus de censuris lib. 7. cap. 10. num. 22. Eandem diem accipi, quando quis die sabbathi recipit Subdiaconatũ, & mane Dominicæ sequentis recipit Diaconatum. Ratio est, quia præsumitur una & eadem dies si continuato jejunio hoc fiat. Quamvis Episcopis in conferendis ordinibus debeat interstitia observare ex Concilio Tridentino sess. 23. de reform. cap. 11. 13. & 14. tamen in illis interstitiis potest dispensare pro utilitate Ecclesiæ, necessitate ministrorum, & exoneratione

rione Missarum, nec non circumstantiâ loci, temporis, & personæ, Barbosa supra part. 2. alleg. 18. num. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Notat Lezana tomo 1. cap. 1. quæst. 16. alia motiva requiri ad dispensandum pro uno potius, quàm pro alio. Nam ad minores ordines sufficit quod Episcopo videatur magis expediens ut habetur sess. 23. cap 11. Ad subdiaconatum requiritur necessitas, aut Ecclesiæ utilitas judicio Episcopi ex eâdem sessione 11. Ad Diaconatum non exigitur tanta necessitas, cùm Concilium nihil de hoc dicat, sed solùm voluntati rationabili Episcopi id relinquat sess. 23. cap. 13. Ad Præsbyterâtum verò major requiritur scilicet Ecclesiæ utilitas ac necessitas judicio Episcopi, ex eodem Concilio sess. 23. cap. 14 Addit Hieronymus Rodericus in compendio quæst. regul. resol. 106. num. 22. & 23. tunc judicandam esse Ecclesiæ utilitatem sufficientem ad dispensandum, quando pauci ministri existunt, & tunc adesse necessitatem, quando non solùm habentur pauci Ecclesiæ ministri, sed etiam quando deficiunt idonei, & capaces. Subjicit hanc utilitatem & necessitatem debere moraliter pensari, quia non consistunt in puncto indivisibili, sed debent recipere eam latitudinem, quæ in aliis rebus moralibus ad arbitrium boni viri solet attendi. Notat Diana resol. moral. tomo 2. tract. 2. de dubiis regul. resol. 112. dispensationem interstitiorum non spectare ad superiores regulares, sed ad solum Episcopũ ordinantẽ, qui tamen quoad motivum dispensationis se conformare debet attestationi Superiorum Regularium juxta declarationem Cardinalium apud Peirinis in privilegiis Minorum tomo 1. constit. 2. Xisti IV. §. 11. numer. 53. Idem Diana post Villalobos in summa tomo 1 tract. 11. diffic. 12. num. 8. Emmanuel Rodriguez tomo 2. quæst. regul. quæst. 13. art. 5. meminit cujusdam privilegii concessi Societati JESU, ut possint Religiosi promoveri ad sacros Ordines etiã Præsbyteratus absque ullâ functione præcedentis ordinis, vel observatione interstitiorum, quo privilegio possunt aliæ Religiones communicantes gaudere nonobstante prohibitione communicationis hujus gratiæ factâ à Gregorio XIII. in dictâ constitut. his verbis. *Præsentis autem gratiæ communicationem, aliis Mendicantibus interdicimus omninò.* Istam communicationẽ probant Emmanuel Rodriguez inartic. circa finem. Hieronymus Rodriguez in quæst. regul. resol. 106. num. 20. Addit Laurentius Portel. in dubiis regular. verb. *Ordines sacri*, numer. 4. Imò testatur se vidisse in cõpendio religionis Patrum Congregationis sancti Joannis Evangelistæ in Lusitaniâ, privilegium Clementis VIII. concessum mense Decembri 1596. ut possint ordinari extra tempora, & per quemcumque Episcopum tribus Dominicis vel Festivis diebus continuis, aut interpolatis, non servatis interstitiis à Concilio Tridentino designatis. Esto favor concessus PP. Societatis à Gregorio XIII. excludat Mendicantes, alter datus à Clemente VIII. præfatis PP. Lusitanis sit vivæ vocis oraculum, tamen gratiâ datâ ab Urbano VIII. Fratribus Minoribus in Indiis, ut scilicet possint ordinari extra tempora, & non servatis interstitiis, de quâ Peirinis formulario litt. O. cap. 6. n. 2. potest aliis Mendicantibus in terris infidelium degentibus communicari, inquit Peirinis supra, noster Lezana tomo 4. quæst. regul. verb. *Ordines sacri*, num. 19. Maximè si occurrant eadem motiva utilitatis Ecclesiæ, & inopiæ Sacerdotum pro confessionibus excipiendis, &c. Cæterùm tempus à jure constitutum ad conferendos ordines non posse de substantiâ collationis illorum, colligitur ex glossa in cap. *ordinationis*, 1. distinct. 73. Undè si illis non observatis conferantur, imprimetur character, ita Glossa verbo *ætatem*, in cap. *vel non est compos*, de tempor. ordinat. Ugolinus de potest. Episcop. cap. 26. §. 25. Barbosa supra num. 8. Notat Suarez tomo 5. in part. 3. disp. 31. num. 40. ex cap. *litteras*, & Amicus disp. 24. numer. 5. Quod cum dicitur, quod ordinatus duos sacros ordines simul eadem die suscipiens suspenditur ab ordine, intelligitur ab ultimo tantùm, non à primo.

Ratio est, quia primus legitimè susceptus est. Episcopus noster Leodiensis habet speciale indultum pro conferendis Ordinibus sacris tam per se, quàm per suum Suffraganeum extra tempora, & non servatis interstitiis, quo satis frequenter superveniente justâ causâ utitur.

## §. 10.

## *Legitima ætas ordinandorum ab Episcopo dispensari potest.*

I. COncilium Tridentinum derogans antiquo juri edito à Clemente V. in Clement. de ætate & qualit. & aliquibus vivæ vocis oraculis sess. 23. cap. 12. statuit. *Ut nullus in posterùm promoveatur ad Subdiaconatus ordinem ante vigesimum secundũ, ad Diaconatus ante vigesimum tertium, ad Præsbyteratus ante vigesimum quintum ætatis suæ annum.* Notat Bonacina disput. 8. quæst. unica, puncto 3. legitimam ætatem ad Subdiaconatum esse 22. annos inchoatos, ad Diaconatum 23. inchoatos, ad Præsbyteratum 25. inchoatos. Ideni cum Petro Ledesma in summa tomo 1. de sacrament. ubi de ordine cap. 7. Coninck de Sacramentis disp. 20. dubio 10. Diana part. 2. tract. 2. miscellan. resol. 29. Barbosa de officio & potest. Episcop. part. 2. alleg. 16. docet ad singulos ordines, ut annus necessarius sit inceptus per unum medium diem. Patet primò ex bullâ Pii II. quam refert Quaranta verb *ordo*, & in cap. *nullus*, de tempor. ordinand. Secundò, quia regula juris est, sivè agatur de materiã favorabili, sivè odiosa, vel pœnali, ubicumque requiritur ætas ad aliquẽ actum, vel exercitium; sufficit attigisse primum diem ultimi anni, qui annus cœptus habetur pro completo. Glossa verb. *decimum octavum*, in Clement. final. de ætate & qualitat. glossa in Clement. *ad nostram*, de regul. Guitier. canon. lib. cap. 26. num. 3. Cevallos commun. contra commun. quæst. 523. post num. 4. Garcias Gironda in tract. de privileg. & exempt. explicatione num. 1142. Hoc decreto Concilii comprehendi regulares docent Fr. Emmanuel quæst. regul. tomo 3. quæst. 23. art. 6. in addit. ad summam tomo 4. cap. 77. Sayrus de censuris lib. 6. cap. 12. num. 14. & 15. Tamburinus de jure Abbatum disp. 5. quæst. 11. num. 73. Ugolinus de officio Episcopi cap. 20. Portellus verbo *Ordines sacri*, num. 1. & verb. *privilegium*, numer. 64. Bordonus resol. 21. Noster Lezana quæst. regul. tomo 1. cap. 14. num. 1. & tomo 3. verb. *Ordines sacri*, Ludovicus Miranda in manuali Prælat. tomo 1. quæst. 39. art. 1. Ubi subdit se ignorare illam cõcessionem, quam post Concilium Tridentinum concessam regularibus, allegãt Portellus verb. *Ordines sacri*, num. 1. Marchinus tractat. 1. part. 5. cap. 3. Hurtado de Sacramentis tomo 2. tract. de ordine diff. 21.

II. Ætatem non à die conceptionis, sed à die nativitatis computandam esse censent Covarruvias de sponsalibus part. 2. cap. 8. §. 2. Barbosa in collect. in Concil. Trident. sess 23. cap. 12. citans Bonacinam de suspens. in particul. disp. 3. puncto 1. num. 6. Sel. in selectis can. 14. Mandosium de majori ætate cap. 1. Sanchez in præcept. Decal. tom. 1. lib. 4. cap. 35. Sylva refert id fuisse decisum die 4. Decembris 1627. scilicet ætatẽ incipere à die nativitatis, non à die baptismi.

III. Qui aliquem ex sacris Ordinibus ante ætatem suscipiunt, à suorum ordinum executione sunt ipso jure suspensi, & si durante tali suspensione actus suscepti ordinis exercere præsumant, eo ipso irregularitatem incurrunt, ut patet ex constitutione Pii II. quæ incipit. *Cum ex sacrorum*, apud Covarruviam in Clement. *si furiosus*, part. 1. §. num. 4. Navarrum in manuali cap. 25. num. 70. Quibus subscribunt Suarez de censuris tomo 5. disput. 31. sect. 1. Alterius in simili tract. tomo 2. disp. 19. cap. 1. Ludovicus Miranda supra quæst. 39. art. 6. & 9. Bonacina de suspens. omnibus in particular. disp. 3. quæst. 1. puncto 1. Villalobos tract. 11. diffic. 11. Portellus indubiis regular. verb. *Ordines sacri*, num. 13.

num. 13. Marcellus à Vulpe in praxi judic. fori Eccles. cap. 8. num. 2. & 5. Lezana tomo 1. quæst. regul. cap. 14. num. 2. Rota decis. 481. num. 5. apud Farinacium part. 2. Hieronymus Rodrig. in compendio quæst. regul. resol. 106. numer. 12. Notat Lezana quod licet quis à suspensione absolvatur non tamen posse celebrare ante legitimam ætatem. Ratio, quia in illo remanet irregularitas, è contra si adveniente legitimâ ætate tollatur impedimentum irregularitatis, non tamen tollitur suspensio seu impedimentum ex illâ proveniens etiam superveniente ætate, sed indiget absolutione seu dispensatione. Porrò Episcopum non posse dispensare super ætate ordinandorum, sed Apostolicâ dispensatione opus esse habetur cap. *dilectus*, de tempore ordinand. Et docet Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 16. num. 6. post Emmanuelem Sa verb. *ordo*, num. 19. Alzepo de præcellent. Episc. dignit. part. 2. cap 6. Benevolentiâ singularis Sedis Apostolicæ, & Episcopi Leodiensis in nostrates patet, horum postulantium, illius concedentis indultum Apostolicum, (quod non vidi) quo allegatâ justâ & legitimâ causâ possunt Nostrates promoveri ad sacros Ordines aliquot mensibus ante legitimam ætatem.

## §. 11.

## *Possunt ab Episcopo dispensari infames, ut ad Ordines promoveantur.*

I. INfamia secundùm Calepinum est nota turpidinis, ex Layman lib. 1. tract. 5. part. 5. cap. 4. num. 1. est bonæ famæ privatio, ex parte eorum penes quos aliquis infamatur, est opinio seu æstimatio prava de moribus, vitâ, aut qualitate alicujus ex parte ipsius personæ infamis, est dignitatis illæsæ status legibus ac moribus cõprobatus, l. *cognitionem*, ff. *de variis & extraordinariis cognitionibus*. Uno verbo infamia est diminutio status, ut post Petrum Gregorium Syntagm. lib. 31. cap. 29. n. 7. Suarem disp. 48. sect. 1. n. 1. Alii è contra, *Fama est status dignitatis illæsæ legibus ac moribus comprobatus*, leg. *cognitionem*, ff. *de variis*, Infamia duplex est juris, quæ etiam canonica seu legalis dicitur. Altera facti. Infamia juris incurritur per delictum, cui à jure, sivè canonico, sivè civili est imposita infamiæ pœna. Sylvester in summâ verb. *Infamia*, num. 1. Toletus in summa lib. 1. cap. 62. num. 1. sivè est imposita per judicis sententiam definitivam, quâ aliquis de aliquo gravi crimine damnatus sententiam incurrit, lib. 1. & l. *infamem*, ff. eodem, Suarez tomo 1. de censuris disp. 48. sect. 1. n. 6. Toletus supra. Infamia facti, seu secundùm Suarem citatum numer. 3. popularis ac vulgaris, est publica notitia, vel opinio cõmissi criminis, per quod famâ & existimatio hominis, spectatâ personæ qualitate & statu apud viros prudentes graviter læditur, ac sinistrâ opinione divulgatur, ita ex nostris Cornelio in 3. part. D. Thomæ tract. 3. de irregular. disput. 8. dubio unico. Lezana tomo 3. quæst. regul. verb. *infamiâ*, num. 1. post Toletum, Suarem. Infamia juris est iterùm duplex canonici & civilis, licet qui sunt infames jure civili, sunt etiam infames jure canonico, nisi jus canonicum expressè illam infamiam tollat cap. *Infames*, 6. quæst. 1. Farinacius part. 2. quæst. 56. Henriquez in summa libr. 16. cap. 5. §. 4. Filliucius tract. 19. num. 204. & alii. Infamia juris iterùm duplex est. Vel enim nascitur ex proprio delicto, vel alieno, verbi gratiâ parentum, avorum, &c.

II. Infames infamiâ juris sunt usuarii, l. *improbum fœnus*, C. *ex quibus causis infamia*, cap. 2. §. *porrò*, 3. quæst. 7. Campanile in diverf. juris can. rubr. 11. cap. 20. Sanchez in opusc. moral. lib. 6. cap. 3. dubio 6. Tamburinus de jure Abbatum disp. 26. quæst. 15. & alii. Hi etiam si pœniteant nequeunt obtinere beneficium, neque ad illud eligi, & ad ordines præsentari. Geminianus de usuris, comment. 4. in præf. num. 6. Farinacius fragm. criminal. part. 1. litt. C. verb. *Clericus*, num. 120.

Nicolaus Garcias de benef. part. 7. cap. 8. num 18. Fures etiam pro actione furti condemnati sunt infames & indigni ac inhabiles ad ordines suscipiendos, cap. ultimo de furtis. Campanile in diverſ. juris canon. rub. 11. cap. 25. num. 14. & alii. Qui publicâ pœnitentiam agunt infamiæ nota laborant. Henriquez lib. 13. cap. 38. §. 3. Alterius de censuris tomo 2. disp. 16. de suspens. cap. 1. Campanile supra cap. 21. non possunt ordinari, cap. *ex pœnitentibus*, dist. 50. cap. *si ille*, eadem dist. Majolus de irregul. libr. 3. cap. 2. Cum his solemniter pœnitentibus Episcopus dispensare & ad minores ordines promovere potest ob necessitatem & utilitatem, Sylvester verb. *pœnitentia* num. 3. Bernardus in practicâ cap. 23. Campanile supra numer. 7. & alii. Uno verbo infames omnes tam juris quàm facti sunt irregulares & inhabiles ad ordines suscipiendos, cap. *infames*, cap. final. dist. 51. cap. *accusatum*, de Simoniâ, Campanile supra cap. 18. Vivaldus ad candelabrum aureum cap. 10. numer. 3. Nicolaus supra cap. 8. & alii.

I. Infames juris vel facti secundùm Azorium part. 2. lib. 6. cap. 7. quæst. 3. verſ. *infamia*, sunt homicidæ, malefici, fures, sacrilegi, raptores, adulteri, incœsti, venefici, perjuri, falsi testes, ad sortilegos & divinos recurrentes. Item ex cap. *infames*, dicuntur, *infames omnes, qui Christianæ legis normam & statuta contemnunt, sepulchrorum quoque violatores, & omnes qui adversus Patres armantur, & de bellis publicis fugientes, & qui indigna petunt sibi loca tenere, aut facultates Ecclesiæ auferunt injustè, & qui fratres calumniantur, aut accusant & non probant, & qui contra innocentes principum animum ad iracundiam provocant, hoc est delatores, & omnes anathematisati, pro suis sceleribus ab Ecclesia expulsi.* Item ex Azorio supra. Denique infames sunt malefici, venefici, militiæ desertores, hæretici, fautores, defensoresque hæreticorum, & eis credentes ac faventes, schismatici, blasphemi, maledici, qui committunt simoniam in beneficiis, vel ordinibus conferendis, vel recipiendis, ductum offerentes, vel oblatum ab aliis admittentes, qui calumniantur, aut accusant, cùm tamen crimen non probent, item ex cap. *si quis viduam*, 6. quæst. 1. qui duxit uxorem vilem & abjectam, vel meretricem & rejectam, vel repudiatam, vel joculatricem, saltatricem, scenicam, ancillam, concubinam. Ex Azorio citato infames sunt, qui artem aliquam vilem, abjectam, vel ignominiosam profitentur & publicè exercent. Vel qui vili officio funguntur, cujusmodi sunt mimi, lenones, scenici, carnifices, lictores, marcellarii, tabernarii, cauponarii, aurigæ, & alii his similes: item tutor vel curator, qui pupillam, sibi vel filio junxit matrimonio. Item Clerici, qui publicè cum scorto rem habent.

Quamvis solus summus Pontifex IV.
possit dispensare in infamiâ & irregularitate, quæ ex ipsâ oritur secundùm Barbosam de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 43. num. 30. Tamen Episcopus potest dispensare in irregularitate, quæ procedit ex infamiâ, facti, seu ex crimine notorio. Ita Navarrus in manuali cap. 27. num. 204. Miranda in manuali prælat. tomo 2. quæst. 8. art. 5. concl. 1. Joannes à Cruce de statu Relig. lib. 1. cap. 6. dub. 17. concl. 2. Sigismundus à Bononiâ de elect. dubio 87. num. 6. Alzedo part. 2. cap. 6. numer. 62. Barbosa de officio & potestate Episc. part. 2. alleg. 43. num. 30. Potest etiam Episcopus dispensare in delicto, & consequenter in infamiâ indè exurgente, Ugolinus de irregular. cap. 60. §. 5. numer. 3. Avila de censuris part. 5. disput. 4. dubio 6. Bonacina de censuris disput. 7. quæst. 3. puncto 1. num. 6. verſ. *tertiò*. Ubi satis fusè explicat in quibus irregularitatibus, quæ præcipuè ex homicidio proveniunt possit Episcopus dispensare.

§. 12. *Episco-*

## §. 12.

### *Episcopus dispensare potest cum illegitimis ad aliquos ordines suscipiendos.*

I. VAriæ sunt illegitimorum species, alii dicuntur naturales, alii spurii, alii nothi, alii manzeres, alii adulteri, alii nefarii. Naturales sunt, qui nati sunt ex soluto & concubinâ domi retentâ. Spurii, qui ex copulâ in jure civili damnatâ, veluti ex raptu incestu, stupro, sacrilegio, undè spurius venit à spurcitiâ in jure damnatâ & reprobatâ. Nothi, qui ex conjugato, & solutâ. Manzeres, qui ex meretrice, &c. Hos omnes ad suscipiendos ordines esse inhabiles, patet ex cap. 1. & per totum, dist. 56, cap. *innotuit*, de elect. cap. final. de filiis præsbyt. Concilio Tridentino de reformatione sess. 23. cap. 5. de ordinandorum natalibus, cap. 7. de ordinan. genere. Episcopus potest dispensare cum illegitimis ex quocumq; damnato coitu ad minores ordines, & ad beneficium simplex. Pontifex verò ad majores ordines, & beneficia curata, vel ea quæ habent dignitatem annexam, ita cap. 1. de filiis præsbyt. Azorius instit. moral. part. 2. libr. 3. cap. 50. quæst. 8. Marchinus de sacramento Ordinis tract. 1. part. 10. cap. 1. diffic. 2. Coninck de sacramentis disp. 18. dubio 14. num. 112. & disp. 33. num. 29. dub. 1. Henriquez in summâ part. 2. lib. 15. cap. 8. numer. 10. littera B. & alii apud Barbosam de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 45. num. 19.

II. Si illegitimus per dispensationem Apostolicam possit ad ordines promoveri, etsi in dispensatione particulæ universales hæ sint, *(ad omnes ordines)* potest Episcopus illi omnes ordines conferre. Etsi dispensatio sit cum simplici clausulâ *ad ordines*, Suarez in 3. part. tomo 5. disp. 41. sect. 3. numer. 3. censet illi illegitimo omnes majores posse conferri. Ratio est, alioqui talis dispensatio esset restringenda ad solam primam tonsuram, cùm non sit major ratio, cur ad solos minores ordines, cur etiam per primam tonsuram clericatus conferatur: Nam indefinita æqualet universali. cæterùm in tali casu censet debere diligenter expendi receptum verborum sensum & judicandum esse juxta illum sensum, sed huic opinioni opponuntur Sylvester verb. *Clericus*, num. 1. quæst. 4. verb. *privileg.* quæst. 3. Angelus verb *Clericus*, 1. num. 3. & verb. *privileg.* num. 3. Armilla verb. *Clericus*, num. 4. & verb. *privileg.* num 4. Emmanuel verb. *dispensatio*, numer. 13. Henriquez lib. 7. de indulgent. cap. 30. num. 2. & lib. 14. de irregul. cap. 8. num. 10. Sanchez lib. 8. de matrimonio disp. 1. num. 26. Quibus arridet Glossa cap. final. de filiis præsbyt. in 6. verb. *ad omnes*, ubi ait cautè in eo capite positum fuisse *ad omnes*, quibus subscribit Amicus disp. 24. sect. 2. Ratio est, cùm dispensatio exorbitet à jure communi est strictè interpretanda ex cap. *cum dilectis*, de consuetudine, ubi Glossa verb. *jure communi. Vbi aliquid à jure communi discrepare videtur, reducendum est ad jus commune si potest fieri, quia promptum est leges legibus concordare*, l *unica* C. de inoffic. donb. Igitur talis dispensatio cùm possit privilegium simul & jus commune servare, si intelligatur de ordinibus minoribus, ita intelligenda erit. Nam privilegium salvari debet cum minori læsione juris communis. Aliter philosophandum est quando Pontifex dat potestatem Episcopo promovendi ad Ordinem illegitimū, tunc potestas est amplè interpretanda in gratiam ejus, cui conceditur. Nam Episcopus ex jure communi habet potestatem promovendi illegitimos ad minores, igitur nè nova Pontificis concessio frustranea videatur debet ad majores extendi.

III. Observandum hic est, Religiosos quacumque illegitimatione irregulares, si in aliquâ Religione approbatâ professionē emittant absolvi ab omni irregularitate proveniente ex præfato defectu natalium, reddique habiles ad ordines suscipiendos, ita Suarez tomo 5. in 3. part. disput. 41. sect. 1. ex nostris Cornelio tomo 3. in 3. part. disp. 15. de irregul. dubio 2. Lezana

tomo

tomo 1. quæst. regul. cap. 3. num. 2. & tomo 3. verb. *illegitimi regulares*, num 17. & ita non indigent dispensatione Episcopi ad minores ordines, neque Apostolicâ ad majores suscipiendos. Irregularitas tamen non tollitur quoad dignitates, præfecturas & prælaturas, ut habetur in cap. de filiis præsbyterorum, & apud Navarrum in cap. *non dicatis*, num. 60. Sotum in 4. dist. 25. quæst. 1. art. 3. Lezanam tomo 1. quæst. regul. cap. 3. num 2. & cap. 15. num. 25. num. 38. & cap. 18. num. 7. ita ut electio personæ illegitimæ facta ipso jure nulla foret, cap. *innotuit*, de elect. Rodriguez tomo 1. quæst. 13. art. 5. Sorbus in compendio verb. *dispensatio*, vers. *ideò*, Julius Navarrus in cap. *statutum*, numer. 60. Etiamsi eusmodi illegitimi sint occulti, Corduba lib. 1. quæstionarii quæst. 38. Sylvester verb. *irregular.* quæst. 20. Sanctarellus var. quæst. 40. Excipiunt, Portellus in dubio regul. verb. *illegitimus* num. 9, & in responsionibus moralibus part. 3. casu 24. numer. 2. Religiosos S. Joannis Evangelistæ in Lusitania, qui si habeant defectum natalium, vi professionis, non tantùm sunt dispensati ad ordines, sed etiam ad omnes Prioratus, &c. Quo privilegio Portellus & Lezana aiunt gaudere, qui generalem communicationē privilegiorum habent.

## §. 13.

## *Episcopus potest ad omnes Ordines promovere eos qui in infantiâ expositi fuerunt.*

I. QUidam parentes feris deteriores suas proles negligunt, abiiciunt, exponunt, & quasi interimunt, l. *necare*, ff. *de liberis agnoscendis*, ubi Juriconsultus. *Necare videtur, non tantùm is, qui partum præfocat, sed & is, qui abjicit, & qui alimoniam denegat, & is, qui publicis locis misericordiæ causa exponit, quam ipse non habet.* Vide Novarium in tract. de elect. & var. for. sect. 2. quæst. 10. numer. 4. Unde Azorius in summâ tit. de infantibus expositis, ait expositos nominandos filios sanguinolentos. Et ideò cùm parentes sic exponentes filios necare videantur pœnam sanguinis lutre merentur. l. *necare*, & cap. final. dist. 87. Gregorius Lopez lib 4. Glossa 1. tit. 20. part. 4 Glossa in l. 2. C. de patribus, qui filios distraxerunt Novarius supra quæst. 10. num. 5. Mitius tamen existimant Menochius de arbitr. casu 296. num. 5. Octavianus Vulpellius in cons. crimin. 94. numer. 11. Aloysius Riccius in praxi aureâ resol. 28. Patrem exponentem filium legitimum & naturalem, vel naturalem tantùm esse judicis arbitrio plectendum, per l. 2. C. *de patribus qui filios distrahunt*. Hinc (inquit Azorius part. 2. instit. moral. lib 2. cap. 26.) licet intelligere infantem expositum à patre, vel ab alio ipso sciente, vel ratum postea habente, patriâ, potestate, solio & sui juris effici, & sibi illud acquirere & probat ex l. *si invito*, C. *de infantibus expositis*. Idem resolvunt Falcothus de nothis & spuriis cap. 63. num. 6 Menochius de arbit. casu 396 Joannes Petrus Surdus de aliment. tit. 4. quæst. 18. num. 51. & tit. 8. privileg. 63. & 64. num. 2. Stephanus Gratianus discept. forens. cap. 267.

II. Difficultas est, an filii expositi, quorum parentes etiam factâ diligentiâ omninò ignorantur, potiùs debeant censeri illegitimi, eo quod ut plurimùm ex turpi conceptione nascuntur, vel censendi sint legitimi, vel spurii, qui patrem certum demonstrare nequeunt, l. *vulgò quæsiti*, ff. *de his qui sunt sui vel alieni juris*, quales sunt infantes expositi. Spuriis æquiparandos asserit Jacobus Puteus part. 2. decis. 435. Barbosa rub. ff. *soluto matrimonio*, part. 1. quæst. 20. Deindè illegitimi censentur, qui generantur ex justis nuptiis. Naturales verò propriè ex concubinatu cum prædictis solemnitatibus. Quare cùm matrimonium & concubinatus existunt non debent præsumi l. *in bello*, §. *facta*, ff. *de captivis & postliminio reversis*. Quamvis (ut notat Alciatus) hic textus non probet tamen est vulgare axioma, ad quod Menochius lib. 6, præsumpt. 14. multa

fusè

fusè adducit, ex quo argumento concludit Alciatus de præsumpt. regul. 2. num. 8. & regul. 3. præsumpt. 1. numer. 12. & alii apud Mascardum de probat. concl. 882. num. 1. Menochium lib. 6. quæst. 54. num. 15. Expositos censendos esse spurios, & ut tales non esse promovendos ad ordines absque dispensatione, quia in dubiis tutior pars eligenda est cap. *illud*, de Cleric. His favent Ancharanus in cap. *unic.* Majolus de irregular. lib. 1. cap. 11. num. 1. Covarruvias in Clementin. *si furiosus*, part. 1. numer. 4. ubi pertuadet ne expositi promoveantur. Quia filii legitimi non solent exponi, sed expositi potius nascuntur ex furtivis & illicitis congressibus. cum sequitur Salzedo ad Bernard. in practic. cap. 14. littera C. Suarez tomo 5 de censuris disput. 50. sect. 4. num. 4. Hurtado de censuris disput. 2. de irregul. diffic. 14. num. 57. Ugolinus de officio Episcop. cap. 44. §. 7. Garcias de benef. cap. 2. num. 9. Seraphinus decis. 1081. n. 3. Valerius Reginald. in praxi fori pœnit. tom. 2. lib. 30. num. 77. vers. *septimo*, Castillo quotid. lib. 2. cap. 19. num. 51. Rebellius de oblig. instit. parr. 2. lib. 1. quæst. 3. sect. 2. num. 15. Toletus lib. 1. cap. 52. Avilla de censuris part. 7. disp. 3. Sayrus, Valquez, Henriquez, Lopez, Rodriguez, Bonacina de censuris disp. 7. quæst. 2. puncto 3. num. 10. Aliorum mens est esse censendos naturales, ita Baldus. Jason, & alii apud Menochium dicto lib. 6. quæst. 54. num. 10. Quibus subscribit Covarruvias citatus cap. 8. §. 3. num. 1. Ratio est, quia cum sint legitimi vel spurii oportet præsumere qualitatem, quæ à naturâ non inest, scilicet matrimonium, ut sint legitimi, vel sint spurii, quod ab illis nati sunt, qui non potuerunt contrahere matrimonium.

III. Sed copia & auctoritas Doctorum, qui pro pueris illis expositis patrocinantur tanta est, ut eos legitimos esse censendos, successionum, ordinum, & dignitatum capaces potius opinandum sit. Inter hujus opinionis propugnatores sunt Malderus 1 2. Divi Thomæ quæst. 19. art. 5. disput. 87. Mercerus in 3. part. D. Thomæ de Sacramentis quæst. 22. dub. 12. quæst. 2. Salas 1. 2. tract. 8. disp. unica, sect. 24. num. 46. Pesantius in addit. ad 3. part. quæst. 20. disp. 5. Coninck de Sacramentis disput. 18. dub. 12. Præpositus in 3. part. quæst. 5. de irregul. dubio 16. Noster Cornelio in 3 part. D. Thomæ tract. 5. de irregul. disput. 15. dubio 1. Lezana tomo 4. quæst. regul. verb. *illegitimi*, num. 15. Tassonus in pragmat. de antifato vers. 13. obser. 1. num. 78. Squalant. de privilegiis clericorum cap. 4. numer. 2. Ananias in cap. 1. de infantibus expositis. Felinus in cap. *cum deputati*, num. 1. de judiciis, Cardinalis Paleotus de spuriis cap. 63. Gratianus in discept. forens. part. 1. cap. 135. Molfesius in part. 2. quæst. 19. art. 5. disp. 37. Sanctarellus variar. resol. 44. Emmanuel Sa, verb. *Filius*, num. 8. Flavius Cherubinus in compendio bull. tomo 2. in constit. 44. Gregorii XIII. scholio 1. Bermondus de publicis concubin. in verb. *qui etiam filios ex tali concubinatu procreatos*, num. 90. Menochius de præsumpt. lib. 6. quæst. 54. num. 20. & de arbitr. casu 396. Mascardus de probat. concl. 799. Gironda de privil. leg. explicat. num. 1441. Fr. Emmanuel quæst. regul. tomo 1. quæst. 13. art. 1. & quæst. 14. art. 3. Sebastianus Orozco en el thesoro de la Castellana verb. *Evechado*, Homobonus de examine Ecclesiast. tract. 12. cap. 3. quæst. 11. suppositi. 3. Diana resolut. moral. part. 2. tract. 1. miscel. resolut. 22. & part. 4. tract. 2. resol. 58. Piasecius in praxi Episc. part. 1. cap. 1. Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 51. num. 150. Basilius de matrimonio lib. 11. cap. 9. Marchinus de sacramento ordinis tract. 1. part. 10. num. 8. Marcellus Vulpe in praxi judic. for. Eccles. num. 47. Castro Palao tom. 1. disp. 3. puncto 5. Villalobos in summa tomo 1. tract. 1. diffic. 20. Turrianus in opusc. Theol. opusc. 10 disp. 5. dub. 3. qui asserit jure novo hanc sententiam tenendam esse, quia Gregorius XIV. in bullâ quadam editâ in gratiâ confraternitatis pro expositis, decernit, ut habeantur pro legitimis. Undè absque ullo metu irregularitatis potest

Episcopus ejusmodi expositos ad sacros Ordines promovere. Ratio prima est, quia quilibet præsumendus est legitimus, & sumenda est conjectura quæ delicti præsumptionem excludat quod necessariò supponunt & præsumunt qui filios naturales & spurios in dubio præsumendos adducunt cap. *lator*, cap. *pervenit*, *qui filii sunt*, legit. Ubi adversario injungitur onus probandi filium esse illegitimum & cap. *accedens*, de purg. canon. ubi quis cogitur ad probandum se esse legitimũ, si contrarius rumor & fama extabat. Ratio secunda in dubiis pars benignior præferenda est. Ratio tertia est, quod si aliquis exponatur non est signum sufficiens quod sit procreatus extra matrimonium, sed quod parentes ad extremam paupertatem redacti illam prolem exposuerunt.

IV. Undè Diana part. 2. tract. 1. miscel. resol. 22. respondet ad argumentum contrariæ sententiæ, & illam regulam. *Quod in dubiis tutior pars eligenda*, & generaliter procedit quoad hoc, ut non possit quis facere id, de quo est dubium, an sit prohibitum, sed debet ab eo abstinere. Non tamen procedit quoad hoc, ut in dubio debeat quis spoliari, seu privari re possessa, vel facere actum possessivum, de cujus obligatione non constat, ut est in præsenti casu. Nam tunc supervenit alia regula, *quod in dubio & pari causa melior est conditio possidentis*, quæ quidem regula verificatur non tantùm in materiâ justitiæ, sed etiam aliarum virtutum. Notat tamen Barbosa quod ubi habentur statuta, quæ desiderant qualitatem nobilitatis, & legitimationis, non tantùm propriæ, sed etiam prædecessorum, ut in officiis sanctæ Inquisitionis, in aliquibus confraternitatibus, collegiis, Ecclesiis, ut in Cathedrali Ecclesiâ Leodiensi expositi etiam doctissimi tam in jure, quàm in Theologiâ, non sunt censendi capaces ut canonicatum, vel aliam dignitatem ibi obtineant, ut patet in praxi. Cui favet Perez de Lara de anniversi. & Capellaniis lib. 2. cap. 4 Gironda de privileg. explicat. numer 1443.

## §. 14.

## *Episcopus potest dispensare cum illegitimo occulto.*

SUarez tomo 5. in 3. part. de censuris disput. 50. sect. 5. Piasecius in praxi Episc. part. 1. cap. 1. numer. 56. & 60. Sayrus de censuris lib. 6. cap. 11. Bonacina de censuris disp. 7. puncto 3. quæst. 2. Reginaldus in praxi tomo 2. lib 30. tract. 19. cap. 6. negant Episcopum posse dispensare super illegitimitate ex occulto delicto. Ratio eorum est, quia Concilium Tridentinum tantùm tribuit Episcopo potestatem dispensandi super irregularitate contractâ ex delicto, quæ provenit ex proprio delicto, ita Navarrus cap. 27. Ugolinus supra citatus §. 2. I.

Sed oppositam opinionem tenent Stephanus de Avila tract. de censuris part. 7. disp. 3. dubio 7. Coninck de Sacramentis disp. 18 dub. 14. Ratio est, licet enim hæc irregularitas causet in homine quendam defectum, tamen intrinsecè dependet à crimine parentum. Si igitur hujusmodi crimen sit occultum continetur sub decreto Concilii. Ratio secunda est, quamvis dispensatio post quam est concessa in particulari casu sit odiosa, & strictè interpretanda, tamen potestas dispensandi est favorabilis & latissimè interpretanda, cap. final. de simoniâ. His arridere videtur Diana part. 2. tract. 1. miscellaneor resol. 21. Unde respondet ad argumentum contrariæ sententiæ, scilicet cùm hæc irregularitas intrinsecè dependeat à parentum crimine, videtur etiam inclusa sub verbis Concilii. II.

Noster Lezana tomo 3. quæst. reg. verb. *illegitimi*, num. 12. resolvit, quod filii nati ex matrimonio nullo ob aliquod impedimentũ dirimens occultum sint incapaces, si tamen illud matrimonium fuerit contractum in facie Ecclesiæ sunt legitimi & capaces ad bona parentum, ad ordines, ad gradus, ad beneficia, ad dignitates. Ratio est, quia jure Canonico tales habentur III.

bentur pro legitimis, cap. *Ex tenore, qui filii sint legitimi.* Ubi cum quidam conjugatus vivente uxore cõtraxisset cum alia, & ex eâ ignorante primum viri matrimonium genuisset filium, talis censetur legitimus, ita Suarez tomo 3. in 3 part. disp. 30. sect. 1. numer. 6. noster Cornelio tomo 2 in 3. part. tract. 5. de irregular. disput. 15. dubio 1. Ex quo etiam ingeniosè colligunt id procedere non solum quando uterque conjux bonâ fide contraxit, sed etiam quando hæc bona fides in altero conjugum tantum fuit Nam in casu illius cap. *ex tenore*, sola mater dicitur habuisse bonam fidē. Deindè cùm est dubium de bonâ fide parentum semper præsumitur eos bona fide contraxisse, dum non probantur id malâ fide fecisse. Covarruvias part. 2. du matrimonio cap. 8 § 1. Peirinis tomo 2. de Prælato quæst. 2. cap. 5. §. 9. num. 106. Etiam in casu dubii de validitate matrimonii filii ex eo geniti censentur legitimi, & esse in bonâ fide, quoad usque feratur sententia à judice de nullitate ipsius, ex regula cap. *si virgo*, 34. quæst. 2 & cap. *cum inter qui filii sunt legitimi.* Covarruvias supra num 6. Sayrus lib. 6. de censuris cap. 10. num. 33. Peirinis supra num. 109 110.

III. Notat iterùm idem P. Lezana numer. 13. post Suarem tomo 5. in part. 3. disp. 16. sect. 1. Garziam de beneficiis part. 7. cap. 2. filios illegitimos legitimari per matrimonium subsequens, possèque absque dispensatione promoveri ab Episcopo ad ordines, imò ex thesauro in praxi part. 2. verb. *Medici*, cap. 2. Ugolino & aliis, etiam ad Cardinalatũ & Papatum, cap. *conquestus*, cap, *tanta qui filii sint legitimi.* Addunt Covarruvias supra §. 2. num. 10. num. 22. ex cap. *conquestus*, & cap. *tanta*, licet matrimonium illud contrahatur ab infirmo morti proximo. Quia tale matrimonium est verum, & consequenter debent gaudere privilegiis. Quamvis (inquit Emmanuel Sa verb. *filius*, num. 17.) ejusmodi matrimonium sit dumtaxat ratum, ob eandem rationem, modò tamen tempore generationis parentes sint idonei ad contrahendum inter se. Si enim aliquis eorum fuerit matrimonio copulatus, vel intercesserit aliud simile impedimentum dirimens, licet postea tublato impedimento contrahant matrimonium, filii prius habiti erunt illegitimi, ita Suarez supra, Peirinis numer. 114. & habetur cap. *tanta*. Nec consequenter poterunt promoveri ad ordines absque dispensatione.

Quod si filii illegitimi, etiam spurii IV.
procreentur ex incestu, vel alio impedimento irritante legitimantur per subsequens matrimonium celebratum cum Apostolicâ dispensatione, cum clausulâ illâ, *Prolem susceptam, si qua est, & suscipiendam exindè legitimã decernendo.* Nam Garzias de benefic. part. 7. cap. 2. Sanctarellus variar. quæst. 22. num. 11. aiunt verba Papæ hanc vim habere, & ita potest Episcopus ejusmodi filium ad ordines promovere. Possunt etiam illegitimi legitimari à Principe sæculari quoad sæculares inhabilitates, sed non ad canonicas & Ecclesiasticas, ad has enim debent legitimari a Sede Apostolicâ, quo facto possunt ab Episcopo ordinari, Molina tomo 1. de justitiâ tract. 2. disp. 171. & 173. Thesaurus supra Portellus in dubiis regul. verb *illegitimus*, numer. 5. Miranda in manuali Prælat. tomo 2. quæst. 2. art. 5. Diana part. 3. tract. 2. resol. 102. Lezana tomo 3. quæst. regul. verb. *illegitimi*, num. 14.

Qui dubitat an sit legitimus debet V.
se gerere ut legitimum, si in possessione talis existat ob rationem de possessione, quæ favet in dubiis. Ratio est quia sive tale dubium sit juris, sivè facti potest in sui favorem judicare, ita noster Cornelio supra ex bullâ quâdam Gregorii XIV. Lezana verb. *illegitimi*, num. 16. Layman lib. 1. tract. 1. cap. 5 §. 1. Diana part. 4. tract. 2. resol. 6. Addit Lezana supra, quod filius non teneatur credere matri affirmanti etiam cum juramento, ac etiam in casu mortis eum esse illegitimum. Ratio est, non tantùm quia potest dubitare, an mater id dicat ex odio, levitate, falsâ imaginatione, sed etiam quod id non sit certum, eo quod quamvis illa possit esse certa de

adulterio, non potest esse certa quod conceperit ex adulterio, si circa id tempus coivit cum marito, citat Sotum lib. 4. de justitiâ quæst. 7. art. 2. ad 2. Navarrum in Manuali cap. 27. num. 201. Suarem tomo 5, in 3. part. disp. 5. sect 4. num. 5. & sic potest ad ordines ab Episcopo promoveri. Quod si ad testimonium matris accedant aliæ circumstantiæ, quæ faciant rem moraliter certam, verbi gratiâ, testimonium Patris, & constet illum abfuisse, nec potuisse ipsum generare, & aliæ similes, tunc testimonio materno inhærendum est. Sotus supra, Suarez citatus num. 7. Bonacina de censuris disput. 7. quæst. 2, puncto 5. num. 5. Diana part. 4. tract. 2. resolut. 59. Mercerus in 3. part. de sacramentis quæst. 24. dubio 12. quær. 2. Lezana supra numer. 16. Ubi etiam docent neminem debere se reputare illegitimum ob aliquem rumorem sparsum de suâ illegitimitate. Quia non inducunt sufficientem probationem, & prævalet possessio bonæ fidei cum justo titulo matrimonii, item & quod fuerit à parentibus tractatus ut legitimus, potestque absque metu irregularitatis ad ordines promoveri.

## §. 15.

## *Quo titulo Beneficii insignitos potest Episcopus promovere ad Ordines.*

I. SUppono primò ad minores ordines nullum titulum requiri, ita cap. de Clericis conjug & gloss. 1. in cap. *Psalmista*, 25. dist. Ubi Præpositus in 3. Glossa in cap. 2. de Præbendâ. Et ibi Decius num. 29. Sanchez in opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dubio 37. Thomas Valascus tomo 1. alleg. 35. num. 3. Aloysius Riccius in praxi fori Eccles. resol. 271. Nicolaus Garcias de benef. part. 1. cap. 5. Bonacina de censuris extra bullam disp. 3. quæst 2, Comitolus lib. 6. quæst. 38 Alzedo part. 2. cap. 5. Acunna in comment. ad cap. *neminem*, num. 3. dist. 70. Flaminius de resignat. lib. 9. quæst. 6. num. 4. Navarrus consil. 14. de tempor. ordinat. Petrus in summa part. 1. de sacramento Ordinis cap. 7. Franciscus Emmanuel in summa tomo 2. cap. 15 num. 16. Ugolinus de irregular. cap. 61. Salzedo ad Bernard. cap. 18. Suppono secundò quod juxta juris dispositionem, quotiescumque Clericus sæcularis vult sacris Ordinibus initiari, aliquem titulum præhabeat. Regulari verò sufficiat voviſſe obedientiam, castitatem & paupertatem superioribus religionis suæ, ita Henriquez in summa lib. 10. cap. 17. §. 3. Quoad sæculares ergò Concilium Tridentinum sess. 24. de reformatione cap. 1. & Xistus V. constituerunt nè quis ordinetur absque sufficienti titulo beneficii vel patrimonii. Quod si Religiosus sciens suam professionem irritam esse, ordinetur, peccat mortaliter & incurrit eandem pœnam, quàm sæculares Clerici, qui ordinantur absque beneficio vel patrimonio, ita noster Lezana tomo 1. quæst regul. cap. 14. num. 10. Diana moral. resol. part. 2. tract. 2. resolut. 113. Portellus de dubiis reg verb *Ordines sacri*, num. 8.

II. Beneficium, patrimonium, seu pensio ad cujus titulum aliquis est ordinandus debet esse tantùm ut sufficiat ad honestè vivendum. *Statuit sancta Synodus* (inquit Concilium Tridentinum sess. 2. cap. 2.) *nè quis deinceps sæcularis, quamvis aliàs sit idoneus moribus, scientiâ, & ætate ad sacros Ordines promoveatur, nisi prius legitimè constet eum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè sufficiat pacificè possidere. Id verò beneficium resignare non possit, nisi factâ mentione, quod ad illius beneficii titulum sit promotus, neque ea resignatio admittatur, nisi constituto, quod aliundè vivere commodè possit. Et aliter facta resignatio nulla sit. Patrimonium verò vel pensionem obtinentes, ordinari posthac non possunt, nisi illi quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate vel commoditate Ecclesiarum suarum, eosq; prius perspecto patrimonium illud, vel pensionem verè ab eis obtineri, taliaq; esse quæ eis ad vitam sustentandam satis sint, &c.* Dictis & explicatis à nobis supra, pauca hic adji-

cienda

cienda sunt; quod ad patrimonium spectat scilicet debere constitui super re immobili, tenent Azorius institut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 4. Navarrus num. 7. consil 34. de tempor ordinat. Ugolinus de officio Episcopi cap. 26. §. 10 Aloysius in praxi rerum fori Eccles. decis 315. Rodericus à Cunha in comment. ad cap 1. num. 10. dist. 70. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg 19. num. 55. Grassis consil. 4 de tempore ordin. tit. 1. & alii Illud verò patrimonium debere esse certum cum cautione certitudinis asserit Nicolaus Garcias de benef. part. 2. cap. 5. num. 9. Hujus patrimonii examen ad Episcopum spectat privativè quoad alios, ut decisum fuit in Placentina 16. Martii 1630. apud Selvam in select. canon. cap 3. num 1. & ordinare. Quod si census redimatur, pecuniâ debeat apud idoneas personas deponi ex decreto judicis ad effectum investiendi, ut decisum fuit 2. Junii 1626. apud Aldan in compendio can. resol. libr. 10. tit. 10. num. 3. Sufficit patrimonium à parentibus collatum eâ conditione, ut filius habeat usumfructum, donec aliquod beneficium, vel alia bona sufficientia ad congruam sustentationem acquirat, ut resolvit Sacra Congregatio Episcoporum & Regularium in Eugubina 21. Maii 1590. apud Sel supra cap. 3. num. 2. Episcopus neminem ordinare debet in sacris, si cum beneficio & patrimonio insufficiente jungantur pitantiæ, elecmosynæ, anniversaria, confraternitates, & alia emolumenta, quæ percipere, & lucrari possunt ex celebratione missarum in exercitio ordinum quæ sufficiant ad honestum victum, ita Armendariz libr. 1. de patrimonio Cleric. num. 16. & 17. Nicolaus Garcias supra part. 2. cap. 5. numer. 126, Narbona lib. 35. glossa 1. tit. 3. n. 62. Imò nec ad sacros ordinari potest qui ex industriâ suâ, vel honesto labore verbi gratiâ, Musicæ, Grammaticæ, picturæ, alteriusvè licitæ professionis, ex quâ sufficientem sustentationem comparat. ita Rodericus a Cunha cõment. ad cap. 1. num. 13. distin. 70. Barbosa supra alleg. 19. num. 71. Armendariz lib. 1. de patrim. Cleric. numer. 18. Nicolaus Garcias supra part. 2. cap. 5. Nec etiam quantumcumque litteris vel gradu sit insignis, centent Franciscus Emmanuel in summa cõment. 2 cap 15. num. 16, Marchinus de sacrament. Ordinis tract 2. part. 6. diffic. 5. Barbosa supra alleg. 19. numer. 72. Campanile rubr. 8. cap. 4. Narbona lib 35. glossa num. 73. tit 3. lib. 1. recop. Marcus Antonius Genuensis in praxi Archiep. Neap. cap. 81. numer. 2. Petrus Ledesma in summa part. 1. de sacramentis cap. 7. & alii contra Gonzales, Avilam, Stephanum Gratianum, Henriquez asserentes ab Episcopo ordinari posse hominem in Theologiâ vel Jure versatum. Vide quid supra dixerim de promotis in Univers. Lovaniensi, & nonnullis aliis, quorum privilegium audio esse suspensum à Sede Apost. Excipiunt tamẽ Armendariz lib. 1. de patrim Cleric. num. 2. Campanile rub. 8. cap. 4. Garcias part. 2. cap. 5. Barbosa supra alleg. 19 num. 73 Penuriam Sacerdotum in aliquâ Diœcesi, ibi possunt absque beneficio, patrimonio vel donatione promoveri ab Episcopo, modò quis spondeat se ei necessaria subministraturum, & ita decisum fuisse per Sacram Congregationem refert Flaminius de resign. lib. 2. quæst. 7. num. 11. Lotterius libr. 1. quæst. 2. num. Acunna ad cap. *neminem*, num. 11. sub titulo etiam perpetuæ ad sustentationẽ sufficientis pensionis posse aliquem ordinari, colligitur ex sess. 21. cap. 2. Concilii Trid. Armendariz in ad recopil. legum Navarræ lib. 2. tit. 3. de patrim Cleric. num. 7. Barbosa in sess. 21. cap. 2. Concilii Trident. hujus pensionis extinctionem, sicut & patrimonii alienationem fore invalidam, si fiat absque licentiâ Episcopi, colligitur ex cap. 2. *Atque deinceps sine licentiâ Episcopali alienari aut extingui, vel remitti nullatenus possit.* Particula *nullatenus*, inducit nullitatem actus ipso jure, tollitque omnem potentiam alienandi. Glossa in Clementina 1. verb. *de sequent. possess.* Et resolvunt Navarrus consil. 17. num 2. & 4. consil. 21. num. 2. de tempor. ordinat. Gratianus discept. forens. cap.

156 Covallos commun. contra commun quæst. 527. num. 10. & quæst. 900. num 5, Gonzales ad regul. 8. cancell. glossa ultim. Sanchez de matrimonio lib. 6. disput. 32. numer. 7, Joannes Baptista Valenzuela consil. 32. num. 1. tomo 1. & alii apud Barbosam de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 19. num. 76 77. & in sess. 21. cap. 2. Concilii Trident

III. Si quis donaverit fraudulenter, vel fictè promiserit patrimonium, deprehensa fraude, & si constet promissionem patrimonii fuisse fictam, ac donationem solùm verbalem potest puniri per sententiam judicis amissione patrimonii, & ob fraudem perpetratam contra Ecclesiam, ita Petrus Ledesma supra cap 7 con. 6. difficul. 5. Nicolaus Garcia part. 2. cap. 5. Rodericus à Cunha in comment. ad cap. 1. dist. 70. Sanchez de matrimonio lib. 6. disp. 32. num. 7. Franciscus Emmanuel in summa tomo 2. cap. 15. Avila de censuris part. 3 disp. 5. Potest etiam pater dives cogi ut alat filium, l. *cum oportet*, §. *cum autem*, C. *de bonis, quæ liberis*, l. *si quis à liberis*, ff. *de liber. agnosc.* Molina de justitia tract. 2. disp 22. Si enim potest filius cogere ad sibi præstandos sumptus & expensas in studio, l *de bonis*, 9. *non solùm*, ff. *de carbon edictio*, qui quidem textus, licet non faciat mentionem patris, tamen id ipsum ampliant Doctores, & Interpretes gloss. & resolvunt Rebuffus de privilegiis Scholarium privil. 53. Bologn. repetit. authent. habita, C. *nè filius pro patre*, num. 167. quamvis filiusfamilias studeret invito patente. Rebellius de oblig. instit. part. 2. lib. 1. quæst. 8. sect. 3. Maxin è si incepit altioribus studiis incumbere de ejus licentiâ, quia tunc absque dubio pater tenetur filio omnes expensas subministrare usque ad gradus adeptionem, ita Menochius de præsumpt. lib. 3. quæst. 29 n. 86. & lib. 4. quæst. 181. num. 18 Pereira quæst. forens. consil. 14 num. 32. Corduba in leg. *si quis à liberis* §. *non tantùm*, num. 32. Barbo a supra part. 2. alleg. 20. num. 7 Ratio est, quia tales expensæ factæ causa studii veniunt appellatione alimentorum, l. *de bonis*, ibi. *Non solùm alimenta præstare debet pupillo, sed in studia & cæteras necessarias impensas debent impendi pro modo facultatum.* Accedit textus in l *qui filium*, & l. *officio*, ff. *ubi pupillus educari valeat*. A fortiori pater dives debet alimenta subministrare filio sacris Ordinibus initiato, eumque Episcopus inducere debet, ut filio patrimonium constituat, quod si renuat, potest inducere filium ut patrem juris remedio coerceat, nisi obstet delictum filii in patrem commissum, ratione cujus meritò alimenta à Patre denegentur, ita Barbosa de officio & potest. part. 2. alleg. 20. num. 10.

## CAPUT XVI.

### *Potestas Episcopalis circa Sacramenti Matrimonii administrationem, et primò de denunciationibus.*

QUamvis Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 1. inter alias ordinationes ritè & solemniter celebrandi matrimonium statuat, *Ut in posterum antequam matrimonium contrahatur ter à proprio contrahentium Parocho tribus continuis diebus festivis in Ecclesia inter missarum solemnia publicè denuncietur inter quos matrimonium sit contrahendum.* Tamen potest Ordinarius ex causâ sibi benè visâ dispensare ut omittantur omnes denunciationes, vel aliqua illarum ante & post matrimonii consummationem, ut expressè decernit præfatum Concilium. *Nisi ordinarius ipse expedire judicaverit ut prædictæ denunciationes remittantur, quod illius prudentiæ & judicio sacra Synodus reliquit.* Videndi Menochius consil. 453. num. 5. Henriquez lib 11. cap. 5 Ugolinus de officio & potest. Episc. cap. 60. num. 3. Possevinus de officio Curati cap. 10. num. 2. Petrus de Ledesma in summa part. 1. de Sacramento Matrimonii cap. 6. Franciscus Leo in thesauri fori Eccl. part. 2. cap. 9. Sanchez lib. 3. disp. 7. numer. 4. Gaspar Hurtado de Matrimonio disp. 5. difficul. 19. Torreblanca

L. Trident. Concilii

de

de jure spirit. lib. 2. cap. 15. sect. 13. Basilius Pontius de impediment. matrim cap 26 §. 4. Valer. Reginaldus lib. 31. num. 132. Campanile in diverſ. juris canon. rub. 6 cap. 3. Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 32. num. 27. & in Concil. Trident. sess. 24. cap. 1. Dispensatio arbitrio Ordinarii relicta est, non tantum pro causis à Concilio Tridentino expressis, sed etiam aliis quibuscumque, & quod examen harum causarum non fiat judicialiter tenet Petrus Diez Nogerol. allegat. juris tomo 1. alleg 24. numer. 184. & 185. Quod si contrahentes sint diversarū Diœceseon non debet ab utroque Ordinario in denunciationibus dispensari, sed sufficit unius, licet matrimonium fiat in Diœcesi alterius, quia verè fit ab Ordinario, ita Gaspar Hurtado disp. 5. diff. 19. Coninck disp. 27. dub. 6. Sanchez disp. 7. num. 7. Valer. Reginaldus lib. 31. num. 232. Guitierez de matrimonio quæst. 3. punct. 6. Barbosa supra alleg. 32. numer. 35. Quod per Ordinarium intelligatur, hic etiam Episcopi Vicarius colligitur ex gloss. cap. *generaliter*, in cap. *Romana*, de appel. in 6. & gloss. verb. *Vicarii*, in cap. *tua*, de officio Vicarii, Covarruvias pract. cap. 4. num. 7. & lib. 2. quæst. 55. Flaminius de resign. lib 3. quæst. 11. num 19. Quare cum aliquid Ordinario conceditur personam Vicarii non excludit, sed potius sub eadem dispositione comprehendi censent Erasmus a Chokier de jurisdictione Ordinarii in exemptos part. 1. quæst. 1. Sanchez de matrimonio lib. 3. disp. 7. numer. 10. Marcus Antonius Bizonus in explicatione Concilii Tridentini teste Flaminio de resign. benef lib 3. quæst. 11. Bartholus, Jason, &c. Nisi Vicarius sit expresè excluſus, ita Stephanus Gratianus discept. forens. cap. 83. Marcus Antonius Genuensis in pract. Archiepisc. Neap. cap. 26. Guitierez de matrimonio cap. 59. Sbrozz de Vicarii officio lib. 2. quæst. 43. num. 28. & 29. Barbosa supra alleg. 32. num. 28. Undè ob jura & rationes adductas posse Vicarium Episcopi remittere denunciationes docent Bonacina supra quæst. 2. puncto 6 num. 7. Sanchez lib 3 disput. 7. num. 9. Aloysius Riccius in tori Eccles. decis. 259. Cavalcanus decis. 29 numer. 17. part. 1. Petrus Antonius Lazarius de monito. 15 sect. 1. quæst. 6. num. 4. Eraimus tract de jurisd. ordin. citatus Guitierez canon. lib. 1. cap. 19. & de matrimonio cap. 56. num. 11. Flores de Mena variat. lib. 3. quæst. 24. numer. 26. Jacobus Sbrozz de Vicario Epise. lib. 2. quæst. 201. num. 1. Petrus Ledesma in summa tomo 1. part. 1. de Sacram. Matrimon. cap. 6. Franciscus Emmanuel in summa tomo 1. cap. 217. Barbosa alleg. 32. num. 29. Imò Vicarium posse delegare affirmant Molfesius in summa Theol. moral. tract 4. cap. 8. Nicolaus de benef. part 3. cap. 8. Stephanus Gratianus discept. forens. cap. 83. num. 10. Coninck disp. 27. num. 55. Cevallos commun. contra commun. quæst. 604. num. 92. Reginaldus lib. 31. num 233. Didacus Sahagune ad tit. de sponsalibus, num. 53.

II. Hanc dispensandi facultatem in denunciationibus posse alterum ab Episcopo delegari affirmant Bonacina de matrim. quæst. 2. puncto 6. Guitierez de matrimonio cap. 26. num. 13. Coninck disp. 27. num. 55. Valer. Reginaldus lib. 31. num. 235. Cevallos supra quæst. 604. num 93. Rebuffus in praxi benef. tit. de formâ Vicariatus, num. 155. & alii apud Barbosam supr. alleg. 32. num. 36. Vicarius Generalis Episcopi potest etiam alteri delegare hanc facultatē dispensandi in denunciationibus particulariter non generaliter, sed specialiter. Ita Sanchez disp. 7. num. 2. Barbosa alleg. 32. numer. 37. Guitierez, Reginaldus apud Barbosam & Bonacinā quæst. 2. puncto 6. Hujus accipe verba. *Ex quo sequitur Vicarium Generalem posse facultatem dispensandi in denunciationibus delegare, non quidem generaliter. Nam quamvis non possit constituere alium Vicarium generalem, cap. Clericos, de officio Vicarii, nihilominus potest unam vel alteram causam delegare.*

Nicolaus Garcias de benef. part. 7. cap. 8. num. 18. Fures etiam pro actione furti condemnati sunt infames & indigni ac inhabiles ad ordines suscipiendos, cap. ultimo de furtis. Campanile in diverf. juris canon. rub. 11. cap. 25. num. 14. & alii. Qui publicâ pœnitentiam agunt infamiæ nota laborant. Henriquez lib. 13. cap. 38. §. 3. Alterius de censuris tomo 2. disp. 16. de suspens. cap. 1. Campanile supra cap. 21. non possunt ordinari, cap. *ex pœnitentibus*, dist. 50. cap. *si ille*, eadem dist. Majolus de irregul. libr. 3. cap. 2. Cum his solemniter pœnitentibus Episcopus dispensare & ad minores ordines promovere potest ob necessitatem & utilitatem, Sylvester verb. *pœnitentia* num. 3. Bernardus in practicâ cap. 23. Campanile supra numer. 7. & alii. Uno verbo infames omnes tam juris quàm facti sunt irregulares & inhabiles ad ordines suscipiendos, cap. *infames*, cap. final. dist. 51. cap. *accusatum*, de Simoniâ, Campanile supra cap. 18. Vivaldus ad candelabrum aureum cap. 10. numer. 3. Nicolaus supra cap. 8. & alii.

I. Infames juris vel facti secundùm Azorium part. 2. lib. 6. cap. 7. quæst. 3. vers. *infamia*, sunt homicidæ, malefici, fures, sacrilegi, raptores, adulteri, incœsti, venefici, perjuri, falsi testes, ad sortilegos & divinos recurrentes. Item ex cap. *infames*, dicuntur, *infames omnes, qui Christianæ legis normam & statuta contemnunt, sepulchrorum quoque violatores, & omnes qui adversus Patres armantur, & de bellis publicis fugientes, & qui indigna petunt sibi loca tenere, aut facultates Ecclesiæ auferunt injustè, & qui fratres calumniantur, aut accusant & non probant, & qui contra innocentes principum animum ad iracundiam provocant, hoc est delatores, & omnes anathematisati, pro suis sceleribus ab Ecclesia expulsi.* Item ex Azorio supra. Denique infames sunt malefici, venefici, militiæ defertores, hæretici, fautores, defensoresque hæreticorum, & eis credentes ac faventes, schismatici, blasphemi, maledici, qui committunt simoniam in beneficus, vel ordinibus conferendis, vel recipiendis, ductum offerentes, vel oblatum ab aliis admittentes, qui calumniantur, aut accusant, cùm tamen crimen non probent, item ex cap. *si quis viduam*, 6. quæst. 1. qui duxit uxorem vilem & abjectam, vel meretricem & rejectam, vel repudiatam, vel joculatricem, saltatricem, scenicam, ancillam, concubinam. Ex Azorio citato infames sunt, qui artem aliquam vilem, abjectam, vel ignominiosam profitentur & publicè exercent. Vel qui vili officio funguntur, cujusmodi sunt mimi, lenones, scenici, carnifices, lictores, marcellarii, tabernarii, cauponarii, aurigæ, & alii his similes: item tutor vel curator, qui pupillam, sibi vel filio junxit matrimonio. Item Clerici, qui publicè cum scorto rem habent.

Quamvis solus summus Pontifex IV.
possit dispensare in infamiâ & irregularitate, quæ ex ipsâ oritur secundùm Barbosam de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 43. num. 30. Tamen Episcopus potest dispensare in irregularitate, quæ procedit ex infamiâ, facti, seu ex crimine notorio. Ita Navarrus in manuali cap. 27. num. 204. Miranda in manuali prælat. tomo 2. quæst. 8. art. 5. concl. 1. Joannes à Cruce de statu Relig. lib. 1. cap. 6. dub. 17. concl. 2. Sigismundus à Bononiâ de elect. dubio 87. num. 6. Alzedo part. 2. cap. 6. numer. 62. Barbosa de officio & potestate Episc. part. 2. alleg. 43. num. 30. Potest etiam Episcopus dispensare in delicto, & consequenter in infamiâ indè exurgente; Ugolinus de irregular. cap. 60. §. 5. numer. 3. Avila de censuris part. 5. disput. 4. dubio 6. Bonacina de censuris disput. 7. quæst. 5. puncto 1. num. 6. veri. *tertiò*. Ubi satis fusè explicat in quibus irregularitatibus, quæ præcipuè ex homicidio proveniunt possit Episcopus dispensare,

§. 12. *Episco-*

## §. 12.

### *Episcopus dispensare potest cum illegitimis ad aliquos ordines suscipiendos.*

I. VAriæ sunt illegitimorum species, alii dicuntur naturales, alii spurii, alii nothi, alii manzeres, alii adulteri, alii nefarii. Naturales sunt, qui nati sunt ex soluto & concubinâ domi retentâ. Spurii, qui ex copulâ in jure civili damnatâ, veluti ex raptu incestu, stupro, sacrilegio, undè spurius venit à spurcitiâ in jure damnatâ & reprobatâ. Nothi, qui ex conjugato, & solutâ. Manzeres, qui ex meretrice, &c. Hos omnes ad suscipiendos ordines esse inhabiles, patet ex cap. 1. & per totum, dist. 56. cap. *innotuit*, de elect. cap. final. de filiis præsbyt. Concilio Tridentino de reformatione sess. 23. cap. 5. de ordinandorum natalibus, cap. 7. de ordinan. genere. Episcopus potest dispensare cum illegitimis ex quocumq; damnato coitu ad minores ordines, & ad beneficium simplex. Pontifex verò ad majores ordines, & beneficia curata, vel ea quæ habent dignitatem annexam, ita cap. 1. de filiis præsbyt. Azorius instit. moral. part. 2. libr. 3. cap. 50. quæst. 8. Marchinus de sacramento Ordinis tract. 1. part. 10. cap. 1. diffic. 2. Coninck de sacramentis disp. 18. dubio 14. num. 112. & disp. 33. num. 29. dub. 1. Henriquez in summâ part. 2. lib. 15. cap. 8. numer. 10. littera B. & alii apud Barbosam de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 45. num. 19.

II. Si illegitimus per dispensationem Apostolicam possit ad ordines promoveri, etsi in dispensatione particulæ universales hæ sint, (*ad omnes ordines*) potest Episcopus illi omnes ordines conferre. Etsi dispensatio sit cum simplici clausulâ *ad ordines*, Suarez in 3. part. tomo 5. disp. 41. sect. 3. numer. 3. censet illi illegitimo omnes majores posse conferri. Ratio est, alioqui talis dispensatio esset restringenda ad solam primam tonsuram, cùm non sit major ratio, cur ad solos minores ordines, cur etiam per primam tonsuram clericatus conferatur: Nam indefinita æqualet universali. cæterùm in tali casu censet debere diligenter expendi receptum verborum sensum & judicandum esse juxta illum sensum, sed huic opinioni opponuntur Sylvester verb. *Clericus*, num. 1. quæst. 4. verb. *privileg.* quæst. 3. Angelus verb *Clericus*, 1. num. 3. & verb. *privileg.* num. 3. Armilla verb. *Clericus*, num. 4. & verb. *privileg.* num. 4. Emmanuel verb. *dispensatio*, numer. 13. Henriquez lib. 7. de indulgent. cap. 30. num. 2. & lib. 14. de irregul. cap. 8. num. 10. Sanchez lib. 8. de matrimonio disp. 1. num. 26. Quibus arridet Glossa cap. final. de filiis præsbyt. in 6. verb. *ad omnes*, ubi ait cautè in eo capite positum fuisse *ad omnes*, quibus subscribit Amicus disp. 24. sect. 2. Ratio est, cùm dispensatio exorbitet à jure communi est strictè interpretanda ex cap. *cùm dilectis*, de consuetudine, ubi Glossa verb. *jure communi. Vbi aliquid à jure communi discrepare videtur, reducendum est ad jus commune si potest fieri, quia promptum est leges legibus concordare*, l. *unica* C. de inoffic. donb. Igitur talis dispensatio cùm possit privilegium simul & jus commune servare, si intelligatur de ordinibus minoribus, ita intelligenda erit. Nam privilegium salvari debet cum minori læsione juris communis. Aliter philosophandum est quando Pontifex dat potestatem Episcopo promovendi ad Ordinem illegitimũ, tunc potestas est amplè interpretanda in gratiam ejus, cui conceditur. Nam Episcopus ex jure communi habet potestatem promovendi illegitimos ad minores, igitur nè nova Pontificis concessio frustranea videatur debet ad majores extendi.

III. Observandum hic est, Religiosos quacumque illegitimatione irregulares, si in aliquâ Religione approbatâ professionẽ emittant absolvi ab omni irregularitate proveniente ex præfato defectu natalium, reddique habiles ad ordines suscipiendos, ita Suarez tomo 5. in 3. part. disput. 41. sect. 1. ex nostris Cornelio tomo 3. in 3. part. disp. 15. de irregul. dubio 2. Lezana tomo

tomo 1. quæst. regul. cap. 3. num. 2. & tomo 3. verb. *illegitimi regulares*, num 17. & ita non indigent dispensatione Episcopi ad minores ordines, neque Apostolicâ ad maiores suscipiendos. Irregularitas tamen non tollitur quoad dignitates, præfecturas & prælaturas ut habetur in cap. de filiis præsbyterorum, & apud Navarrum in cap. *non dicatis*, num. 60. Sotum in 4. dist. 25. quæst. 1 art. 3. Lezanam tomo 1. quæst. regul. cap. 3. num 2. & cap. 15. num. 25. num. 38. & cap. 18. num. 7. ita ut electio personæ illegitimæ facta ipso jure nulla foret, cap. *innotuit*, de elect. Rodriguez tomo 1. quæst. 13. art. 5. Sorbus in compendio verb. *dispensatio*, vers. *ideò*, Julius Navarrus in cap. *statutum*, numer. 60. Etiamsi eusmodi illegitimi sint occulti, Corduba lib. 1. quæstionarii quæst. 38. Sylvester verb. *irregular.* quæst. 20. Sanctarellus var. quæst. 40. Excipiunt, Portellus in dubio regul. verb. *illegitimus* num. 9, & in responsionibus moralibus part. 3. casu 24. numer. 2. Religiosos S. Joannis Evangelistæ in Lusitania, qui si habeant defectum natalium, vi professionis, non tantùm sunt dispensati ad ordines, sed etiam ad omnes Prioratus, &c. Quo privilegio Portellus & Lezana aiunt gaudere, qui generalem communicationē privilegiorum habent.

## §. 13.

## *Episcopus potest ad omnes Ordines promovere eos qui in infantiâ expositi fuerunt.*

I. QUidam parentes feris deteriores suas proles negligunt, abiiciunt, exponunt, & quasi interimunt, l. *necare*, ff. *de liberis agnoscendis*, ubi Juriconsultus. *Necare videtur, non tantùm is, qui partum præfocat, sed & is, qui abjicit, & qui alimoniam denegat, & is, qui publicis locis misericordiæ causa exponit, quam ipse non habet.* Vide Novarium in tract. de elect. & var. for. fect. 2. quæst. 10. numer. 4. Unde Azorius in summâ tit. de infantibus expositis, ait expositos nominandos filios sanguinolentos. Et ideò cùm parentes sic exponentes filios necare videantur pœnam sanguinis lutro merentur. l. *necare*, & cap. final. dist. 87. Gregorius Lopez lib. 4. Glossa 1. tit. 20. part. 4 Glossa in l. 2. C. de patribus, qui filios distraxerunt. Novarius supra quæst. 10. num. 5. Mitius tamen existimant Menochius de arbitr. casu 296. num. 5. Octavianus Vulpellius in cons. crimin. 94. numer. 11. Aloysius Riccius in praxi aurea tesol. 28. Patrem exponentem filium legitimum & naturalem, vel naturalem tantùm esse judicis arbitrio plectendum, per l. 2 C. *de patribus qui filios distrahunt*. Hinc (inquit Azorius part. 2. instit. moral. lib. 2. cap. 26.) licet intelligere infantem expositum à patre, vel ab alio ipso sciente, vel ratum postea habente, patriâ, potestate, solio & sui juris effici, & sibi illud acquirere & probat ex l. *si invito*, C. *de infantibus expositis*. Idem resolvunt Palcothus de nothis & spuriis cap. 63. num. 6 Menochius de arbit. casu 396 Joannes Petrus Surdus de aliment. tit. 4. quæst. 18. num. 51. & tit. 8. privileg. 63. & 64. num. 2. Stephanus Gratianus discept. forens. cap. 267.

II. Difficultas est, an filii expositi, quorum parentes etiam factâ diligentiâ omninò ignorantur, potiùs debeant censeri illegitimi, eo quod ut plurimùm ex turpi conceptione nascuntur, vel censendi sint legitimi, vel spurii, qui patrem certum demonstrare nequeunt, l. *vulgò quæsiti*, ff. *de his qui sunt sui vel alieni juris*, quales sunt infantes expositi. Spuriis æquiparandos asserit Jacobus Puteus part. 2. decis. 435. Barbosa rub. ff. *soluto matrimonio*, part. 1. quæst. 20. Deindè illegitimi censentur, qui generantur ex justis nuptiis. Naturales verò propriè ex concubinatu cum prædictis solemnitatibus. Quare cùm matrimonium & concubinatus existunt non debent præsumi l. *in bello*, §. *facta*, ff. *de captivis & postliminio reversis*. Quamvis (ut notat Alciatus) hic textus non probet tamen est vulgare axioma, ad quod Menochius lib. 6, præsumpt. 14. multa

fusè

fusè adducit, ex quo argumento concludit Alciatus de præsumpt. regul. 2. num. 8. & regul. 3. præsumpt. 1. numer. 12. & alii apud Mascardum de probat. concl. 882. num. 1. Menochium lib. 6. quæst. 54. num. 15. Expositos censendos esse spurios, & ut tales non esse promovendos ad ordines absque dispensatione, quia in dubiis tutior pars eligenda est cap. *illud*, de Cleric. His favent Ancharanus in cap. *unic.* Majolus de irregular. lib. 1. cap. 11. num. 1. Covarruvias in Clementin. *si furiosus*, part. 1. numer. 4. ubi persuadet ne expositi promoveantur. Quia filii legitimi non solent exponi, sed expositi potius nascuntur ex furtivis & illicitis congressibus. cum sequitur Salzedo ad Bernard. in practic. cap. 14. littera C. Suarez tomo 5 de censuris disput. 50. sect. 4. num. 4. Hurtado de censuris disput. 2. de irregul. diffic. 14. num. 57. Ugolinus de officio Episcop. cap. 44. §. 7. Garcias de benef. cap. 2. num. 9. Seraphinus decis. 1081. n. 3. Valerius Reginald. in praxi fori pœnit. tom. 2. lib. 30. num. 77. vers. *septimo*, Castillo quotid. lib. 2. cap. 19. num. 51. Rebellius de oblig. instit. part. 2. lib. 1. quæst. 3. sect. 2. num. 15. Toletus lib. 1. cap. 52. Avilla de censuris part. 7. disp. 3. Sayrus, Vasquez, Henriquez, Lopez, Rodriguez, Bonacina de censuris disp. 7. quæst. 2. puncto 3. num. 10. Aliorum mens est esse censendos naturales, ita Baldus. Jason, & alii apud Menochium dicto lib. 6. quæst. 54. num. 10. Quibus subscribit Covarruvias citatus cap. 8. §. 3. num. 1. Ratio est, quia cum sint legitimi vel spurii oportet præsumere qualitatem, quæ à naturâ non inest, scilicet matrimonium, ut sint legitimi, vel sint spurii, quod ab illis nati sunt, qui non potuerunt contrahere matrimonium.

III. Sed copia & auctoritas Doctorum, qui pro pueris illis expositis patrocinantur tanta est, ut eos legitimos esse censendos, successionum, ordinum, & dignitatum capaces potius opinandum sit. Inter hujus opinionis propugnatores sunt Malderus 1 2. Divi Thomæ quæst. 19. art. 5. disput. 87. Mercerus in 3. part. D. Thomæ de Sacramentis quæst. 22. dub. 12. quæst. 2. Salas 1. 2. tract. 8. disp. unica, sect. 24. num. 46. Pesantius in addit. ad 3. part. quæst. 20. disp. 5. Coninck de Sacramentis disput. 18. dub. 12. Præpositus in 3. part. quæst. 5. de irregul. dubio 16. Noster Cornelio in 3 part. D. Thomæ tract. 5. de irregul. disput. 15. dubio 1. Lezana tomo 4. quæst. regul. verb. *illegitimi*, num. 15. Tassonus in pragmat. de antifato vers. 13. obser. 1. num. 78. Squalant. de privilegiis clericorum cap. 4. numer. 2. Ananias in cap. 1. de infantibus expositis. Felinus in cap. *cum deputati*, num. 1. de judiciis, Cardinalis Paleotus de spuriis cap. 63. Gratianus in discept. forens. part. 1. cap. 135. Molfesius in part. 2. quæst. 19. art. 5. disp. 37. Sanctarellus variar. resol. 44. Emmanuel Sa, verb. *Filius*, num. 8. Flavius Cherubinus in compendio bull. tomo 2. in constit. 44. Gregorii XIII. scholio 1. Bermondus de publicis concubin. in verb. *qui etiam filios ex tali concubinatu procreatos*, num. 90. Menochius de præsumpt. lib. 6. quæst. 54. num. 20. & de arbitr. casu 396. Mascardus de probat. concl. 799. Gironda de privil. leg. explicat. num. 1441. Fr. Emmanuel quæst. regul. tomo 1. quæst. 13. art. 1. & quæst. 14. art. 3. Sebastianus Orozco en el thesoro de la Castellana verb. *Evechado*, Homobonus de examine Ecclesiast. tract. 12. cap. 3. quæst. 11. suppositi. 3. Diana resolut. moral. part. 2. tract. 1. miscel. resolut. 22. & part. 4. tract. 2. resol. 58. Piasecius in praxi Episc. part. 1. cap. 1. Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 51. num. 150. Basilius de matrimonio lib. 11. cap. 9. Marchinus de sacramento ordinis tract. 1. part. 10. num. 8. Marcellus Vulpe in praxi judic. for. Eccles. num 47. Castro Palao tom. 1. disp. 3. puncto 5. Villalobos in summa tomo 1. tract. 1. diffic. 20. Turrianus in opusc. Theol. opusc. 10 disp. 5. dub. 3. qui asserit jure novo hanc sententiam tenendam esse, quia Gregorius XIV. in bullâ quadam editâ in gratiâ confraternitatis pro expositis, decernit, ut habeantur pro legitimis. Undè absque ullo metu irregularitatis potest

Episcopus ejusmodi expositos ad sacros Ordines promovere. Ratio prima est, quia quilibet præsumendus est legitimus, & sumenda est conjectura quæ delicti præsumptionem excludat quod necessariò supponunt & præsumunt qui filios naturales & spurios in dubio præsumendos adducunt cap. *lator*, cap. *pervenit, qui filii sunt*, legit. Ubi adversario injungitur onus probandi filium esse illegitimum & cap. *accedens*, de purg. canon. ubi quis cogitur ad probandum se esse legitimū, si contrarius rumor & fama extabat. Ratio secunda in dubiis pars benignior præferenda est. Ratio tertia est, quod si aliquis exponatur non est signum sufficiens quod sit procreatus extra matrimonium, sed quod parentes ad extremam paupertatem redacti illam prolem exposuerunt.

IV. Undè Diana part. 2. tract. 1. miscel. resol. 22. respondet ad argumentum contrariæ sententiæ, & illam regulam. *Quod in dubiis tutior pars eligenda*, & generaliter procedit quoad hoc, ut non possit quis facere id, de quo est dubium, an sit prohibitum, sed debet ab eo abstinere. Non tamen procedit quoad hoc, ut in dubio debeat quis spoliari, seu privari re possessa, vel facere actum possessivum, de cujus obligatione non constat, ut est in præsenti casu. Nam tunc supervenit alia regula, *quod in dubio & pari causa melior est conditio possidentis*, quæ quidem regula verificatur non tantùm in materiâ justitiæ, sed etiam aliarum virtutum. Notat tamen Barbosa quod ubi habentur statuta, quæ desiderant qualitatem nobilitatis, & legitimationis, non tantùm propriæ, sed etiam prædecessorum, ut in officiis sanctæ Inquisitionis, in aliquibus confraternitatibus, collegiis, Ecclesiis, ut in Cathedrali Ecclesiâ Leodiensi expositi etiam doctissimi tam in jure, quàm in Theologiâ, non sunt censendi capaces ut canonicatum, vel aliam dignitatem ibi obtineant, ut patet in praxi. Cui favet Perez de Lara de anniversi. & Capellaniis lib. 2. cap. 4 Gironda de privileg. explicat. numer 1443.

## §. 14.

## *Episcopus potest dispensare cum illegitimo occulto.*

SUarez tomo 5. in 3. part. de censuris disput. 50. sect. 5. Piasecius in praxi Episc. part. 1. cap. 1. numer. 56. & 60. Sayrus de censuris lib. 6. cap. 11. Bonacina de censuris disp. 7. puncto 3. quæst. 2. Reginaldus in praxi tomo 2. lib 30. tract. 19. cap. 6. negant Episcopum posse dispensare super illegitimitate ex occulto delicto. Ratio eorum est, quia Concilium Tridentinum tantùm tribuit Episcopo potestatem dispensandi super irregularitate contractâ ex delicto, quæ provenit ex proprio delicto, ita Navarrus cap. 27. Ugolinus supra citatus §. 2. I.

Sed oppositam opinionem tenent Stephanus de Avila tract. de censuris part. 7. disp. 3. dubio 7. Coninck de Sacramentis disp. 18 dub. 14. Ratio est, licet enim hæc irregularitas causet in homine quendam defectum, tamen intrinsecè dependet à crimine parentum. Si igitur hujusmodi crimen sit occultum continetur sub decreto Concilii. Ratio secunda est, quamvis dispensatio post quam est concessa in particulari casu sit odiosa, & strictè interpretanda, tamen potestas dispensandi est favorabilis & latissimè interpretanda, cap. final. de simoniâ. His arridere videtur Diana part. 2. tract. 1. miscellaneor resol. 21. Unde respondet ad argumentum contrariæ sententiæ, scilicet cùm hæc irregularitas intrinsecè dependeat à parentum crimine, videtur etiam inclusa sub verbis Concilii. II.

Noster Lezana tomo 3. quæst. reg. verb. *illegitimi*, num. 12. resolvit, quod filii nati ex matrimonio nullo ob aliquod impedimentū dirimens occultum sint incapaces, si tamen illud matrimonium fuerit contractum in facie Ecclesiæ sunt legitimi & capaces ad bona parentum, ad ordines, ad gradus, ad beneficia, ad dignitates. Ratio est, quia jure Canonico tales habentur III.

bentur pro legitimis, cap. *Ex tenore, qui filii sint legitimi.* Ubi cum quidam conjugatus vivente uxore cõtraxisset cum alia, & ex eâ ignorante primum viri matrimonium genuisset filium, talis censetur legitimus, ita Suarez tomo 3. in 3 part. disp. 30. sect. 1. numer. 6. noster Cornelio tomo 2 in 3. part. tract. 5. de irregulat. disput. 15. dubio 1. Ex quo etiam ingeniosè colligunt id procedere non solum quando uterque conjux bonâ fide contraxit, sed etiam quando hæc bona fides in altero conjugum tantum fuit Nam in casu illius cap. *ex tenore*, sola mater dicitur habuisse bonam fidē. Deindè cùm est dubium de bonâ fide parentum semper præsumitur eos bona fide contraxisse, dum non probantur id malâ fide fecisse. Covarruvias part. 2. du matrimonio cap. 8 § 1. Perinis tomo 2. de Prælato quæst. 2. cap. 5. §. 9. num. 106. Etiam in casu dubii de validitate matrimonii filii ex eo geniti censentur legitimi, & esse in bonâ fide, quoad usque feratur sententia à judice de nullitate ipsius, ex regula cap. *si virgo*, 34. quæst. 2 & cap. *cum inter qui filii sunt legitimi.* Covarruvias supra num 6. Sayrus lib. 6. de censuris cap. 10. num. 33. Perinis supra num. 107 110.

III. Notat iterùm idem P. Lezana numer. 13. post Suarem tomo 5. in part. 3. disp. 16. sect. 1. Garziam de beneficiis part. 7. cap. 2. filios illegitimos legitimari per matrimonium subsequens, possèque absque dispensatione promoveri ab Episcopo ad ordines, imò ex thesauro in praxi part. 2. verb. *Medici*, cap. 2. Ugolino & aliis, etiam ad Cardinalatũ & Papatum, cap. *conquestus*, cap, *tanta qui filii sint legitimi.* Addunt Covarruvias supra §. 2. num. 10. num. 22. ex cap. *conquestus*, & cap. *tanta*, licet matrimonium illud contrahatur ab infirmo morti proximo. Quia tale matrimonium est verum, & consequenter debent gaudere privilegiis. Quamvis (inquit Emmanuel Sa verb. *filius*, num. 17.) ejusmodi matrimonium sit dumtaxat ratum, ob eandem rationem, modò tamen tempore generationis parentes sint idonei ad contrahendum inter se. Si enim aliquis eorum fuerit matrimonio copulatus, vel intercesserit aliud simile impedimentum dirimens, licet postea sublato impedimento contrahant matrimonium, filii prius habiti erunt illegitimi, ita Suarez supra, Perinis numer. 114. & habetur cap. *tanta*. Nec consequenter poterunt promoveri ad ordines absque dispensatione.

Quod si filii illegitimi, etiam spurii IV.
procreentur ex incestu, vel alio impedimento irritante legitimantur per subsequens matrimonium celebratum cum Apostolicâ dispensatione, cum clausulâ illâ, *Prolem susceptam, si qua est, & suscipiendam exindè legitimã decernendo.* Nam Garzias de benefic. part. 7. cap. 2. Sanctarellus variat. quæst. 22. num. 11. aiunt verba Papæ hanc vim habere, & ita potest Episcopus ejusmodi filium ad ordines promovere. Possunt etiam illegitimi legitimari à Principe sæculari quoad sæculares inhabilitates, sed non ad canonicas & Ecclesiasticas, ad has enim debent legitimari a Sede Apostolicâ, quo facto possunt ab Episcopo ordinari, Molina tomo 1. de justitiâ tract. 2. disp. 171. & 173. Thesaurus supra Portellus in dubiis regul. verb *illegitimus*, numer. 5. Miranda in manuali Prælat. tomo 2. quæst. 2. art. 5. Diana part. 3. tract. 2. resol. 102. Lezana tomo 3. quæst. regul. verb. *illegitimi*, num. 14.

Qui dubitat an sit legitimus debet V.
se gerere ut legitimum, si in possessione talis existat ob rationem de possessione, quæ favet in dubiis. Ratio est quia sive tale dubium sit juris, sivè facti potest in sui favorem judicare, ita noster Cornelio supra ex bullâ quâdam Gregorii XIV. Lezana verb. *illegitimi*, num. 16. Layman lib. 1. tract. 1. cap. 5 §. 1. Diana part. 4. tract. 2. resol. 6. Addit Lezana supra, quod filius non teneatur credere matri affirmanti etiam cum juramento, ac etiam in casu mortis eum esse illegitimum. Ratio est, non tantùm quia potest dubitare, an mater id dicat ex odio, levitate, falsâ imaginatione, sed etiam quod id non sit certum, eo quod quamvis illa possit esse certa de

adulterio, non potest esse certa quod conceperit ex adulterio, si circa id tempus coivit cum marito, citat Sotum lib. 4. de justitiâ quæst. 7. art. 2. ad 2. Navarrum in Manuali cap. 27. num. 201. Suarem tomo 5, in 3. part. disp. 5. sect 4. num. 5. & sic potest ad ordines ab Episcopo promoveri. Quod si ad testimonium matris accedant aliæ circumstantiæ, quæ faciant rem moraliter certam, verbi gratiâ, testimonium Patris, & constet illum abfuisse, nec potuisse ipsum generare, & aliæ similes, tunc testimonio materno inhærendum est. Sotus supra, Suarez citatus num. 7. Bonacina de censuris disput. 7. quæst. 2, puncto 5. num. 5. Diana part. 4. tract. 2. resolut. 59. Mercerus in 3. part. de sacramentis quæst. 24. dubio 12. quær. 2. Lezana supra numer. 16. Ubi etiam docent neminem debere se reputare illegitimum ob aliquem rumorem sparsum de suâ illegitimitate. Quia non inducunt sufficientem probationem, & prævalet possessio bonæ fidei cum justo titulo matrimonii, item & quod fuerit à parentibus tractatus ut legitimus, potestque absque metu irregularitatis ad ordines promoveri.

## §. 15.

## *Quo titulo Beneficii insignitos potest Episcopus promovere ad Ordines.*

I. SUppono primò ad minores ordines nullum titulum requiri, ita cap. de Clericis coniug. & gloss. 1. in cap. *Psalmista*, 25. dist. Ubi Præpositus in 3. Glossa in cap. 2. de Præbendâ. Et ibi Decius num. 29. Sanchez in opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dubio 37. Thomas Valascus tomo 1. alleg. 35. num. 3. Aloysius Riccius in praxi fori Eccles. resol. 271. Nicolaus Garcias de benef. part. 1. cap. 5. Bonacina de censuris extra bullam disp. 3. quæst. 2, Comitolus lib. 6. quæst. 38 Alzedo part. 2. cap. 5. Acunna in comment. ad cap. *neminem*, num. 3. dist. 70. Flaminius de resignat. lib. 9. quæst. 6. num. 4. Navarrus consil. 14. de tempor. ordinat. Petrus in summa part. 1. de sacramento Ordinis cap. 7. Franciscus Emmanuel in summa tomo 2. cap. 15. num. 16. Ugolinus de irregular. cap. 61. Salzedo ad Bernard. cap. 18. Suppono secundò quod juxta juris dispositionem, quotiescumque Clericus sæcularis vult sacris Ordinibus initiari, aliquem titulum præhabeat, Regulari verò sufficiat vovisse obedientiam, castitatem & paupertatem superioribus religionis suæ, ita Henriquez in summa lib. 10. cap. 17. §. 3. Quoad sæculares ergò Concilium Tridentinum sess. 24. de reformatione cap. 1. & Xistus V. constituerunt nè quis ordinetur absque sufficienti titulo beneficii vel patrimonii. Quod si Religiosus sciens suam professionem irritam esse, ordinetur, peccat mortaliter & incurrit eandem pœnam, quàm sæculares Clerici, qui ordinantur absque beneficio vel patrimonio, ita noster Lezana tomo 1. quæst regul. cap. 14. num. 10. Diana moral. resol. part. 2. tract. 2. resolut. 113. Portellus de dubiis reg verb *Ordines sacri*, num. 8.

II. Beneficium, patrimonium, seu pensio ad cujus titulum aliquis est ordinandus debet esse tantùm ut sufficiat ad honestè vivendum. *Statuit sancta Synodus* (inquit Concilium Tridentinum sess. 2. cap. 2.) *nè quis deinceps sæcularis, quamvis aliàs sit idoneus moribus, scientiâ, & ætate ad sacros Ordines promoveatur, nisi prius legitimè constet eum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè sufficiat pacificè possidere. Id verò beneficium resignare non possit, nisi factâ mentione, quod ad illius beneficii titulum sit promotus, neque ea resignatio admittatur, nisi constituto, quod aliundè vivere commodè possit. Et aliter facta resignatio nulla sit. Patrimonium verò vel pensionem obtinentes, ordinari posthac non possunt, nisi illi quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate vel commoditate Ecclesiarum suarum, eoq; prius perspecto patrimonium illud, vel pensionem verè ab eis obtineri, taliaq; esse quæ eis ad vitam sustentandam satis sint, &c.* Dictis & explicatis à nobis supra, pauca hic adjicienda

cienda sunt; quod ad patrimonium spectat scilicet debere constitui super re immobili, tenent Azorius institut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 4. Navarrus num. 7. consil 34. de tempor ordinat. Ugolinus de officio Episcopi cap. 26. §. 10 Aloysius in praxi rerum fori Eccles. decis 315. Rodericus à Cunha in comment. ad cap. 1. num. 10. dist. 70. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg 19. num. 55. Grassis consil. 4 de tempore ordin. tit. 1. & alii Illud verò patrimonium debere esse certum cum cautione certitudinis asserit Nicolaus Garcias de benef. part. 2. cap. 5. num. 9[illegible]. Hujus patrimonii examen ad Episcopum spectat privativè quoad alios, ut decisum fuit in Placentina 16. Martii 1630. apud Selvam in select. canon. cap 3. num 1. & ordinare. Quod si census redimatur, pecuniâ debeat apud idoneas personas deponi ex decreto judicis ad effectum investiendi, ut decisum fuit 2. Junii 1626. apud Aldan in compendio can. resol. libr. 10. tit. 10. num. 3. Sufficit patrimonium à parentibus collatum câ conditione, ut filius habeat usumfructum, donec aliquod beneficium, vel alia bona sufficientia ad congruam sustentationem acquirat, ut resolvit Sacra Congregatio Episcoporum & Regularium in Eugubina 21. Maii 1590. apud Sel supra cap. 3. num. 2. Episcopus neminem ordinare debet in sacris, si cum beneficio & patrimonio insufficiente jungantur pitantiæ, eleemosynæ, anniversaria, confraternitates, & alia emolumenta, quæ percipere, & lucrari possunt ex celebratione missarum in exercitio ordinum quæ sufficiant ad honestum victum, ita Armendariz libr. 1. de patrimonio Cleric. num. 16. & 17. Nicolaus Garcias supra part. 2. cap. 5. numer. 126, Narbona lib. 35. glossa 1. tit. 3. n. 62. Imò nec ad sacros ordinari potest qui ex industriâ suâ, vel honesto labore verbi gratiâ, Musicæ, Grammaticæ, picturæ, alteriusvè licitæ professionis, ex quâ sufficientem sustentationem comparat. Ita Rodericus à Cunha cõment. ad cap. 1. num. 13. distin. 70. Barbosa supra alleg. 19. num. 71. Armendariz lib. 1. de patrim. Cleric. numer. 18. Nicolaus Garcias supra part. 2. cap. 5. Nec etiam quantumcumque litteris vel gradu sit insignis, censent Franciscus Emmanuel in summa cõment. 2 cap. 15. num. 16, Marchinus de sacrament. Ordinis tract 2. part. 6. diffic. 5. Barbosa supra alleg. 19. numer. 72. Campanile rubr. 8. cap. 4. Narbona lib 35. glossa num. 73. tit 3. lib. 1. recop. Marcus Antonius Genuensis in praxi Archiep. Neap. cap. 81. numer. 2. Petrus Ledesma in summa part. 1. de sacramentis cap. 7. & alii contra Gonzales, Avilam, Stephanum Gratianum, Henriquez asserentes ab Episcopo ordinari posse hominem in Theologiâ vel Jure versatum. Vide quid supra dixerim de promotis in Univers. Lovanienſi, & nonnullis aliis, quorum privilegium audio esse suspensum à Sede Apost. Excipiunt tamẽ Armendariz lib. 1. de patrim Cleric. num. 2. Campanile rub. 8. cap. 4. Garcias part. 2. cap. 5. Barbosa supra alleg. 19 num. 73 Penuriam Sacerdotum in aliquâ Diœcesi, ibi possunt absque beneficio, patrimonio vel donatione promoveri ab Episcopo, modò quis spondeat se ei necessaria subministraturum, & ita decisum fuisse per Sacram Congregationem referũt Flaminius de resign. lib. 2. quæst. 7. num. 11. Lotterius libr. 1. quæst. 2. num. Acunna ad cap. *neminem*, num. 11. sub titulo etiam perpetuæ ad sustentationẽ sufficientis pensionis posse aliquem ordinari, colligitur ex sess. 21. cap. 2. Concilii Trid. Armendariz in ad recopil. legum Navarræ lib. 2. tit. 3. de patrim Cleric. num. 7. Barbosa in sess. 21. cap. 2. Concilii Trident. hujus pensionis extinctionem, sicut & patrimonii alienationem fore invalidam, si fiat absque licentiâ Episcopi, colligitur ex cap. 2. *Atque deinceps sine licentiâ Episcopali alienari aut extingui, vel remitti nullatenus possit.* Particula *nullatenus*, inducit nullitatem actus ipso jure, tollitque omnem potentiam alienandi. Glossa in Clementina 1. verb. *de sequent. possess.* Et resolvunt Navarrus consil. 17. num 2. & 4. consil. 21. num. 2. de tempor. ordinat. Gratianus discept. forens. cap.

de jure spirit. lib. 2. cap. 15. sect. 13. Basilius Pontius de impediment. matrim cap 26 §. 4. Valer. Reginaldus lib. 31. num. 152. Campanile in diverſ. juris canon. rub. 6. cap. 3. Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 32. num. 27. & in Concil. Trident. sess. 24. cap. 1. Dispensatio arbitrio Ordinarii relicta est, non tantum pro causis à Concilio Tridentino expressis, sed etiam aliis quibuscumque, & quod examen harum causarum non fiat judicialiter tenet Petrus Diez Nogerol. allegat. juris tomo 1. alleg 24. numer. 184. & 185. Quod si contrahentes sint divertarũ Diœceseon non debet ab utroque Ordinario in denunciationibus dispensari, sed sufficit unius, licet matrimonium fiat in Diœcesi alterius, quia verè fit ab Ordinario, ita Gaspar Hurtado disp. 5. diff. 19. Coninck disp. 27. dub. 6. Sanchez disp. 7. num. 7. Valer. Reginaldus lib. 31. num. 232. Guitierez de matrimonio quæst. 3. punct. 6. Barbosa supra alleg. 32. numer. 35. Quod per Ordinarium intelligatur, hic etiam Episcopi Vicarius colligitur ex gloss. cap. *generaliter*, in cap. *Romana*, de appel. in 6. & gloss. verb. *Vicarii*, in cap. *tua*, de officio Vicarii, Covarruvias pract. cap. 4. num. 7. & lib. 2. quæst. 55. Flaminius de resign. lib 3. quæst. 11. num 19. Quare cum aliquid Ordinario conceditur personam Vicarii non excludit, sed potius sub eadem dispositione comprehendi censent Erasmus a Chokier de jurisdictione Ordinarii in exemptos part. 1. quæst. 1. Sanchez de matrimonio lib. 3. disp. 7. numer. 10. Marcus Antonius Bizonus in explicatione Concilii Tridentini teste Flaminio de resign. benef lib 3. quæst. 11. Bartholus, Jason, &c. Nisi Vicarius sit expressè excluſus, ita Stephanus Gratianus discept. forens. cap. 83. Marcus Antonius Genuensis in pract. Archiepisc. Neap. cap. 26. Guitierez de matrimonio cap. 59. Sbrozz de Vicarii officio lib. 2. quæst. 43. num. 28. & 29. Barbosa supra alleg. 32. num. 28. Undè ob jura & rationes adductas posse Vicarium Episcopi remittere denunciationes docent Bonacina supra quæst. 2. puncto 6 num. 7. Sanchez lib 3 disput. 7. num. 9. Aloysius Riccius in tori Eccles. decis. 259. Cavalcanus decis. 29 numer. 17. part. 1. Petrus Antonius Lazarius de monito. 1 sect. 1. quæst. 6. num. 4. Erasmus tract de jurisd ordin. citatus Guitierez canon. lib. 1. cap. 19. & de matrimonio cap. 56. num. 11. Flores de Mena variar. lib. 3. quæst. 24. numer. 26. Jacobus Sbrozz de Vicario Episc. lib. 2. quæst. 201. num. 1. Petrus Ledesma in summa tomo 1. part. 1. de Sacram. Matrimon. cap. 6. Franciscus Emmanuel in summa tomo 1. cap. 217. Barbosa alleg. 32. num. 29. Imò Vicarium posse delegare affirmant Molfesius in summa Theol. moral. tract 4. cap. 8. Nicolaus de benef. part 3. cap. 8. Stephanus Gratianus discept. forens. cap. 83. num. 10. Coninck disp. 27. num. 55. Cevallos commun. contra commun. quæst. 604. num. 92. Reginaldus lib. 31. num 233. Didacus Sahagune ad tit. de sponsalibus, num. 53.

Hanc dispensandi facultatem in denunciationibus posse alterum ab Episcopo delegari affirmant Bonacina de matrim. quæst. 2. puncto 6. Guitierez de matrimonio cap. 26. num. 13. Coninck disp. 27. num. 55. Valer. Reginaldus lib. 31. num. 235. Cevallos supra quæst. 604. num 93. Rebuffus in praxi benef. tit. de formâ Vicariatus, num. 155. & alii apud Barbosam supr. alleg. 32. num. 36. Vicarius Generalis Episcopi potest etiam alteri delegarè hanc facultatẽ dispensandi in denunciationibus particulariter non generaliter, sed specialiter. Ita Sanchez disp. 7. num. 2. Barbosa alleg. 32. numer. 37. Guitierez, Reginaldus apud Barbosam & Bonacinã quæst. 2. puncto 6. Hujus accipe verba. *Ex quo sequitur Vicarium Generalem posse facultatem dispensandi in denunciationibus delegare, non quidem generaliter. Nam quamvis non possit constituere alium Vicarium generalem, cap. Clericos, de officio Vicarii, nihilominus potest unam vel alteram causam delegare.* 11.

§. 1. *Potestas*

## §. 1.

## *Potestas Episcopi respectu Sacerdotum qui sponsos matrimonio jungunt.*

I. POtest Ordinarius, imò Parochus dare facultatem alteri Sacerdoti conjungendi in matrimonio, non tantùm Episcopus in propriâ Diœcesi, Parochus in propriâ parochiâ, sed etiam extra illam, quia Cõcilium Tridentinum ait alium Sacerdotem sufficere ad assistendum matrimonio de licentiâ Parochi, vel Ordinarii, nullâ factâ mentione propriæ Parochiæ. Ratio est, quia talis facultas non est actus jurisdictionis contentiosæ & litigiosæ, sed gratiosæ ac voluntariæ, quæ potest exerceri extra locum jurisdictionis propriæ. Ita Coninck disp. 27. dubio 2. 3. num. 38. Franciscus Emmanuel in summa tomo 1. cap. 218. Homobonus de Bonis de examine Eccles. part. 2. tract. 11. cap. 10. quæst. 23. resol. 3. Reginaldus lib. 31. num. 180. Barbosa supra numer. 114. Bonacina citatâ quæst. 2. puncto 8. & alii ab eo citati contra Navarrum lib. 4. titul. de sponsalibus, consil. 47. Basilium Pontium de matrimonio libr. 5. cap. 16. Segniam, Franciscum Molin existimantes non posse ab Ordinario vel Parocho concedi facultatem Diœcesanis, vel Parochianis contrahendi matrimonium extra Diœcesim vel Parochiam respectivè. Ratio Bonacinæ est, quia Tridentinum Concilium ait alium Sacerdotem sufficere ad assistendũ matrimonio de licentiâ Parochi, vel Ordinarii, non dicit in propriâ parochiâ. Igitur non potest sufficiens ratio assignari, quare addenda sit limitatio contra favorem & validitatem matrimonii, ita ut Parochus possit tantùm concedere Sacerdoti facultatem conjungendi sponsos in propriâ Parochiâ, & Episcopus in suâ Diœcesi. Tum quia ejusmodi licentia non est actus jurisdictionis contentiosæ & litigiosæ, sed gratiosæ ac voluntariæ, ut dictum est.

Potest Episcopus concedere facultatẽ alicui Sacerdoti ut assistat matrimonio loco Parochi sibi subjecti, ut colligitur ex cap. 1. sess. 24. de reformatione matrimon. & ita decisum fuisse à Rotâ decis. 176. num. 8. part. 1. refert Barbosa supra num. 116. Imò posse Vicarium Generalem Episcopi ex proprio officio, & absque speciali commissione interesse matrimoniis, & dare licentiam alteri Sacerdoti, ut assistat, affirmant Bonacina supra puncto 8. Flaminius de resignat. libr. 2. quæst. 43, & 51. Covarruvias practic. cap. 4. lib. 3. variar. cap. 20. Hurtado disp. 5. diffic. 9. Narbona de appellat. à Vicario ad Episcop. part. 1. numer. 201. Guitier. canon. lib. 1. cap. 19. Azorius institut. moral. part. 1. lib. 3. cap. 45. quæst. 2, Basilius Pontius de impediment. matrimon. cap. 26. §. 6. Sanchez lib. 3. disp. 29. numer. 18. Henriquez lib. 11. cap. 3. Petrus de Ledesma in summa part. 1. de Sacrament. Matrimonii cap. 4, Salzedo ad Bernard. in pract. cap. 76. Barbosa supra n. 117. Quod si Vicarius Episcopi non sit Sacerdos, non potest matrimonio adesse, sed potest Sacerdotem delegare, inquiunt Navarrus consil. 1. sub titulo de offic. Ordinarii, Salzedo supra cap. 76. vers. 14. Cenedo pract. lib. 1. quæst. 30. num. 46. Cevallos quæst. 604. num. 59. Sayrus decis. 1. sub titulo de offic. Ordinarii. Contrariam tenent Basilius Pontius de Sacram. Matrimonii lib. 5. cap. 11. Barbosa citatus num. 121. Idem asserendum esse de habentibus jurisdictionem quasi Episcopalem, cujusmodi sunt Cardinales in Ecclesiis suorum titulorum, Abbates nulli Episcopo subjecti, Capitulum Sede vacante, Legatus respectu Provinciæ suæ legationis tenent Bonacina supra quæst. 2 puncto 8. Henriquez lib. 11. cap. 3. Coninck disp. 27. num. 17. Sanchez lib. 3. disp. 28. num. 6. Hurtado diff. 9. Barbosa supr. num. 121. 122. 123. 124. & alii. De Archiepiscopo distinguendum est, dum actu visitat in Diœcesibus suorum Suffraganeorum potest ejusmodi facultatem concedere, ita Henriquez lib. 10. cap. 3. Coninck disp. 27. num. 17. Basilius Pontius de

sacrament.

Sacramento. Matrim. lib. 5. cap. 10. Sanchez lib. 23. disp. 27. numer. 6. Suarez tomo 4. disp. 25. sect. 1. Guitier. can. lib. 1. cap. 66. Item si Episcopus nolit, causâ ad ipsum per appellationem devolutâ potest licentiâ dare, ut affirmant Bonacina quæst. 2. puncto 8. Basilius Pontius supra §. 6. vers. *Archipresbyter*, Guitier. cap. 66. Hurtado diffic. 9. Ledesma in summa part. 1. de sacramen. Matrim. cap 4. con. 4. dub. 17. Barbosa supra num. 125. & alii. Aliàs non potest subditos suorum Suffraganeorum matrimonio conjungere, vel dare facultatem illos conjungendi, ita Barbosa loco citato.

III. Licentia ab Ordinario, vel Parocho concessa alicui Sacerdoti sæculari vel regulari debet esse ita expressa, ut non sufficiat ea, quæ oritur ex tolerantiâ, vel ex ratihabitione; ita Menochius de arbitrar. casu 433. & consil. 398 num. 15. Coninck tomo 5. disput. 30. dubio 2. Hurtado disput. 4. diffic. 11. numer. 38. & 39. Marcellus Vulpe in suâ praxi cap. 15. Homobonus de examine Eccles. tract. 11. cap. 10. quæst. 22. resol. 3. Molfesius tract. 4. cap. 8. num. 63. Filliucius tract. 10. de matrimonio cap. 6. quæst. 7. num. 319. Basilius Pontius de impedimentis Matrimonii cap. 26. §. 6. vers. *licentia*, Franciscus Molinus de ritu nupt. lib. 2. diffic. 11. Sanchez lib. 31. disp. 35. num. 15. Reginaldus lib. 31. num. 181. Armandariz in addit. ad recop. legum Navarræ ad lib. 4. tit. 15. libr. 1. de Matrimon. in declar. num. 31. Gonzales ad regul. 8. cancel. glos. 47. num. 52. Cenedo practic. & can. quæst. lib. 1. quæst. 30. num. 79. Cevallos commun. contra commun. quæst. 604. numer. 114. Henriquez lib. 11. cap. 3. § 5. littera V. Petrus de Ledesma in summa part. 1. de Sacrament. Matrim. cap. 6. con. 4. dubio 14. Salzedo ad Bernard. cap. 16. vers. *duodecimo*, Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. allegat. 32. num. 126. Bonacina de magno Matrimonii Sacramento, quæst. 2. puncto 8. Satis tamen erit si licentia generalis communiter concedatur ad administranda Sacramenta, ut post Rebellum de obligat. justitiæ lib. 4. Armendariz, & Bonacina referit decisum fuisse à Sacra Congregatione Cardinàlium. Vel si Ordinarius & Parochus dent facultatem, ut intra suam Diœcesim vel Parochiam respectivè cuncta exerceant ad curam animarum spectantia. Ita Sanchez lib. 3. disp. 35. num. 7 Sayrus in flor. decis. sub titul. de sponsal. decis. 31. Salzedo supra cap. 76. post Navarrum consil. 27. sub tit. de sponsal. in antiq.

IV. Non est necessaria facultas in scriptis, sed verbalis sufficit. Primò, quia Concilium Tridentinum id non exigit. Secundò, quia scriptura non est de essentiâ gratiæ & privilegii, quæ non est regulariter necessaria ad substantiam actus, sed duntaxat ad faciliorem probationem, l. *contrahitur*, ff. *de pignoribus*. Tertiò, quia omnis actus verbo fieri debet, nisi lex scripturam expressè postulet, Glossa verb. *in scriptis*, cap. 4. de censibus, lib. 6. Ita Bonacina supra quæst. 2. puncto 8. Sayrus tit. de sponsal. decis. 48. Hurtado diffic. 11. num. 36. Salzedo supra, Cenedo quæst. 30. num. 80. Franciscus Cenedo differ. 11. num. 100. Reginaldus lib. 31. num. 180. Sanchez lib. 3. disp. 35. num. 10. Ugolinus de irregul. cap. 6. §. 7. Franciscus in summa part. 1. cap. 219. Henriquez supra §. 5 in comm. litt. Z. Barbosa supra num. 128.

V. Præfata facultas celebrandi matrimonium debet actum præcedere, ita Coninck tomo 2. quæst. 27. num. 31. Sanchez supra disp. 35. numer. 10. Franciscus Molinus diff. 11. num. 99. Cenedo quæst. 30. num. 78. Salzedo cap. 76. vers. *decimo-tertio*. Barbosa num. 129. Ratio prima est, ubi potestas & licentia requiritur semper præcedere debet, juxta illud Philosophicè *Operari sequitur esse*, & juris per Calsan. in consuet. Burgund. rub. 12. §. 9. Gonzales ad regul. cancel. glos. 47. Secunda ratio, quæ sunt de substantia in ipso actu adhiberi debent, cap. *auditis*. cap. *quia propter*, de elect. Glos. & omnes in l. *universa*, C. *de precibus Imper. offer.* Imol. Paul. de Castro Roman. Alexand. Aret. in leg. *Si quis mihi bona*, §. *jussum*, ff. *de acquir. hared.*

Panorm. Anton. & Imol. in cap. *cum nos, de his quæ fiunt à Prælatis.* Undè nullum est matrimonium, cui Sacerdos aliquis nomine Episcopi vel Parochi interfuit, nulla ab iis petita facultate, ita post Felinum, Angel. Cot. Tiraquellus de legib. connub glossa 6. num. 31. Suarez de Paz in pract. tom. tomo 1. part. 1, temp. 2. num. 27. & 28. Barbosa supra num 130. refert decisum fuisse à Sacrâ Congregatione Concil. 7. Septemb. 1600.

VI. Facultas ejusmodi non censetur revocata, nisi per certum nuntium, vel litteras sit significata, quare ante hanc intimationem acta sunt valida, licet Sacerdos aliundè sciat hujus facultatis revocationem esse factam, ita Coninck disp. 27. num. 32. Sanchez lib. 3. disp. 36 numer 9. Galetus in margarita casuum consc. verb. *matrimonium.* Nec facultas data ab Episcopo vel Parocho expirat, quamvis enim mandatum morte mandantis regulariter expiret, l. *mandatum*, C *mandati*, cap. *gratum*, cap. *relatum de officio delegati.* Angelus in summa verb. *mandatum*, Sylvester in summa verb. *mandatum*, quæst. 3. Azorius tomo 3. instit. moral. lib. 9. de mandato cap. 1. Lezana tomo 4. quæst. regul. verbo *mandatum*, & commissio cessat morte delegantium. Idem Lezana tomo 3. verb. *cõmissio*, n. 5. Nihilominus gratia alicui data minimè cessat, cap. *si cui de præben.* in 6, cap. *si super gratia de offic. deleg.* cod. lib. Ratio prima est, quam affert noster Lezana tomo 3. verb. *gratia.* Non solùm, quia gratia universaliter facta est perfecta in scipia, sed quia gratia sic concessa est quædam donatio, donatio autem non cessat ob mortem vel cessationem officii donantis. Dixi universaliter, seu indefinitè & absque determinatione seu limitatione. Quia si talis gratia fuit cõcessa ad beneplacitum concedentis, vel ipsius arbitrium, seu donec voluerit, finitur morte, quia per mortem definit beneplacitum, voluntas, arbitrium, vel velle hominis, cap. *si gratiosè, de rescriptis* in 6. Ratio secunda est Barbosæ num. 132. facultas concessa ab Episcopo suscipiendi ordines à quocumque Episcopo non expirat morte Episcopi concedentis. Cardin. in Clement. final. quæst. 6. de elect.

## §. 2.

### *Episcopus Parochos & Sacerdotes, qui interfuerint matrimonio clandestino absque testibus, vel cum minori, quàm duorum numero plectere potest.*

I. QUamvis defectus Parochi, vel testium non sit impedimentum dirimens sponsalia, ex Navarro in manuali cap. 25. Valentiâ tomo 4, disp. 10. puncto 5. causa 5. Hurtado de matrimonio disp. 1. diff. 16. Bonacinâ tractat. de matrimonio quæst. 1. puncto 7. Francisco Molino de ritu nupt. lib. 2. diff. 11. numer. 119 Cenedo pract. & canon. quæst. lib. 1. quæst. 21. num. 9. & quæst. 30. numer. 20. Tuscho pract. conclus. tomo 7. con. 106 Sanchez lib. 1. disput. 12. Armandariz in addit. ad recopil. leg. Navarræ ad lib. 4. tit. 14. libr. 1. in declarat. num. 44. & 45. Farinacio decis. 273. Cevallos commun. contra comm. quæst. 604. numer 124. Guitier. can. lib. 1. cap. 18. & in tract. de matrim. cap. 4. Emmanuele Sa verb. *sponsalia*, num. 1. Petro de Ledesma de matrim. quæst. 45. art. 5. vers. *secundum punct.* dubio 4. Segura in direct. judic. Ecclesiast. part. 2. cap. 15. numer. 3. & 4. Spino in speculo testam. gloss. 15. num. 84. Vega in summâ part. 2. cap. 24. casu 20. Perez libr. 1. vers. secundo, tit. 1. lib. 5. Salzedo ad Bernard. cap. 76. Ratio est, quia Concilium Tridentinum irritat dumtaxat matrimonium clandestinum, non verò sponsalia. Imò quod contrahentes sponsalia clandestinè non peccent, censent Coninck tomo 2. disp. 21. dubio 2. Sanchez lib. 1. disp. 13. numer. 2. Guitier cap. 4.

II. Præsentiam Parochi, vel alterius Sacerdotis de Ordinarii vel Parochi facultate, item præsentiam duorum

vel

vel trium testium esse necessarium ad valorem sacramenti Matrimonii. sivè Matrimonium celebretur inter utrumque sponsum, sivè per procuratorem, ita ut irritum & invalidum sit Sacramentum, & contra prohibitionem Ecclesiæ in re gravi docent Sanchez de matrimonio lib. 3. disp. 5. Coninck tomo 2. disput. 30. dubio 2. Guitier. tract. de matrimon. cap. 56. num. 4. Bonacina de Sacramento Matrimonii quæst. 2. puncto 6. num. 3. Et patenter innuit Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 1. *Qui aliter quàm præsente Parocho, vel Sacerdote, de ipsius Parochi seu Ordinarii licentiâ, & duobus vel tribus testibus, matrimonium contrahere attentabunt, eos sancta Synodus ad sic contrahendum omninò inhabiles reddit, & hujusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit, prout eos præsenti decreto irritos facit & annullat. Insuper Parochum vel alium Sacerdotem, qui cum minore testium numero, & testes qui sine Parocho vel Sacerdote hujusmodi contractui interfuerint, necnon ipsos contrahentes, graviter arbitrio Ordinarii puniri præcipit.* De hac gravi pœnâ Parocho vel Sacerdoti infligendâ, qui cum minori testium numero quàm duorum matrimonio clandestino interfuerit, etiam resolvunt Sanchez lib. 3. disp. 48. numer. 2. Hurtado de matrimonio disp. 5. diffic. 17. n. 54. num. 54. Pœnam quam ejusmodi Sacerdotes incurrunt esse suspensionē triennalē ab officio, non tamen ipso facto colligitur ex cap. ult. §. final. *de clandestinis sponsal.* quæ pœna non est sublata per præfatum decretum Concilii, sed Concilium permittit ut Episcopus illi pœnam arbitrariam infligat ad ejus temeritatem & præsumptionem reprimendam, ita censent Marius Alterius de censuris tomo 2. disp. 11. de suspensione cap. 5. Franciscus Molinus lib. 2. differ. 11. num. 147. & seq. Franciscus Emmanuel in summa tomo 1. cap. 221. Coninck disp. 27. num. 8. Petrus Ledesma in summa part. 1. de irregular. lib. 3. cap. 23. Barbosa de officio & potest. Episc. alleg. 32. num. 162. & cap. 21. num. 106. Contra Sanchez lib. 3. disp. 48. num. 4. Hurtado disp. 5. difficult. 17. Matiens. lib. 1. glossa 7. num. 2. tit. 1. lib. 5. novæ recop. Ratio prima est, quando diversæ pœnæ infliguntur diversis legibus contra idem peccatum, nec apparet utra illarum alteram corrigat, utraque servanda est, ita Bartholus in l. 1. num. 1. ff. *de vi bonorum raptorum*, Clarius in pract. criminali, §. final. quæst. 85. num. 5. Anton. Gomm. tom 3. variar. cap. 1. num. 38. vers. quarta conclus. Ratio secunda est quia lex nova in uno casu extēditur ad alium casum per legē antiquam secundùm doctrinam Bartoli in l. *Marcellus* numer. 6. ad Trebell. quam refert Armandariz in proëmio ad addit. in recop. legum Navarræ num. 36. & alii apud Barbosam de officio & potest. Episc. part 2. alleg. 32. num. 162. Hanc pœnam incurrit, qui interfuit matrimonio clandestino, non autem Episcopus, vel Sacerdos, qui ejusmodi matrimonio assistendi facultatem concessit. ita Sanchez lib. 3. disp. 49. Alterius cap. 5. vers. *secunda principalis quæstio.* Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg 32. num. 163. Ratio prima est quia Concilium tantùm suspendit parochum vel alium Sacerdotem conjungentem, vel benedicentem clandestinè, non verò exprimit eum, qui dat facultatem, qui mandat & consulit. Secunda, censura lata in eum, qui aliquod delictum committit., non astringit mandantes, consulentes, vel aliter consentientes, nisi id exprimatur in canone.

Concilii Trident.

Sacerdos, qui interfuit clandestino matrimonio, si tempore triennii, quo est suspensus, alteri clandestino matrimonio interfit, iterùm suspenditur, nec hæc secunda pœna suspensionis confunditur cum priore, sed incipit statim à die sententiæ judicis imponentis posteriorem suspensionē triennalem, nisi judex declaraverit, ut incipiat finito priore tempore, ita Sanchez supra lib. 3. disput. 50. Alterius cap. 5. vers. *tertiò dubitari.* Episcopum à triennali hac suspensione dispensare non posse asserunt Covarruvias de sponsalibus part. 2. cap. 6. Sanchez lib. 3. disp. 52. Henriquez in summa lib. 13. cap. 39. §. 3. Alterius cap. 5. III.

versu quinto, Bernard. in pract. cap. 76. Alzedo part. 2. cap. 7. imò asserunt Sanchez disp. 72. num. 4. Alterius cap. 5. sub finem, Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 32. num. 176. virtute Concilii sess. 24 de reformat. cap. 6. id ipsis non esse permissum. Ratio est, quia hæc suspensio non incurritur ipso iure, sed per sententiam judicis postquam delictum prægnitum est, & deductum ad forum contentiosum, ita Alterius & Sanchez supra. Nec obstat cap. *nuper*, de sentent. excommunic. Quia loquitur in specie de excommunicatione, cujus absolutio, si non sit reservata, permittitur Episcopo & Parocho, quod locum non habet in hac suspensione.

## §. 3.

## *Episcopus in quibusdam impedimentis Matrimonii non dirimentibus dispensare potest.*

I. MAtrimonii impedimēta quædam sunt dirimentia, quæ reddunt Matrimonium omninò nullum & irritum: quædam prohibentia, quæ vetant quidem sub peccati pœnâ, sed non dirimunt, nec invalidum reddunt. Impedimenta dirimentia præcipua à Magistro distinct. 34. & D. Thomâ ibidem, & in supplement. quæst. 50. duodecim numerantur.

*Error, conditio, votum, cognatio, crimē,*
*Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen,*
*honestas,*
*Si sis affinis, si consummare nequibis.*

Prohibentia verò hæc duodecim recensentur.

*Ecclesiæ vetitum, nec non tempus feriatum,* (*votum,*
*Atque Catechismus, sponsalia jungito*
*Impediunt fieri, permittunt facta teneri,* (*lieris,*
*Interstus, raptus, sponsatæ mors mu-*
*Susceptus propriæ sobolis, mors presbyteralis,*
*Vel si pœniteas solemniter, aut Monialē*
*Accipiat, prohibent hæc conjugium sociandum.*

Quædam impedimenta hic expendamus: Ecclesiæ vetitum seu interdictum est prohibitio facta à superiore Ecclesiastico de matrimonio non cōtrahendo, vel ut differatur ad tempus, donec hoc vel illud impedimentum oppositum matrimonio perpendatur. Hæc porrò prohibitio, seu impedimentum impediens fieri potest, vel lege scriptâ, vel voce & præcepto. Prohibere lege scriptâ spectat ad Pōtificem pro totâ Ecclesiâ, ad Episcopum pro suâ Diœcesi. Prohibere autem voce & præcepto potest Parochus Nec refert quod cap. 1. de consanguin. Alexander III. definiat causas Matrimoniales non esse tractandas nisi per judices discretos, qui habent potestatem judicandi, cujusmodi non sunt Parochi. Nam ibi Pontifex tantùm loquitur de causis matrimonialibus juridicè tractandis, non de simplici prohibitione, quâ ob justam causam differt ad tempus Parochus absque judiciali causarum indagine: Prohibitio Parochi vocatur interdictum speciale, quod propter justam aliquam causam indicitur. Prohibitio Episcopi vel Pontificis dicitur interdictum generale.

II. Tempore interdicti licet celebrare matrimonium, sed non cum solemni benedictione Sacerdotis, ita ex Casuistis Navarrus in manuali cap. 27. num. 179. Covarruvias *Almamater*, 2. part. 2. §. 2 num. 7. Sanchez lib. 7. disp. 8. Sylvester verb. interdict. 5. quæst. 7. num. 9. Emmanuel Sa verb. interdict. num. 13. Henriquez lib. 11. de matrimonio cap. 17. Ex Theologis Paludanus in 4. dist. 18. quæst. 8. § *quantam*, ad 2. *principale*, Valentia tom. 4. disp 7. quæst. 18. punct. 2. Coninck disp. 17. de interdicto dubio 2. Sylvius in addit. ad 3. part. quæst. 50. de impedimentis matrim. Hurtado tract. de interdicto diffic. 8. Amicus tomo ult. disp. 8. de Ecclesiæ vetito, &c. num. 4. Posse licitè matrimonium contrahi. patet primò ex cap. *Capellani*, de feriis, ubi Clemens III. ait matrimonium posse quocunque tempore contrahi, scilicet absque solemnitate

bitate. Patet secundò ex cap. 1. *de matrimonio contracto contra interdict.* ubi mulier contraxerat matrimonium cōtra interdictum personale, sibi ab Episcopo factum. Patet tertiò ex cap. 2. eodem tit. ubi Pontifex jubet quendā plecti, quia contra Episcopi prohibitionem contraxerat matrimonium, scilicet in facie Ecclesiæ. Quartò, hâc ratione probatur ad irritandum matrimonium non sufficit Pontificis, aut Episcopi prohibitio, sed necessaria est specialis mentionem faciens de matrimonio cum decreto expressè irritante. Quia cùm matrimonium sit res ardua, & homines ad illud contrahendum habeant ab ipsâ naturâ plenum jus, non est præsumendum Pontificem velle illud irritare, nisi de ejus irritatione in suo decreto expressam faciat mentionem. Non est igitur præsumendum, quod per solum generale interdictum nullâ speciali mentione factâ Pontifex vel Episcopus velit illud illicitum reddere. Nam ferè eædem causæ, quæ movent Pontificem vel Episcopum, nè per solum generale decretum matrimonium irritet, monere censentur nè per solum generale decretum seu interdictum velit matrimonium illicitum reddere. Causæ moventes sunt, prima, nè jus naturale & divinum, quod quisque habet ad contrahenda coniugia impediatur sine causâ urgentissimâ. Secunda, nè impeditis conjugiis multa in republicâ bona impediantur, quæ sæpè sperantur in talibus conjugiis. Tertia, nè mortales proni ad peccatum carnis prohibito matrimonio sumant occasionem cōmittendi fornicationem, vel adulterium. Quod autē solemnitates tempore interdicti prohibeantur, probatur quia solemnis benedictio nuptialis fit à Sacerdote cum certis precibus & ritibus ab Ecclesiā institutis, quæ tunc prohibentur. Prohibentur enim omnia sacra officia, cap. *si sent.* de sentent. & excommunic. in 6. Nec refert, quod cap. *Alma mater*, Bonifacius VIII. concedat, *Vt singulis diebus & in Monasteriis missa celebrentur, & alia dicantur officia, sicut prius, submissâ tamen voce, januis clausis, excommunicatis & interdictis exclusis, & campanis non pulsatis.* Dico, quod cùm in eâ moderatione excludantur laici, qui comprehenduntur sub interdicto, abstinendum esse à solemni matrimonio, nisi superveniat aliquod privilegium.

III. Tempus feriatum est certum anni tempus, quo Ecclesia verat matrimonia celebrari. Illud autem tempus feriatum incipit à primâ die Adventus usque ad diem Epiphaniæ, & à feriâ quartâ Cinerum usque ad octavam Paschæ inclusivè. Ita Bonacina de matrimonio quæst. 3. puncto 14. num. 4. Sanchez eodem tract. lib. 7. disp. 7. Molfesius in summa Theolog. moral. tract. 4. cap. 11. Fernandez in exam. Theolog. moral. part. 3. cap. 17. §. 2. Petrus de Ledesma in summâ part. 2. de Sacramento matrimonii cap. 10. Henriquez in summa lib. 11. cap. 16. §. 2. Cenedo ad decret. collect. 22. Gaspar Hurtado tract. de sacrament. disp. 5. diffic. 23. num. 83. Possevinus de officio Curati cap. 10. Valerius Reginaldus in praxi fori pœniten. lib. 31. numer. 188. Aloysius Riccius in praxi rerum fori Ecclesiast. part 4. resolut. 557. Barbosa de officio & potestat. Episc. part. 2. allegat. 32. numer. 193. Amicus supra.

IV. Addit Barbosa numer. 194. de licentia Ordinarii posse dictis temporibus celebrari sponsalia & matrimonia absque solemnitate, & ait communiter receptam hanc opinionem in cap. *Capellani de feriis.* Solùm enim prohibita esse illis diebus quoad solemnitates, traductionem ad domum, convivium & benedictionem tenent Sanchez de matrimonio lib. 7. disp. 7. num. 12 Franciscus Galetus in Margarita casuum conscientiæ verb. *Matrimonium*, Bonacina quæst. 3. puncto 14. num. 4. Franciscus Leo in Thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 9. Reginaldus in praxi fori pœnit. lib. 31. numer. 188. Aloysius Riccius in decis. curiæ Archiep. Neapol. decis. 9. part. 4. Coninck de sacrament. disput. 30. dubio 3. Emmanuel Sa Matrimonii impedimenta non dirimunt, num. 12.

V. Quia verò Concilium prohibet *ab adventu*

*adventu Domini*. Matrimonium celebrari, quæritur quando incipiat illud tempus Adventus hâc prohibitione expressum, Sanchez lib. 7. disput. 7. num. 2. Molfesius tractat 4 cap. 11. num. 11. docent incipere à primis vesperis Sabbathi præcedentis, sed Cavalcanus part. 2 decis. 12. Diana tomo 3. tract. 4 de Sacramentis resol. 202. Probabilius existimant incipere à mediâ nocte ita ut Sabbatho integro ante Dominicam primam adventus nuptiarum solemnitas possit celebrari. Ratio est, quia Concilium Tridentinum & antiqua decreta prohibent ab Adventu celebrari nuptias. Concilium autem Ravennatense secundum sub Clemente II. cap. 19. expresse nominat primam Dominicã Adventus, quam certum est incipere à mediâ nocte. Sic nuptiæ prohibitæ sunt in Feriâ quartâ Cinerum à mediâ nocte illius Feriæ tenent Sanchez, Molfesius, Diana supra. Quod si tempore Adventus & Quadragesimæ sponsa traducatur solemniter in domum sponsi, & convivia solemniter fiant, Basilius Pontius de matrimonio lib 6. cap. 8. existimat peccare mortaliter, contra Sanchez de matrimonio tomo 2. lib. 7. disput. 7. Villalobos in summa tomo 1. tract. 14. diff. 2. Ratio prima est, quia violatio hujus præcepti est in re gravi, cùm Concilium Tridentinum præcipiat ab omnibus diligenter observari. Ratio secunda, ejusmodi actio per se inducit ad relaxandam pietatem & Ecclesiasticam disciplinam, quæ his temporibus maximè servari debet, ob cultum & venerationem præcipuorum mysteriorum religionis Christianæ, quæ maximè impeditur per ejusmodi solemnitates nuptiales. Undè violantes hoc præceptum possunt puniri ab Episcopo pœnâ arbitrariâ.

VI. Tertium impedimentum impediens Matrimonium contrahendum, est Catechismus, seu fidei instructio, quæ solemniter fit ante januam templi super baptizando, vel jam baptizato, ex quâ tenens puerum contrahit cognationem spiritualem imperfectam, quæ non dirimit, sed impedit matrimonium, Navarrus cap. 22. num. 72. Ugolinus de matrimonio cap. 20. Guitierez cap. 84. num. 6 & alii ab eo citati, asserunt hanc cognationē, seu impedimentum cõtrahi ab eo, qui gerit personam infantis respondendo ad interrogationem factam à Sacerdote circa fidei articulos. Deindè juxta Sanchez lib. 7. disp. 10. num. 2. & alios non tantùm contrahitur à tenente puerum dum baptizatur, sed etiam ab eo, qui puero jam baptizato præstat hoc officium, dum suppletur Catechismus & aliæ solemnitates in Ecclesiâ. Quia adhuc ille dicitur tenere puerum in baptismo, & consequenter contrahere cognationem juxta restrictionem factam à Concilio Tridentino in cognatione, quæ contrahitur in baptismo, ut Navarrus cap. 12. num. 2. & Sanchez citatus num. 10. ostendunt. Super hoc impedimento potest Episcopus dispensare. Navarrus supra num. 5. Alii cum Sanchez contendunt non esse opus dispensatione. Ratio prima est, quia mos inolevit, ut ejusmodi dispensatio non petatur. Secunda, dispensatio non est necessaria, seu relaxatio ubi non est vinculum imò Sanchez lib. 2. disp. 1. numer. 9. arbitratur matrimonium posse contrahi absque culpâ, non obtentâ dispensatione. Quia existimat moris esse ut in solis votis, sponsalibus, & interdicto petatur dispensatio.

VII. Quartum impedimentũ sunt sponsalia prius celebrata cum aliâ personâ, ita Petrus de Ledesma quæst. 50. art. 1. conc. 3. Navarrus cap. 22. num. 74. Reginaldus lib. 31. num. 107. Coninck disp. 30. diff. 3. Rebellius libr. 3. quæst. 18. Emmanuel de impedimentis impedientibus numer. 1. Sanchez lib. 7. disp. 10. num. 12. Guitierez cap. 84. num. 6. & alii. Ratio est, quia qui contraxit sponsalia cum unâ personâ, contraxit gravem obligationem standi sponsalibus. Nam sponsalia sunt promissio matrimonii quæ obligationem inducit sub mortali. In illo impedimento potest Episcopus dispensare. Ratio est quia quamvis inferior nequeat dispensare in lege superioris per se loquendo, tamen secundùm Navarrum cap. 22. & Bonacinam

quæst. 3

quæst. 3. puncto 15. num. 3. Consuetudine receptum est, ut istorum impedimentorum dispensatio non obtineatur à Papâ excepto voto Castitatis & Religionis. Quæres cùm sponsalia dissolvi possint: Primò, per mutuum consensum. Secundò, per ingressum Religionis secutâ professione. Tertiò, per votum ingrediendi religionem ac profitendi. Quartò, per simplex votum continentiæ. Quintò, per fornicationem unius sponsi. Sextò, peregrinatio in Regiones longinquas, non obtentâ licentiâ sponsæ, & brevis reditus non speretur. Septimò, si terminus præfixus ad obligationem finiendam, ita ut Pisi intra tale tempus nuptiæ sequantur, liceat resilire. Octavò, si notabilis mutatio accidat, seu grave aliquid superveniat, quod si à principio extitisset, meritò à contractu sponsaliorum abstinuisset. Nonò, si superveniat affinitas spiritualis cognationis, vel simile impedimentum. Decimò, per matrimonium cum alterâ injustè contractum. Quæres (inquam) an ad solvenda sponsalia ob unam ex dictis causis sit necessaria Episcopi auctoritas? Navarrus cap. 22. num. 28. Sylvester verb. *sponsalia* quæst. 11. Coninck. disp. 32. num. 70. Sanchez lib. 1. cap. 69. respondent quod ex causa dissolvendi sit moraliter certa, judicis auctoritatem non esse necessariam, nisi ad evitandum scandalum, si sponsalia sint publica. Hinc Layman lib. 5. tract. 10. part. 1. cap. 2. num. 23. ait in multis Diœcesibus sibi vicinis observari, ut non sponsis à sponsalibus publicè recedere nisi causa priùs ad Ordinarium delata, quam consuetudinem (inquit) approbant S. Thomas in 4. dist. 27. quæst. 2. art. 3. Richardus ibidem art. 3. quæst. 3. Paludanus quæst. 1. sanctus Antoninus part. 3. titul. 1. cap. 18. §. 1.

VIII. Quartum Impedimentum est simplex votum castitatis, vel ingrediendi Religionem, vel non nubendi, vel sacros Ordines suscipiendi, ita cap. *consuluit*, cap. *si quis votum*, 27. quæst. 1. & cap. unic. de vitâ in 6. Coninck supra num. 24. & 28. Reginaldus cap. 24. num. 184. Sanchez lib. 7. disp. 11. num. 4. Guitierez cap. 85. numer. 1. Perez de impedimentis non dirimentibus, Bonacina quæst. 3. puncto 14. Ratio est, quia matrimonium repugnat adimpletioni ejusmodi voti, & contrahens matrimonium graviter peccat, quia facit contra votum in re gravi: quamvis matrimonium ab eo initum validum sit.

## §. 4.

## *Episcopi potestas in locum celebrandi Matrimonium.*

I. POntius tractat. de impediment. matrimon. cauſa 30. quæst. 25. cap. 26 §. 2. vers. 3. observat Patres Cõcilii Provincialis Colonien-sis secundi cap. 35, & Diana tomo 3. tract. 4. de Sacramentis resol. 279. Synodum Panormitanam anno 1615. part. 2. num. 22. decrevisse, ut non alibi, quàm in Ecclesiâ, quæ propria Sacramentorum domus est, à Parochiis jungantur, nisi ob justam causam Archiepiscopo probatam, mandantque Medicis, nè facili negotio fidem faciant ipsos aut propter ægritudinẽ, aut corporis imbecillitatem ad Ecclesiam proficisci non posse. Quæritur igitur an Episcopi possint prohibere, nè matrimonia domi contrahantur. Motivum hujus quæstionis est, quia Concilium Tridentinum session 24. cap. 1. decrevit, *Ut in facie Ecclesiæ ad celebrationem Matrimonii procedatur.* Et infra. *Præterea eadem sancta Synodus hortatur ut conjuges ante benedictionem sacerdotalem in templo suscipiendam in eâdem domo non cohabitent.* Tridentẽ Concilii

II. His non obstantibus Basilius Pontius tract. de Sacramento Matrimonii lib. 5. cap. 26. §. 2. vers. 3. Rebellius part. 2. lib. 2. quæst. 7. num. 11. Franciscus in thesauro fori Ecclesiast. part. 2. cap. 9. Sanchez lib. 3. disp. 15. n. 20. Reginaldus lib. 31. n. 24. Marcellus Vulpe in praxi judicialis fori Eccles. c. 15. Barbosa de offic. & potest. Episc. alleg. 32. num. 18. & in collectaneis ad sess. 24. cap. 1. Concilii Tridentini concludunt prefata Concilii verba

non

non impedire, quin possit matrimonium celebrari domi servatâ formâ à Concilio præscriptâ. Maximè tamen decet, ut in Ecclesiâ celebretur, & ad hoc potest & debet Episcopus non præcipere, sed hortari. Et ita decisum fuisse à Sacrâ Cardinalium Congregatione, his verbis. *Ordinarius non potest prohibere, quin matrimonia domi celebrentur servatâ Concilii formâ, sed cùm maximè deceat, ut in Ecclesia celebrentur, id hortari debent non præcipere.* S. Cong. Referunt Rebellius part. 2. libr. 4. quæst. 7. sect. 2. num. 11. Franciscus Leo, Diana, & alii citati. Ratio est, quia ubi nullum impedimentum reperitur debet Parochus volentes contrahere matrimonium in facie Ecclesiæ coniungere, si nullum legitimum opponatur impedimentum. Ut autem matrimonium dicatur in facie Ecclesiæ celebrari, non opus est, ut in ipsa Ecclesia materiali, vel in ejus limine celebretur, sed sufficit si fiat coram fidelium multitudine, ut testatur Abbas in cap. finali, de clandestin. de sponsalibus num. 9. ubi Præpositus num. 9. Alexander de Nevo in principio num. 25. Sylvester verb. *Matrimonium* 2. quæst. 17. dicto 2. & alii. Subdit Sanchez hodie satis dici contractum in facie Ecclesiæ, si coram Parocho & duobus testibus matrimonium celebretur præmissis denunciationibus. Nec refert quod Concilium Tridentinum specificet templum (*in templo*) idest sacro loco, quo excluditur domus privata seu laica, facit mentionem decentiæ, honestatis, & congruitatis, ut patet ex hoc vocabulo *hortatur*.

## §. 5.

## *Episcopus potest dispensare in quibusdam impedimentis Matrimonii dirimentibus.*

1. QUando impedimentum est dubium possunt contrahentes Episcopum recurrere, Episcopum in eo cum illis dispensare, ita post alios Emmanuel Sa verb. *dispensatio*, num. 1. contra Sanchez lib. 8. disp. 8. num. 18. Ratio est, quando probabiles sunt utrimque sententiæ, possunt contrahentes absque ullâ dispensatione sequentes probabilem sententiam non solùm validè, sed etiam licitè inter se contrahere matrimonium. Quando enim sunt pro utraque parte sententiæ Ecclesia censetur eas approbare, & eas approbando liberam facultatem dare contrahentibus, ut eas sequentes validè ac licitè contrahant. Et quando est purum dubium non est consensio, eadem igitur Episcopus potest vel declarare in dubio impedimento matrimonium non egere dispensatione, vel in eo dispensare ad cautelam. Non minùs probabiliter censet Sanchez supra in eo Episcopũ propriè non dispensare, sed tantum declarare matrimonium dispensatione non indigere, si dubium stet pro libertate contrahentis, vel egere si præsumptio stet pro impedimento, in quo casu Episcopus propriè non dispensat, nec consequenter cum dubitante est dispensatum, si postea cõster impedimentum fuisse. Quam doctrinam Amicus disput. 25. de dispen. circa causas matrimon. sect. 1. existimat verissimam, quia nititur illo principio, quod legislator non intendit includere casus dubios, nisi illos exprimat, cùm in dubio non censeatur velle juri præjudicare, quod quilibet habet in suam libertatem. Cùm enim ante latam legem subditi plenum ac certum jus suæ libertatis possideant, quamdiu lex certam ac manifestam obligandi causam non ostendit, subditi non spoliantur possessione suæ libertatis, cum nequeant per dubiam obligationem certo libertatis jure privari. Audiamus Barbosam de jure & potestate Episcopi part. 2. alleg. 36. num. 18. qui cum Layman lib. 1. tract. 4. cap. 22. Castro Palao tomo 1. operum moral. tract. 3. disp. 6. part. 5. num. 10. Diana moral. resol. part. 4. resol. 46. suam mentem sic explicat. Sciendum, quod dubium hoc potest dupliciter evenire, vel in jure, vel in facto. In jure, quando utrimque

utrimque sunt opiniones, quorundam asserentium adesse impedimentum, aliorum verò negantium adesse. Tunc si opinio negans esset verè probabilis, licet affirmans sit probabilior, ille potest sequi opinionem probabilem, & cõtrahere matrimonium absque dispensatione, & in foro conscientiæ potest sequi opinionem probabilem relictâ probabiliori. Vide auctores ab eo citatos. Quando dubium consistit in facto, vel res est omninò dubia, vel pro unâ parte præsumptio præponderat: si res sit omninò dubia, non est necessaria dispensatio. Ratio est, quia in illo præsumptio est pro libertate ad contrahendum. Si pro unâ parte præsumptio præponderat, postulanda est ab Episcopo dispensatio ad cautelam, citatque Bonacinam de legibus disput. 1. quæst. 2. puncto 1. Quia quando dubitatur, an res aliqua egeat dispensatione potest Episcopus dispensare in lege superioris, ita ille post Castrum Palaum supr. & Trulenchium in exposit. decalogi lib. 2. cap. 2. dubio 19.

II. Quando impedimentum est occultum, & celebratum matrimonium publicum, nec conjuges possunt separari absque magno scandalo, nec ad Sedem Apostolicam patet recursus ob paupertatem, vel locorum distantiam, vel alia legitima impedimenta potest Episcopus dispensare, ita Navarrus in manuali cap. 22. vers. *tertiò dicendum*, Franciscus in summa tomo 1. cap. 236. conclus. 2. Jacobus Graffiis consil. 26. de sentent. excomm. Marcus Antoninus var. resolut. lib. 1. resol. 112. casu 54. Costa de remediis subsidiariis, remedio 35. Bonacina de Sacrament. matrim. quæst. 3. puncto 15. Guitier. de matrim. cap. 49. numer. 6. & cap. 123. numer. 7. Diana moral. resol. part. 2. tract. 2. miscell. resol. 19. Valerius Reginaldus in praxi pœnit. lib. 31. num. 206. Ugolinus de potestate Episc. cap. 60. §. 1. Spinellus in speculo testam. glossa 15. numer. 68. Henriquez lib. 6. de pœnit. cap. 10. §. 1. & lib. 11. de matrimon. cap. 3. §. 2. Franciscus Leo in thesauro fori Ecclesiast. part. 2. cap. 8. num. 43. Sanchez de matrimonio lib. 2. disp. 11. num. 3. Aloysius Riccius in praxi rerum fori Eccles. decis. 261. Rebellius lib. 3. quæst. 18. numer. 15. Petrus Ledesma quæst. 58. numer. 8. Perez §. 48. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 35. num. 3. Valentia tomo 4. disput. 10. quæst. 5. puncto 4. Franciscus de Arravio in 1. 2. D. Thomæ quæst. 97. disp. 3. sect. 7. diffic. 2. Hic resolvit licere Episcopis jure communi dispensare in impedimentis occultis matrimonio jam contracto supervenientibus, verbi gratiâ, affinitatis ortæ ex copulâ illicitâ cognationis spiritualis, & similium. Ratio prima Bonacinæ & aliorum est, quia non est credibile summum Pontificem velle sibi reservari dispensationem in casu tantæ necessitatis, & cum tanto animarum periculo, consequenter præsumitur Episcopo concessa tacita facultas dispensandi in foro conscientiæ, modò matrimonium contractum fuerit bonâ fide, nam si malâ fide contractum sit, præsumitur in eo casu Summum Pontificem sibi reservasse facultatem dispensandi, & nolle favere iniquitati contrahentium juxta Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 5. asserens separandos esse sine spe dispensationis obtinendæ. Ratio secunda, quamvis Episcopus regulariter nequeat dispensare in lege Pontificia, vel Concilii, poterit tamen in casu magnæ necessitatis, præcipuè quando Concilium, vel Sedes Apostolica permittit dispensare, vel loquitur impersonaliter, nec vetando, nec permittendo, nec imponendo aliquam pœnam. Ita Tiraquellus de pœnis temper. in præfat. num. 31. Lambertinus de jure patronatus part. 1. lib. 2. art. 19. quæst. 7. numer. 2. Cota in Memoral. verbo *Episcopus*, Brunor. à Sole in locis commun. verb *dispensatio*, 1. Spinellus in speculo testam. glossa 15. numer. 8. Bartholomæus Humada glossa 12. in fine, vers. *limitatur*, tit. 5. part. 1. Michael Grassus comm. opin. tomo 1. lib. 1. tit. 2. num. 9. Sanchez de matrimonio lib. 1. disput. 40. numer. 2. Alzedo part. 2. cap. 7. Cardosius verbo *dispensatio*, num. 17. Cenedo practic. & canon. quæst. lib. 1. quæst. 30.

num 3. imò Diana part. 4. resol. moral. tract. 3. resolut. 44. post Sanchez addit etiamsi dubium sit, an sit causa magnæ necessitatis, vel an ea dispensandi causa justa fuerit. Nam in his casibus præsumendum est validam esse dispensationem, Salas de legibus disp. 20. sect. 3. Pontius de matrimonio lib. 8. cap. 13. Hurtado eodem tract. disp. 26. diff. 2. Villalobos tomo 1. tract. 14. difficult. 15. Præpositus in 3. part. quæst. 8. de dispens. matrimon. dubio 2. Ochogaul de Sacram. tract. 5. de matrimonio quæst. 2. numer. 7, Barbosa de officio & potest. Episcop. part. 2. alleg. 35. numer. 4. cum aliis censent tunc Episcopum posse dispensare in impedimentis dirimentibus, quando matrimonium est bonâ fide saltem unius sponsi contractum publicè, & impedimentum est occultum, nec separatio conjugum fieri potest absque famæ jacturâ magnâ, ac scandalo, vel magno inconvenienti, & nequit adiri Pontifex, nec dispensatio potest differri absque probabili peccandi periculo.

III. Si postulet urgentissima necessitas Episcopus potest in impedimentis dirimentibus dispensare per se, vel per alium delegatum, non tantùm post contractum matrimonium, sed etiam ante, etiam publicè celebratum, si impedimenta sint occulta. Ita Villalobos in summa tomo 1. tract. 14. difficult. 25. num. 12. Bonacina de matrimonio quæst. 3. puncto 15. num. 6. Valerius Reginaldus lib. 31. num. 202. Alzedo part. 1. cap. 6. num. 9. Pontius de matrimonio lib. 8. cap. 3. Molfesius in summa tomo 1. tract. 4. cap. 12. Barbosa de jure & potest. Episc. part. 2. alleg. 35. num. 5. Diana part. 2. tract. 2. miscell. resol. 19. scilicet si sit difficilis accessus ad Papam Sanchez lib. 2. disp. 40. num. 7. Bonacina, Diana, Barbosa, Guitierez supra, in hujus resolutionis confirmationem asserunt hunc casum, posse Episcopum in foro conscientiæ dispensare cum illâ, quæ mane accedit ad confitendum, & & invenitur habere impedimentum dirimens, cujus manifestatio esset illi causa gravis infamiæ, sed cùm omnia parata sint ad nuptias eo die, nec adsit alia via evadendi infamiam, vel suspensionem gravis delicti in confessione manifestati, si tunc nuptiæ non celebrentur. Vel potiùs secundùm eundem Sanchez & Guitierez detecto aliquo impedimento dirimente securius aget Confessarius (si non possint differri nuptiæ) detecto impedimento dirimente ad vitandam suspicionẽ alicujus criminis vel infamiæ inter sponsos, si persuadeat, ut fœmina, vel sponsus voveat castitatem ad mensem: Deindè significet consanguineis se voto obstrictum esse, sibique à Confessario mandatum esse, ut abstineat à matrimonio, donec à Sede Apostolicâ, vel ab aliis qui potestatem habent dispensatio obtineatur. Cæterùm Diana supra attentâ auctoritate non tantum præfatorum, sed etiam Navarri cap. 22. Homoboni de Bonis de examine Eccles. part. 1. tractat. 5. cap. 5. quæst. 32. Victorelli ad manuale Navarri cap. 22 Salas, Vasquez, & aliorum concludit, quando nulla alia media sufficerent ad magnam necessitatem, quâ urgetur evadendam, posse Episcopum etiam ante contractum matrimonium dispensare in impedimento dirimente matrimonii. Ratio ejus est, quia dirimens impedimentum est de jure humano, & ideò sicut Episcopus ex magnâ necessitate post contractum matrimonium (ex dictis supra) potest dispensare in impedimento dirimente, etiam poterit ante matrimonium. Nam militat eadem ratio.

IV. Ex quo sequitur in urgentissimâ necessitate Episcopum posse dispensare in impedimento cognationis ortæ ex baptismo etiam solemniter collato, ita Sanchez lib. 8. disput. 6. num. 17. Ratio est, quia cùm urgeat eadem prohibitio, debet & esse eadem dispositio. Sequitur etiam, quod quando impedimenta superveniunt matrimonio, & impediunt debiti petitionem, ut in cognatione spirituali, vel affinitate, ratione cujus conjux qui factus est affinis privatur jure petendi, tunc Episcopus poterit dispensare cum conjuge ad petendum debitum, cui debiti petitio est interdicta. Ita Bonacina supra punct. 15. num. 9.

Henriquez

Henriquez lib. 11 cap. 15. num. 11. Vega in summa tomo 2. cap. 5. casu 1. Franciscus in summa tom. 1. cap. 243. num 12. & in bullam Cruciat. §. 13. num. 7. Petrus Ledesma de matrimonio quæst. 58. art 4. dubio 2. Emmanuel Sa verbo *debitum*, num. 13. Barbosa de offic. & potest. Episc. alleg. 36. num. 8. Valentia part. 4. disp. 10. quæst. 5. puncto 5. contra Covarruviam de sponsalibus part. 2. cap. 7. §. 2. num. 6. Matiensem ad rub. tit. 1. glossa 1 num. 103. Jacobum de Graffis in decis aureis part. 1. lib. 1. cap 83. num. 12. Ratio prima fundatur in difficili accessu ad Pontificem. Secunda in periculo incontinentiæ.

V. Quod etiam Episcopus possit dispensare ad petendum debitum in cognatione spirituali ortâ inter ipsosmet coniuges, verbi gratiâ, quia proprium filium baptisarunt extra casum necessitatis, vel malitiosè facti sunt patrini proprii, cùm baptizaretur, vel confirmaretur docent Navarrus in manuali cap. 16. numer. 34. Jacobus de Graffis supra cap. 83. numer. 13. Franciscus Emmanuel ad Bullam Cruciatæ Franciscus Galetus de cognatione spirituali cap. 19. numer. 13. Ugolinus de potestate Episc. cap. 60. Sanchez lib. 8 disp. 12. num. 15. Alzepart. 2. cap. 7. & alii apud Barbosam supra num. 9. Ratio est, quia hæc cognatio post matrimonium interveniẽs non tollit matrimonium, sed impedit nè debitum postuletur secundùm glossam in cap. *Nosse desideras*, 30. quæst. 1. Sed Episcopus potest dispensare in impedimentis, quę impediunt, igitur & in hoc impedimento cognationis spiritualis, cùm sit eiusmodi.

VI. Potest etiam Episcopus dispensare quando est periculum incontinentiæ, si expectetur donec dispensatio veniat. Item si ex parte fœminæ quæ cum viro consanguineo ante matrimonium copulata est, licet enim dives sit, tamen timet famam, & fortè vitam amittere, si impedimentum ad mariti notitiam veniat, ita Sanchez de matrimonio lib. 1. disput. 20. num. 5. Alzedo part. 2. cap. 7. num. 11. Barbosa supra num. 9 Ratio est quia Episcopus debet studere conservationi famæ, & vitæ alienæ.

VII. Episcopus potest dispensare, quando debiti petitio est prohibita propter affinitatem contractam cum altero coniuge ob copulam habitam cum consanguinea uxoris, vel uxor cum consanguineo viri, quamvis aditus pateat ad Nuncium ita post Mauritium de Alzedo de præexcellentiâ Episc. dignitatis part. 2. cap. 7. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 36 num. 9. Henriquez libr. 6. de pœnitent. cap. 10. comment. litt. D. & lib. 11. de matrimonio cap. 3. num. 1. comment. litt. H. Ratio hujus casus, & præteritorum est, quia cùm Pontifici jus dispensandi sit reservatum, & is consuli nequeat, poterit Episcopus tanquam pastor ordinarius dispensare.

VIII. Si ad contrahendum dispensatio pontificia subreptitiè fuerit impetrata super impedimentum dirimens, & delictũ sit occultum, timeaturq; quod si iterum impetretur dispensatio Apostolica, scandalum posset oriri, ad vitandum scandalum, potest Episcopus dispensare & confirmare dispensationem subreptitiè impetratam, item dispensare cum illis, qui virtute ejusmodi dispensationi, subreptitiè impetratæ bonâ fide interveniente, contraxerunt etiam bonâ fide, si ex ejus publicatione notabile scandalum timeatur. Tunc enim Episcopus debet dissimulare, & in illo matrimonio putativo, & excusato invincibili ignorantiâ permittere ut vivant, tacitèque cum illis dispensare, ita post Sanchez lib. 38. num. 12. Emmanuelem Sa verb. *Matrimonium*, numer. 22. & 23. Alzedo part. 2. cap. 7. Barbosam supra. Probatur ex cap. *quia circa de consang. & affinit.* Notant Henriquez lib. 11. cap. 3. §. 2. Sanchez supra disp. 40. num. 10. Barbosa citatus num. 11. præfatam potestatem Episcopi in dictis impedimentis occultis esse pro foro cõscientiæ. Impedimentum autem dicitur occultum quando non constat publicè, nec facilè constare potest, nec est periculum ut detegatur in foro externo. Notant secundò Henriquez supra cap. 3. §. 2. Sanchez supra num. 12. Aloysius Riccius supra reiol. 228.

Franciscus Emmanuel supra cap. 236. num. 5. Barbosa supra num. 13. Vicarium Generalem Episcopi posse dispensare in præfatis casibus, in quibus Episcopus habeat facultatem dispensandi, si habet ab eo Episcopo particularem commissionem ad illos. Probatur ex glossa verb. *casibus*, in cap. ultim. *de officio Ordinarii*, ubi Baldus num. unic. Joannes Andræas numer 3. Abbas num 3 Anton. num. 4. Ubi licet generaliter loquantur, tamen in terminis propriis resolvunt Valer. Reginaldus li . 31. num. 207. Alzedo part. 2. cap. 7. Sanchez supra disp. 40. num. 14. Barbosa supra num. 15. Ratio est quia jurisdictio ex privilegio Principis semper competens nō personæ, sed dignitati & officio, non est delegata, sed ordinaria, habetque & sequitur jura potestatis ordinariæ, Bartolus in l. *ambitiosa*, num. 34. ff. *de decretis ab ordine fac.* Covarruvias variar. lib. 3. cap. 20. num. 6. & 9. Ille enim dicitur Judex Ordinarius, qui jure sui officii vel dignitatis jurisdictioni seu juridicando præest ex Morla in Empor. jur. part. 1. tit. 2. Molina de justitiâ tomo 6 disp. 8. num. 2. & 3. Barbosa in l *cùm Prætor* §. 1. num. 15. ff. de judic. Cùm igitur hæc potestas sit ordinaria poterit delegari, cap. ult. de offic. ordin. Quod procedit in eo, qui habet potestatem ex officio suo, & non ex delegatione, & ideò potest eam delegare textu *verò*, in cap. ultim. §. *cæterùm*, de offic. deleg.

IX. Causæ quæ hodie sunt in praxi, & pro quibus in Romanâ Curiâ dispensationes conceduntur in dirimentibus impedimentis matrimonii decem passim referuntur. Primam referunt Coninck tomo 2 disp. 33. numer. 47. Hurtado disp. 26. diffic. 3. numer 21. Valerius Reginaldus lib 31. num. 194. Campanile in diverf. jur. canon rub. 6. cap. 3 num. 41. Aloysius Riccius in collect. decis. part. 4. collect. 709. & in praxi rer. fori Eccl siast. dec 260. Henriquez lib. 12, cap. 3. § 9. Petrus de Ledesma de matrimonio quæst 56. & in summâ part. 1. de Sacrament. matrimon. cap. 27. Guttierez can. lib. 2. cap. 15. Jacobus de Graffiis in auteis decision. part. 1. libr 2, cap. 81. *Quod cùm Oratrix dotem habeat minùs competentem juxta status sui conditionem, cum quo virum sibi non consanguineum, vel affinem paris conditionis, cui nubere possit, invenire queat, & dictus Orator intendat illam cum dictâ minus competente dote in uxorem ducere, &c.* Illa verè dicitur pauper, & carere dote, quæ licet habeat parentes & consanguineos divites, tamen non potest illos cogere, ut statim dent dotem, Secundam causam afferunt Coninck disp. 33. num 46. Valerius Reginaldus lib 31 numer. 196. Aloysius Riccius resol. 227. num. 7. Sanchez lib. 8. disp. 19. num 12. Vega in summa tomo 2, cap. 34, casu 167. Franciscus Emmanuel cap. 137. Jacobus de Graffiis de arbit. confest. cap. 43. Henriquez in summâ lib. 12, cap. 3. §. 9. *Quod cùm dicta Oratrix in dicto loco propter illius angustiam virum sibi non consanguineum, vel affinem paris conditionis, cui nubere possit invenire queat, &c.* Hurtado difric. 3. num. 11. Sanchez disput. 19. num. 13, dicunt decisum fuisse requiriri tantum, ut intra oppidum proprium non inveniatur æqualis, cui nubat, nec esse astringendam ut nubat homini vetulo vel asperioris ac intolerabilioris indolis. Tertiam referunt Hurtado diff. 3. numer. 11. Valerius Reginaldus lib. 31. num. 196. Sanchez lib. 8, disp, 19. num. 8. *Quod cùm inter dictorum Oratorum parentes consanguineos, vel affines graves inimicitiæ ortæ jam sint, & ad præsens vigeant; aliundè tamen, quàm ex causâ matrimonii inter Oratores contrahendi provenientes, & ante illius tractatum exortæ, & certum sit, quod si Oratores prædicti invicem matrimonialiter copularentur, inimicitiæ hujusmodi omninò componerentur, pro illis igitur componendis, ac pro bono pacis Oratores prædicti cupiunt, &c.* Quarta est apud Coninck disp. 33. num. 45. Sanchez lib. 8. disp. 19. num. 8. Franciscum Emmanuel cap. 237. Scilicet, *Quod cùm inter dictos Oratores, seu eorum parentes lites super rebus magni momenti ortæ jam sint, & ad præsens vigeant lites hujusmodi omninò cogantur, &c.* Sanchez citatus ait ad hanc causam reduci evitationē scandalorum inter cognatos.

Item

Item esse justam causam dispensandi, cùm dispensatio est quasi remedium necessarium ad obviandum alicui magno delicto. Quinta causa recensetur à Quarantâ in summâ Bullarii, verb. *Matrimoniales dispensationes*. Scilicet, *quod cum dictus locus ad littus maris situs continuis invasionibus Piratarum, & fidei orthodoxæ hostium expositus sit, propterea externi homines non ita libenter, ut cum dicti loci habitatricibus contrahant accedere velint, cupiunt, &c.* Sextam producit Sanchez lib. 8. disp. 19. num. 9. *Cùm autem Pater sancte, nisi matrimonium inter Oratores contrahatur, dicta Oratrix innupta & diffamata remaneret, gravia, exindè scandala possint verisimiliter exoriri, ideò, &c.* Septimam profert Quarânta verbo *Matrimoniales dispensationes*, videlicet: *Quod dicta Oratrix vigesimum quartum annum excedens hactenus virum paris conditionis, cui nubere posset non invenit, &c.* Quoad octavam Coninck disp. 33. numer. 49. Valerius Reginaldus lib. 31. numer 297. Franciscus Emmanuel cap. 237. Vega tomo 2. cap. 34. casu 167. dicunt esse conservationem divitiarum in eadem cognatione, ne causâ dotis distrahantur ad aliam cognationis familiam, quando ex ampliſſimæ sunt. Quoad nonam Coninck disput. 33. num. 49. vers. 5. Gaspar Hurtado difficul. 3. Sanchez disput. 19. num. 32. dicunt esse excellentiam meritorum in Ecclesiam, sivè dispensationem petentis, sivè ejus cui petitur. Decimam afferunt Coninck disp. 33. num. 49. vers. 7. Sanchez disput. 19. num. 33. Guitierez canon. lib. 2. cap. 15. Petrus de Ledesma de matrimonio quæst. 56. art. ultim. Scilicet proles habita ex consanguineâ bonâ fide susceptâ. In præfatis ergò causis sola Sedes Apostolica potest dispensare, non autem Episcopi spectato ordinario jure, seu excluso privilegio speciali.

X. Dixi jure ordinario, quia in legibus Pontificiis, vel Conciliorũ universalium jure ordinario nequit dispensare, cap. *dilectus*, juncta glossa verb. *permissus*, de tempor. ordinand. Abbas cap. *at si Clerici*, §. de adulter. num. 4. de judiciis, & cap. *cùm dilectus*, de elect. num. 10. Sanchez, lib. 7. de matrim. disp. 7. num. 10. Suarez lib. 6. de legibus cap. 14. Ratio est quia inferior non dispensat in lege Superioris. Possunt tamen Episcopi dispensare in præfatis impedimentis affinitatis & consanguinitatis occultis ut dictum est, ex generali lege concessa cap. *dilectus, &c.* Quæ potestas concessa transit in ordinariam, cum non personis, sed dignitati & officio conferatur, ut dictum est. Imò & quidam Episcopi in illis impedimentis publicis in quarto & tertio gradu ex consuetudine legitimâ præscriptâ, à Sede Apostolicâ & ejus Nunciis tolerată dispensare possunt, & dispensant, ac matrimonia vigore ejusmodi dispensationum Episcopalium publicè contrahuntur. Quærit Diana tract. 4. de Sacramentis resol. 290. an sponsalia inter consanguineos intra cum conditione si Papa vel Episcopus dispensaverit, sint valida & obligent in conscientiâ, respondet esse promissionem nullam, &c.

## §. 6.

### *Episcopus potest dispensare, ut uterque conjux qui ex mutuo consensu castitatem vovit, petat, & reddat debitum propter periculum incontinentiæ.*

II. Difficultas satis frequenter occurrit, an si quis post contractum matrimonium voveat castitatem de consensu alterius conjugis, vel absque consensu illius, vel votum illud emittatur ab utroque conjunctim, vel seorsim, vel per modum contractus, postea supervenientе periculo incontinentiæ, possit Episcopus ad postulandum vel reddendum debitum dispensare. Basilius Portius de matrimonio lib. 8. cap. 9. num. 2. Diana part. 1. resol. moral. tract. 4. miscellaneor. cap. 125. Respondent affirmativè. Ratio est, quia

si tantùm unus emisit votum, & alter non vult ingredi religionem, semper habet jus petendi, & ille, qui vovit obligationem reddendi, & ejusmodi votū non fuit absolutè castitatis, sed solùm nō petendi debitum. Neque enim potuit contra jus tertii se ad omnimodam & perpetuam castitatē obligare, si similiter uterque (quomodocumque voverit) voluerit in sœculo remanere & cohabitare, cùm sit moraliter certum periculum incontinentiæ, & non possit ita breviter haberi accessus ad Sedem Apostolicam, potest Episcopus dispensare, ut petant & reddant debitum. Ratio est, quia ex eo quod uterque voverit, neuter amittit jus justitiæ ad corpus alterum, quamvis sit impeditum vinculo religionis, ut notat Ægidius de Trullench in bullâ Cruciatæ lib. 1. §. 7. cap. 3. dubio 15. num. 16 Commutatio hujus in tali casu fieri non potest virtute Bullæ Cruciatæ, ut idem animadvertit num 19. Quia hæc potestas dispensandi in hoc casu non competit Episcopo modo ordinario & communi, sed ex quodam tacito consensu Summi Pontificis, & benignâ eius voluntate interpretativâ. Sed quæ in his casibus conceduntur Episcopis, non censentur concessa per bullam.

II. Idem Basilius Pontius supra lib. 8. cap. 9 num. 3. Diana docent contra Sanchez de matrimonio tomo 3. lib. 8. disput. 11. numer. 4. Episcopum posse dispensare in voto castitatis emisso post contractum matrimonium ante consummationem. Ratio est, quia etiamsi talis sit intra bimestre, non tenetur ingredi Religionem, licet cùm vovit habuit animum ingrediendi, potest enim ab eo animo desistere, ex quo videt jam manifestum periculum incontinentiæ. Potest igitur Episcopus dispensare. Omitto alias rationes, quas adducit Basilius Pontius.

## §. 7.

## *Episcopus potest dispensare circa Matrimonii divortia.*

I. Divortium primò sumi potest pro separatione utriusq; quoad thorum, vel habitationem. Secundò pro dissolutione matrimonii quoad vinculum tit. ff. C. *de divortiis*, Primum divortium consistit in mutuo consensu ob causam honestam ut majorem vitæ perfectionem, scilicet ut conjuges melius Deo serviant. Secundò, nè proles multiplicentur supra facultates mutuo consensu ad tempus, vel semper separantur absque ullâ editione voti. Quod divortium non ex odio, vel irâ, sed ex causâ justâ facta, si non immineat alterutri periculum incontinentiæ licita est, ut innuit Apostolus 1. Corinth. cap. 7. vers. 5. *Nolite fraudare invicem nisi ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi, & iterùm revertimini in idipsum, nè tentet vos satanas propter incontinentiam vestram.* Cornelius per *fraudem*, intelligit negationem debiti conjugalis, ait *ad tempus*, scilicet Quadragesimalis, ut patet ex Nicolao I. cap. 50. in responsis ad quæstiones Bulgarorum. Subdit. *Et iterùm revertimini in idipsum*, scilicet solitum debitum conjugale. Denique dicit. *Nè tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram.* Quia periculum est lapsus in adulterium, vel in alias libidines, eo quod sitis incontinentes. Vel mutuo consensu separantur per votū continentiæ, exemplo multorum tum virtute, tum genere conspicuorum, qui in matrimonio castam ac illibatam vitam duxerunt. Horū omnium coriphæos Historia sacra nobis proponit Beatam Virginem libr. 3. Regum cap. 18. sub typo nubeculæ parvæ, eo quod, *Hæc infantula virginitatem perpetuam ad exemplum Eliæ amplexaretur*, inquit noster Joannes 44. Patriarcha Hierosol. libr. de institut. Monachor. cap. 32. & 34. de Carmelitici Ordinis alumnis. *Fuerunt* (inquit) *docti hujus Religionis professores in Jerusalem à summo templi Pontifice, quod*

1 Corin. c. 7. v. 5.

3. Reg. cap. 18.

Ioan. 44.

*quod Beata Virgo virginitatem Deo servare proposuerat ad exemplum Eliæ, sicut præostensum fuit in prædictâ visione, Ecce nubula parva, scilicet Beata Maria, quasi vestigium hominis descendebat in Carmelo.* Cap. 35. *Cùm cœtus professorum hujus Religionis audivisset in Ierusalem, juvenculam illam vovisse Deo virginalem continentiam, confestim perpendit, quod adventus filii Dei propè & in januis erat.* De eodem virginitatis voto emissio à Mariâ S. Anselmus de excellentiâ Virginis hæc effatur

S. Ansel. cap. 4. *Virgo tenera & delicata, regali stirpe progenita & spectosissima, totum amorem suum, totum studium ad hoc intendit, ut corpus & animam suam Deo virginitate perpetuâ consecraret.* Josephum etiam virginem fuisse, & suâ virginitate, quasi meruisse, ut fieret conjux Deiparæ testatur S. Hieronymus contra Helvidium. *Tu dicis Mariam virginem non permansisse. Ego mihi plus vendico, etiam Joseph virginem fuisse per Mariam, ut ex virginali conjugio virgo filius nasceretur.* Et Sanctus

S. Hier. S. August. Augustinus serm. 24. in Nativitate Domini. *Habe Joseph cum Mariâ conjuge tuâ communem virginitatem membrorum, quia de Virginis membris virtus nascitur Angelorum. Sit Maria Sponsa Christi in carne suâ virginitate servatâ, sis autem & tu Pater Christi cura castitatis & honorificentia Virginitatis.* Et paulò post. *Gaude itaque Joseph, nimiumq; congaude virginitati Mariæ, qui solus meruisti virginalem affectum possidere conjugii quia per meritum virginitatis etiam separatus es à concubitu uxoris, ut Pater dicaris Salvatoris.* Joannes 44. ait Mariam vovisse Virginitatem instar Patris nostri Eliæ. D. Anselmus ejusdem voti meminit. S. Hieronymus vocat Mariæ & Josephi conjugium virginale. Maria vocatur à S. Augustino uxor, conjux, & sponsa Josephi. Hic vocatur Pater Christi. Imò Matthæi cap. 1. vers. 18. Maria dicitur desponsata Joseph, & vers. 21. Conjux Joseph. *Noli timere accipe Mariam conjugem tuam.* Vatablus *Vxorem tuam.* Quia verum fuisse matrimonium inter ipsam & Josephum, licet virgines & virginitatis professores, docent D. Hieronymus citatus, S. Augustinus lib. 1. de nuptiis, & concupiscentiâ cap. 21. Sanctus Ambrosius de institut. virgin. cap. 16. S. Basilius homil. 25. de humanâ Christi generatione. S. Thomas part. 3. quæst. 28. art. 2. Noster Thomas Waldensis tomo 2. de Sacramentis cap. 130. & alii. Horum imitatione, S. Cæcilia cum Valeriano sponso, S. Basilissa cum Juliano apud Surium, S. Pulcheria Augusta soror Theodosii Imperatoris cum Marciano apud Cedrenum, & alios. S. Cunegundis cum Henrico II. Bavaro Imperatore apud Baronium. Altera Cunegundis Belæ Hungarorum regis filia cum Boleslao V. Polonorum Principe. S. Mathildis cum Conrardo Rege Henrici IV. Imperatoris filio. Alfonsus II. Asturum Rex cum uxore suâ. Carolus Crassus Rex cum Richarde reginâ S. Pharaildis Neptis S. Amelbergæ & Pipini cum suo marito. Egithacum Eduardo III. Ethelreda Anglorum Orientalium Regina cum duobus successivè maritis, & alii, qui in conjugio perpetuam virginitatem coluerunt, atque post votum emissum thoro, non domo separati vixerunt.

II. Consultius tamen est, si uterque conjux mutuo consensu statum Religiosum amplectatur, vel uno Religionem ingrediente cum consensu alterius, vel sacros Ordines suscipiat, alter quoque perpetuam continentiam polliceatur juxta decretum Cœcilii Agathensis cap. 16. & cap. 1. cap. *conjugatus*, C. *uxoratus*, de convers. conjugat. Sic quidam Apostoli uxorati, ut firmius Christo adhærerent, ac Christi Evangelio prædicando studiosius incumberent, quoad thorum & cohabitationē uxores dimiserunt. *Habuerunt* (inquit D. Hieronymus epist. 50. ad Pamachium contra Jovinianum, & lib. 1. adversus Jovinianum.) *quidem Apostoli uxores, sed quas eo tempore acceperant, quo Evangelium nesciebant, Qui assumpti postea ad Apostolatum relinquunt officium conjugale.* Id præcipuè patet in Petro, qui ad Apostolatum assumptus uxorem dimisit, & deinceps castitatem servavit. *Petrum* (inquit Tertullianus de Monogamiâ

ad *secretum Domini*. Matrimonium celebrari, quæritur quando incipiat illud tempus Adventus hâc prohibitione expressum, Sanchez lib. 7. disput. 7. num. 2. Molfesius tractat 4. cap. 11. num. 11. docent incipere à primis vesperis Sabbathi præcedentis, sed Cavalcanus part. 2 decis. 12. Diana tomo 3. tract. 4 de Sacramentis resol. 202. Probabilius existimant incipere à mediâ nocte ita ut Sabbatho integro ante Dominicam primam adventus nuptiarum solemnitas possit celebrari. Ratio est, quia Concilium Tridentinum & antiqua decreta prohibent ab Adventu celebrari nuptias. Concilium autem Ravennatense secundum sub Clemente II. cap. 19. expresse nominat primam Dominicã Adventus, quam certum est incipere à mediâ nocte. Sic nuptiæ prohibitæ sunt in Feriâ quartâ Cinerum a mediâ nocte illius Feriæ tenent Sanchez, Molfesius, Diana supra. Quod si tempore Adventus & Quadragesimæ sponsa traducatur solemniter in domum sponsi, & convivia solemniter fiant, Basilius Pontius de matrimonio lib 6. cap. 8. existimat peccare mortaliter, contra Sanchez de matrimonio tomo 2. lib. 7. disput. 7. Villalobos in summa tomo 1. tract. 14. diff. 2. Ratio prima est, quia violatio hujus præcepti est in re gravi, cùm Concilium Tridentinum præcipiat ab omnibus diligenter observari. Ratio secunda, ejusmodi actio per se inducit ad relaxandam pietatem & Ecclesiasticam disciplinam, quæ his temporibus maximè servari debet, ob cultum & venerationem præcipuorum mysteriorum religionis Christianæ, quæ maximè impeditur per ejusmodi solemnitates nuptiales. Undè violantes hoc præceptum possunt puniri ab Episcopo pœnâ arbitrariâ.

VI. 3. Tertium impedimentum impediens Matrimonium contrahendum, est Catechismus, seu fidei instructio, quæ solemniter fit ante januam templi super baptizando, vel jam baptizato, ex quâ tenens puerum contrahit cognationem spiritualem impertectam, quæ non dirimit, sed impedit matrimonium. Navarrus cap. 22. num. 72. Ugolinus, de matrimonio cap. 20. Guitierez cap. 84. num. 6 & alii ab eo citati, asserunt hanc cognationē, seu impedimentum cōtrahi ab eo, qui gerit personam infantis respondendo ad interrogationem factam à Sacerdote circa fidei articulos. Deindè juxta Sanchez lib. 7. disp. 10. num. 2. & alios non tantùm contrahitur à tenente puerum dum baptizatur, sed etiam ab eo, qui puero jam baptizato præstat hoc officium, dum suppletur Catechismus & aliæ solemnitates in Ecclesiâ. Quia adhuc iste dicitur tenere puerum in baptismo, & consequenter contrahere cognationem juxta restrictionem factam à Concilio Tridentino in cognatione, quæ contrahitur in baptismo, ut Navarrus cap. 12. num. 2. & Sanchez citatus num. 10. ostendunt. Super hoc impedimento potest Episcopus dispensare. Navarrus supra num. 5. Alii cum Sanchez contendunt non esse opus dispensatione. Ratio prima est, quia mos inolevit, ut ejusmodi dispensatio non petatur. Secunda, dispensatio non est necessaria, seu relaxatio ubi non est vinculum. Imò Sanchez lib. 2. disp. 1. numer. 9. arbitratur matrimonium posse contrahi absque culpâ, non obtentâ dispensatione. Quia existimat moris esse ut in solis votis, sponsalibus, & interdicto petatur dispensatio.

VII. Quartum impedimentū sunt sponsalia prius celebrata cum aliâ personâ, ita Petrus de Ledesma quæst. 50. art. 1. conc. 3. Navarrus cap. 22. num. 74. Reginaldus lib. 31. num. 107. Coninck disp. 30. diff. 3. Rebellius libr. 3. quæst. 18. Emmanuel de impedimentis impedientibus numer. 1. Sanchez lib. 7. disp. 10. num. 12. Guitierez cap. 84. num. 6. & alii. Ratio est, quia qui contraxit sponsalia cum unâ personâ, contraxit gravem obligationem standi sponsalibus. Nam sponsalia sunt promissio matrimonii quæ obligationem inducit sub mortali. In illo impedimento potest Episcopus dispensare. Ratio est quia quamvis inferior nequeat dispensare in lege superioris per se loquendo, tamen secundùm Navarrum cap. 22. & Bonacinam

quæst. 3.

quæst. 3. puncto 15. num. 3. Consuetudine receptum est, ut istorum impedimentorum dispensatio non obtineatur à Papâ excepto voto Castitatis & Religionis. Quæres cùm sponsalia dissolvi possint: Primò, per mutuum consensum. Secundò, per ingressum Religionis secutâ professione. Tertiò, per votum ingrediendi religionem ac profitendi. Quartò, per simplex votum continentiæ. Quintò, per fornicationem unius sponsi. Sextò, peregrinatio in Regiones longinquas, non obtentâ licentiâ sponsæ, & brevis reditus non speretur. Septimò, si terminus præfixus ad obligationem finiendam, ita ut Pisi intra tale tempus nuptiæ sequantur, liceat resilire. Octavò, si notabilis mutatio accidat, seu grave aliquid superveniat, quod si à principio extitisset, meritò à contractu sponsaliorum abstinuisset. Nonò, si superveniat affinitas spiritualis cognationis, vel simile impedimentum. Decimò, per matrimonium cum alterâ injustè contractum. Quæres (inquam) an ad solvenda sponsalia ob unam ex dictis causis sit necessaria Episcopi auctoritas? Navarrus cap. 22. num. 28. Sylvester verb. *sponsalia* quæst. 11. Coninck. disp. 32. num. 70. Sanchez lib. 1. cap. 69. respondent quod si causa dissolvendi sit moraliter certa, judicis auctoritatem non esse necessariam, nisi ad evitandum scandalum, si sponsalia sint publica. Hinc Layman lib. 5. tract. 10. part. 1. cap. 2. num. 23. ait in multis Diœcesibus sibi vicinis observari, ut non sponsis à sponsalibus publicè recedere nisi causa priùs ad Ordinarium delata, quam consuetudinem (inquit) approbant. S. Thomas in 4. dist. 27. quæst. 2. art. 3. Richardus ibidem art. 3. quæst. 3. Paludanus quæst. 1. sanctus Antoninus part. 3. titul. 1. cap. 18. §. 1.

VIII. Quartum Impedimentum est simplex votum castitatis, vel ingrediendi Religionem, vel non nubendi vel sacros Ordines suscipiendi, ita cap. *consuluit*, cap. *si quis votum*, 27. quæst. 1. & cap. unic. de vitâ in 6. Coninck supra num. 24. & 28. Reginaldus cap. 24. num. 184. Sanchez lib. 7. disp. 11. num. 4. Guitierez cap. 85. numer. 1. Perez de impedimentis non dirimentibus, Bonacina quæst. 3. puncto 14. Ratio est, quia matrimonium repugnat adimpletioni ejusmodi voti, & contrahens matrimonium graviter peccat, quia facit contra votum in re gravi: quamvis matrimonium ab eo initum validum sit.

## §. 4.

## *Episcopi potestas in locum celebrandi Matrimonium.*

POntius tractat. de impediment. matrimon. causa 30. quæst. 25. cap. 26 §. 2. vers. 3. observat Patres Cõcilii Provincialis Colonensis secundi cap. 33. & Diana tomo 3. tract. 4. de Sacramentis resol. 279. Synodum Panormitanam anno 1615. part. 2. num. 22. decrevisse, ut non alibi, quàm in Ecclesiâ, quæ propria Sacramentorum domus est, à Parochis jungantur, nisi ob justam causam Archiepiscopo probatam, mandantque Medicis, nè facili negotio fidem faciant ipsos aut propter ægritudinẽ, aut corporis imbecillitatem ad Ecclesiam proficisci non posse. Quæritur igitur an Episcopi possint prohibere, nẽ matrimonia domi contrahantur. Motivum hujus quæstionis est; quia Concilium Tridentinum sessione 24. cap. 1. decrevit, *Ut in facie Ecclesiæ ad celebrationem Matrimonii procedatur.* Et infra. *Præterea eadem sancta Synodus hortatur ut conjuges ante benedictionem sacerdotalem in templo suscipiendam in eâdem domo non cohabitent.* I. Tridentẽ Concilium

His non obstantibus Basilius Pontius tract. de Sacramento Matrimonii lib. 5. cap. 26. §. 2. vers. 3. Rebellius part. 2. lib. 2. quæst. 7. num. 11. Franciscus in thesauro fori Ecclesiast. part. 2. cap. 9. Sanchez lib. 3. disp. 15. n. 20. Reginaldus lib. 31. n. 24. Marcellus Vulpe in praxi judicialis fori Eccles. c. 15. Barbosa de offic. & potest. Episc. alleg. 32. num. 18. & in collectaneis ad sess. 24. cap. 1. Concilii Tridentini concludunt prefata Concilii verba II.

non

non impedire, quin possit matrimonium celebrari domi servatâ formâ à Concilio præscriptâ. Maximè tamen decet, ut in Ecclesiâ celebretur, & ad hoc potest & debet Episcopus non præcipere, sed hortari. Et ita decisum
S. Cong. fuisse à Sacrâ Cardinalium Congregatione, his verbis. *Ordinarius non potest prohibere, quin matrimonia domi celebrentur servatâ Concilii formâ, sed cùm maximè deceat, ut in Ecclesia celebrentur, id hortari debent non præcipere.* Referunt Rebellius part. 2. libr. 4. quæst. 7. sect. 2. num. 11. Franciscus Leo, Diana, & alii citati. Ratio est, quia ubi nullum impedimentum reperitur debet Parochus volentes contrahere matrimonium in facie Ecclesiæ comungere, si nullum legitimum opponatur impedimentum. Ut autem matrimonium dicatur in facie Ecclesiæ celebrari, non opus est, ut in ipsa Ecclesia materiali, vel in ejus limine celebretur, sed sufficit si fiat coram fidelium multitudine, ut testatur Abbas in cap. finali, de clandestin. de sponsalibus num. 9. ubi Præpositus num. 9. Alexander de Nevo in principio num. 25. Sylvester verb. *Matrimonium* 2. quæst. 17. dicto 2. & alii. Subdit Sanchez hodie satis dici contractum in facie Ecclesiæ, si coram Parocho & duobus testibus matrimonium celebretur præmissis denunciationibus. Nec refert quod Concilium Tridentinum specificet templum (*in templo*) idest sacro loco, quo excluditur domus privata seu laica, facit mentionem decentiæ, honestatis, & congruitatis, ut patet ex hoc vocabulo *hortatur*.

## §. 5.

## *Episcopus potest dispensare in quibusdam impedimentis Matrimonii dirimentibus.*

1. QUando impedimentum est dubium possunt contrahentes ad Episcopum recurrere, & Episcopum in eo cum illis dispensare, ita post alios Emmanuel Sa verb. *dispensatio*, num. 1. contra Sanchez lib. 8. disp. 8. num. 18. Ratio est, quando probabiles sunt utrimque sententiæ, possunt contrahentes absque ullâ dispensatione sequentes probabilem sententiam non solùm validè, sed etiam licitè inter se contrahere matrimonium. Quando enim sunt pro utraque parte sententiæ Ecclesia censetur eas approbare, & eas approbando liberam facultatem dare contrahentibus, ut eas sequentes validè ac licitè contrahant. Et quando est purum dubium non est consensio, eadem igitur Episcopus potest vel declarare in dubio impedimento matrimonium non egere dispensatione, vel in eo dispensare ad cautelam. Non minùs probabiliter censet Sanchez supra in eo Episcopũ propriè non dispensare, sed tantum declarare matrimonium dispensatione non indigere, si dubium stet pró libertate contrahentis, vel egere si præsumptio stet pro impedimento, in quo casu Episcopus propriè non dispensat, nec consequenter cum dubitante est dispensatum, si postea cõstet impedimentum fuisse. Quam doctrinam Amicus disput. 25. de dispen. circa causas matrimon. sect. 1. existimat verissimam, quia nititur illo principio, quod legislator non intendit includere casus dubios, nisi illos exprimat, cùm in dubio non censeatur velle juri præjudicare, quod quilibet habet in suam libertatem. Cùm enim ante latam legem subditi plenum ac certum jus suæ libertatis possideant, quamdiu lex certam ac manifestam obligandi causam non ostendit, subditi non spoliantur possessione suæ libertatis, cum nequeant per dubiam obligationem certo libertatis jure privari. Audiamus Barbosam de jure & potestate Episcopi part. 2. alleg. 36. num. 18. qui cum Layman lib. 1. tract. 4. cap. 22. Castro Palao tomo 1. operum moral. tract. 3. disp. 6. part. 5. num. 10. Diana moral. resol. part. 4. resol. 46. suam mentem sic explicat. Sciendum, quod dubium hoc potest dupliciter evenire, vel in jure, vel in facto. In jure, quando utrimque

utrimque sunt opiniones, quorundam asserentium adesse impedimentum, aliorum verò negantium adesse. Tunc si opinio negans esset verè probabilis, licet affirmans sit probabilior, ille potest sequi opinionem probabilem, & cõtrahere matrimonium absque dispensatione, & in foro conscientiæ potest sequi opinionem probabilem relictâ probabiliori. Vide auctores ab eo citatos. Quando dubium consistit in facto, vel res est omninò dubia, vel pro unâ parte præsumptio præponderat: si res sit omninò dubia, non est necessaria dispensatio. Ratio est, quia in illo præsumptio est pro libertate ad contrahendum. Si pro unâ parte præsumptio præponderat, postulanda est ab Episcopo dispensatio ad cautelam, citatque Bonacinam de legibus disput. 1. quæst. 2. puncto 1. Quia quando dubitatur, an res aliqua egeat dispensatione potest Episcopus dispensare in lege superioris, ita ille post Castrum Palaum supr. & Trulenchium in expositi. decalogi lib. 2. cap. 2. dubio 19.

II. Quando impedimentum est occultum, & celebratum matrimonium publicum, nec conjuges possunt separari absque magno scandalo, nec ad Sedem Apostolicam patet recursus ob paupertatem, vel locorum distantiam, vel alia legitima impedimenta potest Episcopus dispensare, ita Navarrus in manuali cap. 22. vers. *tertiò dicendum*, Franciscus in summa tomo 1. cap. 236. conclus. 2. Jacobus Graffis consil. 26. de sentent. excomm. Marcus Antoninus var. resolut. lib. 1. resol. 112. casu 54. Costa de remediis subsidiariis, remedio 35. Bonacina de Sacrament. matrim. quæst. 3. puncto 15. Guitier. de matrim. cap. 49. numer. 6. & cap. 123. numer. 7. Diana moral. resol. part. 2. tract. 2. miscell. resol. 19. Valerius Reginaldus in praxi pœnit. lib. 31. num. 206. Ugolinus de potestate Episc. cap. 60. §. 1. Spinellus in speculo testam. glossa 15. numer. 68. Henriquez lib. 6. de pœnit. cap. 10. §. 1. & lib. 11. de matrimon. cap. 3. §. 2. Franciscus Leo in thesauro fori Ecclesiast. part. 2. cap. 8. num. 43. Sanchez de matrimonio lib. 2. disp. 11. num. 3. Aloysius Riccius in praxi rerum fori Eccles. decis. 201. Rebellius lib. 3. quæst. 18. numer. 15. Petrus Ledesma quæst. 58. numer. 8. Perez §. 48. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 35. num. 3. Valentia tomo 4. disput. 10. quæst. 5. puncto 4. Franciscus de Arravio in 1. 2. D. Thomæ quæst. 97. disp. 3. sect. 7. diffic. 2. Hic resolvit licere Episcopis jure communi dispensare in impedimentis occultis matrimonio jam contracto supervenientibus, verbi gratiâ, affinitatis ortæ ex copulâ illicitâ cognationis spiritualis, & similium. Ratio prima Bonacinæ & aliorum est, quia non est credibile summum Pontificem velle sibi reservari dispensationem in casu tantæ necessitatis, & cum tanto animarum periculo, consequenter præsumitur Episcopo concessa tacita facultas dispensandi in foro conscientiæ, modo matrimonium contractum fuerit bonâ fide, nam si malâ fide contractum sit, præsumitur in eo casu Summum Pontificem sibi reservasse facultatem dispensandi, & nolle favere iniquitati contrahentium juxta Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 5. asserens separandos esse sine spe dispensationis obtinendæ. Ratio secunda, quamvis Episcopus regulariter nequeat dispensare in lege Pontificia, vel Concilii, poterit tamen in casu magnæ necessitatis, præcipuè quando Concilium, vel Sedes Apostolica permittit dispensare, vel loquitur impersonaliter, nec vetando, nec permittendo, nec imponendo aliquam pœnam. Ita Tiraquellus de pœnis temper. in præfat. num. 31. Lambertinus de jure patronatus part. 1. lib. 2. art. 19. quæst. 7. numer. 2. Cota in Memoral. verbo *Episcopus*, Brunor. à Sole in locis commun. verb *dispensatio*, 1. Spinellus in speculo testam. glossa 15. numer. 8. Bartholomæus Humada glossa 12. in fine, vers. *limitatur*, tit. 5. part. 1. Michael Grassus comm. opin. tomo 1. lib. 1. tit. 2. num. 9. Sanchez de matrimonio lib. 1. disput. 40. numer. 2. Alzedo part. 2. cap. 7. Cardosius verbo *dispensatio*, num. 17. Cenedo practic. & canon. quæst. lib. 1. quæst. 30.

num 3. imò Diana part. 4. resol. moral. tract. 3. resolut. 44. post Sanchez addit etiamsi dubium sit, an sit causa magnæ necessitatis, vel an ea dispensandi causa justa fuerit. Nam in his casibus præsumendum est validam esse dispensationem, Salas de legibus disp. 20. sect. 3. Pontius de matrimonio lib. 8. cap. 13. Hurtado eodem tract. disp. 26. diff. 2. Villalobos tomo 1. tract. 14. difficult. 15. Præpositus in 3. part. quæst. 8. de dispens. matrimon. dubio 2. Ochogaul de Sacram. tract. 5. de matrimonio quæst. 2. numer. 7. Barbosa de officio & potest. Episcop. part. 2. alleg. 35. numer. 4. cum aliis censent tunc Episcopum posse dispensare in impedimentis dirimentibus, quando matrimonium est bonâ fide saltem unius sponsi contractum publicè, & impedimentum est occultum, nec separatio conjugum fieri potest absque famæ jacturâ magnâ, ac scandalo, vel magno inconvenienti, & nequit adiri Pontifex, nec dispensatio potest differri absque probabili peccandi periculo.

III. Si postulet urgentissima necessitas Episcopus potest in impedimentis dirimentibus dispensare per se, vel per alium delegatum, non tantùm post contractum matrimonium, sed etiam ante, etiam publicè celebratum, si impedimenta sint occulta. Ita Villalobos in summa tomo 1. tract. 14. difficult. 25. num. 12. Bonacina de matrimonio quæst. 3. puncto 15. num. 6. Valerius Reginaldus lib. 31. num. 202. Alzedo part. 1. cap. 6. num. 9. Pontius de matrimonio lib. 8. cap. 3. Molfesius in summa tomo 1. tract. 4. cap. 12. Barbosa de jure & potest. Episc. part. 2. alleg. 35. num. 5. Diana part. 2. tract. 2. miscell. resol. 19. scilicet si sit difficilis accessus ad Papam Sanchez lib. 2. disp. 40. num. 7. Bonacina, Diana, Barbosa, Guitierez supra, in hujus resolutionis confirmationem asserunt hunc casum, posse Episcopum in foro conscientiæ dispensare cum illâ, quæ mane accedit ad confitendum, & & invenitur habere impedimentum dirimens, cujus manifestatio esset illi causa gravis infamiæ, sed cùm omnia parata sint ad nuptias eo die, nec adsit alia via evadendi infamiam, vel suspensionem gravis delicti in confessione manifestati, si tunc nuptiæ non celebrentur. Vel potiùs secundùm eundem Sanchez & Guitierez detecto aliquo impedimento dirimente securius ager Confessarius (si non possint differri nuptiæ) detecto impedimento dirimente ad vitandam suspicionē alicujus criminis vel infamiæ inter sponsos, si persuadeat, ut fœmina, vel sponsus voveat castitatem ad mensem? Deindè significet consanguineis se voto obstrictum esse, sibique à Confessario mandatum esse, ut abstineat à matrimonio, donec à Sede Apostolicâ, vel ab aliis qui potestatem habent dispensatio obtineatur. Cæterùm Diana supra attentâ auctoritate non tantum præfatorum, sed etiam Navarri cap. 22. Homoboni de Bonis de examine Eccles. part. 1. tractat. 5. cap. 5. quæst. 32. Victorelli ad manuale Navarri cap. 22 Salas, Vasquez, & aliorum concludit, quando nulla alia media sufficerent ad magnam necessitatem, quâ urgetur evadendam, posse Episcopum etiam ante contractum matrimonium dispensare in impedimento dirimente matrimonii. Ratio ejus est, quia dirimens impedimentum est de jure humano, & ideò sicut Episcopus ex magnâ necessitate post contractum matrimonium (ex dictis supra) potest dispensare in impedimento dirimente, etiam poterit ante matrimonium. Nam militat eadem ratio.

IV. Ex quo sequitur in urgentissimâ necessitate Episcopum posse dispensare in impedimento cognationis ortæ ex baptismo etiam solemniter collato, ita Sanchez lib. 8. disput. 6. num. 17. Ratio est, quia cùm urgeat eadem prohibitio, debet & esse eadem dispositio. Sequitur etiam, quod quando impedimenta superveniunt matrimonio, & impediunt debiti petitionem, ut in cognatione spirituali, vel affinitate, ratione cujus conjux qui factus est affinis privatur jure petendi, tunc Episcopus poterit dispensare cum conjuge ad petendum debitum, cui debiti petitio est interdicta. Ita Bonacina supra punct. 15. num. 9.

Henriquez

Henriquez lib. 11. cap. 15. num. 11. Vega in summa tomo 2. cap. 5. casu 1. Franciscus in summa tom. 1. cap. 243. num. 12. & in bullam Cruciat. §. 13. num. 7. Petrus Ledesma de matrimonio quæst. 58. art 4. dubio 2. Emmanuel Sa verbo *debitum*, num. 13. Barbosa de offic. & potest. Episc. alleg. 36. num. 8. Valentia part. 4. disp. 10. quæst. 5. puncto 5. contra Covarruviam de sponsalibus part. 2. cap. 7. §. 2. num. 6. Matiensem ad rub. tit. 1. glossa 1 num. 103. Jacobum de Graffiis in decis aureis part. 1. lib. 1. cap 83. num. 12. Ratio prima fundatur in difficili accessu ad Pontificem. Secunda in periculo incontinentiæ.

V. Quod etiam Episcopus possit dispensare ad petendum debitum in cognatione spirituali ortâ inter ipsosmet coniuges, verbi gratiâ, quia proprium filium baptisarunt extra casum necessitatis, vel malitiosè facti sunt patrini proprii, cùm baptizaretur, vel confirmaretur docent Navarrus in manuali cap. 16. numer. 34. Jacobus de Graffiis supra cap. 83. numer. 13. Franciscus Emmanuel ad Bullam Cruciatæ Franciscus Galetus de cognatione spirituali cap. 19. numer. 13. Ugolinus de potestate Episc. cap. 60. Sanchez lib. 8 disp. 12. num. 15. Alzepart. 2. cap 7. & alii apud Barbosam supra num. 9. Ratio est, quia hæc cognatio post matrimonium interveniẽs non tollit matrimonium, sed impedit nè debitum postuletur secundùm glossam in cap. *Nosse desideras*, 30. quæst. 1. Sed Episcopus potest dispensare in impedimentis, quę impediunt, igitur & in hoc impedimento cognationis spiritualis, cùm sit eiusmodi.

VI. Potest etiam Episcopus dispensare quando est periculum incontinentiæ, si expectetur donec dispensatio veniat. Item si ex parte fœminæ quæ cum viro consanguineo ante matrimonium copulata est, licet enim dives sit, tamen timet famam, & fortè vitam amittere, si impedimentum ad mariti notitiam veniat, ita Sanchez de matrimonio lib. 1. disput. 20. num. 5. Alzedo part. 2. cap. 7. num. 11. Barbosa supra num. 9 Ratio est quia Episcopus debet studere conservationi famæ, & vitæ alienæ.

VII. Episcopus potest dispensare, quando debiti petitio est prohibita propter affinitatem contractam cum altero coniuge ob copulam habitam cum consanguinea uxoris, vel uxor cum consanguineo viri, quamvis aditus pateat ad Nuncium ita post Mauritium de Alzedo de præexcellentiâ Episc. dignitatis part. 2. cap. 7. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 36 num. 9. Henriquez libr. 6. de pœnitent. cap. 10. comment. litt. D. & lib. 11. de matrimonio cap. 3. num. 1. comment. litt. H. Ratio hujus casus, & præteritorum est, quia cùm Pontifici jus dispensandi sit reservatum, & is consuli nequeat, poterit Episcopus tanquam pastor ordinarius dispensare.

VIII. Si ad contrahendum dispensatio pontificia subreptitiè fuerit impetrata super impedimentum dirimens, & delictũ sit occultum, timeaturq; quod si iterum impetretur dispensatio Apostolica, scandalum posset oriri, ad vitandum scandalum, potest Episcopus dispensare & confirmare dispensationem subreptitiè impetratam, item dispensare cum illis, qui virtute ejusmodi dispensationi, subreptitiè impetratæ bonâ fide interveniente, contraxerunt etiam bonâ fide, si ex ejus publicatione notabile scandalum timeatur. Tunc enim Episcopus debet dissimulare, & in illo matrimonio putativo, & excusato invincibili ignorantiâ permittere ut vivant, tacitèque cum illis dispensare, ita post Sanchez lib. 38. num. 12. Emmanuelem Sa verb. *Matrimonium*, numer. 22. & 23. Alzedo part. 2. cap. 7. Barbosam supra. Probatur ex cap. *quia circa de consang. & affinit.* Notant Henriquez lib. 11. cap. 3. §. 2. Sanchez supra disp. 40. num. 10. Barbosa citatus num. 11. præfatam potestatem Episcopi in dictis impedimentis occultis esse pro foro cõscientiæ. Impedimentum autem dicitur occultum quando non constat publicè, nec facilè constare potest, nec est periculum ut detegatur in foro externo. Notant secundò Henriquez supra cap. 3. §. 2. Sanchez supra num. 12. Aloysius Riccius supra retol. 228.

Franciscus Emmanuel supra cap. 236. num. 5. Barbosa supra num. 13. Vicarium Generalem Episcopi posse dispensare in præfatis casibus, in quibus Episcopus habeat facultatem dispensandi, si habet ab eo Episcopo particularem commissionem ad illos. Probatur ex glossa verb. *casibus*, in cap. ultim. *de officio Ordinarii*, ubi Baldus num. unic. Joannes Andræas numer 3. Abbas num 3. Anton. num. 4. Ubi licet generaliter loquantur, tamen in terminis propriis resolvunt Valer. Reginaldus li. 31. num. 207. Alzedo part. 2. cap. 7. Sanchez supra disp. 40. num. 14. Barbosa supra num. 15. Ratio est quia jurisdictio ex privilegio Principis semper competens nō personæ, sed dignitati & officio, non est delegata, sed ordinaria, habetque & sequitur jura potestatis ordinariæ, Bartolus in l. *ambitiosæ*, num. 34. ff. *de decretis ab ordine fac.* Covarruvias variar. lib. 3. cap 20. num. 6. & 9. Ille enim dicitur Judex Ordinarius, qui jure sui officii vel dignitatis jurisdictioni seu juridicando præest ex Motla in Empor. jur. part. 1. tit. 2. Molina de justitiâ tomo 6 disp. 8. num. 2. & 3. Barbosa in l *cùm Prætor* §. 1. num. 15. ff. de judic. Cùm igitur hæc potestas sit ordinaria poterit delegari, cap. ult. de offic. ordin. Quod procedit in eo, qui habet potestatem ex officio suo, & non ex delegatione, & ideò potest eam delegare textu *verò*, in cap. ultim. §. *cæterùm*, de offic. deleg.

IX. Causæ quæ hodie sunt in praxi, & pro quibus in Romanâ Curiâ dispensationes conceduntur in dirimentibus impedimentis matrimonii decem passim referuntur. Primam referunt Coninck tomo 2. disp. 33. numer. 47. Hurtado disp. 26 diffic. 3. numer 21. Valerius Reginaldus lib 31. num. 194. Campanile in diverf. jur. canon rub. 6. cap. 3 num. 41. Aloysius Riccius in collect. decis. part. 4. collect. 709. & in praxi rer. fori Eccles. fust. dec 260. Henriquez lib. 12, cap. 3. § 9. Petrus de Ledesma de matrimonio quæst 56. & in summâ part. 1. de Sacrament. matrimon. cap. 27. Guttierez can. lib. 2. cap. 15. Jacobus de Graffiis in auteis decision. part. 1. libr 2. cap. 81. *Quod cùm Oratrix dotem habeat minùs competentem juxta status sui conditionem, cum qua virum sibi non consanguineum, vel affinem paris conditionis, cui nubere possit, invenire queat, & dictus Orator intendat illam cum dictâ minus competenti dote in uxorem ducere, &c.* Illa verè dicitur pauper, & carere dote, quæ licet habeat parentes & contanguineos divites, tamen non potest illos cogere, ut statim dent dotem. Secundam causam afferunt Coninck disp. 33. num 46. Valerius Reginaldus lib 31 numer. 196. Aloysius Riccius resol. 227. num. 7. Sanchez lib. 8. disp. 19. num 12. Vega in summa tomo 2. cap. 34. casu 167. Franciscus Emmanuel cap. 137. Jacobus de Graffiis de arbit. confess. cap. 43. Henriquez in summâ lib. 12. cap. 3. §. 9. *Quod cùm dicta Oratrix in dicto loco propter illius angustiam virum sibi non consanguineum, vel affinem paris conditionis, cui nubere possit invenire queat, &c.* Hurtado diffic. 3. num. 11. Sanchez disput. 19. num. 13, dicunt decisum fuisse requiriri tantum, ut intra oppidum proprium non inveniatur æqualis, cui nubat, nec esse astringendam ut nubat homini vetulo vel asperioris ac intolerabilioris indolis. Tertiam referunt Hurtado diff. 3. numer. 11. Valerius Reginaldus lib. 31. num. 196. Sanchez lib. 8, disp, 19. num. 8. *Quod cùm inter dictorum Oratorum parentes consanguineos, vel affines graves inimicitiæ ortæ jam sint, & ad præsens vigeant, aliundè tamen, quàm ex causâ matrimonii inter Oratores contrahendi provenientes, & ante illius tractatum exortæ, & certum sit, quod si Oratores prædicti invicem matrimonialiter copularentur, inimicitiæ hujusmodi omninò componerentur, pro illis igitur componendis, ac pro bono pacis Oratores prædicti cupiunt, &c.* Quarta est apud Coninck disp. 33. num. 45. Sanchez lib. 8. disp. 19. num. 8. Franciscum Emmanuel cap. 237. Scilicet, *Quod cùm inter dictos Oratores, seu eorum parentes lites super rebus magni momenti ortæ jam sint, & ad præsens vigeant lites hujusmodi omninò cogantur, &c.* Sanchez citatus ait ad hanc causam reduci evitationē scandalorum inter cognatos.

Item

Item esse justam causam dispensandi, cùm dispensatio est quasi remedium necessarium ad obviandum alicui magno delicto. Quinta causa recensetur à Quarantâ in summâ Bullarii, verb. *Matrimoniales dispensationes*. Scilicet, *quod cum dictus locus ad littus maris situs continuis invasionibus Piratarum, & fidei orthodoxæ hostium expositus sit, propterea externi homines non ita libenter, ut cum dicti loci habitatricibus contrahant accedere velint, cupiunt, &c.* Sextam producit Sanchez lib. 8. disp. 19. num. 9. *Cùm autem Pater sancte, nisi matrimonium inter Oratores contrahatur, dicta Oratrix innupta & diffamata remaneret, gravia, exindè scandala possint verisimiliter exoriri, ideò, &c.* Septimam profert Quaranta verbo *Matrimoniales dispensationes*, videlicet: *Quod dicta Oratrix vigesimum quartum annum excedens hactenus virum paris conditionis, cui nubere posset non invenit, &c.* Quoad octavam Coninck disp. 33. numer. 49. Valerius Reginaldus lib. 31. numer 297. Franciscus Emmanuel cap. 237. Vega tomo 2. cap. 34. casu 167. dicunt esse conservationem divitiarum in eadem cognatione, ne causâ dotis distrahantur ad aliam cognationis familiam, quando eæ ampliſſimæ sunt. Quoad nonam Coninck disput. 33. num. 49. vers. 5. Gaspar Hurtado difficul. 3. Sanchez disput. 19. num. 32. dicunt esse excellentiam meritorum in Ecclesiam, sivè dispensationem petentis, sivè ejus cui petitur. Decimam afferunt Coninck disp. 33. num. 49. vers. 7. Sanchez disput. 19. num. 33. Guitierez canon. lib. 2. cap. 15. Petrus de Ledesma de matrimonio quæst. 56. art. ultim. Scilicet proles habita ex consanguineâ bonâ fide susceptâ. In præfatis ergò causis sola Sedes Apostolica potest dispensare, non autem Episcopi spectato ordinario jure, seu excluso privilegio speciali.

X. Dixi jure ordinario, quia in legibus Pontificiis, vel Conciliorũ universalium jure ordinario nequit dispensare, cap. *dilectus*, juncta glossa verb. *permissu*, de tempor. ordinand. Abbas cap. *at si Clerici*, §. de adulter. num. 4. de judiciis, & cap. *cùm dilectus*, de elect. num. 10. Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 7. num. 10. Suarez lib. 6. de legibus cap. 14 Ratio est quia inferior non dispensat in lege Superioris. Possunt tamen Episcopi dispensare in præfatis impedimentis affinitatis & consanguinitatis occultis, ut dictum est, ex generali lege concessa cap. *dilectus*, *&c.* Quæ potestas concessa transit in ordinariam, cum non personis, sed dignitati & officio conferatur, ut dictum est. Imò & quidam Episcopi in illis impedimentis publicis in quarto & tertio gradu ex consuetudine legitimâ præscriptâ, à Sede Apostolicâ & ejus Nunciis toleratâ dispensare possunt, & dispensant, ac matrimonia vigore ejusmodi dispensationum Episcopalium publicè contrahuntur. Quærit Diana tract. 4. de Sacramentis resol. 290. an sponsalia inter consanguineos inita cum conditione si Papa vel Episcopus dispensaverit, sint valida & obligent in conscientiâ, respondet esse promissionem nullam, &c.

## §. 6.

*Episcopus potest dispensare, ut uterque conjux qui ex mutuo consensu castitatem vovit, petat, & reddat debitum propter periculum incontinentiæ.*

DIfficultas satis frequenter occurrit, an si quis post contractum matrimonium voveat castitatem de consensu alterius conjugis, vel absque consensu illius, vel votum illud emittatur ab utroque conjunctim, vel seorsim, vel per modum contractus, postea superveniente periculo incontinentiæ, possit Episcopus ad postulandum vel reddendum debitum dispensare. Basilius Pontius de matrimonio lib. 8. cap. 9. num. 2. Diana part. 4. resol. moral. tract. 4. miscellaneor. cap. 125. Respondent affirmativè. Ratio est, quia II.

si tantùm unus emisit votum, & alter non vult ingredi religionem, semper habet jus petendi, & ille, qui vovit obligationem reddendi, & ejusmodi votũ non fuit absolutè castitatis, sed solùm nõ petendi debitum. Neque enim potuit contra jus tertii se ad omnimodam & perpetuam castitatẽ obligare, si similiter uterque (quomodocumque voverit) voluerit in sœculo remanere & cohabitare, cùm sit moraliter certum periculum incontinentiæ, & non possit ita breviter haberi accessus ad Sedem Apostolicam, potest Episcopus dispensare, ut petant & reddant debitum. Ratio est, quia ex eo quod uterque voverit, neuter amittit jus justitiæ ad corpus alterum, quamvis sit impeditum vinculo religionis, ut notat Ægidius de Trullench in bullâ Cruciatæ lib. 1. §. 7. cap. 3. dubio 15. num. 16 Commutatio hujus in tali casu fieri non potest virtute Bullæ Cruciatæ, ut idem animadvertit num 19. Quia hæc potestas dispensandi in hoc casu non competit Episcopo modo ordinario & communi, sed ex quodam tacito consensu Summi Pontificis, & benignâ eius voluntate interpretativâ. Sed quæ in his casibus conceduntur Episcopis, non censentur concessa per bullam.

II. Idem Basilius Pontius supra lib. 8. cap. 9 num. 3. Diana docent contra Sanchez de matrimonio tomo 3. l.b. 8. disput. 11. numer. 4. Episcopum posse dispensare in voto castitatis emisso post contractum matrimonium ante consummationem. Ratio est, quia etiamsi talis sit intra bimestre, non tenetur ingredi Religionem, licet cùm vovit habuit animum ingrediendi, potest enim ab eo animo desistere, ex quo videt jam manifestum periculum incontinentiæ. Potest igitur Episcopus dispensare. Omitto alias rationes, quas adducit Basilius Pontius.

## §. 7.

## *Episcopus potest dispensare circa Matrimonii divortia.*

I. Divortium primò sumi potest pro separatione utriusq; quoad thorum, vel habitationem. Secundò pro dissolutione matrimonii quoad vinculum tit. ff. C. *de divortiis*, Primum divortium consistit in mutuo consensu ob causam honestam ut majorem vitæ perfectionem, scilicet ut conjuges melius Deo serviant. Secundò, nè proles multiplicentur supra facultates mutuo consensu ad tempus, vel semper separantur absque ullâ editione voti. Quod divortium non ex odio, vel irâ, sed ex causâ justâ facta, si non immineat alterutri periculum incontinentiæ licita est, ut innuit Apostolus 1. Corinth. cap. 7. vers. 5. *Nolite fraudare invicem nisi ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi, & iterùm revertimini in idipsum, nè tentet vos satanas propter incontinentiam vestram.* Cornelius per *fraudem*, intelligit negationem debiti conjugalis, ait *ad tempus*, scilicet Quadragesimalis, ut patet ex Nicolao I. cap. 50. in responsis ad quæstiones Bulgarorum. Subdit. *Et iterùm revertimini in idipsum*, scilicet solitum debitum conjugale. Denique dicit. *Nè tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram.* Quia periculum est lapsus in adulterium, vel in alias libidines, eo quod sitis incontinentes. Vel mutuo consensu separantur per votũ continentiæ, exemplo multorum tum virtute, tum genere conspicuorum, qui in matrimonio castam ac illibatam vitam duxerunt. Horũ omnium coriphæos Historia sacra nobis proponit Beatam Virginem libr. 3. Regum cap. 18. sub typo nubeculæ parvæ, eo quod, *Hæc infantula virginitatem perpetuam ad exemplum Eliæ amplexa retur*, inquit noster Joannes 44. Patriarcha Hierosol. libr. de institut. Monachor. cap. 32. & 34. de Carmelitici Ordinis alumnis. *Fuerunt* (inquit) *docti hujus Religionis professores in Ierusalem à summo templi Pontifice,*

1 Corin. c. 7. v. 5.

3. Reg. cap. 18.

Joan. 44.

*quod*

*quod Beata Virgo virginitatem Deo servare proposuerat ad exemplum Eliæ, sicut præostensum fuit in prædictâ visione, Ecce nubula parva, scilicet Beata Maria, quasi vestigium hominis descendebat in Carmelo.* Cap. 35. *Cùm cœtus professorum hujus Religionis audivisset in Ierusalem, juvenculam illam vovisse Deo virginalem continentiam, confestim perpendit, quod adventus filii Dei propè & in januis erat.* De eodem virginitatis voto emisso à Mariâ S. Anselmus de excellentiâ Virginis hæc effatur

S. Ansel. cap. 4. *Virgo tenera & delicata, regali stirpe progenita & speciosissima, totum amorem suum, totum studium ad hoc intendit, ut corpus & animam suam Deo virginitate perpetuâ consecraret.* Josephum etiam virginem fuisse, & suâ virginitate, quasi meruisse, ut fieret conjux Deiparæ testatur S. Hieronymus contra Helvidium. *Tu dicis Ma-*

S. Hier. *riam virginem non permansisse. Ego mihi plus vendico, etiam Joseph virginem fuisse per Mariam, ut ex virginali conjugio virgo filius nasceretur.* Et Sanctus

S. Augul. Augustinus serm. 24. in Nativitate Domini. *Habe Joseph cum Mariâ conjuge tuâ communem virginitatem membrorum, quia de Virginis membris virtus nata est Angelorum. Sit Maria Sponsa Christi in carne suâ virginitate servatâ, sis autem & tu Pater Christi cura castitatis & honorificentia Virginitatis.* Et paulò post. *Gaude itaque Joseph, nimium te congaude virginitati Mariæ, qui solus meruisti virginalem affectum possidere conjugii quia per meritum virginitatis etiam separatus es à concubitu uxoris, ut Pater dicaris Salvatoris.* Joannes 44. ait Mariam vovisse Virginitatem instar Patris nostri Eliæ. D. Anselmus ejusdem voti meminit. S. Hieronymus vocat Mariæ & Josephi conjugium virginale. Maria vocatur à S. Augustino uxor, conjux, & sponsa Josephi. Hic vocatur Pater Christi. Imò Matthæi cap. 1. vers. 18. Maria dicitur desponsata Joseph, & vers. 21. Conjux Joseph. *Noli timere accipe Mariam conjugem tuam.* Vatablus *Uxorem tuam.* Quia verum fuisse matrimonium inter ipsam & Josephum, licet virgines & virginitatis professores, docent D. Hieronymus citatus, S. Augustinus lib. 1. de nuptiis, & concupiscentiâ cap. 21. Sanctus Ambrosius de institut. virgin. cap. 16. S. Basilius homil. 25. de humanâ Christi generatione. S. Thomas part. 3. quæst. 28. art. 2. Noster Thomas Waldensis tomo 2. de Sacramentis cap. 130. & alii. Horum imitatione, S. Cæcilia cum Valeriano sponso, S. Basilissa cum Juliano apud Surium, S. Pulcheria Augusta soror Theodosii Imperatoris cum Marciano apud Cedrenum, & alios. S. Cunegundis cum Henrico II. Bavaro Imperatore apud Baronium. Altera Cunegundis Belæ Hungarorum regis filia cum Boleslao V. Polonorum Principe. S. Mathildis cum Conrardo Rege Henrici IV. Imperatoris filio. Alfonsus II. Asturum Rex cum uxore suâ. Carolus Crassus Rex cum Richarde reginâ S. Pharaildis Neptis S. Amelbergæ & Pipini cum suo marito. Egithacum Eduardo III. Ethelreda Anglorum Orientalium Regina cum duobus successivè maritis, & alii, qui in conjugio perpetuam virginitatem coluerunt, atque post votum emissum thoro, non domo separati vixerunt.

Consultius tamen est, si uterque conjux mutuo consensu statum Religiosum amplectatur, vel uno Religionem ingrediente cum consensu alterius, vel sacros Ordines suscipiat, alter quoque perpetuam continentiam polliceatur juxta decretum Cõcilii Agathensis cap. 16. & cap. 1. cap. *conjugatus*, C. *uxoratus*, de convers. conjugat. Sic quidam Apostoli uxorati, ut firmius Christo adhærerent, ac Christi Evangelio prædicando studiosius incumberent, quoad thorum & cohabitationē uxores dimiserunt. *Habuerunt* (inquit D. Hieronymus epist. 50. ad Pamachium contra Jovinianum, & lib. 1. adversus Jovinianum.) *quidem Apostoli uxores, sed quas eo tempore acceperant, quo Evangelium nescibant. Qui assumpti postea ad Apostolatum relinquunt officium conjugale.* Id præcipuè patet in Petro, qui ad Apostolatum assumptus uxorem dimisit, & deinceps castitatem servavit. *Petrum* (inquit Tertullianus de Monogamiâ

II.

nogamiâ cap. 18.) *solum invenio maritum per sacrum, cæteros cum maritos non invenio, aut spadones non intelligam necesse est, aut continentes.* Uxor sancti Petri vocabatur Perpetua (inquit Molanus die 4. Novembris) vel secundùm alios Maria, quæ ad Christum conversa, cùm ad Martyrium duceretur occurrit ei S. Petrus, dicens: *O Conjux memento Domini.* Ita Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum. Eusebius lib. 3. Historiæ cap. 30. Ex eâ filiam procreavit, nomine Petronillam, quæ ob egregiam formam in conjugem appetita à Flacco Comite, cùm tres induciarum dies postulasset, tertio die post perceptam sacram Synaxim à Nicomede Sacerdote in virginitate animam Deo reddidit, & Fastis Ecclesiasticis ascripta est inter sacras Virgines ultimâ Maii, ejus exuvias sæpè Romæ veneratus in Basilicâ S. Petri. Ad hoc sacrum divortium spectant hæc Christi verba Matthæi cap. 19. vers. 29. *Et omnes qui reliquerit domum vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, &c. centuplum accipiet & vitam æternam possidebit.* Sanctus Marcus cap. 10. vers. 19. *Propter me, & propter Evangelium*, idest ut me sequatur in prædicatione Evangelii. Sanctus Lucas cap. 18. vers. 29. *Propter regnum Dei*, scilicet expeditius prædicandum. Idem urget Apostolus scribens Tito discipulo suo cap. 1. vers. 8. *Oportet Episcopum esse hospitalem, benignum, sobrium, justum, sanctum, continentem*, scilicet à thoro conjugali, & amplexibus nuptialibus. Quibus subscribunt Concilia & Patres. In Africâ Concilium Carthaginense secundum canone 2. *Omnibus placet, ut Episcopi, Presbyteri, Diaconi, vel qui sacramenta contrectant, pudicitiæ custodes etiam ab uxoribus se abstineant.* Ratio est. *Ut quod Apostoli docuerint, & ipsa servavit antiquitas, nos quoque custodiamus.* In Germaniâ concilium Aquisgranense tempore Ludovici I. cap. 6. Concilium Moguntinum tempore Arnulphi Imperatoris, cap. 10. Concilium Wormatiense cap. 9. hujus accipe verba *Placuit ut Episcopi, Presbyteri, Diaconi & Subdiaconi abstineant se ab uxoribus & non generent filios.* In Galliâ Concilium Arelatense secundum apud Baronium ad annum Christi 314. canone 2. prohibet, nè ullus conjugatus assumatur ad Sacerdotiũ, nisi continentiam ab uxore pollicitus fuerit. Idem innuit Concilium Turonense primum canone 1. & 2. Turonense secundum canon. 20. Agathense cap. 9. Aurelianense tertium canone 2. ubi hæc statuit. *Ut nullus Clericorum à Subdiacono & supra, propriæ, si fortè jam habeat, misceatur uxori.* In Hispaniâ, Toletanum secundum cap. 1. Toletanum quartum cap. 26. Toletanum octavum cap. 6. Elibertanum anno 305. canone 33. *Placuit* (inquit) *in totum probibere Episcopis, Presbyteris, Diaconis, ac Subdiaconis abstinere se à conjugibus & non generare filios.* Omitto hic testimonia veterum Cæsarum, quæ extant Codice de Episcopis & Clericis, l. *eum qui*, & sequent. Et in authenticis, *de Monarchis.* Omitto etiam veterum Pontificum Romanorum placita, Clementinis I. in canonibus Apostolorum canone 27. Calixti I. apud Gratianum distin. 27. canone *Presbyteris*, Syricii epist. ad Hunnericum cap. 7. Innocentii I. epist. 5. ad Victorianum cap. 9. & epist. ad Exuperium cap. 5. S. Gregorii lib. 6. cap. 1. in libr. 1. Regum, Leonis I. epist. 82. ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem cap. 4. & in epist. 90. ad Rusticum Narbonensem cap. 3. Gregorii I. epist. 42. lib. 1. epist. 34. lib. 3. Zachariæ Papæ in epist. ultim. ad Bonifacium Episcopum Germaniæ. Ex illis unicum Leonem I. epist. citatâ audiamus. *Omnium Sacerdotum tam excellens est electio, ut hæc, quæ in aliis membris Ecclesiæ vacant à culpâ, in illis tamen habeantur illicita: Cùm enim extra Clericorum ordinem constitutis, nuptiarum societati, procreationi filiorum studere sit liberum, ad exhibendam tamen perfectæ continentiæ puritatem, nec Subdiaconis quidem carnale connubium conceditur, ut & qui habent sint tanquam non habentes, & qui non habẽt permaneant singulares & innupti. Quod si in hoc Ordine, quĩ quartus extat à capite, dignũ est custodiri quantò magis in primo, vel in secundo, tertiove*

*Mat. 19 v. 29.*

*cap. 1. v. 8. ad Tit.*

*Concilium Carthag.*

*S. Leo.*

*tertiòve servandum est, nè aut Leviticomministerio, aut Presbyterali honore, aut Episcopale excellentiâ qui quam idoneus existimetur, qui se à voluptate uxoriâ necdum præmisse dicitur.* Idem asserunt Patres Græci S Cyrillus Hieros. catech. 12. *Si quis apud Iesum bene fungitur sacerdotio, abstinet à muliere. Ipse Iesus quomodo ex viro & muliere proditurus esset?* S. Chrysostomus homil. 2. de pœnitentia Job, dixit: *Unius uxoris virum, non eâ ratione, ut id nunc in Ecclesia observetur. Oportet enim omni prorsus castitate sacerdotem ornatum esse.* S. Gregorius Nyssenus lib. de virginitate cap ultimo. *Quomodo Dei sacerdotio fungeris, qui ad hoc ipsum, ut munus offerres, unctus es? Quomodo hæc ipsa Deo offeret, qui legi non obtemperas prohibenti, nè sacra impurus faciat, ac si Deum tibi apparere expetis, quid causæ est, cur Mosem non audias, qui populo edicit, ut à nuptiis purus sit, quo Dei aspectum comprehendat.* Origenes homil. 23. in lib. Numer: *Certum est, quia impeditus fatyrionum indesinens iis, qui conjugalibus necessitatibus serviunt. Undè videtur mihi quod illius solius est offerre sacrificium, qui indesinenti & perpetua se devoverit castitati.* S. Epiphanius contra hæreticos in fine. *Sanctum Sacerdotium ex virginibus, ut plurimum aut ex solitariis, aut si bi qui ad ministerium non sufficerint, de his qui se à propriis uxoribus continent, & si quis ab initio continens, viduus fuerit, habere potest locum Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Hypodiaconi.* Idem scribit hæresi 59 quæ est Catharorum, & OEcumenius in cap. 3. 1. ad Timotheum ad illa verba, *Unius uxoris virum.* Inter Patres Latinos primus occurrit Sanctus Augustinus lib. 2 de adulterinis conjugiis cap. 20. & in quæstionibus veteris & novi testamenti quæstione ultimâ in fine. Sequuntur Ambrosius lib. 1. de officiis cap. ultimo, in cap. 1. epist. 1. ad Timotheum, epist. 82. ad Ecclesiam Vercellen en. S. Hieronymus lib. contra Vigilantium, & in fine apologiæ pro libris contra Jovinianum. S. Isidorus lib. 2. de officiis divinis cap. 5. 8. & 10. Beda lib. 3. de Tabernaculo cap. 9. Arator Subdiaconus Vigilii Papæ in acta Apostolorum cap. 30. S Anselmus epist. 8. Hinc S. Gregorius Turonensis lib. 4. histor. cap. 4. refert quendam Comitem ab Episcopo excommunicatum fuisse, quia demisâ uxore sacris initiatus ad eam postea redire voluit.

S. Cyrill. Hieros.

S Chryst.

S Greg. Nyssen.

Origen

S Epiph

III.

Quare cap. *si vir & uxor* 27. quæst. 2. & glossa in cap. 1. de convers. conjugat. verb *revocari*, Abbas in cap. *uxoratus*, numer. 7. eodem tit. notant Episcopi esse animadvertere, utrum uxor quæ in sæculo mansura est marito assumpto ad aliquem statum Ecclesiasticum existat extra periculum incontinentiæ, licet quoad substantiam & valorem professionis ejusmodi licentia & animadversio non requiratur. Richardus in 4. dist. 32. art. 2. quæst 3. glossa in cit. cap. 1. de convers. conjugat. verb. *revocari*, docent contra Sanchez lib. 7. cap. 32. num. 3. ejusmodi licentiam requiri ex consilio & ad majorem securitatem, imò etiam ex præcepti necessitate. Addit Laymann lib. 5. tract. 10. part. 3 cap. 7. virum de jure monasterium ingredi non posse, etiamsi accedat spontaneus uxoris consensus, nisi & ipsa converratur vel in sæculo, (si senex sit) votum continentiæ edat, ideoque etiam post professionem Episcopi, seu Ecclesiastici Judicis officio potest revocari, ut debitum uxori reddat, si illa in sæculo relicta continentiæ votum expresè, vel tacitè non edidit. Si tamen moriatur uxor maritus aliâ ducere nequit (inquiunt Durandus in 4. dist. 32. quæst. 2. Sotus in 3. dist. 27. quæst. 1. art. 4. Abbas in cap. 1. de convers. conjugat. Navarrus libr. 3. consil. 14. Sylvester verb. *Matrimonium*, 8. quæst. 12. dicto 4. Sanchez lib. 7. disp. 33. quæst. ultimâ) sed statim ad monasterium suum, ut verus professus remitti debet. Imò ex cap. *qui uxorem*, 33. quæst. 5. seu potius ex Concilio Rhemensi. *Qui uxorem suam velare permiserit aliam non accipiat, priore mortuâ, sed similiter convertatur.* Idest si sponte concesserit alteri licentiam ingrediendi, præsumendum est voluisse se obligare ad perpetuam continentiam, imò & ad ingressum religionis, si juvenis, aut de incontinentiâ suspectus sit, & ideoque

ad fati faciendum ab Episcopo compelli debet. Quam resolutionem de marito præcipuè intelligendam esse docent Abbas citato cap. 1. & Sanchez lib. 7. disp. 33. num. 14. Hic negat non satis esse si ingrediatur religionem Equitum Melitensium, quia licet emittant Professionem solemnẽ, tamen manent in sæculo cum periculo incontinentiæ: sed oppositum tenent Pontius de matrimonio lib. 9. cap. 12. num. 3. Diana tract. 4. de Sacramentis resol. 243. Ratio est, quia non compellitur ingredi religionem, ut sit ibi inclusus, sed ut emittat votum continentiæ, de uxore autem nõ sic. Ratio est, quia in dubio uxor potius præsumitur ignara juris, ut licentiam det, & continentiam voveat. Vel si juvenis, aut aliter suspecta sit ad religionem ut profiteatur induci debet, quia non debet censari tacitè ad tale onus se obligare voluisse, nisi prius ostendatur quod fuerit talis juris conscia. Navarrus lib. 3. consil. 14. Sanchez lib. 7. disp. 38. & 39. dicunt quæ de professione præfata sunt, locum habere in susceptione sacrorum Ordinum. Citati auctores censent strictius esse loquendum de conjugato qui ad Episcopalem dignitatem assumitur, scilicet quod uxor non debet tantùm consentire ejusmodi promotioni, sed etiam promittere ingressum religionis, & fundatur in cap. *sane*, de convers. conjugat. & in Concilio Trullano can. 48. & docet Glossa in citato cap. *sane*, verb. *sacrum velamen*. Sylvester verb. *matrimonium*, 8. quæst. 12. dicto 4. Armilla verb. *divortium*, num. 11. & alii. Abbas num. 2. rationem affert, quia alioquin uxor remanens in sæculo, sæpè mulieribus associata Episcopum visitaret, & ab eo impetraret gratias ad ditandos parentes, aliosque consanguineos.

IV. Alio titulo divortium institui potest, non quoad vinculum, de quo supra egimus, ubi de impedimentis dirimentibus, sed quoad thorum, seu carnalem copulam, & quoad habitationem; titulus ille, seu causa divortii tam in viro, quàm in fœmina est adulterium, ut patet Matthæi cap. 5. & cap. 19. Et ex cap. *gaudemus*, cap. *litteris*, Ratio est quia conjuges ex naturâ contractus matrimonii tenentur sibi servare fidem quoad thorum, & habitationem. Si igitur unus eorum non servet fidem adulterando, nec alter innocens tenetur eam servare, nam frangenti fidem non est servanda fides, l. *si cum venerit*, ff. *pro socio*, & cap. *pervenit*, 2. *de jure jurando*. Fides autem data in matrimonio integrè violatur per fornicationem & cõmixtionem carnalem cum alio, quàm cum proprio conjuge. Nam conjuges iniverunt matrimonium, ut per illud fiant una caro, & nõ ut caro dividatur juxta illud Genesis cap. 2. *Erunt duo in carne unâ*. Is censetur integrè violare fidem datam in matrimonio, & perfectè dividere carnem suam, qui commiscetur cum alio cum seminis emissione, quemadmodum conjuges fiunt caro una, quando carnalis copula habetur cum seminatione in vase debito. Dixi carnalis copula, quia animus fornicandi, vel alii actus impudici nõ sunt causa sufficiens divortii (inquit Coninck disp. 35. dubio 1. num. 5. & alii) quia non dividunt carnem. Per adulterium quod est causa divortii accipitur omnis concubitus consummatus cum altero supposito, cujusmodi est sodomia, & bestialitas, ita Abbas in cap. *Maritus* de adulter. num. 3. Sanchez lib. 10. disp. 4. num. 3. Layman libr. 5. tractat. 10. part. 3. cap. 7. numer. 7. Bonacina quæst. 4. puncto 5. num. 4. Ratio est, quia motivum divortii est, cùm conjux divisit carnem suam in alterum contra fœdus matrimoniale prænuntiatum Genesis cap. 2. *Erunt duo in carne una*. Et patet ex S. Hieronymo in cap. 19. Matthæi, & refertur in cap. *dixit Dominus*, 32. quæst. 1. quæ divisio fit modis prædictis, non autem per incompletam fornicationem (ut seminis effusionem) per tactus impudicos, vel peccatum mollitiei, ita Petrus Ledesma quæst. 62. art. 1. dubio 4. Bonacina, & Layman supra. Causa divortii est æqualis in utroque conjuge: & ob adulterium, & uxor tam benè potest separari à marito, quàm maritus ab uxore, cap. *idololatria*, 28. quæst. 1. D. Thomas in 4. dist. 35.

Gen. 2.

dist. 35. quæst. unic. art. 4. Sanchez lib. 10 disp. 13. num. 6. Guitierez de matrimonio cap. 129 Ratio est, quia jus divortii oritur ex violatione fidei conjugalis, ad quam conjuges æquali jure obligantur.

V. Quamvis conjux innocens habens certitudinem saltem moralem de cõjugis adulterio possit propria auctoritate se separare, & consequenter alimenta, debitum, & dotem negare, ex Abbate in cap. *tua fraternitas*, num. 2. & cap. ultim. de adulteriis. Soto in 4. dist. 36. quæst. unic. art. 3. Emmanuele verb. *divortium*, Ledesma citato artic. 3. Navarro cap. 22. num. 32. Sanchez lib. 10. dist. 12. num. 31. Reginaldo libr. 31. num. 324. Henriquez lib. 11, cap. 17. num. 2. Coninck disp. 35. dub. 1. num. 2. Bonacina num. 10. Layman num. 8. Ratio est, quia jus naturale & divinum permittit fieri divortium, ob causam adulterii: tamen separatio quoad habitationem (cum in publicam notitiam venire soleat) fieri debet per Episcopum, seu Judicẽ Ecclesiasticum, ex D. Thomâ in 4. dist. 33. quæst. unica art. 3. S. Bonaventurâ art. unic. quæst. 3. Richardo art. 1. quæst. 3. Gratiano supra cap. sivè 33. quæst. 2. Layman. Si tamen maritus uxoris adulterium certò sciat, nec possit in foro externo probare, potest illam deserere absque scandalo prætextu longinquæ peregrinationis, sed sine proposito redeundi, ita Sotus distinct. 36. quæst. unic. art. 3. Ledesma loco citato art. 3. Navarrus cap. 22. Sa verb. *divortium*, num. 1. Sanchez lib. 10. disp. 12. Henriquez libr. 11, cap. 17. num. 2. Reginaldus lib. 31. num. 324. Coninck disp. 35. dubio 1. Bonacina supra num. 19. Layman n. 9. Quare si maritus ob causam non notoriam uxorem dimittat ante sententiam Episcopi, seu Ecclesiæ, Judex ab uxore imploratus, debet illam in pristinum statum restituere, & postea causam divortii cognoscere, compulso etiam marito, ut suas probationes proferat, ita cap. *in conquestione*, de restit. spoliat. Glossa verb. *non debet*. Secus autem si causa divortii, puta adulterium, sit notoria, seu per evidentiam facti, seu per confessionem rei. Hoc enim casu repulsa uxor non restituitur, cap. *significasti*, de divortiis. Ratio est, quia petenti restitutionem exceptio obstat de notorio defectu juris, seu proprietatis, ut docet Abbas in cap. *intellexerimus*, de adulter. & cap. *porrò*, num. 9. de divortiis. Pro evidentia autem facti non sufficiunt verba amatoria, aut munera missa ab adultero, amplexus oscula, nisi adsint aliæ circumstantiæ loci, temporis, & personarum, nec concubitus viri cum fœminâ mortua, quæ æquivalet cõcubitui cum statuâ, quia cum tali actu nõ fit propria unio, vel divisio carnis cum tertiâ personâ, sed necessaria confessio adulteri, vel inventus fuerit adulter nudus cum nudâ, solus cum solâ in lecto, cap. *litteris*, de præsumption. Bonacina num. 5. & 8.

VI. Quod si maritus, verbi gratiâ, sciens suæ cõjugis adulterium, quamvis sufficienter nequeat probare, per se loquendo, non tenetur reddere debitum, licet Judex illi præcipiat sub excommunicatione, ita Paludanus in 4. dist. 27. quæst. 4. art. 2. Sotus dist. 36. quæst. unic. art. 3. Castro lib. 2. de lege pœnali cap. 4. Veracrux part. 3. speculi art. 5. Coninck citatus dubio 1. Sanchez supra disput. 12, num. 6. Layman num. 11. Ratio est, nam præceptum Ecclesiæ in falsâ præsumptione fundatum in conscientiâ non obligat quia cedit præsumptio veritati. Dixi per se loquendo, quia si vitandi scandali necessitas postulet, debet condemnatus obedire, nè judicium Ecclesiæ contemnere videatur.

VII. Episcopus seu Judex Ecclesiasticus non permittit divortium ob fornicationem alterius conjugis. Primò, si mulier vim passa est animo non consentiente. Ratio est, quia hoc non est adulterium formaliter, ut docet sanctus Augustinus lib. 1. de civit. cap. 18. *Duo fuerunt & adulterium unus admisit*. Et refertur in cap *proposito*, 32. quæst. 5. Secundò si mulier bona fide ad alterum accessit, ut quia invincibili ignorantiâ credidit esse suum maritum, instar Jacob, qui Liam cognovit, Genesis cap. 29. Vel si mulier probabiliter persuasa maritum esse defunctum

functum transeat ad alias nuptias, cap. *cum per bellicam*, 34. quæst. 2. sanctus Bonaventura in 4. dist. 35. art. 1. quæst. 1. Layman supra numer. 13. Tertiò si etiam alter conjux eiusdem criminis est particeps, ut expressè, vel tacitè consenserit in adulterium, cap. *discretionem*, de eo, qui cognovit consanguineam, &c. Vel si ipse fornicatus sit non potest postea divortium instituere, ita Layman cap. *significasti*, de divortiis, cap. *intelleximus*, & cap. ult. de adulteriis. Ratio est; quia in hoc casu paria delicta pari veluti compensatione tolluntur. Et favet S. Augustinus lib. 1. de sermone Domini in monte cap. 18. qui refertur cap. 1. 32. quæst. 6. *Nihil iniquius quàm fornicationis causa dimittere uxorem, si & ipse convincitur fornicari. Occurrit enim illud, in quo alterum judicas te ipsum cõdemnas, eadem enim agis, quæ judicas.* Rom. 2. Notat Sanchez libr. 10. disp. 6. & 8. in ordin. ad accusationem criminalem delicta paria non compensari. Nam leges permittunt marito accusare criminaliter uxorem de adulterio: sed non vice versa uxori maritum suum, l. 1. C. ad l. Juliam de adulteriis.

VIII. Adulter facto divortio habet actionem repetendi innocentem, qui lapsus in adulterium post divortium, potestque Judex suâ auctoritate conjuges illas reconciliare, nam sententia divortii quam tulit Episcopus, seu Judex Ecclesiasticus non abstulit superiori, nè possit conjuges separatos quoad thorum & habitationem iterùm conjungere ad vitanda pericula incontinentiæ. Imò tenetur hoc facere, quando adest scandalum, vel periculum manifestum incontinentiæ, ipse autem adulter non habet actionem propriè ad repetendum, ita Ledesma quæst. 62. artic. 6. Henriquez lib. 11. cap. 17. Reginaldus supra numer. 330. Guitier. cap. 129. num. 18. Sanchez lib. 10. disp. 9. num. 30. Bonacina supra num. 19. Ratio est, quia sententia divortii non fertur sub conditione in favorem rei: sed absolutè fertur in odium ipsius. Secunda Ratio est, quia res jam transiit in judicatum, nec est retractandum quod semel benè fuit definitum, cap. *quod benè*, 6. quæst. 4. Aliæ sunt causæ per accidens divortii qui non proveniunt ex violatâ fide matrimonii, nec causant divortium perpetuum, sed sufficiunt ad faciendum divortium quoad thorum & habitationem, quamdiu illæ causæ durant.

IX. Prima causa per accidens est lapsus in hæresim vel infidelitatem, ita Navarrus cap. 2. numer. 21. & alii apud Henriquez lib. 11. cap. 15. Reginaldum num. 314, Coninck disput. 39. num. 24. patet ex cap. *idololatriæ*, cap. *non solum*, 28. quæst. 1, cap. ultim. de convers. conjugat. cap. 2. cap. *de illa*, cap. *quanto*, de divortiis, & innuit Apostolus ad Titum c. 3 vers. 10. *Hæreticum hominem post primam & secundam correctionem devita*, idest post levem correptionem, & duriorem. Quod si monitus contemnat, seque pertinacem exhibeat vitandus est, jure naturali & divino se separare potest, maximè si ex cohabitatione prævideat perversionis periculum sibi & suis liberis imminere. Quærunt hic Doctores, an propriâ auctoritate factum est divortium ob hæresim, si resipiscat conjux, an recipere teneatur? nonnulli censent recipiendum esse. Non autem recipere tenetur, si auctoritate Ecclesiasticâ, seu ab Episcopo condemnatus sit. Hoc discrimen tradit Alexander III. cap. *illa* de divortiis. Ratio est quia Ecclesia in pœnam hæresis potest privare juribus, seu dominiis, ut patet ex cap. ult. de hæreticis in 6. ergò etiam jure illo quod habet in corpus conjugis. Alii tamen existimant quod Episcopus seu Ecclesia, (si id necessarium judicet) ad occurrendum periculo animæ possit præcipere Catholico ut hæreticum conjugem ad fidem conversum in societatem recipiat. Ratio est, quia Ecclesia in tali casu ad salutem animæ multùm pertinente, nunquam ita hæreticum damnare censetur, quin postea eundem restituere possit, si seriò resipiscat, & ex integro. Modò etiam statum non mutarit, vel susceptione Ordinis, vel habitus Religiosi.

X. Causa secunda, si conjux conjugi nequeat cohabitare absque gravi corporis

poris discrimine, ita Navarrus, Sanchez, Henriquez, Reginaldus, Coninck, Bonacina, Layman, & alii. Et patet ex cap. *litteras*, de restitut. spoliat. ubi habetur mulierem divertentem eidem ante omnia restituendam esse, nisi *tanta sit viri sævitia, ut mulieri trepidanti non possit sufficiens securitas provideri, quo casu, non solùm non debet ei restitui, sed ab eo potius amoveri.* Similia habentur cap. *ex transmissa.* Dixi *gravi corporis discrimine*, cujus scilicet metus ac trepidatio justa sit & hominem prudentem ac discretum attentâ ipsius personæ qualitate meritò moveat. Per *corporis discrimine*, nō tantùm intelligitur mors vel mutilatio membrorum, sed etiam gravium seu atrocium verberum, qualia uxori delinquenti maritus non habet potestatem inferendi, sed tantùm moderatè & leviter puniendi, ita colligitur ex l. unic. C. de emendat. servorum, & l. unic. C. de emendat. propinquorum, l. *aut facta*, verb. *causa*, ff. *de pœnis*, Abbas *cum contingat*, num. 20. de foro compet. S. Thomas 2. 2. quæst. 65. art. 2. Navarrus lib. 2. de restit. cap. 3. num. 439. Sanchez lib. 10. cap. 18. Molina de instit. disp. 2. tractat. 3. & alii. Vide plura apud Layman libr. 5. tractat. 10. part. 3. cap. 2.

XI. Henriquez lib. 11. cap. 17. num. 7. Sanchez lib. 10. disput. 18. num. 12. tertiam sufficientem causam esse graves & frequentes discordias, quibus cohabitatio nimis molesta conjugi innocenti redditur. Nam grave malum reputatur cùm perpetuò offendit is, cum quo semper cogitaris vivere, & ex quo res tuæ pendeant. Nec refert in his casibus an malum ab ipso conjuge timeatur, an à parentibus ejus, modò conjux sit aliquo modo reus, scilicet, cùm possit malum removere & non removet, ut non ita frequentando parentes, illis favendo, benefaciendo, &c. ut colligitur ex cap. *transmissa*. Porrò ad illud divortium non est satis quod uxor præter morem semel atque iterùm à marito vehementer irato verberata fuerit, sed debet probabilis timor de ejusmodi sæpius in posterùm tolerando, quod caveri non potest. Pro hoc divortio concedendo Episcopus seu Judex Ecclesiasticus petit informari per testes, qui de sævitiâ deponant, & post habitam sufficientem informationem pronunciat sententiam interlocutoriam, ut uxor in loco tuto statuatur, cui vir alimenta subministret, donec lis decidatur, cap. *ex transmissa*, de restit. spoliat. Insuper ejus arbitrio committitur, an præstitâ sufficiente cautione possit prospici securitati mulieris, an autem tutum satis non sit, sed debeat institui divortium, & an malum quod deinceps timetur sit grave & inevitabile, quæ omnia arbitrio & examini judicis Ecclesiastici relinquitur. Ita Abbas cap. *litteras*, num. 7. de restit. spoliat. Vide plura apud Guitierez libr. 1. canon. quæst. cap. 24. num. 10. id præcipuè Judex animadvertat an malum, quod conjux ex cohabitatione accipit, accidat culpâ alterius conjugis, vel non. Si enim conjux sit innocens, divortium & separatio facile concedi non debet, verbi gratiâ, si conjux incidat in amentiam, & molestum sit ei cohabitare, tamē hæc molestia est toleranda, ut docet Navarrus cap. *divortium*, disp. 1. de pœniten. num. 7. & in manuali cap. 22. §. *quinto*, Layman supra num. 17. Ratio est, quia l. *cum dotem*, §. *si maritus* ff. *soluto matrimonio*. *Quid enim tam humanum est, quàm fortuitis casibus mulieris maritum, vel uxorem mariti participem esse.* Monent tamen Bonacina num. 25. Sanchez supra disput. 18. num. 18. Emmanuel Sa verb. *divortium*, num. 8. Quod si conjux furore ac insaniâ agitetur, ut periculum vitæ alteri timeatur, Episcopus divortium instituere potest.

XII. Quarta causa est, quod si unus conjugum tentavit alterum occidere, Episcopus potest alterum ab altero separare, ita Covarruvias part. decret. part. 2. cap. 7. §. 6. Sanchez disput. 13. num. 22. Riccius disp. 276. Bonacina supra, & alii communiter. Ratio est quia est sufficiens motivum divortii. Huc accedit etiam, quod si uxor sit venefica, interficiens filios, & periculum sit nè viro suo suis philtris vitā eripiat. Ita Bonacina supra.

XII. Quinta causa divortii potest esse unius conjugis lepra, vel morbus gallicus diuturnus, & periculum est nè conjugem sanum inficiat. Major in 4. distinct. 32. quæst. 1. art. 1. Sanchez lib. 9. disput. 24. num. 12. existimant contra Ledesma quæst. 64. art. 1. difficult. 2. Rodriguez tomo 1. cap. 243. concl. 2. conjugem sanum posse separari à thoro. Ratio est quia nemo tenetur sui corporis vitam vel incolumitatem pro privati hominis peccato incontinentiæ vitando exponere, cùm is non sit simpliciter in necessitate constitutus. Sed alia concipi contra remedia possit adhibere. Eodem modo differendum est de eo, qui peste laborat, vel febri hecticâ tenetur, ita D. Thomas in 4. dist. 32. quæst. unic. art. 1. Sotus quæst. art. 1. concl. 2. Durandus quæst. 1. num. 8. Cajetanus verb. *Matrimonium*, cap. ult. §. *primus est*. Abbas in cap. 2. de conjugio leprosorum, Sylvester verb. *delictum*, quæst. 1. Petrus Sotus lect. 16. de matrimonio, Petr Ledesma quæst. 64. num. 1. conc 2. diff. 2. Emmanuel Sa num. 15. Rodriguez tomo 1. cap. 253. conc. 1. Sanchez lib. 9. disp. 34. num. Ratio est, quia in matrimonii cõtractu conjuges corporum potestatem inter se dant, salvâ suarum personarum incolumitate, sivè (ut aliis verbis utar) pollicentur intervire propagationi speciei salvâ incolumitate individuorum. Imò cùm suorum corporum dominium non habeant, ideo nequeunt eorum usum cum tanto discrimine mortis, vel gravis infirmitatis alteri permittere. Undè Layman lib. 5. tract. 10. part 3. cap 1. num. 5. censet peccaturum si in tanto periculo seu proprio, seu alterius conjugis absque causâ rationabili exerceat actum conjugii etiam reddendo. Nec his obstant verba Alexandri tertii in cap. 2. de conjugio leprosorum. *Si virum vel uxorem leprosum fieri contigerit, & infirmus à sano debitum exigat, generali præcepto Apostoli, quod exigitur est solvendum.* Ad hoc respondet Sylvester verb. *debitũ*, quæst. 1. §. *secunda*, Sanchez citatâ quæst. 24. num. 17. & alii ab iis citati, Papam respondisse ex præsumptione, quod proximum contagionis periculum conjugi sæpè non instet ex accessu ad conjugem leprosum, &c. Quod si conjux sanus a leprâ maximum horrorem sentiat, quem' superare, quasi sit impossibile, tunc separari potest, ut notat Sylvester verb. *lepra*, quæst. 3. Abbas supra cap. 2. Sanchez supra num. 21. Maximè si uxor ultimâ & perfectâ specie lepræ, quæ Leonina dicitur sit infecta, ut docent Major dist. 23. quæst. 1. contr. 2. Paludanus quæst. 1. art. 2. Layman supra num. 6. qui notant viro ex congressu cum muliere leprosa majus periculum imminere, quàm vice versâ. Quod magis verificatur in iis locis, ubi ob contagionis publicæ periculũ, prohibetur frequentior accessus ad leprosos.

Alex. 3.

Sextam causam suggerunt Bonacina & Layman supra, si conjux nequeat cohabitare alteri conjugi absque gravi periculo animæ, ut quando inducit ad peccatum, nec præmissâ correctione abstinet ab inductione, tunc conjux incitatus timens manifestum peccati periculum potest recedere. Probatur ex Matthæi cap. 5. vers. 29. *Si oculus tuus dexter scandalisat te, erue eum & projice abs te, &c.* Sanctus Augustinus lib. 1. de sermone Domini in monte cap. 13. S. Paschasius lib. 3. in Matthæum, S. Hilarius in Matthæum, S. Anastasius ad. Antioch. quæst. Theophilactus & Euthymius in Matthæum, S. Pacianus epist. 3. S. Hieronymus in Matthæum per oculum & manum dextram intelligunt uxores, parentes, consanguineos, amicos, familiares, quos passim dicimus nos ita diligere sicut oculos. Quod si eorum cohabitatio & conversatio obicem nostræ saluti ponat, eruere & amputare oportet, etiamsi sit uxor. Quemadmodum enim Chirurgus membrum etiam nobilissimum & summè necessarium, cujusmodi est dexter oculus & manus exscindere non veretur, si indè pendeat salus totius corporis, ita (inquit Christus) & vos (ô fideles mei) monco, ut quodvis damnum potiùs subeatis, quàm peccatum præsertim mortale committatis. Quare quidquid vobis est offendiculo, & trahit

XIV.

Mat. 5 v. 29.

ad

ad peccatum, licet tam charum ac necessarium sit quàm dextra manus, vel dexter oculus in corpore, uxor vel maritus in familiâ, id planè à vobis amputetis, & abjiciatis, quantumlibet incommodi & doloris vobis inferat, præstat enim uxoris, filiorum, parentum societatem resecare, ut peccati periculum effugiatis, quàm illis cohabitare. Idem habetur cap. *idolatria*, 28. quæst. 1. Probat Navarrus cap. 22. n. 22. §. *tertio*, hac ratione licet separari à conjuge leproso, si infectionis periculum conjugi sano immineat ex jam dictis: à fortiori ob periculum animæ impendens, verbi gratiâ, si latro ad furta, leno ad adulteria, ad concubitum pertrahere velit. Coninck disput. 35. dubio 4. Sanchez lib. 10. disput. 18. num. 22. Hanc rationem adducunt, si conjux veneficijs, seu magijs sit addictus, & ejus cohabitatio sit animę vel corpori nociva ob societatem quam habet cum dæmone, potest propter hoc fieri utriusque cõjugis separatio. A pari, si unus conjugum alterum ad offensam pertrahere tentet. Quare si causa divortii ob grave periculum corporis & animæ sit notoria, propriâque auctoritate fieri queat, tamen longè tutius est (inquit Layman num. 18.) ad scandalum vitandum post Guitierez cap. 24. num. 8. Sanchez disp. 18. num. 3. ut Episcopi seu Judicis Ecclesiastici officium imploretur, nisi sit periculum in morâ. Facto divortio, Sylvester verb. *filii*, quæst. 21. Guitierez cap. 24. num. 19. Sanchez libr. 10. disput. 20. docent si mater causam præbuit proles utriusq; parentis expensis ali debet, & mater ad id maximè cõpelli debet ab Episcopo. Eadem autem proles habitare debet apud parentem fidelem, si alter sit infidelis, cap. ult. de convers. infidelium, Sylvester verb. *filii*. Quod si pater qui causam divortio dederit sit dives & mater pauper, proles patri relinquenda est, ita Sanchez num. 4. Quod si mater quæ causam divortio dederat sit locuples, & pater minus idoneus proles relinquenda est apud matrem, ita authent. *Si pater divortio facto*, & in authent. *Ut liceat matri, & ovia §. illud* collat. 8. Denique quamvis vir causam præbuerit divortio: si tamen mulier transeat ad secundas nuptias, proles educanda ipsi non relinquitur, ita authent. *Si Pater*, C. *divortio facto, &c.*

## §. 8.

## *Potestas Episcopi dispensandi in ætate conjugandorum.*

I. SUppono ad sponsalia requiri ætatem septem annorum tam in masculo, quàm in fœminâ. Ratio est, quia sponsalia sunt mutua promissio. Ad promissionem autem & contractum necessarius est usus rationis, qui sæpè sexu adest in anno septimo. Undè ante illam ætatem sponsalia sunt invalida, nam deficit tempus à jure requisitum, nisi fortè malitia ætatem superet, ita sanctus Thomas part. 3. quæst. 42. art. 2. Sotus in 4. dist. 27. quæst. 2. art. 2. Naldus verbo *sponsalia*. numer. 3. Baldus consil. 41. Tuschus tom. 7. concl. 401. num. 12. Reginaldus lib. 31. num. 248. Chamerota de naturâ cap. 2. dubio 12. Sanchez lib. 1 disp. 16. num. 9. Emmanuel Sa verb. *sponsi*, numer. 4. Coninck de matrimonio, disp. 21. dub. 5. Bonacina de sponsalibus quæst. 1. puncto 4. Ratio est, quia malitia supplet ætatem. Igitur erunt valida non tantùm in foro conscientiæ, sed etiam externo, si paulò ante septennium cõtrahantur, quia quod parum distat nihil distare videtur, verbi gratiâ sponsalia facta octo vel decem diebus ante septimum completum. Ita Sotus in 4. dist. 27. quæst. 2. art. 2. Guitierez cap. 2. num. 7. Henriquez lib. 11. cap. 13. Nec refert quod professio in religione facta ante decimum sextum annum sit invalida ex Tridentino session. 25. cap. 15. item testamentum ante 14. annos sit invalidum. Nam matrimonium & sponsalia sunt magis favorabilia quàm sit professio, & testamentum: nam natura magis inclinat ad nuptias quàm ad alios actus politicos, ideò jura aliter disposuerunt de professione & testamentis, quàm de matrimonio & sponsalibus, ita Bonacina

num. 3,

num. 3. addunt Navarr. cap. 22. num. 31. Sylvester verb. *matrimonium* 5. quæst. 6. Henriquez libr. 11. cap. 13. num. 13. contrahentes sponsalia ante septennium peccare mortaliter. Ratio est, quia faciunt contra legem in re gravi, cap. 2. *de desponsatione impuberum*. Parentes tamen, tutores, curatores, consanguinei, curam gerentes infantium possunt ex gravi necessitate pro dictis filiis contrahere sponsalia, ita Sanchez lib. 1. disp. 27. num. 17, Chamerota supra numer. 7. Coninck disp. 21 dubio 3. Guitierez cap. 3. num. 11. Bonacina supra numer. 8. & patet ex cap. *infantes*, de desponsat. impuberum in 6. Ut tamē ejusmodi sponsalia sint valida requiritur postea consensus tacitus, vel expressus puerorum usum rationis habentium. Non enim regulariter consentire tenentur sponsalibus cōtractis per parentes vel curatores, ut docet Bonacina supra num. 9. & in 4 præcept. decalog. quæst. 4, puncto 17. num. 10 nec compelli possunt ad cōsentiendum sponsalibus, alioqui fieret illis gravis injuria, cum in materiâ matrimonii filii sint sui juris. Ita Bonacina supra post Henriquez lib. 11. cap. 13. num. 13. Sanchez lib. 1. disp. 25. Rebell. lib. 3. quæst. 16.

II. Ut valeat matrimonium jure Ecclesiastico requiritur in masculo ætas 14. annorum, in fœmina 12. Ita cap. final. de desponsat. impuberum, & cap. 2. eodem tit. ubi ad matrimonium contrahendum pubertas in masculo assignatur ætas 14. annorum, in fœmina 12. Quæ doctrina intelligitur nisi malitia suppleat ætatem, seu adsit potentia generandi, & sufficiens discretio ad se obligandū. Hâc malitiâ sublatâ, docent Villalobos in summa tomo 1. tract. 14. diffic. 22. Coninck de Sacramentis disp. 21. dub. 5. Guitierez de matrimonio cap. 2. Bonacina de matrimonio quæst. 1. puncto 4. num. 2. & alii. Impuberes peccare mortaliter contrahendo matrimonium ante pubertatem, malitiâ non supplente ætatem. Ratio est, quia faciunt contra prohibitionem in re gravi cap. *ubi non est*, de desponsat. impub. Contra illam opinionem Thomas Sanchez de matrimonio tom. 1. lib. 1. disp. 17. num. 6. censet a jure aliquo non esse recedendum absque textu expresso, & quod juris correctio est odiosa, & omninò vitandum, l. *præcipuum*. C. *de Appellationes*. At nunc matrimonium inter impuberes est permissum multis canonibus, & interpretantur, quasi forent verba de futuro, cap. final. de desp. impub. cap. unic. §. *idem quoque*, eodem tit. in 6. Plura apud Sanchez supra, & Diana tomo 3. tractat. 4. de Sacram. resol. 276.

III. Docent tamen Paludanus in 4. dist. 28. quæst. 2. num. 2. 8. & 16. Angelus verb. *matrimonium*, 3. impedimento 16. num. 7. Tabiena verb. *matrimonium*, 2. quæst. 6. n. 7. Filliucius tomo 1. tract. 10. part. 1. cap. 7. num. 259. Henriquez lib. 11. cap. 13. Bonacina supra num. 13. posse Episcopum in casu urgentissimæ necessitatis dispensare, ut matrimonium contrahatur ante dictam ætatem. Ratio est, quia interveniente justâ causâ, matrimonium celebratur ante legitimam ætatem ex cap. 2. suprà. Secunda, quia jus præsumitur concedere Episcopo facultatem dispensandi in eisdem casibus. Undè si nō adsit dispentatio, vel si malitia non suppleat ætatem, Basilius Pontius de matrimonio lib. 7. cap. 65. num. 1. contra Villalobos in summâ tomo 1. tract. 14. diffic. 22. num. 1. Barbosam in collect. tomo. 2. lib. 4. tit. 2. cap. 14. numer. 2. sustinet esse peccatum mortale contrahere etiam ultimo die, quo completur legitima ætas. Ratio ejus est, quia in dubio, an præfinitum tempus completum sit inhabiles judicat Ecclesia, licet sit exigua temporis distantia. Nam hic non habet locum illa regula, *quod parum distat nihil distare videtur*. Sicut neque in aliis, in quibus jus præfinitum tempus exigit religiosæ vitæ, & in ætate ad ordines, si enim vel unus dies aut hora desideretur, vitiat factum. Cùm enim jus præfiniat tempus, exigatque illud esse completum, nisi malitia suppleat, non est locus paucorum dierum supplemento. Quod si illa suppleat, parum refert an duo vel tres dies, aut etiam plures decessent. Imò existimo nec satis esse, ut impleatur ætas, censeatur

scatur, ultimum diem incœptum esse, quando malitia non supplet ætatem, ut de anno probationis dicitur. Nec obstat quod jure civili ad canonicum in hâc re argumentum desumi possit aut à testamentis ad matrimonia, ubi est expressè decisio Pontificum. Vide Lezanam tomo 1. quæst. regul. num. 20. de conjugato professo.

## §. 9.

## *Matrimonialium causarum cognitio spectat ad Episcopum.*

I. CAusæ matrimoniales ita arduæ sunt, Abbas in cap. *mulieri*, numer. 7. de jure jurando, Sbroz de Vicario Episcopi lib. 1. quæst. 44. numer. 4. ut earum notitia non ab inferioribus, sed ab ipsis Episcopis haberi debeat, cap. *multarum*, 35. quæst. 6. cap. *auditis*, de præscript. cap. *accidentibus*, de excessibus Prælatorum, imò & causæ ad eos spectent, ut patet ex Concilio Tridentino sessione 24. cap. 9. fusissimè. *Ad hæc causæ matrimoniales, & criminales, non* Concilii Trident. *Decani, aut Archidiaconi, aut aliorum inferiorum judicio, etiam visitando, sed Episcopi tantum examini & jurisdictioni relinquantur, etiamsi in præsenti inter Episcopum & Decanum, seu Archidiaconum, aut alios inferiores super causarum istarum cognitione, lis aliqua in quacumque instantiâ pendeat.* Primò, quod congruum fuerit ut ejusmodi causarum matrimonialium notitia ad Episcopos spectaret, asserunt Covarruvias de sponsalibus, part. 2. cap. 8. §. 12. Fuschus de visitation. lib. 2. cap. 21 Suar. de Paz in pract. tom. 2. prælud 1. Olim Seraphinus Rota Romana decis. 765. Franciscus Molinus de ritu nuptiarum, libr. 3. difficul. 10. Aloysius Riccius in praxi fori Eccles. decis. 245. Sanchez de matrimonio lib. 3. disp. 29. num. 17. Lopez lib. 7. tit. 10. part. 4. Gutierez pract. lib. 3. quæst. 26. Franciscus Leo in thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 9. Sbroz de Vicario Episc. lib. 2. quæst. 43. Quod etiam Curia Romana non aliis quàm Episcopis de stylo eam committere soleat, censet Scipio Rendina in promptuario recept. sentent. tit. 72. Quod Episcopus habeat assistentiam juris communis in cognitione causarum matrimonialium infra limites suæ Diœcesis colligitur ex Rotâ decis. 273. & decis. 383. numer. 1. part. 2. Marchesio de commiss. part 1. cap. 6. Seraphino decis. 595. Idem Marchesius num. 191. & Barbosa de jure & potest. Episc. part. 3. alleg. 84. num. 1. asserunt se observasse ejusmodi causas non aliis, quàm Episcopis fuisse demandatas. Idem Marchesius in filiorum legitimitate causas ad Episcopũ devolvi. Rota decis. 447. num. 1. part. 1. resolvit Episcopũ manutenendum esse in cognitione causarum matrimonialium, quamvis inferior alleget praxim immemorabilẽ, donec de eâ per tres sententias cognoscatur. Unde quod ab illarum causarum cognitione excludantur Decani, Archidiaconi & alii inferiores etiam visitantes, expressè statuit Concilium Tridentinũ supra, sed subjiciatur examini Episcopi innuit Rota apud Postum in tract. *Mandati de manut.* decis. 306. licet sint exempti innuit Rota in constantien. 29. Novembris 1617. coram Ortembergo, & inter decis. Joannis Baptistæ Coccini decis 346. ubi sub nomine Episcopi non comprehenduntur Abbates exempti, jurisdictionem quasi Episcopalem habentes. Nec sub nomine Decani & Archidiaconi continentur ii, qui nullius sunt Diœcesis censuerunt Rota apud Manticam decis. 102. num. 7. Aloysium Riccium in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. decis. 184. part. 4.

II. Vicarius Episcopi habet etiam causarum matrimonialium cognitionem ex generali Episcopi commissione, ita cap. 1. de frigidis & malef. cap. ultim. de cognat. spiritual. Ubi dicitur propositum esse impedimentum matrimonii coram Officiali Cantuariensi, & sic supponitur eum posse cognoscere causas matrimoniales, Antonius Butrius numer. 2. præpos. num. 2. Abbas numer. 4. Alexander numer. 5. in cap. final. Covarruvias

num. 1. vers. *potest*, Marcus Antonius Cuchus instit. moral. lib. 2. titul. 8. Narbona de appellat à Vicario ad Episcopum part. 1. num. 201. Sanchez disp. 29. num. 18. vers. 2. Azorius institut. moral. part. 2. libr. 3. cap. 45. quæst. 2. Sbroz lib. 2. quæst. 44. Joannes Bertachinus tract. de Epis. lib. 4. part. 7. quæst. 20. num. num. 23. Salzedo in pract. cap. 23. Gomez. in explicatione bullæ cap. 4. quæst. 4. Joannes Sauci in selectis disp. 50. num. 24. Barbosa de officio & potest. Episcopi part. 3. alleg. 84. num. & in collect. ad Concil. Trident. sess. 24. cap. 20. contra Rebuffum in praxi benef. tit. de formâ Vicariatus num. 155. Ugolinum de offic. Epis. cap. 4. §. 7. Petrum Ledesma de matrimon. quæst 46. art. 1. puncto 3. dubio 4. qui existimant tractationem causarum matrimonialium non spectare ad Vicarium Episcopi absque speciali mandato.

III. Non potest nisi sede vacante Capitulum cognoscere causas matrimoniales. Ita cap. *veniens*, cum subscriptione de eo qui ducit in matrimoniũ. Covarruvias de sponsalibus part. 2. cap. 8. §. 12. Antonius Ragusius de voce can. quæst. 39. numer. 1. Onuphrius Puinius de offic. & potestate Capituli Sede vacante part. 1. quæstion. 10. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 3. alleg. 84. num. Quaranta in summâ Bullarii verb. *Capitulum sede vacante*, quæst. 5. ubi asserit per Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 20. disponi quod causæ matrimoniales relinquantur examini & jurisdictioni Episcopi tantùm, ut excluderentur alii Prælati inferiores. Capitulum autem in hoc casu non dicitur Episcopo inferior, sed par. Hanc difficultatem doctè resolvit Aloysius Riccius resol. 215. Vel enim quæstio est de causâ matrimoniali ex ordinariâ jurisdictione, & tunc certum est quod Capitulum in eâ succedat Sede vacante in locum Episcopi. Vel quæstio est de causâ delegatâ matrimoniali commissâ Episcopo, vel ejus Vicario, his verbis, *Dilecto filio Vicario fratris nostri Episcopi, &c.* Tunc Capitulum non succedit in delegatione. Ratio est, quia Capitulum nequit cognoscere de causâ delegatâ Episcopo, quamvis ille ante mortem manus apposuerit, cap. *quoniam Abbas*, de officio deleg. Ægidius Bellamera decis. 166. Joannes Baptista Marchesinus de commiss. super cõmissione & appellatione extra Romanam Curiã part. 2. cap. num. 26.

IV. Ex præscriptione etiam immemoriali consuetudine & privilegio possunt inferiores Episcopo quærere facultatem cognoscendi de causis matrimonialibus. Ita Covarruvias de sponsalibus part. 2. cap. 8. §. 12. num. 1. Navarrus consil. 1. titul. de officio judicis delegati num. 5. & consil. 4. sub eodem tit. Palatio in repet. cap. *per verbũ*, not. 2. §. 1. Mendez à Castro in praxi Lusitan. part. 2. lib. 2. cap. 1. num. 21. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 3. alleg. 84. num. 5. & in cap. 20. sess. 24. Concilii Tridentini num. 54. Probatur ex cap. *accedentibus*, & glossa in cap. *de consang.* cap. *litteras*, de restit. spoliat. Nec Concilium Tridentinum sustulit consuetudinem, in quâ sunt inferiores Prælati, si sit immemorabilis, ut censuit Sacra Congregatio, Gonzales ad regul. 8. Cancell. Gloss. 33. num. 5. addit. ad consil. 3. Navarr. Rota in Theatinâ jurisd. 5. Decembris 1614. impressa per Farinacium decis. 610. part. 2. quæ immemorialis debet probari per tres sententias conformes. interim Episcopi est causas illas cognoscere, ita Covarruvias in regul. possess. part. 2. §. 3. Paulus Æmilius Verallus decis. 71. part. 1. Glossa cap. 1. de præscrip. lib. 6. quæ consuetudo immemorabilis probanda est per testes deponentes visu quadraginta annis ante litem moram, & habentem ætatem congruam, cujusmodi est 54. annorum, ita Barbosa supra num. 5.

V. Quod Abbates nullius Diœcesis & habentes in suos subditos omnem jurisdictionem, possint cognoscere de causis matrimonialibus suorum subditorum, Narbona lib. 59. gloss. 1. num. 66. tit. 4. lib. 2. refert decisum. An autem hoc, extendatur ad Abbates regulares, qui habent vel non habent territorium disputatum fuisse in

Rotâ

Rota narrant. Barbosa collectan. in Concilium Tridentin sess. 24. cap. 20. num. 55.

VII. Si causæ matrimoniales committantur à Sede Apostolicâ alicui non Episcopo, verbi gratiâ, Archidiacono, Priori, Archipræsbytero, hic non poterit alteri subdelegare, ita Covarruvias supra numer. 1. Sbroz libr. 2. quæst. 43. num. 14. Menochius consult. 17. tomo 1. Ratio est, quia causa matrimonialis est gravis & ardua, & æquiparatur criminali cap. *mulieris*, Matcardus de probation. in proemio quæst. 9. num. 43. & conclus. 1030. num. 1, Camillus Borellus in summa omnium decis. tomo 1. tit. 54. num. 45 Barbosa supra num. 10. & alii. Sed graves causæ nequeunt subdelegari absque justâ causâ, ex cap. *si pro debilitate*, 3. de officio delegati, Menochius consil. 17. num. 8. & 11. Flaminius de resignat. lib 5 quæst. 3. Barbosa in l. *cum prætor*, §. 1, num. 396. ff. de judic. & in eâ delegatione spectatur modestia personæ cap. *is cui*, de officio delegat. lib. 6. Menochius de arbitr. lib. 1. quæst. 54 num. 7. & 11. causâ 68. & 205. lib. 2. de præsumpt. quæst. 21. num. 4, & cons. 69 num. 58. Aloysius Riccius in decis. Curiæ Archiep. Neapol. part. 1. decision. 88. num. 6. Et ideò nequit alteri suas vices delegare cap. ult. *is autem*, in part. de officio delegati, Menochius quæst. 21. numer. 2. Vincentius Hondedeus consil. 55. numer. 79. vol. 1. Marcus Antonius Peregrinus var. ad rub. de officio & potest judicis delegati num. 7. Joannes Petrus Surdus consil. 433. num. 15. & 16. Sanchez de matrimonio lib. 3. disp. 7. num. 18. Non poterit igitur causas matrimoniales, quæ graves & arduæ sunt subdelegaret. At aliter philosophandum est de Episcopo, cui cùm causæ matrimoniales cõpetant jure ordinario, ipse potest eas discutiendas & decidendas Doctoribus, etiam qui non sunt ejus Vicarii delegare. Covarruvias n. 1. vers. *item ex delegatione*, Sbroz quæst. 43. n 7. & 9. Alexander consil. 149. vol. 3. Glossa in cap. 2, de consanguinitate. Et quia causæ illæ matrimoniales graves sunt, ob sui gravitatem debent cognosci & judicari ab his qui norunt statura canonum cap. *in fine*. Quod autem Episcopus in causâ ex aliquâ quæstione juris pendente verbi gratiâ an matrimonium legitimè sit contractum & validum, sivè versetur circa factum dumtaxat ut quia dubitatur, an quia matrimonium fuerit contractum de facto inter personas habiles ad contrahendũ quod nequeat laicos judices constituere asserunt Baldus & Fulgosius in l. *quotiès*, Abbas in cap. *tuam*, num. 10. & alii post Lupum, Andræas Fachineus controvers. juris libr. 1. cap. 44. Moneta de decimis cap. 8. quæst. 1. num. 14. Alexander Sperellus in decis fori Eccles. decis. 8. Azorius institut. moral. part. 1. lib. 7. cap 25. quæst. 5. Docentes laicos judices non posse cognoscere circa spiritualia, cujusmodi sunt causæ matrimoniales, ut patet ex Clementinâ *dispendiosam*, de judic. ubi Pontifex inter causas spirituales ponit matrimoniales, cui subscribunt Joannes Andræas in addit. ad specul. titul. *qui filii sunt legitimi*, §. 1. vers. *tertio fallit*. Plura apud Barbosam de officio & potest. Episcopi part. 3. allegat. 34. numer. 33. & 34.

## CAPUT XVI.

### *Digressio Allegorica de spirituali matrimonio Episcopi cum Ecclesia, ad quam consecratur.*

I. QUemadmodum Elias vigore suæ missionis contraxit specialem obligationem, ac vinculum cum Synagogâ, ad cujus religionẽ fovendam & idololatriam exturpandam lib. 3. Regum cap. 17. & 18. &c. Ita inter Episcopum & Ecclesiam initur matrimonium ut patet primò ex tomo 1. Conciliorũ, ubi Papa Evaristus epist. 2. de Episc. erect. scribit. *Sacerdotes vice Christi legatione funguntur in Ecclesia. Et sicut ei conjuncta est sponsa, idest Ecclesia, sic Episcopi conjunguntur Ecclesiæ, unicuique pro portione suâ. Et sicut vir non*

*debet negligere uxorem suam, sed diligere, & castè custodire, & amare, atque prudenter debet regere Ecclesiam.* Hanc analogiam Episcopi & Ecclesiæ cum viro & uxore deducit Calistus epist. 2. ad Episcopos Galliæ, eâdem similitudine utitur, & subdit. *Undè ait Apostolus, alligata est uxor legi, quamdiu vir ejus vivit, ro verò defuncto soluta est à lege viri. similiter & sponsa Episcopi: quia sponsa uxorq; ejus dicitur Ecclesia, illo vivente ei est alligata, eo verò defuncto soluta est.* Immò Innocentius III. cap. *inter corporalia*, de transl. Episc. ait conjugium spirituale inter Episcopum, ejusque Ecclesiam esse vinculum fortius, quàm carnale inter virum & uxorem..

II. Conjugium spirituale inter Episcopum & Ecclesiam est indissolubile, & vetita dissolutio jure positivo. Primò probatur testimoniis Apostolicis citatis. Secundò, ex Conciliis Nicæno, Antiocheno, Chalcedonensi, Carthaginensi, & aliis causâ 7. quæst. 1. per multos Canones, specialiter patet ex Can. 14. Apost. dicente. *Episcopo nõ licere alienam parochiam propriâ relictâ pervadere, licet cogatur à plurimis.*

III. Dissolutio matrimonii hujus est prohibita jure divino, ita Suarez libr. 2. de legibus cap. 14. num. 21. & 22. Vasquez disp. 241. cap. 3. Pontius lib. 8. de matrimonio cap. 2. num. 15. Amicus de Ordinis Sacrament. disp. 22. sect. 10. contra Sotum lib. 3. de justitiâ quæst. 6. art. 2. Probatur primo ex obligatione & vinculo quàm ex dictis Episcopus contrahit cum Ecclesiâ. Undè cap. *inter corpor.* Pontifex ait dissolutionem conjugii spiritualis inter Episcopum & Ecclesiam divino judicio reservatam esse instar dissolutionis carnalis inter virum & uxorẽ. Secundò patet ex institutione Episcoporum facta à Christo, eo fine, ut curam susciperent particularium Ecclesiarum, eas amarent, diligerent, ac instruerent, ut sponsas in ordine ad ea quæ cõducunt ad salutem spiritualem. Tertiò, exemplo Apostolorum, qui per orbem universum dispersi fundarunt diversas Ecclesias ex Christi præscripto, fundatas rexerunt, aliosque suo loco substituerunt ex mãdato Christi. At hoc fieri nequivit humanâ auctoritate, nisi ut interprete divinæ. Quamvis possit Pontifex hunc vel illum Episcopum huic vel illi Ecclesiæ præficere pro meliore regimine ordinis Monarchici: nequit tamen Pontifex sine urgente necessitate, vel magnâ & evidenti utilitate mutare. Sicut quamvis sit penes contrahentes carnale matrimonium, contrahere vel non: tamen quando semel contractum est; nequeunt amplius ab eo resilire. Nam Christus non dedit suo Vicario potestatem mutandi ad libitum ea quæ instituit, ut fundamenta Ecclesiæ, ut patet in Sacramentis. Cùm itaque Ecclesiarum particularium gubernatio sit à Christo instituta, ùt fundamentum spiritualis ædificii, non est penes Pontificem illos mutare, nisi superveniat necessitas, vel evidens utilitas: alioqui hæc potestas data foret potius ad destructionem, quàm ædificationem.

Accedit auctoritas Innocentii III. IV.
cap. *inter corpor.* dicentis. *Non enim humana, sed potius divinâ potestate conjugium spirituale dissolvitur, cum per translationem, depositionem, aut cessationem auctoritate Romani Pontificis, quem constat esse Vicarium Jesu Christi Episcopus ab Ecclesia removeretur.* Cõcludit. *Et ideò tria hæc, quæ præmisimus non tam constitutione canonica, quàm institutione divinâ soli sunt Romano Pontifici reservata.* Particulâ *auctoritate Romani Pontificis*, scilicet delegatâ. Quia Vicarius Christi vi potestatis ordinariæ illi communicatæ ratione officii, non habet jus dispensandi in iis, quæ sunt legis divinæ, cùm nullus inferior possit dispensare in lege superioris. Clement. *Nè Romani*, de electione, sed ratione potestatis delegatæ, quàm in casibus particularibus habet ut divinæ voluntatis interpres, ut in votis dispensandis, dissolvendo matrimonio rato non consummato. Ordinaria potestas non requirit causam ad validè dispensandum, esto requirat ad licitè dispensandum, saltem probabiliter sufficientem.

Causæ ad dissolvendum hoc spirituale conjugium sunt sex. Prima, Debilitas corporis procedens vel ex infirmitate V.

firmitate vel senio. Secunda, defectus scientiæ. Tertia, conscientia criminosa impediens executionem officii Quarta irregularitas personæ, verbi gratiâ, bigamia. Quinta, malitia plebis, verbi gratiâ duræ cervicis. Sexta, grave scandalum vitandum, quas Innocentius III. cap. *Nisi cum pridem*, de renuntiat. refert, quæ his versibus comprehenduntur.

*Debilis, ignarus, malè conscius irregularis,*
*Quem mala plebs odit, dum scandala cedere possit.*

Undè sequitur, primò quod si præcedentis cõjugii dissolutio fiat sine causâ, contractus subsequentis, cum novâ sponsâ erit invalidus, ac proindè Episcopus tenebitur redire ad primâ Ecclesiam, nam stante conjugio cum unâ, irritum est conjugium cum alterâ, cap. *inter corpor.*

VI. Sequitur secundò, hoc conjugium spirituale à fortiori contrahi inter Papam & totam Ecclesiam. Primò quia est fortius vinculum. Secundò, quia expressius repræsentat matrimonium per suum Vicarium cum Ecclesiâ sibi desponsatâ visibiliter continuatum, Quæ dissolutio soli Christo reservata est, nec illam suo Vicario delegat nisi propriâ auctoritate, & ex causâ urgente, verbi gratiâ, propriæ virtutis & insufficientiæ, ut patet in Cœlestino V. Papatui renunciante, & constitutione editâ ante renunciationem, quam Bonifacius VIII. cap. 3. de renunciat. in 6. curavit redigi inter cæteras Canonicas. Credibile est Clementem, Cyriacum, & Marcellum habuisse causas similes.

VII. Sequitur tertiò, spirituale conjugiũ Episcopi cum Ecclesiâ sive particulari, sive universali non contrahi nisi accedat consensus electi. Undè si Episcopus vel Papa non consentiat, non contrahitur. Ratio est, quia debet contrahi humano modo instar carnalis matrimonii per consensum eligentis & electi. Potest tamen Papa sub præcepto cogere Episcopo, ut curam suscipiat Ecclesiæ particularis. Et Cardinales sub præcepto cogere Pontificem electum, ut suscipiat curam universalis Ecclesiæ ad vitandũ maximum Ecclesiæ præjudicium.

VIII. Sequitur quartò, quod licet carnale conjugium consummatum nullâ humanâ potestate possit dissolvi, at spiritualia frequenter dissolvantur aliquando sine gravi causâ: tamen spirituale dici ab Innocentio III. cap. *inter corpor.* de translat. Episcop. *fortius* carnali, idest *dignius*. Vel potius (inquit Vasquez supra cap. 4.) matrimonium spirituale dicitur fortius carnali rato non consummato. Sic enim non tantùm est dignius, nobilius, ut pòtè ordinatum ad filios spirituales procreandos, sed & fortius, quia carnale potest dissolvi consensu unius conjugis religionem ingredientis, invito altero conjuge, cap. *verum*, cap. *ex publico*, de convers. conjug. At nequit dissolvi conjugium spirituale inter Episcopum & Ecclesiam per ingressum religionis, (inquit Innocentius III. cap. *nisi cum pridem*, de renunciat. respondens Episcopo Caralitano petenti transire ad Monasteriũ, his verbis. *Facilius indulgetur ut ascendat ad Prælaturam, quàm Præsul ad Monachatum descendat*. Infra dat licentiam transeundi in monasterium relicto Episcopatu, modò id fiat ob aliquam utilem & honestam causam. *Alioqui* (inquit) *cedendi licentiam auctoritate Apostolicâ tibi scias penitus esse interdictam.* Innoc. 3.

IX. Sequitur quintò, posse justâ ex causa committi à Papa aliis Episcopis auctoritatem dissolvendi spirituale matrimonium inter Episcopum & Ecclesiam. Id patet primò ex canone 14 Apost. apud Clementem Romanum inter Canones Ecclesiasticos. Secundò, hæc auctoritas sæpè cõmunicata fuit aliis Episcopis. Sic Anterus Papa epist. decretali ad Episcopos Bœticæ, & Tolet. tomo 1. Concil. in ejus vitâ *Sicut* (inquit) *Episcopi habent potestatem ordinandi regulariter Episcopos & reliquos Sacerdotes, sic quoties utilitas, aut necessitas cogerit, supradicto modo & mutare & instituire potestatem habent.* Idem innuit Concilium Carthaginense quartum cap. 27. Rationi etiam congruum est ut dissolutio hujus matrimonii spiritualis fiat eorum judicio, qui melius

norunt causam dissolutionis. Quare potest alteri subdelegare hanc potestatem delegatam: hæc enim non est addicta singulari personæ Pontificis, sicut potestas decidendi controversias fidei, quæ est incommunicabilis, inquit Amicus.

X. Sequitur extò, quod Episcopi titulares consecrati ad aliquam Ecclesiam occupatâ non contrahunt matrimonium spirituale cum ea. Ita Amicus supra sect. 10. & alii contra Valquez cit. pit. 241. cap. 1. Ratio est, si nulli sint Christiani in tali Ecclesiâ, licet aliàs fuerint, nequit cum illâ spirituale conjugium inire. Hoc enim non initur, nisi cum Christi sponsa, seu Ecclesia fidelium. Quare nequit spirituale matrimonium de præsenti contrahi sub spe futuræ conversionis ad fidē: quia conjugium præsens postulat sponsam præsentem.

XI. Sequitur septimò, quod si pars aliqua Ecclesiæ sit fidelis, & conjugium tale fiat cum consensu eorum, ad quos Episcopus consecratur, verum erit. Ratio est, quia non est opus, ut tota Ecclesia sit fidelis. Porrò sufficit, quod consensus prærequisitus sit tacitus & interpretativus, qui supponitur in fidelibus cupientibus pastorem animarum suarum. Undè cum de facto & expressè non contradicant, censetur contrahi inter eos & Episcopum conjugium spirituale. In carnali verò requiritur utriusque partis expressus consensus propter onera quę ab utroque conjuge sunt sustinenda, ac individuæ vitæ perpetuam consuetudinem. Undè non mirum si Sedes Apostolica soleat creare Episcopum per Indiam, Japoniam, Æthiopiam, Persiam, & Provincias Turcæ subjectas, non requisitò talium Ecclesiarum consensu expresso. Quod si Ecclesia, ad quam mittitur Episcopus nolit illum ut pastorem acceptare, in tali casu sufficit consensus debitus ex parte Ecclesiæ ad illud conjugium, habetque Pontifex à Christo potestatem eos cogendi ad eum acceptandū, seu providendi Ecclesiis particularibus de mediis necessariis ad salutem.

XII. Sequitur octavò, posse legitimè consecrari ad nullius Ecclesiæ titulū, sic consecrati dicuntur Linus, Cletus, Clemens, ad juvandos Apostolos in muniis Episcopalibus: sic Sancti Ursmarus, Erminus, Theodulphus, Ulgisus, Amolinus, Abel Abbates Lobienses Episcopi creati sunt, ut vicinos Episcopos in Pontificalibus muniis obeundis adjuvarent: tum quia (inquit Fisen lib. 3. Historiæ Leodiensis num. 19.) ea fuére tunc tempora, ut divini verbi apud gentes præco esse non posse videretur, qui Episcopi non polleret dignitate. Ut ergò omnem latè viciniam Ursmarus, & successores excolerent consecrati sunt Episcopi, quia consecratio Episcopi non pendet à titulo Ecclesiæ, qui est quid consequens & posterius ordine Episcopali, ideoque potest esse absque conjugio spirituali cum aliquâ Ecclesiâ. Porrò hoc spirituale non contrahitur tantùm per consecrationem, sed etiam per electionem & confirmationem, quia tunc accipit potestatem procreandi spirituales Ecclesiæ proles. Ita definit Innocentius III. cap. *Inter corpor.* 2. quia præbetur ex parte utriusque mutuus consensus. Dices si talis Episcopus nondum foret sacris initiatus, non posset contrahere matrimonium carnale. Respondeo, non posse absque licentiâ Sedis Apostolicæ, & causâ sufficiente quod si his non obstantibus contraheret carnale matrimonium, esset validum.

## CAPUT XVII.

### *Potestas Episcopalis circa Festa, Preces, Imagines, & Vitam Sanctorum.*

I. SEdem Apostolicam, & Concilium Generale posse instituere dies festos & receptos in totâ Ecclesiâ abrogare, docent Clavis Regia lib. 7. cap. 2. num. 16. Suarez tomo 1. de religione tractat. 2. libr. 2. cap. 11. num. 4. Bonacina de Sabbathi observatione disput 5. quæst. unic. puncto 1. num. 1. & alii communiter. Ratio est quia Sedes Apostolica, & Concilium

Concilium generale sunt supra Ecclesiam universalem, nec indigent altero consensu vel consilio. Igitur si dies festi possunt ab aliquo institui vel abrogari, maximè à Sede Apostolicâ & Concilio generali: patet etiam ex praxi. Nam Innocentius X. aliqua festa abrogavit, & alia observari præcepit, ut festum S. Josephi, S. Annæ, & S. Sylvestri.

II. Possunt Episcopi jure communi instituere festos dies cum Cleri & Populi consensu. Ita Clavis Regia lib. 7. cap. 3. Covarruvias var. lib. 4 cap 19. vers. *præter hos festorum dierum*, Tabiena in summâ verb. *feria* §. 9. Bonacina in 3. præcept. Decalogi disp. 5. quæst. unicâ puncto 1. Filliucius in quæst. moral. tract 27. cap 6. quæst. 3. Azorius instit. moral. part. 2. lib. 1. cap. 26. quæst. 1. & 4. Layman Theolog. moral. lib. 4. tract. 7. cap. 1. numer. 3. Marcellus in praxi judic. fori Eccles. Emmanuel Sa verb. *Festum*, Angelus verb. *feria*, num. 5. Sanchez in opere morali lib. 2. cap. 41. Suarez tomo 2. de Religione tract. 2. cap. 11. Ratio est, ideo cum populi approbatione Episcopus potest festos dies instituere, nè populus gravetur multitudine festorum, & à necessariis laboribus impediatur. Undè ob quandam æquitatis rationem statutum est juxta regul. juris num. 6. *Quod omnes tangit debet ab omnibus approbari.* Notat primò Abbas cap. ultim. Tabiena & Layman supra, quod si populus justam causam contradicendi non habeat posse ab Episcopo festum institui ipso invito. Notant secundò, Azorius part. 2. lib. 1. cap. 26. quæst. 2. Layman, Bonacina citati consuetudine jam receptum esse, ut nunc dies festi populo minimè vocato instituantur.

III. Quod Regulares etiam exempti subjaceant Episcopo in observatione festorum quos Episcopus in suâ Diœcesi servari præcepit, docet Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 12. *Dies etiam festi, quos in suâ Diœcesi servandos idem Episcopus præceperit, ab exemptis omnibus, etiam regularibus serventur.* Navarrus in manuali cap. 13. numer. 5. vers. 8. Chokier de jurisdictione Ordinarii in exemptos part. 2. quæst. 45. num. 55. Aloysius Riccius in praxi aureâ resol. 210. vers. *sexto*, Fuschus de visitat. lib. 2. cap. 15. Trullench in explicit. Decalogi lib. 3. cap. 1. dubio 3. Marcellus Vulpe cap. 42. Laurent. de Franchis quæst. 6. vers. *sexto fallit*, Novarius in lucernâ regul. verb. *festus dies*, Franciscus Emmanuel quæst. regul. tomo 2. quæst. 70. art. 1. Ugolinus de officio Episc. cap 20. §. 3. Campanile in diversorio juris can. rub. 12. cap. 15. Piacesius in praxi Episc. part. 2. cap. 3. vers. *dies festi*, Laurentius de Peirinis in constit. ord. Minim. tomo 1, constit. 28. Leonis X. num. 2. Tamburinus de jure Abbatũ tomo 2. disp. 15. quæst 11. num. 54. noster Lezana tomo 3. quæst. regul. verb. *Episcopus*, num. 21. & verb. *dies festi* num. 21.

IV. Potest Episcopus instituere festos dies colendos usque ad meridiem, Navarrus cap. 13. num 1. Azorius part. 2. cap 26. quæst. 8. Bonacina supra num. 7. Ratio prima est, quia nulla sufficiens ratio afferri potest cur hoc non liceat. Secunda, qui potest totum, potest etiam partem præcipere. Sic alicubi coluntur usque ad meridiem dies Cinerum, Feria 6. Majoris hebdomadæ, dies commemorationis defunctorum.

V. Dies festus incipit à mediâ nocte usque ad mediam sequentem, Bonacina num. 6. Azorius part. 2. libr. 1. quæst. 9. & alii. Ratio hujus est, quia omnes dies festi sunt juris canonici: Igitur jure canonico festum debet esse viginti quatuor horarum, ac proindè nec citius, nec tardius inchoatur nec finitur. Notat Layman supra cap. 2. num. 1. quod ubi consuetudo viget inchoandi festa à vesperâ tanquam ex obligatione, adveniente alterâ vesperâ, videlicet ad solis occasum talibus locis laborare concessum erit, quandoquidem festi observatio spatium unius diei, seu viginti quatuor horarum excedere queat.

VI. Cùm aliqui dies festi colantur, & serventur jure communi, alii verò sunt instituti ex institutione aliquâ Synodali: illos Episcopus non potest abrogare, aut ab eorum lege aliquem solvere

solvere, nisi subsit aliqua justa causa id faciendi, alioqui Episcopus eximendo aliquos absque debitâ causâ à jure peccabit. Deindè ii qui exempti sunt & facultate sibi concessâ utuntur peccabunt. Ratio est, quia inferior non habet potestatem in leges & jura superioris. Festos autem dies constitutione Synodali, aut consuetudine Civitatis vel populi institutos potest Episcopus in totum vel ex parte abrogare, tamen peccabit si absque ullâ causâ aliquos excipiat abea. Ubi est justa causa dispensandi, & Episcopus commodè adiri non potest, Parochus cum aliquo dispensare de die festo colendo ad tempus potest, nō in perpetuum, ita Sylvester verb. *Dominica*, quæst. 4. Angelus verb. *feria*, num. 35. Cajetanus 2. 2. quæst. 122. artic. 4. Azorius part. 2. lib. 1. cap. 28. quæst. 6. Quod si talis causa manifestè constiterit, potest quis ad hâc lege Ecclesiæ eximi absque Episcopi vel Parochi facultate. ita Sotus, Cajetanus, Navarrus, Bonacina, Azorius. Ratio, quia exemptus à lege non indiget novâ exemptione, dum tamen opera servilia publicè exercenda sunt expedit consensum a Parocho postulare.

VII. Quæri potest an Episcopus possit dari alicui facultē serviliter laborādi in die festo eâ lege, ut laborans aliquid impendat & eroget pro fabrica templi, emendis sacris vestibus, & aliis piis usibus. respondet Azorius part. 2. lib. 1. cap. ult. quæst. 11. Reginaldus n. 54, & alii affirmativè. Patet primò ex cap. *licet*, de feriis. Secundò, quia hoc onus non imponitur, tanquā pretium facultatis concessæ, sed cultus & honor cessationis ab operibus servilibus in die festo commutatur in opus pium erogandi aliquid in pios usus, quod caret labe simoniæ, & ex hoc plebs offendi non potest, sed contrarium asserit Bonacina de dispensationibus disput. 1. quæst. 2. puncto 3. numer. 23. Ratio prima est quia Concilium Tridentinum sess. 25 cap. 18. præcipit dispensationem gratis fieri. *Quod si urgens, justaq. ratio, & major quandoq. utilitas postulaverint, cum aliquibus dispensandum esse, causâ cognitâ, ac summâ maturitate, atque gratis à quibuscumq. ad quos dispensatio pertinebit erit præstandum. &c.* Secunda, facultas concessa dispensandi in lege, non censetur cōcessa facultas commutandi obligationem legis, plus enim est commutari legem, quàm in eâ dispensare, cùm per dispensationem tollatur solùm obligatio: per commutationem verò non tantùm tollatur obligatio, sed etiam nova imponatur. Secus (inquit) dicendum est in commutatione voti, in quo plus est dispensare, quàm commutare: quia per dispensationem voti, omninò tollitur vinculum voti: per commutationem verò non omninò tollitur. Quatènus vovet aliam materiam, in quam præcedens votum commutavit, & citat Sotum in 4. dist. 28. quæst. 1. art. 2. Lopez, Sanchez Undè respondet ad cap. *licet*, de feriis, ubi dispensatur cum iis, qui piscantur certum genus piscium rarò quotannis apparere solitum eâ cōditione, ut sacris vicini, ędibus seu Ecclesiis indigentibus reddant cōgruentem portionem. Non quidem ex præcepto, sed ex consilio (inquit Bonacina) post Sylvestrum verb. *Dominica*, quæst. 4. & alios apud Sanchez de matrimonio disp. 17. num. 11. Secundò (inquit idem Bonacina) hoc licet Pontifici, non aliis inferioribus dispensantibus in lege superioris. Sed melius Azorius citatus ait, quod Glossa eo loco interpretatur eam portionem injungi quia erat tanquam decima prædialis, quæ ex piscato Ecclesiæ parochiali debebatur, ac proindè exactio illa carebat labe simoniæ, cùm exigeretur id quod jure debebatur. Præterea Episcopi & Parochi cōmodum temporale in quæstione propositâ pro spirituali nō exigunt. Cęterū quando permittit Episcopus ut aliquod servile opus exerceant in die festo eâ conditione, ut aliquam eleemosynā erogent in pios usus, Dicendum cum Sylvestro verb. *Dominica*, quæst. 4. Angelo verb. *Feriæ*, num. 35. Azorio supra in fine, id esse consilium non præceptum.

Concilii Trident.

VIII. Regulares omnes etiam exempti ita Episcopis sunt subjecti pro celebratione festorum, ut tunc in eorum monasteriis non liceat sæcularibus, vel regularibus opera servilia exercere absque

absque facultate Episcopi, Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 3. allegat. 105. numer. 34. post Quaranam in summa bullarii, verb. *privilegia regularium*. Piacesium in praxi novâ Episcopali cap. 5. Marcellum Vulpe cap. 5, num. 19. qui referunt decretum sacræ Congregationis circa festorum observationem, his verbis. *Congregatio Concilii censuit decretum cap. 12. vers. dies etiam festi, sess. 25 de regularibus, ita esse intelligendum.* Rodriguez ait tomo 2. quæst. regul. quæst. 70. art. 2. *Regularibus se vidisse nullum privilegium quo in diebus festivis possint in opere suorum Monasteriorum operibus servilibus laicales, & ipsi Religiosi occupari, quapropter ut id licitè facere aut permittere possint petere licentiam ab Episcopis & Ordinariis soleant, qui ad hæc & alia munia dispensanda habent consuetudine auctoritatem. Sine dicta enim licentia laborantes & Prælati permittentes laborare in dictis diebus peccato sunt irretiti, nisi aliquâ necessitate præsenti, aut imminenti excusentur.* Idem habet Barbosa supra num. 33. tamen noster Lezana tomo 3. quæst. regul. verbo *festi dies*, num. 12. post Azorium tomo 2. instit. moral. lib. 1. cap. 28. Portellũ in dubiis regul. verb. *Abbas*, num. 11. ait superiores regulares (cùm sint quasi Episcopi respectu suorum Religiosorum, seu habeant in eos jurisdictionem quasi Episcopalem, posse dispensare. Accipe ejus verba. *In casibus in quibus Episcopi possunt suis subditis concedere facultatem laborandi diebus festivis, videtur etiam idem posse facere Prælatos Regulares respectu suorum subditorum regularium, cùm sint verè ipsorum Prælati habentes in illos jurisdictionem quasi Episcopalem.* Notatque *hanc facultatem non posse concedere servitoribus secularibus, cum non sint ipsorum Prælati.*

Reling.

Lezana

VIII. Episcopum non posse instituere diem festum alicujus Sancti nondum canonisati docent Azorius part. 2. lib. 1. cap. 26. quæst. 4. Sanchez in præcepta decalogi lib. 2. cap. 42. numer. 9. Barbosa in collectaneis tomo 1. lib. 2. tit. 9. cap. 9. num. 24. & de offic. & potest. Episc. part. 3. allegat. 105. num. 36. Villalobos in summa tomo 2. tract. 32. dubio 1. Corsco super aliquas leges novæ recop. cap. 2. Fodix Cortelorius in tract. de canonisatione Sanctorum cap. 14. num. 15. Lucas Castellinus de canonisatione Sanctorum cap. 1. punct. 34. & 7. Sylvester verb. *Dominica* quæst. 1. Bonacina de Sabbathi observatione disp. 5. quæst. unic. punct. 1. num. 2 Diana tomo 3. tract. 5. miscell. resolut. 9, & fundantur in cap. 1. de reliquiis & veneratione Sanctorum, & cap. final. de feriis. Ideo (inquit Diana) tempore Pauli V. Respublica Veneta humiliter petiit ut festum B. Saloniì in eadem Civitate coleretur. Et tempore Gregorii XV. Episcopus Ratisponensis idem postulavit pro beato Alberto Magno. Nihilominus Suarez notæ eruditionis ac virtutis Theologus tomo 1. de religione libr. 2. de diebus festis cap. 11. & post illum Fagundez part. 1. lib. 1. cap. 3. non minùs probabiliter affirmant Episcopum posse instituere diem festum alicujus Beati necdum Canonisati. Ratio eorum est quia Beatificatio nihil aliud est quam quædam Canonisatio minori apparatu celebrata. Hæc postrema opinio potest admitti, modò Sedes Apostolica in litteris Beatificationis aliquam limitationem, seu restrictionem non apposuerit, concedentem Sacerdotibus certæ religionis & non aliis celebrare missam de illo Beato. Ratio prima est, quia tunc inclusio & restrictio unius est exclusio alterius, l. *cum prætor*, ff. de judic. & l. *maritus*, C. de procurat. Secunda, quando designantur die, & personæ non possumus ab illâ assignatione recedere, cùm privilegia & gratiæ censeantur tantùm cõcessæ iis personis, quæ sunt in privilegio expressæ. Igitur si privilegium celebrandi missam sit expressè limitatũ ad certos Sacerdotes, nequit ad alios extendi. Tertia, privilegia ad eos solùm extenduntur, ad quos intentio concedentis extenditur. Sed intentio concedentis non censetur ad alios extendi, quàm ad eos, qui exprimuntur in privilegio. Undè Salas de legibus disp. 14. sect. 9. num. 48. post Suarẽ lib. 8. cap. 26. animadvertit privilegia non posse extendi de personâ ad per-

sonam, licet adsit similitudo rationis. Nam vis privilegii non est posita in ratione, sed in voluntate concedentis, & ideò non sufficit, quod ratio sim lis sit in aliâ personâ, si concedentis voluntas ad illas non extendatur, at non censetur extendi, si non exprimatur. Quia humano more voluntas non operatur, nisi ut significata. Ratio quarta, quod gratia censetur censetur concessa conformiter ad verba libelli supplicis, & Princeps solet se accommodare libello supplici sibi porrecto, l. *si preces*, ff. *de legibus*, & C. *inter dictos*, §. *cæteri*, de fide instrum. Menochius lib. consil. 33. numer. 14. & lib. 2. consil. 180, num. 1. Parisius lib. 4. consil. 3. num. 58. Loaz de matrimonio Regis Angliæ dub. 5. Octavianus Cacheranus concl. 19. Jason in l. *Gallus*, in 1. lect. §. *idem credendũ*, §. de lib. & posth. Moneta de commut. ult. volunt. cap. 6. conc. 6. Mattienso lib. 5. recop. tit. 11. libr. 29. Simon de Prætis de interr. ultim. volunt. tomo 2. lib. 3. interp. 2. dubio 1. fol. 8. Jacobus Mandelus lib. 2. cõsil. 281. num. 15; asserentes quod si aliquid non fuerit petitum in supplici libello esse absurdum dicere quod censeatur concessum. Igitur si aliqua Cõgregatio tantùm postulet ut à suis alumnis fiat officium, concludendum est Summum Pontificem ipsis & non aliis ejusmodi gratiam concessisse. Denique quando verba alicujus rescripti & privilegii sunt clara, & certã habent significationem, nulla adhiberi debet extensio & interpretatio, sed forma & tenor privilegii observari debet, Baldus in lib. 1. 9. *si is qui*, in lect, antiqua in fine, §. de exercit. act. Tiraquellus in l. *si unquam*, in verb. *liberi*, num. 8. cap. de revoc. don. Surdus tomo 1. consil. 140. num. 21. Marius Antoninus lib. 5, resol. 17. num. 1. Franciscus Becius cons. 52. numer. 3. citatus sect. 9. Bonacina tract. de legibus disp. 1. quæst. 3. puncto 7. §. 2. Igitur si bullæ Beatificationis determinent aliquas personas, habeantque certam significationem, nulla adhibenda est interpretatio seu extensio, sed forma ipsarum servari debet. Quod si libellus supplex & bulla nullã habeat limitationem, probabile est Episcopum posse permittere, ut omnes promiscuè Sacerdotes tam sæculares, quàm regulares possint celebrare missam de eo Beato. Ratio est, quia favores & privilegia sunt amplianda ex cap. *olim*, de verb. signif. leg. *beneficium*, ff. de constit. l. *hoc modo*. §. de condit. l. *cum quidam*, §. de liber. & posthum. Ubi Glossa plura refert, & Alphonsus Azevedo tomo 6. libr. 9. tit. 18. lib. 10. num. 5.

IX. Episcopus potest permittere ut privatim, & privatis precibus persona necdum Canonisata vel Beatificata colatur, cap. ult. de reliquiis & veneratione Sanctorum. Glossa verb. *Sedis Apostolicæ*, cap. *unico*, eodem tit. lib. 6. Innocent. in cap. 1. in fine Hostiensis num. 11. illo tit. in antiq. Zabarella cap. ultim. num. 2. vers. *quarto*, Petrus Ancharanus numer. 2. Jacobus Castellanus de canon. Sanctorum, quæst. 9. art. 1. Trulench. in exposit. decalogi lib. 1. cap. 9. dub. 6. Tuschus verb. *Canonizatio*, num. 1. Fœlix Conterolius in addit. cap. 14. numer. 23. potest igitur Episcopus permittere ut precemur privatim defunctum, quem Sanctum credimus, ut pro nobis apud Deum intercedat, non autem preces publicas fundamus, ita post Innocentium, Abbatem, S. Antoninum in summa part. 3. tit. 12. cap. 8. §. 1. Ludovicum Carbonem in summa summarum tomo 3. lib. 1. cap. 17. Petrum Beltrandum consil. 285. part. 2. Barbosam de off. & potest. Epis. part. 3. alleg. 97. num. 13. nostrum Lezanam tomo 4. quæst. regul. verb. *reliquiæ Sanctorum*, num. 9. & verb. *Sanctorum cultus*, citantem etiam Bellarminum lib. de Sanctorum beatitudine cap. 19. Sylvestrum in summa verbo *reliquiæ*, quæst. 1. Bonacinam de legibus disput. 3. quæst. 1. puncto 2. Sanchez in decal. lib. 2. cap. 43. Portellum in dubiis regular. verb. *reliquiæ Sanctorum*, num. 10. Layman libr. 4. tract. 4. cap. 5. quæst. 3. Ratio est, cùm enim prohibitus sit dumtaxat cultus publicus Sancti non approbati ab Ecclesia, videtur permissus cultus privatus. Imò (inquit præfatus Lezana num. 5. verb. *cultus Sanctorum*)

licet

licet tales nequeant in missa, officio divino, litaniis, aut precibus communibus etiam privatè recitatis, aut publicis concionibus, Sancti, vel Beati appellari aut invocari. aut illis templa, eremitoria, oratoria, aut altaria erigi, vel festa, vota, aut jejunia publica in ipsorum honorem institui, vel eorum imagines cum laureolis, aut signis sanctitatis depingi: quia hæc omnia ad cultum publicum spectant, tamen possunt, scandalo cessante, etiam aliis scientibus in privatis colloquiis aut precibus Sancti & Beati nominari ac invocari, ut patet ex Sancto Gregorio Nazianzeno orat. de sancto Athanasio, & in orat. de sancto Basilio, & sancto Hieronymo in vitâ Paulæ, ubi sancti nominantur, quamvis non forent ab Ecclesiâ Sanctorum fastis adscripti, ubi hos sanctos tanquam in cœlo existentes invocant. Hanc doctrinam collegit ex Abbate num. 3. Sylvestro verb. *reliquiæ*, quæst. 1, Bellarmino citato cap. 10. Sanchez citato cap. 43. Philiarcho tomo 1. part. 2. lib. 3. cap. 9. Layman tract. 7. cap. 5. Bonacina supra num. 2. Hanc rationem affert in cap. *finali*, prohibemus dumtaxat ejusmodi sanctos publicè adorare. Igitur à cõtrario sensu videtur licitum esse Sanctos viros, qui non in sanctorum album relati sunt, privatum colere & adorare. Secunda ratio, possunt homines justi in hac vita invocari & adorari, licet non constet nobis certò ipsos etiam sanctos, igitur etiam mortui, quos confidimus sanctos esse, possumus adorare & invocare cultu privato, sivè alii audiant, sivè non. Addit Bonacina imaginem sancti nondum canonisati posse in domibus nostris depingi, retineri, & coli; cum hic cultus sit privatus. Possunt etiam Episcopi permittere, ut manus & pedes Sancti nondum Beatificati fideles osculentur, ipsorum capillos & vestes accipiant, sivè alii videant, sivè non, modò absit scandalum. Id animadverti Romæ anno 1659. in quodam Patre nostri Ordinis septuagenario defuncto, doctrinæ & pietatis singularis, & in publico Capitulo, cujus pedes Matronæ Romanæ osculabantur, & aliqui Prælati enixè petierunt indusium, quod ejus carnem contigerat. Sicut ergo (inquit Bonacina) hæc erga viventes quos sanctos existimamus, facimus, ita licita videntur erga mortuos, citat Sanchez, Azorium, Bellarminum. Possunt insuper Episcopi permittere ut in die natalis sancti nondum sanctorum numero ascripti, prætermissis operibus servilibus fideles in ipsius memoriam Spiritualibus exercitiis, & jejunis vacent, eique votum offerant, etiam aliis scientibus.

X. Nemo potest absque recognitione ac approbatione Ordinarii, seu Episcopi typis edere vitam hominum, qui sanctitatis seu martyrii famâ vel opinione obierunt, nec eorum gesta, miracula, revelationes, aut quæcumque beneficia quasi eorum intercessione accepta in publicum evulgare, in quo processu Episcopus nonnullos pios & doctos viros in consilium adhibebit. Peiriptis tomo 3. privileg. Minimorum cap. 4. num. 1. ex Castellino ait nemini etiam licere per modum historiæ præfata referre. Quod si Episcopi ejusmodi libros in lucem prodire permittant, seclusâ Sedis Apostolicæ approbatione, decretum est anno 1624. *Quod tales libri seu historiæ licet ab Ordinariis revisæ, &c. non faciant majorem gradum probationis in ordine ad canonisationem seu beatificationem, quàm quæ aliàs absque tali approbatione de jure fecissent, non obstante quocumque longissimo temporis cursu.* His ultimis verbis, *quocunque, &c* nõ intendit in aliquo præjudicare iis, qui vel per communem Ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis lapsum, aut per Patrum, ac virorum sanctorum scripta, vel diuturni scientiâ temporis, ac tolerantiâ Ordinarii, vel Sedis Apostolicæ coluntur. Quare Urbanus VIII. in generali Congregatione sanctæ & universalis Inquisitionis die 2, Octobris anno 1625. injungit Episcopis, & hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, ut vigilent, nè quidquam fiat contra prædicta, alioqui transgressores his pœnis subjiciebunt. Vrban. & *Transgressores, si sæculares fuerint, privationis suorum officiorum, ac vocis activæ & passivæ, necnon & suspensionis*

*à Divinis. Si verò Clerici sæculares, privationis pariter suorum officiorum, suspensionis à divinis, & ab administratione Sacramentorum, executioneq; suorum ordinum respectivè, aliisq; arbitrio prædictorum Ordinariorum, seu Inquisitorũ pro modo culpæ infligendis panis plectendo. Qui autem libros impresserint, aut imagines pinxerint, sculpserint, seu quoquomodo affinxerint, vel formaverint, cæteriq; artifices circa præmissa, qualitercumque delinquentes prædicta omnia amittant, & insuper pecuniariis, aliisq; etiam corporalibus pœnis, juxta criminis gravitatem eorundem Ordinariorum seu Inquisitorum arbitrio afficiantur.* Quod decretum de Imaginibus Peirinis tomo 1. privileg. Minimor. in constitut. 3. Leonis X. ait ita fuisse a suâ Sanctitate temperatum *Quod sicut nunquam prohibuit, nec suæ intentionis fuit prohibere oblationem, receptionemq; tabellarum & imaginum hujusmodi, ita ut nulli deinceps hæsitationi locus relinquatur, Statuit in præsentiarum & decrevit ut quoties ad aliquam Ecclesiam, aut Oratorium, locumvè alium publicum sæcularem, seu regularem, tabellas & imagines, aliudvè simile quispiam detulerit, ac intercessione hominum inter Sanctos, vel Beatos non ascriptorum, quamvis cum martyrii vel sanctitatis fama demortuorum optato se impetrasse dixerit, liceat Ecclesiasticis personis Ecclesiarum, locorumvè prædictorum curæ præpositis tabellas & imagines sive pictas, sive ex quavis materia fictas, atque alia quæcumque collatæ gratiæ fidem facientia, simul cum deferentis, aliorumq; qui conscii fuerint attestationibus recipere, atque approbantibus Ordinariis, ad quos referre omnia teneantur in secreto aliquo seorsim ab Ecclesia loco custodire, ibidemq; jam amota collocare & asservare, ut si quando Dominus talium virorum merita beatificationis seu canonisationis honore in terris decorare voluerit, extent hujusmodi sanctitatis qualescumque probationes Apostolicæ Sedis judicio tunc examinandæ.* His verbis. *approbantibus Ordinariis ad quos referre omnia teneantur.* Innuit Episcopi examini & approbationi relinqui quæcumque in tabellis illis ac imaginibus exprimantur. Vide apud nostrum Lezãnam tomo 4. quæst. regul. verb. *sanctorum cultus*, num. 9. & 10. qualem protestationem in principio & in fine operis facere debent, qui alicujus sanctitate, seu martyrii famâ celebris, mores & vitam in lucem producere voluit.

## CAPUT XVIII.

### *Potestas Episcopalis circa Approbationem Miraculorum.*

I. Iacobus Castellanus & ejus Scholares, Fœlix Contelorius de canonisatione sanctorum, quæst. 3. art 1. Joannes Baptista Signius de reliquiis & veneratione Sanctorum cap. 3. Cosmas Philiarchus de offic. Sacerd. tomo 1. part. 1. libr. 3. cap. 9. vers. *quinto*, Dominicus Anffoss de sacrarum reliquiarum cultu §. 22. num. 42, negare videntur Episcopum non habere jurisdictionem vel potestatem ad discutienda nova miracula. Probant primò ex cap. *audivimus* in 1. de reliquiis & venerat. sanctorum, ubi Sedes Apost. reprobat ac reprehendit nonnullos, qui venerabantur quendam, qui fuerat occisus, & concludit his verbis. *Cum etiamsi per eum miracula fierent, non liceret vobis ipsum pro sancto absque auctoritate Romana Ecclesiæ venerari.* Item ex cap. *venerabili de testibus*, ubi summus Pontifex improbat quasdam probationes factas à quodam Abbate Cistercienſi de vitâ cujusdam Religiosi, easque committit faciendas quibusdam delegatis. Probant secundò ex bullâ Leonis X. quæ lecta & publicata fuit in Concilio Lateranensi tempore ejusdem Pontificis coacto, quæ prohibet verbi divini preconibus nova & conficta miracula, ac venerationes prædicare, nisi prius Romanus Pontifex approbaverit.

II. Nihilominus posse Episcopum nova miracula approbare docent Aloysius Riccius in praxi rerum fori Ecclesiastici decis. 563. Marius Antoninus variar. resolut. lib. 1. resol. 112. casu 22. Homobonus de Bonis tract. 12. cap. 3. quæst. 15. suppositi. 2. Barbosa de offic. & potest. Epis. alleg. 97. num. 2.

num. 2. Franciscus Leo in thesauro fori Ecclesiastici part. 2. cap. 1. numer. 21. Piasecius in praxi Epis. part. 2. cap. 3. vers. *miracula*, Laurentius de Franchis in controvers. inter Episcopos & regulares, Fœlix Contelorius tract. de canonisatione sanctorũ, cap. 4. num. 24. Illam recognitionem & approbationem faciendam esse ab Episcopo, non autem à populo, ut olim tempore S. Eliæ lib. 3. Regum cap. 18. vers. 38. & 39. *Cecidit autem ignis Domini & voravit holocaustum. quod cum vidisset omnis populus, cecidit in faciem suam, & ait, Dominus ipse est Deus, Dominus ipse est Deus.* Huic opinioni arridet Concilium Tridentinum sess. 25. de invocatione & veneratione sanctorum. *Nulla etiam admittenda esse nova miracula, &c. Nisi eodem recognoscente & approbante Episcopo, qui simul atque aliquid de iis compertum habuerit adhibitis in consilium Theologis, & aliis piis viris, ea faciat, quæ veritati & pietati consentanea judicaverit.* Illis verbis *Nulla, &c. nisi eodem recognoscente & approbante Episcopo*. Significat potestatem discutiendi miracula soli Episcopo, non autem populo, vel Sacerdotibus, Abbatibus quasi jurisdictionem Episcopalem habentibus competere. Illæ enim dictiones *nulla, nisi*, vim habent taxativæ dictionis (inquit Barbosa, & alii ab eo citati, tract. de dictionibus & clausulis dict. 184. & 179.) ita ut omnimodam exclusionem importent, & patet ex eo, quod ibi fiat mentio Episcopi, quasi populum, clerum, Abbates, vel alios inferiores excludens, Tiraquellus de retract. convent. gloss. 9. num. 9.

*l. 3. Reg. cap. 18. v. 38. & 39.*

Concilii Trident.

III. Cur soli Episcopo hæc potestas cõpetat, hâc congruentiâ confirmari potest, quia cùm miraculum excedat vires naturæ ex Theologis, & Juristis maximè ex Viguerio instit. Theolog. cap. 9. §. 2. vers. Mascardo concluf. 1066. Castellano de canonisatione sanctorum, quæst. 6. vers. *quæro quid sit miraculum*, Contelorio tract. de canonis. sanctorum cap. 16. & 17. Barbosa supra num. 8. debeatque patrari non humanâ vel diabolicâ industriâ, sed ope divinâ, quamvis aliquando ministerio hominum reproborum ut docent D. Thomas 2. 2. quæst. 172. noster Thomas Waldensis tomo 1. tit. 24. cap. 168. num. 1. Suarez part. 3. quæst. 14. tomo 2, Raphael de la Torre tomo 2. quæst. 90. art. 2. disp. 8. num. 8. Malvenda de Antichristo lib. 6, cap. 1. & lib. 7. cap. 15. Perez in Laureâ Salmantinâ cert. 1. dubio 1. cap. 1. cert. 4. dubio 1. cap. 3. Castellanus supra quæst. 6. Torreblanca in pract. juris spirit. lib. 1. cap. 11. & de jur. spirit. lib. 1. cap. 9. & alii, debeat edi prêter solitum & consuetum modum causandi, Barbosa supra, & alii fiatque ad aliquid astruendum divino instinctu conditum, ut ostendi tomo 1. cap. 11. num. 1. & conferat ad firmandam fidem & reprobandam hæresim, eodem cap. 11. num. 3. & charactere 16. numer. 2. 4. 15. & 17. Bellarminus tomo 1. lib. 4. de notis Ecclesiæ cap. 14. & tomo 2. lib. 2. de sacram. Confirm. cap. 2. Lorinus in acta Apost. cap. 2. num. 44. Antonius Possevinus in biblioth. tomo 1. lib. 2. cap. 37. Bozius de signis Ecclesiæ lib. 3. cap. 6. & lib. 5. cap. 1. & lib. 20. cap. 1. Malvetius de canonis. sanctorum dub. 3. cap. 41. vers. 4. & ult. Bernardus Aldrete de antiq. Hispan. lib. 2. cap. 15. Torreblanca de jure spirit. cap. 11. Castellanus de canon. Sanctorum quæst. 6. & alii. Et patet ex sacrâ Eliæ historiâ citatâ lib. 3. Regum cap. 18. vers. 39. ubi populus viso igne cœlitus descendente in victimam Eliæ ad amplectendã & retinendam fidem (quam Elias profitebatur) mirabiliter exarsit. *Dominus ipse est Deus, Dominus ipse Deus.* Sic Christus ut legem suam promulgaret, ac magis radicitus in hominum mentibus insereret, dixit Discipulis illum agnoscere cupientibus Matthæi cap. 11. vers. 5. *Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt.* Volo ut hac miraculorum multitudine cognoscatis me esse verum Messiam, meam fidem esse divinam, salutarem. Accipe verba Basilii Seleucii. *Dominus noster Jesus Christus resurrectionem promulgans, non quibus alios puniverit iis ipsos docet, sed miraculorum & humanitatis suæ fontes*

*l. 3. Reg. 18. v. 39.*

*Mat. 11 vers. 5.*

S. Basil. Seleuc.

*patefaciens, & commune valetudinarium aperiens miraculorum, vi quasi manu ducit animos ad Dei cognitionem.* Expende illa verba *restitutionem promulgaturus.* Quid est restitutio? est rei alienæ per fraudem ablatæ restitutio. Quid Christus abtulerat, imò quid ab eo homines non abstulerant? Cur igitur dicitur restitutionem promulgaturus? credo illis verbis alludere ad oraculum Christi Matthæi cap. 17. vers. 11. ubi de adventu futuro Eliæ differens. *Elias quidem venturus est, & restituet omnia.* Arabicus, *Elias venturus est, & docebit vos omnia.* Arias, *Instaurabit omnia.* Syriacus ad textum Marci cap. 9. vers. 11. *Recuperabit omnia,* scilicet adducendo Israelitas ad fidem Christi veri Messiæ olim promissi Patriarchis & Prophetis. Sic exponunt S. Chrysostomus, S. Hilarius, Theophilactus, Euthymius, Paschasius, Anselmus, S. Thomas conformiter ad illud Malachiæ cap. 4, num. 6. *Et convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad Patres.* Septuaginta. *Restituet cor patrum ad filios.* Accipe interpretationem Jansenii in suâ concordiâ cap. 67. ubi componit, ac conciliat hoc Christi oraculum *restituet omnia, seu instaurabit omnia,* cum his verbis Apostoli ad Ephesios cap. 1. vers. 10. *Instaurare omnia in Christo, quæ in cælis, & quæ in terra sunt,* ait: *Intelligendum est, quod dicitur Elias omnia restauraturus, quomodo Christus dicitur à Paulo instaurasse omnia, quæ in cœlis, & quæ in terris, nimirum quia homines inter se, & cum Angelis, atque Deo pacificavit. Sic enim & Elias restituet quando incredulos Iudæos Gentibus credentibus uniet, & ad fidem Patriarcharum redire faciet.* Quomodo ista restauratio ab utroque fiet? vi verborum ac miraculorum. Et nè falsa religio, pro verâ accipiatur, plurimùm expedit ut illa miracula ab Episcopis examinentur, cum non tantùm majori auctoritate, sed prudentiâ, virtute, doctrinâ pollere debeat. De auctoritate satis fusè suprà, & deinceps differemus. Prudentiam Episcopo commendat Apostolus 1. Timoth. cap. 3. vers. 2. quia prudentia est auriga totius reguminis Episcopalis. Unde in cap. *Qui Episcopus* 23. dist. habetur. *Qui Episcopus ordinandus est antea examinetur si sit prudens, si docilis, si moribus temperatus sit, si pervigil, si semper suis negotiis cavens.* & dist. 36. *Oportet ordinandum esse prudentem.* Hinc Christus Prælatis virtutem prudentiæ commendat Matthæi cap. 10. vers. 16. *Estote prudentes sicut serpentes.* S. Chrysostomus homil. 34. in Matthæum. *Efficiamini prudentes, sicut serpentes.* Orgelitanus in cap. 1. Cantic. *Astuti sunt serpentes.* In quo prudentiam & astutiam patefacere debent? in fovenda ac propaganda fide, charitate, Dei obsequio. Accipe sancti Hieronymi explanationem. *Serpentis astutia ponitur in exemplum, quia toto corpore occultat caput, ut illud in quo vita est protegat, ita nos toto periculo corporis caput nostrum, qui Christus est custodiamus, idest fidem integram & incorruptam servare studeamus.* Quomodò fidem integram & incorruptam servat Episcopus. Primò dum non facilè, nec leviter credit miraculis. Nam (inquit Bernardus ad Eugenium Papam.) *Est ô Eugeni unum vitium, cujus si te sentis immunem, inter omnes, quos novi ex his qui cathedras ascenderunt, hac est facilitas credulitatis, cujus callidissima vulpecula magnorum neminem cõperi satis caruisse versutiâ.* Secundò dum in negotiis arduis, (cujusmodi sunt fidei negotia ac miracula) non est facilis ad determinandum, sed susceptis ad examinandum judiciis maturè illa expendit, circumspicio, iuxta illud Sapientis monitum Proverb. cap. 4. vers. 5. *Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos.* Vel ut S. Basilius de S. Virginitate. *Oculi tui recta videant, & palpebræ innuant justa. Neque te palpebræ capiant, neque capiaris oculis tuis.* Eodem Proverbior. libro cap. 19. vers. 2. *Qui festinus est pedibus offendet.* Qui temerè & incautè properat non astruit, & construit, sed destruit. Undè illud vulgare *Festina lentè.* Item. *Canis festinans cæcos parit catulos.* Hanc Episcopi prudentiam egregio Apologo æqui & bovis explicat Cyrillus lib. 1. apolog. moral cap. 12. quod hoc titulo illustrat. *In omnibus ordinatâ gravitate procede. Cùm agiliter equus hinc inde discurreret*

*Mat* 17 *v.* 11.

*Malach. cap.* 4.

*Mat.* 10 *v.* 16.

S. Hierõ

S. Bernar

*Proverb* 4. *v.* 25.

*currat, onustum bovem obviam habuit gravitèr incedentem cui dixit. Quid divisa tibi ungula, cùm sub tanto pondere magis labi nunc esset soliditas opportuna? At ille respondit, nimirùm qui me condidit, hoc providit, ut semper ita procedam, quo sub onere magis incedam ordinatâ gravitate. An ignoras, quod sæpè perditio à pede celeri derivetur? Nam mortalia omnia plena sunt periculis, quare ubique oportet cum gravitate incedere, ut positis statuto pede uno, ubi ponendus sit alius salubriter providere. Similiter tarda sapientia est hominibus. Nam sensibus, membrisq; mortalibus aggravatus, sapientiæ lumen absconditum, in altissimis situm, longis temporibus vix attingunt. Et ob hoc quanto maturius eam quærunt, tantò securius inveniunt. Nos verò si gravitate tardâ incedimus, moderatius laboramus, & quo agimus, lucidius intuemur, & quæ sic animâ cuncta melius judicamus. Nam & sapientia attingit à fine usque ad finem fortiter & disponit omnia suaviter quamobrem si cũ tarditate procedimus, velocius ad quod intendimus, expedimus. Quia hoc modo lucernâ prudentiæ ducimur, quâ per directum veritatis amotis devijs melius finis operis providemus.* Hæc prudentia in miraculis approbandis maximè necessaria est, qui enim leuiter ac celeriter illa percurrit, non autem cum debitâ gravitate ac attentione illius circumstantias perpendit, ac sapientiæ lumine cuncta lustrat ac penetrat, vix verum miraculum à falso discernit. At verò si in illius discussione cũ tardi gravitate incedat, moderatius laboret, & hoc quod agit lucidius intueatur, de illo melius judicabit, hoc modo lucernâ sapientiæ ductus per directum veritatis amotis devijs melius finì operis providebit. Addit Apostolus Episcopum debere esse doctorẽ, ideſt, potentem docere Episcopum esse oportet, nè inferiorum culpæ in eum refundantur, qui docendi officium accipit, quod exequi nescit, vel negligit, ut ait Gratianus in principio dist. 68. *Est enim* (inquit Theophilactus in cap. 1. ad Titum) *doctrina, virtus, & character Episcopi* Imò secundùm Hilarium lib. 8. de Trinitate. *Summa omnium virtutum Episcopalium est scientia & doctrina.* Quibus dotibus quamvis sit ornatus, non omnibus virtutibus sit præditus cum sit in statu perfecto, & inquit Nazianzenus in apolog. 1. *Vitium in Episcopo est non quàm optimum esse.* Nihilominus in aliorum negotiis discutiendis aliorum consilium adhibere debet. Rectè sapiens Proverb. cap. 12. vers. 1. *Qui sapiens est audit consilia.* Et Ecclesiastic. cap. 32. vers. 24 *Fili sine consilio nihil facias, & post factum non pœnitebis.* Tigurina versio. *Ne quid inconsultè facias ut non te facti pœniteat.* Sic Sanctus Anselmus quamvis sapientiæ, doctrinæ & omnium virtutum apicem esset assecutus, tamen (inquit Edmerus meius vitâ lib. 1.) *Sciens scriptum esse, omnia fac cum consilio, & post factum nõ pœnitebit, volebat se uni vitæ earum, quàm mente voluebat inconsultò crescere ne in aliquo videretur scripturæ præceptis non obedire.* Quod si Episcopi etiam perfectissimi aliorum consilio uti debent in recognitione & approbatione miraculorum. *Adhibitis* (inquit Tridentinum supra) *in consilium Theologis & aliis piis viris ea faciat quæ veritati & pietati consentanea judicaverit.* Barbosa in collectaneis ad sess. 25. Concilii Tridentini de invocatione & veneratione Sanctorum post Fagundez in quinque Ecclesiæ præcepta præcep. 1. lib. 1. cap. 4. num. 4. addit quod præfatorum auditâ mente, erit solius Episcopi decidere, quia Concilium tantùm injungit, ut eos consulat, non autem ut suffragia decisiva excipiat, sic in Conciliis Generalibus Generalium Ordinum consultiva suffragia excipiuntur.

Quod autem verba Concilii accipienda sint de miraculis Sanctorum, tam ante quàm post canonizationem docet regula juris, l. 1. §. *generaliter*, ff. *de legatis præst.* & l. *pretijs.* ff *de publ. in rem act.* Et ita censuisse S. Cõgregationem Concilii 1626. refert Barbosa ad cap. ult. num. 3. de reliq. & veneran. sanctor. & de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 117. num. 3. Franciscus Carrasc. ad leges novas recopil. cap. 5. contra Fœlicem Coutelor. cap. 5. num. 14. vers. *ex his.* Nec obstat quod adversæ opinionis auctores allegant IV.

ex

ex cap. *audivimus*, in 1. de reliquiis & vener. Sanctor. Ibi enim reprehenduntur homines quidam, qui a Diabolo decepti quendam in ebrietate occisum colebant. Unde quando textus ait non licere quempiam venerari licet fecerit miracula, nisi accedat Sedis Romanæ auctoritas, non aufert ab Episcopo potestatem examinandi miracula. Quamvis enim nequeant canonisare possunt tamen facere informationes de vitâ & moribus illius qui debet beatificari & canonisari. Examen igitur miraculorum potest facere Episcopus, item de vitâ & moribus, sed decretum beatificationis & canonisationis minimè, quod examen testium super probitate, vitæ humilitate, patientiâ, castitate, constantiâ fidei, charitate erga Deum & proximum, &c. aliæque informationes & processus fieri possunt ab Episcopis aut eorum Vicariis validè & legitimè, & illis fides adhibenda. Nihilominus Barbosa supra num. 4. post Contelorium animadvertit Sedem Apostolicâ ad alicujus canonisationem non procedere ex solis processibus factis ab Episcopo, licet possit: sed formare ulterius processus auctoritate Apostolicâ. Nec secundò obstat, textus ex cap. *venerabili*, ideò enim ibi Pontifex Coriopitensium, & Trecorum Episcopos commisit ad sigillatim examinandos, testes producendos super vitâ & miraculis Abbatis Cistercienſis, quos Abbas & Monachi Cistercienses examinaverant, sed non diligenter & judicialiter. Nam Contelorius & Barbosa supra asserunt Superiores Religionum, seu earum Prælatos nullam habere jurisdictionem vel auctoritatem faciendi processus super sanctitate vitæ & miraculis Religiosi subjecti, nec aliquam fidem ejusmodi processui adhibendam, licet facto ab habente jurisdictionem quasi Episcopalem. Vide Molfesium consil. 46. num. 21. Contelorium tract. de canonis. Sanct. cap. 5. num. 23. Barbosam num. 5. qui tenent ad probandū miraculum duos testes, contestes, & idoneos regulariter sufficere, licet sint domestici, ubi agitur de probando aliquo facto domestico, vel ejus Religionis, in quâ vixit & obiit ille justus, de cujus canonisatione agitur. Imò concludunt miraculum aliquando probari per unicum testem fide dignum, cum ex naturâ miraculi nequit nisi per unicum testem, ut contingit in revelationibus & apparitionibus, &c. illius, de cujus canonisatione agitur, & quando ipse testis deponit de miraculo sibi personaliter facto, quādo nequit aliter probari. Vel quando cum revelatione unius testis concurrunt judicia & adminicula, ex quibus existimet Judex testi credendum esse, si cum dicto testis oculatis occurrat vox publica, & fama probata saltem per duos testes.

V. Abbas in cap. *venerabili*. Antonius Genuensis in praxi Archiep. Neapol. cap. 49. Piasecius in praxi novâ Episc. cap. 3 vers. *res credendum*, Laurent. de Franchis in controvers. inter Epis. & regul. censent testes diligenter examinandos esse, & de singulis circumstantiis debere respondere. Cæterùm miracula sunt diligentissimè examinanda ut discernantur vera a falsis & ludificatoriis, & ideò Concilium Tridentinum monet ut in approbatione & recognitione ejusmodi miraculorū adhibeatur Consilium Theologorum & aliorum piorum virorum. Laurentius de Franchis & Barbosa addunt quod quando miracula dicuntur fieri in aliquâ Ecclesiâ sæculari, vel regulari virtute sacrarum imaginum Episcopus statim mandet operiri imagines, Ecclesias claudi, vel impediri populi concursum, (inquit noster Lezana verb. *cultus sanctorum*, num. 12.) imagines illas custodiri in sacrario, secretò tamen, & eo modo cultum ut venerationem non præ se ferant, nè miracula publicentur priusquam per testes legitimos fuerint sufficienter probata. Quod si tam sæculares quàm regulares aliter procedant in admissione novorum miraculorum posse ab Episcopo puniri. Contelorius & Barbosa concludunt testes debere jurare de veritate dicendâ, & sigillatim examinari, causamque suæ declarationis etiam non interrogatos reddere.

CAPUT

## CAPUT XIX.

### *Potestas Episcopi circa Reliquias.*

I. PEr reliquias Sanctorum Sanchez libr. 2. in decalogum cap. 43. Azorius part. 1. lib 9. cap. 8. quæst. 1. Layman lib. 4. tract 7. cap. 5. num. 14. Henriquez quodlibet. lib. 10. quæst. 6. Lezana tomo 4. quæst. regul. verb. *reliquiæ sanctorum*, num. 2. Sylvester verb. *reliquiæ*, num. 1. intelligunt quidquid ex sanctorum hàc vitâ decedentiũ corporibus reliquum remansit, sivè sint eorum corpora & cadavera, carnes, ossa, dentes, capilli, ungues, sanguis, cineres, seu pulveres, in quos conversio facta est, sivè vestes, calcei, cilicia, flagra, catenæ, cœteraque instrumenta austeritatis, & varia utensilia, quibus in vitâ usi fuerunt, ut sedes, lecti, pocula, &c. Item vela, panni & similia, quæ in vitâ suâ tetigerunt, vel ad eorum defunctorum corpora admota fuerunt. Illæ reliquiæ vel sunt noviter inventæ, vel antiqui Sancti, vel necdum canonisati, vel quæ tales censentur per traditionem.

II. Quoad noviter inventas alicujus, qui jam pridem sanctorum albo ascriptus fuit, de quibus aliquod dubiũ exoritur, Episcopi est eas approbare, & recognoscere, adhibitis in consiliũ Theologis, & aliis viris piis, Layman lib. 4. tract. 7. cap. 5. num. 15. Barbosa de offic. & potest. Epis. alleg. 97. num. 10. & alii.

III. Reliquiæ, quæ per traditionem, vel diuturnam Ecclesiæ approbationem censentur alicujus sancti canonisati, licet alia testimonia nequeant modò produci, quia incendio, aliisque casibus potuerunt perire, ipsa publicæ persuasionis continuata vetustas sufficit ad approbationem, ita Azorius tomo 1. libr. 9. cap. 8. quæst. 1. Layman supra, Bonacina in 1. præcept. decalogi disput. 3. quæst. 1. puncto 4. num. 4. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 3. alleg. 97. num. 11. qui refert mentem sacræ Congregationis quæ censuit. *Quæ fuerunt antiquæ habendas esse in illa veneratione, quæ hactenus fuerunt.* Nec refert primo quod corpus ejusmodi sancti in diversis locis solemniter colatur. Nam (inquit Layman) error iste non est in substantia adorationis, aut rei adoratæ, sed in aliqua conditione accidentaria: fieri enim solet, ut in utroque loco non sit integrum corpus, sed pars, à quâ totum nominatum est, potuit etiam accidere, ut sit corpus alterius sancti, sed error in nomine contigerit Denique in adoratione semper inclusa est tacita conditio, si veræ reliquiæ sint personæ sanctæ; quam colere intendo, & illa conditio omnem formalem adorationis errorem excludit. Idem concludendum est in casu, quo certis reliquiis ita immisceantur incertæ, ut nequeant discerni, possunt ut adorari certæ directâ adoratione ad certas & approbatas, sic nullum cõmittitur peccatum. Ita Sanchez in summâ lib. 1. cap. 43. Bonacina disp. 2. de adoratione quæst. 1. puncto 4. Hic notat non esse eandem rationem aquæ consecratæ & benedictæ, cui si misceatur aqua non consecrata, tota remanet consecrata & benedicta, cap. *quod in dubiis* de consecratione Ecclesiæ injuncta glossa. Ratio disparitatis est, quia extrema utriusque aquæ connectuntur, & ita conjunguntur, ut nequeant separari. At extrema reliquiarum non connectuntur cum aliis, ut patet ex principiis philosophicis. S. Cong.

IV. Certitudo moralis sufficit in approbatione prædictarum reliquiarum deducta ex probabilibus argumentis, non verò evidentiam, & argumenta infallibiliter concludentia, ita Layman & Bonacina supra, Ambrosius Morales part. 2. histor. Hispan. lib. 17. cap. 5. Diana part. 2. tract. 1. miscell. resol. 51. Probatur ex cap. *placuit*, de consecrat. dist. 1. ubi affirmatur illas reliquias esse colendas, quę certę sunt, non evidenter, sed ex rationibus probabilibus. Nam ex Sylvestro verb. *matrimonium*, quæst. 1. Naldo verb. *certum*, num. 1. Ille dicitur certus, qui probabiliter, & non temerè credit. Bonacina num. 5. ait posse saltem privatim adorari, nam ad reliquias pri-

vatim adorandas non requiritur tanta diligentia, sed sufficit testimonium hominum fide dignorum, vel alia probabilis conjectura, quâ sufficienter moveamur ad prudenter judicandum veras esse reliquias. Hâcque probabilitate positâ possumus absolutè, & absque conditione adorare ob justam moralem certitudinem, quæ sufficit ad prudenter operandum & absque periculo erroris, saltem formalis. Huic opinioni etiam arridet Azorius part. 1. lib. 9. cap. 8. Suarez tomo 1. in 3. part. disput. 55. & alii. Idem Azorius cum Emmanuele Sa verb. *reliquiæ*, Sanchez in summâ lib. 2. cap. 43. num. 13. interunt nos posse privatim adorare reliquias, quæ nobis traditæ sunt à viro probo, quia ejus testimonium est fide dignum.

V. Reliquiæ Sancti canonisati possunt approbari ab Episcopo ac ab eodē publicè exponi ut colantur, ita Azorius part. 1. lib 9. cap. 8. num. 8. Suarez tomo 1. in 3. part. disp. 55. sect. 2. Lorca in 3. part quæst. 25. art. 6. disput. 98. Sayrus in clavi aureâ lib. 4. cap. 7. Valerius Reginaldus in praxi fori pœnit. lib. 19. num. 6. Episcopus non solum in suâ Diœcesi, sed etiam extra reliquias approbare & concedere potest, ut publicè exponantur, ita Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 97. num. 11. etiam absque Episcopi Diœcesani licentiâ. Ita Sanchez de matrimonio lib. 3. disp. 19. num. 7. Fagundez in quinque Ecclesiæ præcept. lib. 1. cap. 4. Diana moral. resol. part. 2. miscell. resol. 51. vers. *quæritur quinto*, Novarius in lucernâ regul. verb. *reliquiæ*, num. 2. & 3. Ratio est quia hæc non est jurisdictio contentiosa, sed voluntaria: jurisdictio autem voluntaria potest exerceri extra propriam Diœcesim etiã absque facultate Episcopi Diœcesani in quo exercetur jurisdictio, ita auctores citati. Reliquias approbatas diplomate Apostolico vel testimonio Diœcesani undè translatæ fuerunt, non potest Episcopus Diœcesis ad quam transferuntur earum veritatem iterùm examinare an sint illæ reliquiæ, quæ in ejusmodi approbatione continentur, ut sic licentiam det eas exponendi publicè venerandas in suâ Diœcesi. Ita Sanchez de matrimonio lib. 3. disp. 19. num. 10. Suarez in 3. part. disp. 55. sect. 2. Sanchez supra cap. 43, Barbosa supra num. 18.

V. Sanctorum corpora perpetuæ sepulturæ mandata nequeunt erui & transferri absque facultate Apostolicâ, vel Episcopi, vel Synodi extra necessitatem incendii, &c. Ita S. Antoninus 3. part. tit. 12. cap. 8. §. 1. Angelus verb. *reliquiæ*. §. 1. Sylvester quæst. 3 Sanchez citato cap. 43. num. 25. Layman lib. 4. tract. 7. cap. 5. numer. 17. Quod si non sint perpetuæ sepulturæ traditę possunt transferri ad alium locum religiosum absque licentiâ Episcopi. S. Antoninus, Layman locis citatis, Armilla verb. *reliquiæ*, num. 3. arg. l. 1. & l. *necdum*, C. de religiosis, & sumptibus funerum. Et patet ex cap. *corpora*, de consecrat. dist. 1. & praxi Ecclesiæ. Nec obstat Extravagans Bonifacii VIII. de sepultura, quæ incipit. *Detestandæ*, in quâ fertur. *Exenterantes corpora defunctorum, aut ea immaniter decoquentes, ut ossa à carnibus separata in aliam terram avehant.* Illa verba nihil ad reliquias sanctorum pertinent; quippe quorum corpora sepulturæ tradita sunt, & postea absumptorum ossa elevata ad debitum cultum & venerationem, ita Layman supra post Cajetanum in summâ verb. *excommunicatio*, cap. 70. Navarrum in manuali cap. 27 num. 105. Horum figuram nobis subministrat sacer Textus, ubi Patriarcha Joseph pro ultimo monito quod Israelitis tradidit Genesis, cap. 50. vers. 24. *Post mortem meam Deus visitabit vos, & ascendere vos faciet de terrâ istâ ad terram, quam juravit Abraham, Isaac, & Iacob, cumque adjurasset eos, atque dixisset, Deus visitabit vos, asportate ossa mea de loco isto.* De hâc Josephi adjuratione Apostolus Hebr. cap. 11. vers. 21. mentionem facit. *Fide Joseph moriens, de profectione filiorum Israel memoratus est, & de ossibus suis mandavit.* Et ante illum Ecclesiasticus cap. 49. vers. 18. *Ossa ipsius visitata sunt, & post mortem prophetaverunt.* Quæ verba Cornelius ita reddit. Ossa Joseph post mortem propheraverunt

Gen. 50. v. 24.

Heb. 11. v. 21.

verunt: idest prophetiam, quam Joseph vivens de exitu Hebræorum ex Ægypto cum ossibus suis ediderant hanc post 144. annos (tot enim anni fluere à morte Joseph usque ad exitũ Hebræorum ex Ægypto) ossa ejus confirmarunt: quando enim cum castris, & per castra Hebræorum ex Ægypto in terram promissam efferebantur ossa Joseph, hoc ipso eadem tacitè testabantur, & mutâ voce loquebantur pristinam ejus prophetiã de hoc exitu cum ossibus suis fuisse, essèque veram, eamque quasi appositò certo eventus sigillo obsignabant & confirmabant. Ecce quomodo ossa Joseph honorificè translata sunt juxta divinum oraculum. Quod terram sanctorum præsentia sanctificatam Deus transferri permiserit innuit sacra Eliæ historia lib. 4. Regum cap. 5. vers. 17. *Obsecro* (inquit Naaman sancto Eliseo) *concede mihi servo tuo, ut tollam onus duorum burdonum de terrâ: Non enim faciet ultra servus tuus holocaustum, aut victimam Diis alienis, nisi Domino.* Quorum verborum Cornelius hanc paraphrasim reddit. *Concede ut possim tollere de terrâ tuâ, tantum quantum possint ferre duo burdones, idest muli, ut ex eâ quasi sanctâ erigam in patria mea altare Deo Israel, quem solum verum esse Deum ex hoc miraculo sanationis meæ agnosco, veneror & amo. Undè verisimile est Naaman circum altare erexisse templum, vel sacellum, in eoq; cum tota familia sua Deum coluisse, ac multos alios ad eum ibi colendum induxisse. Potuisset Naaman ex terra Syriæ altare erigere: Israeliticam tamen optavit, quod eam uti monet Theodoretus quæst. 19. Tostatus quæst. 22. sanctam crederet, quam Deus præ cæteris elegisset, in qua populum, templumq; suum collocasset, quæ tot sanctissimorum virorum domicilijs, & virtutibus celebraretur.* Subditque ad mentem nostram. *Nota hunc locum pro cultu reliquiarum sanctorum, nam votum Naaman probavit Eliseus propheta Dei.* Sic libr. eodem cap. 2. Sanctus Elias dum surtum raperetur pallium dimisit discipulo suo Eliseo vers. 13. *Et levavit pallium Eliæ quod ceciderat ei.* idest accepit pallium seu melotem factam ex pelle ovinâ, quod Sanctus Elias dimiserat ad sui solamen & opem. Sic S. Athanasius in vitâ S. Antonii scribit sibi ab Antonio relictum pallium tritum. *Legatarius* (inquit) *Antonii Benedicti, qui tritum pallium cum melote imperio ejus meruerat accipere, Antonium in Antonii muneribus amplectitur, & tanquam magna hæreditate ditatus, latenter per vestimentum recordatur imaginem sanctitatis.* De eodem magno Antonio S. Hieronymus scribit in vitâ Pauli primi Eremitæ, cum Pauli tunicam ex foliis palmarum contextam Antonius adeptus esset, ob ipsius Pauli reverentiam induere solebat diebus tantùm solemnibus Paschæ & Pentecostes. Sulpitius in epist. ad Bassalam socerum, & in vitâ sancti Martini narrat solo contactu ejus vestis fuisse curatã mulierem â fluxu sanguinis.

l. 3 Reg. 5. v. 17. Cornel.

VII. Quamvis sit de fide Sanctorum reliquias esse colendas ex cap. *cum eo*, Concilio Tridentino sess. 25. in decreto de invocatione & veneratione reliq. S. Basilio in psalm. 115. ad illa verba. *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.* Hæc scribente. *Quando Iudaicè quis moriebatur abominabilia erant morticinia. Cùm pro Christo mors contingit, pretiosæ reliquiæ sanctorum ejus. Antea dicebatur Sacerdotibus & Deo dicatis, non contaminabitur ex aliquo mortuo: nunc autem qui contingit ossa Martyris quandam sanctificationis societatem assumit ex gratia corpori insidente.* Gregorio Nysseno oratione ad Theodorum Martyrem. *Corpus venerandum & immaculatum ipsius instrumentum cum multo honore, & cultu compositũ atque ornatum in augusto sacroq; loco situm est.* Gegorio Nazian. orat. 1. in Julianum, qui ipsum corripit, quod cum inanium Deorum monumenta venerarctur, tamen exuvias fidelium ac Martyrũ despiceret. *Non victimas pro Christo cæsas venerastus es.* Infra. *Quorum vel singulæ sanguinis guttæ, atque exiguæ passionis signa, idem possunt, quod corpora. Hæc non colis, sed contemnis & aspernaris.* Eusebio Emyseno homil. de S. Blandinâ. *Vbi sunt qui venerationem sacris Martyrum dicunt deferendam non esse corporibus.* S. Ambrosio sermone 93. de sanctis Nazario & Celso. *Quod si dicas mihi*

*Ps. 115. S. Basil.* Gregor. Nyssen. Gregor. Nazian. Euseb. Emiss. S. Ambr.

*mihi, quid honoras in carne jam resoluta atque consumpta? Honoro in carne Martyris exceptas pro Christi nomine cicatrices, honoro viventis memoriam perennitate virtutis, honoro per confessiones Domini sacratos cineres, honoro in cineribus gemina æternitatis, honoro corpus quod mihi Dominus ostendit diligere, quod me propter Dominum docuit mortem non timere. Cur autem non honorent corpus illud fideles, quod reverentur & dæmones, quod & afflixerunt in supplicio, sed glorificant in sepulchro. Honoro itaque corpus quod Christum honoravit in gladio, quod cum Christo regnabit in cœlo.* Et aliis Patribus apud nostrum Waldensem tomo 3. titul. 23. cap. 164. Bellarminum lib. 2. de reliquiis sanctorum cap. 1. 2. 3. 4. & alios. Reliquiæ Sanctorum canonisatorum publico ac solemni ritu colendæ sunt, tamen non canonisatorum seu beatificatorum minimè. Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 97. n. 10. & 13. hæ enim nec altari privato collocari queant. Idem Barbosa n. 10. Layman num. 14. Nec cum lampade accensâ, ita ut ab ingredientibus domum veneratio exhibeatur. Sicut eadem ratione licitum esse non videtur sancti non canonisati imaginem cum radio in domo etiam privatâ collocare. Quia hæc ex Ecclesiæ consuetudine solent esse signa propria sanctorũ canonisatorũ, quos tota Ecclesia venerari solet: & alioquin si talia permitterentur facile superstitiones oriri possent. Quare neque Episcopi in hoc dispensare, seu tales licentias concedere possunt, hæc idem Layman citatus, qui num. 16. subdit, ut reliquiæ tanquam alicujus sancti privatim coli possint, requiritur ac sufficit privatum testimonium unius personæ fide dignæ, aut alia ratio, aut conjectura, quæ ad prudentem assensum sufficiat & citat Suarez tomo 1. in 3. part. disp. 55. sect. 2. Vasquez lib. 3. disp. 3. cap. 8. num. 114. Sanchez citat. cap. 43. num. 13. Azorium citat. quæst. 8. Ratio est, quia in adoratione seu cultu privato minus periculum subest, etsi interdum error materialis cõtingat & bonâ fide agatur. Ratio secunda, quia (inquit noster Lezana tomo 1. quæst. regul. cap. 42. num. 40.) hoc jure nullo est interdictum, quin à cõtrario videtur colligi ex cap. 2. de reliquiis & vener. sanctor. quatenus ibi prohibetur publicus cultus, ut etiam animadvertunt Bellarminus tomo 2. controv. 4 lib. 1. cap. 10. Sanchez lib. 4. in decalogum cap. 42. num. 3. Ratio tertia, quia (inquit idem Lezana tomo 4. quæst. regul verb. *reliquiæ sanctorum*, num. 9.) licitum est eas habere & venerari etiam aliis videntibus, modò scandalum absit, id enim habet praxis Ecclesiæ. Mox enim ac Martyres defuncti erant, currebant fideles ad reliquias rapiendas. & similiter quando moriuntur homines clari sanctitate, multi devotè osculantur manus, & pedes illorum, & de vestibus eorum instar reliquiarum servant, nec id unquam fuit vetitum. Præterea si licet honorare viventes, quos credimus sanctos, cur non mortuos? & citat Peirinis tomo 1. privil. Minim. in constit. 3. Leonis X. num. 3. Ratio ultima est, quia (inquit idem) cultus publicus qui negatur reliquiis non approbatis, non ex eo dicitur publicus, quia exhibetur illis publicè coram aliis, sed quia illis exhibetur nomine totius Ecclesiæ tanquã ab illa institutus, & citat Porrecium in dubiis regul. verb. *reliquiæ sanctorum*, num. 3.

## CAPUT XX.

### *Potestas Episcopalis circa Indulgentias.*

I. SUppono ex dictis & alibi dicendis indulgentiam, seu veniam, remissionem, aut pœnarum debitarum ex usu Ecclesiæ esse condonationem, vel remissionem pœnæ temporalis aliàs debitæ ac luendæ divino judicio propter peccata actualia jam ante quoad culpam sublata & delera. Quæ quidem relaxatio fit extra sacramentum in dispensatione thesauri Ecclesiastici per eum, qui legitimam ad id præstandum habet potestatem, & hanc potestatem jure divino competere Põtifici colligitur ex verbis Christi Matthæi cap. 16. v. 19.

Et

*Et tibi dabo claves regni cælorum, &c. & quodcumque ligaveris super terram erit ligatum & in cælis.* Unde sancta Synodus Alexandrina, cui præsedit S. Athanasius ex sententia Concilii Nicæni, sic scribit Felici Papæ. *Romanæ Sedi ab ipso Domino potestatem ligandi & solvendi speciali prærogativa super alios esse concessam.* Particulæ *ab ipso*, denotant jus divinum. Quod jus Ecclesiasticum eandem auctoritatem in eo agnoscat, colligitur ex Concilio Lateranensi sub Innocentio III. cap. 62. & refertur cap. *cum eo*, extra de pœnitentiis & remissionibus. Vide D. Thomam in 4. dist. 20. artic. 4. Illam supremam auctoritatem Pontifici Romano inesse patet etiam ex perpetuâ praxi Ecclesiæ, Rom. Pontificibus apud Amicũ disp. 20. de Indulgentiis sect. 2. & aliis quibus favent hæ rationes. Prima, ad supremum caput Ecclesiæ spectat ut vicarium & instrumentum Christi viatores dirigere ad consecutionem æternæ gloriæ, & submovere omnia impedimenta, quæ ab eâ removere possunt vel retardare. Inter cætera autẽ impedimenta sunt pœnæ temporales ex peccatis remissis quoad culpam, quæ beneficio indulgentiarum remittuntur. Ratio secundа, quemadmodum (inquit noster Lezana tomo 3. quæst. regul. verbo *indulgentia*. num. 3.) distributio thesauri publici spectat ad supremum principem, & ad alios ex ordinatione ipsius; sic distributio thesauri Ecclesiastici, quæ fit per indulgentias, ad Papam ut supremum Ecclesiæ Pastorem spectat primariò, & ad alios Prælatos ex concessione ipsius, ita sanctus Thomas in supplemento ad 3. part. quæst. 26. art. 3. Sotus quæst. 1. art 4. & alii Interpretes.

II. Suppono secundò Concilium Generale legitimè congregatum etiam indulgentias concedere posse, ita apud Gamachæum disp. de indulgentiis cap. 8. Navarrus, Panormitanus, Felinus, & Benedictus, qui lib. 2. de indulgentiis cum Navarro scribunt Concilium Basilicense dum esset legitimè congregatum indulgentias plenissimas contulisse pro reductione Græcorum. Quibus etiam favet Sotus ab eodem Gamachæo citatus, quibus subscribit Layman lib. 5. tract. 7. cap. 4. num. 1. At vacante Sede docent Corduba de indulgentiis quæst. 10 propos. 8. Gamachæus supra posse Concilium generale jure divino dare indulgentias, verbi gratiâ, si defuncto Pontifice non statim electus, nec fortè diu post electus, mittat eos, qui de Pontificem contendant, Concilium tunc temporis universalẽ Ecclesiam repræsentat, ac proindè præfatas indulgentias concedere potest, atque Gamachæus id conclusum fuisse in Concilio Basiliensi a Gallis, Italis, Hispanis, Anglis, aliisque, qui ex variis mundi plagis convocati fuerunt. E contra Suarez disp. 55. sect. 1. num 7. Layman supra negant Concilium quantumvis ex universis congregatum posse generales indulgentias Christi fidelibus largiri, sed tantum ea efficere, quæ præcisè necessaria sunt ad regimen Ecclesiæ, donec facta sit electio Pontificis, hi cum Lavorio part. 2 cap. 11. numer. 14. addunt in Concilio Tridentino sess. 24. (ubi legati aderant nomine Pontificis) concessas fuisse indulgentias.

III. Archiepiscopum posse concedere indulgentias per totam suam provinciam, quamvis non sit in actu visitationis, dummodò statutum Concilii non excedat, habetur cap. *nostra* de pœnit. & remiss. & docent Rotella de indulgentiis num. 274. Bonacina de sacramentis disp. 6. de indulgentiis, quæst. 1. puncto 3. num. 2. Azorius institut. moral part. 2. libr. 3 cap. 55. quæst. 9. Corduba quæst. 14. Henriquez in summa lib. 7. cap. 32. §. 1. Marcus Antonius Genuensis in praxi Archiepis. Neapol. cap. 70. numer. 15. Quaranta verb *Archiepiscopi auctoritas*, vers. 31. Franciscus Leo in thesauro Eccles. fori part. 1. cap. 7. numer. 18. Julius Lavorius de indulgentiis. part. 2. cap. 11. num. 28. Lotterius quæst. 22. num. 28. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 1. tit. 4. & part. 3. alleg. 88. num. 15. Amicus disput. 20. de indulgentiis sect. 6, num. 101. Conninck de sacramentis disput. 12, num. 8. Ugolinus cap. 14. §. 2. num. 2. Alzedo part. 2. cap. 3. numer. 29.

Nugnus quæst. 26. art. 1. Ratio est, Quamvis enim Archiepiscopus non sit Judex ordinarius omnium qui sunt in suo Archiepiscopatu, seu provinciâ, cap. *Pastoralis*, de officio ordinarii, nec habeat extra suam Diœcesim jurisdictionem contentiosam: tamen potest concedere indulgentias, ex cap. *nostro*, cùm illa concessio sit voluntariæ jurisdictionis, Suarez disput. 49. sect. 3. num. 9. Ugolinus part. 2. cap. 41. num. 1. Aloysius Riccius resolut. 306. Franciscus Leo part. 1. cap. 7. num. 18. Alzedo part. 2. cap. 3. Barbosa de officio & potest Episc. part. 3. alleg. 88. num. 13. Notat Henriquez cap. 32. §. 1. Barbosa jam citatus quod si Archiepiscopus concessit 40. dies in perpetuum, nihil amplius posse a successore concedi pro eadem causa. Ratio est, quia reputantur unus Prælatus. Notat secundo Barbosa ibidē post Azorium part. 2. lib. 3. cap. 55. quæst. 6. Alzedo part. 2. cap. 3. num. 23. quod superveniens Archiepiscopus ex commissione Pontificis Diœcesim Suffraganei visitet, potest concedere indulgentiam 80. dierum, præter 40. datos ab Episcopo. Ratio est, quia Archiepiscopus totidem potest dare in suâ Diœcesi.

IV. Indulgentias ab Episcopis posse concedi, patet ex cap. *cum eo*, & cap. *nostro*, extra de pœnitentiis & remissionibus, cap. *accedentibus*, extra. de excessibus Prælatorum, Gamachæus supra cap. 8. Lezana, Barbosa, Layman, Azorius, Bonacina, & alii passim, sed quo jure id competat Archiepiscopis, Primatibus & Episcopis non conveniunt Doctores. Nam Durandus in 4. dist. 20. quæst. 5. asserit soli Papæ ex proprio munere & ordinario jure competere potestatē concedendi indulgentias, Episcopis autem ex cōmissione & delegatione Sedis Apostolicæ. Ratio ejus est, quia soli Papæ convenit cura universalis totius Ecclesiæ, cui soli annexa est potestas concedendi indulgentias, seu illi muneri est injuncta auctoritas dispensandi thesaurum Ecclesiæ. Hæc au em auctoritas est tantùm annexa muneri supremi Pastoris. Ratio est, sicut enim est unus Ecclesiæ sponsus, unus thesaurus ejusdem, ita unus Christi Vicarius, & unus thesauri dispensator. Secunda opinio est Richardi in 4. dist. quæst. 20. art. ult. Bellarmini libr. 1. de indulgentiis cap. 11. Suaris disp. 55. sect. 3. S. Thomæ in 4. dist. 20. quæst. 1, art. 4. quæst. 3. & in supplem. quæst. 26. art. 3. Augustini de Ancona lib. 1 de potest. Eccles. quæst. 26. art. 5. Sylvestri verb. *indulgentia*, quæst. 5. Coninck disp. 12. dubio 1. Filliucii tract. de satisfactione sacrament. pœnitent. cap. 4. quæst. 5. Layman tract. 7. de indulgent. cap. 4. Bonacinæ supra disp. 6. quæst. 1. puncto 3. num. 2. Azorii supra cap. 55. quæst. 2. Sanctarelli de Jubilæo anni sancti dubio 2, litterà B. Henriquez lib. 7, cap. 31. §. 3. Julii Lavorii part. 2. cap. 11. num. 45. Barbosæ de officio & potest. Episcop. part. 3. alleg. 88. numer. 8. asserentium tam Episcopis, quàm Archiepiscopis, Primatibus ex proprio munere & ordinariâ potestate concessionē indulgentiarum in propro districtu competere non divino, sed humano jure à Pontifice taxato & limitato ad 40. dies, in dedicatione Ecclesiæ ad unum annum. Quibus subscribunt Tabiena verb. *indulgentia* num. 8. Toletus in summa lib. 6. cap. 25. Amicus disp 29. de indulgentiis, sect. 6. num. 104. Arriaga de sacramento pœnitentiæ disp. 27, sect. 8. §. 1. Hanc facultatem illis competere ex proprio munere probatur ex eo quod eam delegare possunt ex cap. *quod autem*, de pœnit. & remiss. quod est signum ordinariæ potestatis. Nam delegatus nequit ordinariè delegare, nisi à delegante id sibi specialiter committatur. Secundò cap. *quod autem*, Episcopi in propriâ Diœcesi possunt concedere indulgentiam, quæ non prodest, nisi à proprio judice fuerit concessa, cum sit actus jurisdictionis, item ex cap. *nostro*, de pœnit. & remiss. juxta gloss. quæ ait. *Archiepiscopus per totam provincam suam potest facere remissiones, licet Archiepiscopus non sit judex ordinarius omnium de provincia sua & jurisdictionem controversam non habeat in sua provincia, nisi in certis casibus, ut dicitur in decretali pastoralis, sed voluntariam sicut Proconsul, cùm urbem*

*urbem egressus fuerit jurisdictionem habet non consentiojam, sed voluntariam.* ff. *de officio Proconsul.* 11. Quod autem hæc potestas eis non competat jure divino, patet ex allatâ ratione. Cum enim largiendi indulgentiam sit potestas gratiosè liberandi à pœnâ eos, qui ob propria delicta juridicâ sententiâ ad illam damnati, est propria supremi principis, cujus tantùm est eiusmodi gratias & favores concedere dispensandi in lege & jure communi. Denique quod hæc potestas sit jure humano patet ex cap. *cum ex eo*, cap. *nostro.* de pœnit. & remiss, & cap. *indulg.* in 6, & ex verbis Clementis IV, in extravag. *unigenitus*, de pœnit. & remiss. ubi de thesauro Ecclesiæ hæc effatur. *Quem beatum Petrum clavigerum eius, q; successores suos terræ Vicarios commisit fidelibus fabriter dispensandum.* Unde Arriaga colligit non aliis fuisse datas à Christo thesauri claves. Sicque à posteriori argumentatur: Si Episcopi haberent à Christo talem potestatem, non potuissent Pontifices ferè totam eis adimere, prout de facto fecerunt. Unde sequitur, nec quoad obligationem hanc potestatē in Episcopis originem habere à Christo, ut dici solet de jurisdictione spirituali: quia non potuissent saltem licitè Pontifices adeò notabiliter illam limitare. Sicut non potuissent licitè jurisdictionem spiritualem limitare, ita notabiliter ad absolvendum. Tertia opinio habet etiam suos auctores Dominicum Sotum in 4. distin. 21, quæst. 1. art. 4. conc. 2. Petrum à Soto lect. 3. de indulgentiis, Valentiam disput. 7. de indulgentiis, quæst. 20. puncto 3. Cordubam de indulgentiis art. 2. quæst. 12. propos. 2. Estium lib. 4. sentent. distinct. 20. §. 6. Gamachæum disput. de indulgentiis cap 8. Bensonium lib. 2. de indulgentiis, cap. 30. Probant primò ex Matthæi. cap. 18. vers. 18. *Amen dico vobis quæcumque alligaveris super terram, erunt ligata & in cælo, & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in cælo.* Notat ibi Cornelius Christū Apostolos alloqui quatenus Prælatos Ecclesiæ, non verò fideles subditos repræsentabant. Præsulum enim est ligare & solvere, non verò cæterorum fidelium. Sic Joannis cap. 20, vers. 23, Apostolos in plurali affatur. *Sicut misit me Pater & ego mitto vos, & quorum remiseritis peccata remittuntur eis.* Syriacus. *Si remiseritis peccata cuiquam, remittuntur ei.* Arabicus. *Et cui remiseritis peccata remissa sunt.* S. Cyprianus, Origenes, Pagninus. *Quorumcumque dimiseritis peccata dimittentur illis.* Et 1. Corinth. cap. 4. vers. 1. *Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores ministeriorum ejus.* Sicut dispensator in domo multa potest ubi honor & utilitas dominii id exigit, dispensare, donare, vel relaxare. Hoc enim exigit ad regimen domus sibi commissum spectat, modò ea benè dispenset, & non temerè dissipet, ut docet S. Bernardus lib. de præcepto & dispens. & libr. 3. ad Eugenium. *Quæritur* (inquit) *inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur. Ubi necessitas urget excusabilis dispensatio est. Vbi utilitas provocat, dispensatio laudabilis est. Vtilitas dico communis, non propria. Nam cùm nihil horum est, non planè fidelis dispensatio est, sed crudelis dissipatio est.* Particula *dispensator*, Græcè est *œconomus*, Idest qui domus curam habet, & in illa regit omnia, distribuit, ordinat, donat, & debita relaxat. ubi sincerè credit hoc domino suo placere, vel esse utile ad domini sui honorem: nam ejus præcipua virtus est fidelitas & Prudentiâ. Sic Romanus Pontifex successor Petri, & Episcopi Apostolorum successores in Ecclesia & in suis Diœcesibus respectivè, quasi in domo Dei universa ordinant, dant indulgentias, &c. Soli (inquit Estius) Episcopi Apostolis succedunt, tanquam Prælati & Gubernatores suarum Ecclesiarum, qui proindè etiam eo ipso quo creantur Episcopi, jure divino accipiunt jurisdictionem fori exterioris tum ad dandas indulgentias, tum ad excommunicandū, tum ad alia agenda, quæ illa jurisdictionis potestas complectitur. Idem notat, non æqualiter hanc potestatem omnibus Episcopis competere. Competit enim summo Pontifici plenè, & perfectè, absque limitatione humani juris, cùm ipse sit totius Ecclesiæ

caput

caput, ac proindè per universam Ecclesiam tanquam totam sibi subjectā, eas elargiri possit. Cæteris autem Episcopis jure quidem divino non cōpetit nisi in subditos: idest particularem suam Ecclesiam. Humano autem jure ad certum modum secundum limitationem canonum præsertim canonum Concilii Lateranensis sub Innocentio III. Addit Gamachæus quāvis Episcopi iure divino subjiciantur Sūmo Pont. eique obedire teneantur, & ab eo suspendi & excommunicari possint, omniq; jurisdictione privati, si peccatum tali pænâ dignum admiserint. Præterea etiamsi aliqua jurisdictio Episcopis jure divino & ordinariè competat, non tamen jurisdictionis determinatio, aut limitatio est de jure divino, ut potè quod illa sit major aut minor per plures vel pauciores civitates: sed totum id judicatur de jure humano Ecclesiastico. Unde & summus Pontifex legitimis de causis potest aliquando ex uno Episcopatu facere duos, & ex duobus unum. Quod si dicas potestatem illam non esse immediatè à Christo & de jure divino, si possit restringi, revocari, aut suspendi à Romanâ Sede. Nam potestas consecrandi in Missæ sacrificio conceditur à Christo Sacerdotibus immediatè & jure divino, & ideò nequit efficaciter ab ullo Prælato suspendi vel impediri. Et licet Summus Pontifex prohibeat ex hypothesi alicui sacerdoti, nè rem divinam faciat, & eum excommunicet. Nihilominus si sacerdos fuerit obstinatus, & actu cōsecrare præsumpserit, certum est fore verum sacrificium, veramque consecrationem: licet sit peccatum mortale. Respondet Gamachæus disparem esse rationem, nam indulgentiæ dependent ex potestate jurisdictionis. At consecratio in Missâ ex potestate ordinis & characteris, cujus actio simpliciter impediri nequit, sed tantùm prohiberi sub pœnâ peccati. Econtrario verò jurisdictio non est ita certa, & constans seu indelebilis, sed Episcopis conceditur dependenter à summo Pontifice, & cum subordinatione ad supremam illius potestatem, saltem respectu determinationis & executionis. Neque est quid physicum sicut character, sed potius morale, & quasi in relatione consistens, itaque nec solùm prohiberi potest in genere morum, & sub pœnâ peccati, sed etiam absolutè simpliciter, ita ut qui postea præsumpserit nihil agat penitus, & ejus actio sit omninò nulla. Pro hujus opinionis defensione citat Alphonsum à Castro, utrumq; Sotū, Navarrum dicentes potestatem & jurisdictionē Episcoporum esse de jure divino simpliciter substantialiter, & de jure Ecclesiastico secundū quid, nempè quo ad determinationem & executionem potestatis in particulari hic & nunc. Sicut præceptum confitendi peccata, & sumendi Eucharistiam est de jure divino per se absolutè, simpliciter, quod tamen quantum ad limitationem temporis, ut in festo Paschæ & aliorum ejusmodi circumstantiarū est tantum de jure Ecclesiastico. Sic jure Ecclesiastico quoad limitationē restricta est Episcoporum potestas in conferendis indulgentiis ad unum annum in dedicatione novi templi, alio autem tempore ad 40. dies, de injunctis pœnis ex Cōcilio Lateranensi sub Innocentio III. & quidem intra propriam Diœcesim respectu suorum subditorum, quæ omnia sunt juris divini. Dixi Episcopum posse tantùm suis subditis conferre indulgentias: Ratio est, quia ab eo tantùm solvi possunt, qui potest ligare, ita Gamachæus supra, Ugolinus cap. 41. §. 2. num. 1. Alzedo part. 2. cap. 3. num. 26. Henriquez cap. 32, §. 2. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 3. alleg. 88. numer. 23. Navarrus consil. 18, 12. vers. 16. de pœniten. qui tenet cum Henriquez supra, quod cum Episcopus concedit indulgentiam loco intra Diœcesim sito, prodest etiam externis ibi morantibus, quasi ratione diuturnæ habitationis contrahant forum, & ut dicit Sanctarellus dubio 2. littera H. & I. subditi efficiantur. Addit Arriaga posse ab Episcopo concedi indulgentias extra territorium suum respectu subditorum suorum.

V. Si Episcopus vel Archiepiscopus in concedendis indulgentiis excedat potestatem sibi à jure concessam, ejus

concessio

concessio est irrita tantùm quoad excessum, non quoad quantitatem indulgentiarum quam concedere potest, ita Suarez disput. 55. sect. 3. numer. 12. Henriquez libr. 7, cap. 31. num. 4. Arriaga supra lib. 5. tract. 7. cap. 4. num. 2. Amicus disp. 20. sect. 6. num. 114. & alii apud Barbosam num. 22. Probatur ex cap. *nostro*, de pœnit. & remiss. & cap. 1. *eodem*, in 6. & Bonifacio VIII. cap. ult. *eodem*, in 6. Dixi quoad excessum. Valet enim indulgentia quoad terminum præscriptum juxta regulam 37. juris. *Vtile non debet per inutile vitiari.* Quæ regula secundùm Glossam in tit. cap. ult. maximè locũ habet in liberalitatibus, juxta l. *sancimus*, C *de donationc*, Et cum pars utilis ab inutili separari potest l. 1. § *Trebatius*, ff. *de aquâ quotid.* Igitur per excessum vitiosum non debet tolli quod justum & utile est. Nec obstat cap. *indulg.* de pœnit. & remiss. in 6. ubi indulgentiæ, quæ statum generalis Concilii excesserunt, dicitur vires non obtinere, scilicet quoad excessum. Addit Layman è contra quod licet plures Episcopi Ecclesiæ dedicationi interfint, nequeunt nisi unius anni indulgentias concedere, ut habetur expresè in cap. *cum ex eo*, de pœnit. & remiss. Possunt tamen plures, quorum singuli jurisdictionem habent, puta loci Episcopus, & Metropolitanus, sivè Archiepiscopus simul aut successivè plures quadragenas eidem Ecclesiæ concedere, ita Suarez disp. 55. sect. 2. num. 5. Potest etiam Episcopus proprius alicui loco, seu Ecclesiæ pro festo Patroni unam quadragenam concedere, & alienus Episcopus concedere lucrandam tantùm à suis subditis, si eâ die Ecclesiam inviserint. Ratio est, quia ejusmodi concessio non excedit limites jurisdictionis, cùm propriè non fiat loco, sed personis subditis in ordine ad talem locum. Paludanus dist. 20. quæst. 4. art. 2. concl. 4. & Layman num. 2. animadvertunt, quod potest postea Episcopus proprius loci indulgentiã istam trahere ad suos etiam subditos, si det ipsis lucrandi licentiam: ita ut subditi loci duas hoc casu quadragenas uno die possint lucrari.

VI. Indulgentias concessas ab Episcopo non prodesse Religiosis exemptis, tenent Antonius de Rosellis tract. de indulgent. num. 321. Ugolinus cap. 14. §. 2. num. 2. vers. *secundo.* Ratio est, quia exempti sunt instar extrancorum, & loca exempta parificantur locis extraneis cap. *luminisa* 18. quæst. 2, cap. 1. de statu regular. in 6. Rosellis supra num. 327. sed opinio contraria est verior, quam tenent Bellarminus lib. 1. cap. 11. quæst. 3. Navarrus notab. 31. num. 12. Ludovicus Bolognius tract. de indulgent. num. 61. Sanctarellus dubio 2. litterâ K. Alzedo part. 3 cap. 3. num. 31 Chokier part. 4. quæst. 58. num. 5. Noster Lezana tomo 1. quæst. regul. cap. 11. num. 23. Præfatus Chokier citat Paludanũ in 4. dist. 20. quæst. 4. art. 3. Joannem à Chokier tractat. erotem. indulg. & jubil. materiam concern. Ratio est, quia inducta in favorem exemptorũ non debent converti in eorum læsionem, inductaque in augmentum non debent parere diminutionem, l. *quod favore*, C. *de legibus*, C. *quod ob gratiam*, de regul. juris in 6. *legata inutiliter*, de leg. 1. Nec est planè verum quod exempti in omnibus habeantur pro extraneis, si quidem ipsi certo modo subjiciuntur ordinariis, ut breviter notant Bellarminus citatâ quæstion. 3. Andræas Gambara tract. de de offic. leg. lib. 8. ut de potest. leg. in regulares atque exemptos num. 1. Gonzalez ad reg. 8. cancell. libr. 49. num. 190. Hinc sequitur Episcopum posse etiam concedere Religiosis indulgentias juxta suam limitationem seu facultatem, ita Barbosa supra numer. 27. post Paludanum in 4. dist. 20. quæst. 4. art. 4. Bonacinam puncto 3. num. 15. Reginaldum lib. 7. num. 119. Sanctarellum litter. K. Julium Lavorium part. 2. cap. 12. num. 24. Ratio est, quia exemptio religiosorum non non est ipsis concessa in damnum, sed in favorem.

VII. Potest Episcopus sibi applicari & frui indulgentiis quas aliis concessit, ita S. Thomas in supplement. quæst. 27. art. 4. Nugnus & Sotus in 4. dist. 21. quæst. 1. art. 4. Navarrus notab. 20. num. 91. Azorius cap. 55. quæst.

ult. Corduba quæst. 31. Emmanuel Sa verb. *indulgentia*, num. 17. Henriquez cap. 32. Coninck disp. 12. dubio 2. num. 11. Suarez de legibus lib. 6. cap. 1. num. 8. & 11. Alzedo part. 2. cap. 3. num. 34 Bonacina puncto 3. num. 16. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 3 alleg. 88. num. 28. & alii Probatur primò ex cap. *cùm omnes*, de cõstitutionibus. ubi dicitur *Patere legem quam tuleris*. Potest etiam frui privilegiis à se concessis, ut passim probant Doctores in materia de voto, & de absolutione à censuris & casibus reservatis contra Sylvestrum verb. *indulgentia*, num. 31. Probatur secundò ex eo Episcopus concedens indulgentias ex auctoritate jurisdictionis & administrationis tori communitati fidelium, ita potest frui quatenus est pars communitatis, ita S. Thomas in supplem. quæst. 27. artic. 4. Jacobus de Graffiis in aureis decis. lib. 2. cap. 3. num. 23 & 24. Franciscus Emmanuel in bulla Cruc. §. 8. num. 11. Henriquez in summa lib. 7. cap 32. Azorius part. 2. lib. 4. cap. 55. quæst. 8. Benzonius lib. 5. cap. 15. Zerola de Jubilæo cap. 15. dubio 6. Filliucius tomo 1. tract. 8. num. 131. Joannes Valer. de differ. inter utrumque forum, verb. *jurisdictio* differ. 11. num. 3. ut autem præfatas indulgentias lucretur non tenetur adimplere formam à se injunctam, seu opus præscriptum, sed potest secum dispensare, & in aliud pium opus commutare, ita Barbosa citatus Fr. Emmanuelem, Benzonium citatos, Fabrum tract. de Jubilæo cap. ult. Palarchum in bulla Urbani VIII. sect. 41, num. 9. Lavorium de Jubilæo part. 2 cap. 14. & alias. Ratio est, quemadmodum Pontifex saluti suæ consulens potest, & debet se subjicere alicui Confessario tanquam privatus peccator, ita nihil est causæ cur nequeat indulgentias lucrari, ut privatus homo. Quandoquidem nõ fit opus aliâ jurisdictione, quàm aperire Ecclesiæ thesaurum, concedere, dispensare seu distribuere omnibus hoc beneficio frui volentibus, quo beneficio fruuntur, qui faciunt & adimplent ea, quæ præscripta sunt in litteris indulgentiarum. Neque enim ad lucrandas indulgentias requiritur alia sententia, seu peculiaris absolutio, sivè per manuum impositionem, sivè per aliam solemnem declarationem, sed instar legis & privilegii se habet largitio indulgentiæ, quo fit, ut ex æquo ipsi conferenti & subditis prosit.

VIII. Potest Episcopus sibi immediatè conferre indulgentias, Ita Bonacina supra n. 17. v.g potest sibi concedere indulgentiam plenariam in articulo mortis, imò potest non tantùm Pontifex, sed etiam Episcopus mutare pœnitentiam sacramentalem extra judicium sacramentale applicatione indulgentiæ, per quam tollitur tota, si sit plenaria, aut pars si plenaria non sit. Ita Amicus disp. 16. de satisfactione sacramentali, sect. 4 num. 48. Ratio est, quia per indulgentiam ex operato supplere potest effectum sacræ satisfactionis, qui est remissio pœnæ relictæ ex peccatis condonatis, & cõpensatio divinæ offensæ, quæ compensatio æquè fit per indulgentiam, per quam Christi satisfactio applicatur, quos effectus supplere nequeunt inferiores sacerdotes extra Sacramẽtum Pœnitentiæ. Cum enim indulgentia, quam concedit Episcopus non sit de injungendis, sed de injunctis fit ut has possit immutare. Injunctæ autem illæ non tantùm intelliguntur de pœnis, seu pœnitentiis injunctis in ultima confessione, sed etiam de aliis omnibus præcedentibus pro quibuslibet peccatis ante commissis & nondum expiatis, seu ut Barbosa num. 14. indulgentia tot dierum est remissio pœnæ, quam pœnitens in hoc sæculo per tot dies pœnitendo delere potuisset.

IX. Quando Pontifex vel Episcopus concedunt indulgentias visitantibus talem Ecclesiam absolutè absque ullâ temporis determinatione, quoties quis in die visitabit, toties lucrari poterit, ita Layman supra lib. 5. tract. 7. cap. 3. num. 3. Ratio est, quia non est ratio restringendi ad unam vicem. Quod si concedatur indulgentia cum temporis determinatione, ut tali die, vel tempore Nativitatis Christi, aut in Anniversario dedicationis Ecclesiam

visitaverit

visitaverit indulgentiam lucrabitur; censetur esse mens concedentis, ut quisque tantùm semel lucrari possit; ita Layman supra & cap. 8. numer. 8. Qui ob populi concursum non potest ingredi foris stando; & orationes injunctas fundendo lucratur indulgentiam, ita Suarez disp. 52. sect. 1. num. 7. Rodriguez part. 1. cap. 184. num. 6. Layman lib. 5. tract. 7, cap. 3. num. 4. Ratio est, quia æstimando rem moraliter tales Ecclesias visitant præsentiam suam exhibent quatenus possunt indulgentia concessa templo extenditur ad ejus cœmiteriũ, ita Suarez tomo 4, in 3. part. disp. 52. sect. 1. num. 9 Layman supra num. 4, Amicus disp 20. de indulgentiis, sect. 5. Lezana tomo 3. quæst. regul. verbo *indulgentia*. num. 8. Si tamen concedatur indulgentia visitantibus quinque altaria debent visitari, intra Ecclesiam, ita Nugnus part. 2 indulgen. bullar. Pontif. §. 10. Amicus disp. de indulgentiis sect. 5. num 86. Ratio est quia moraliter non potest dici quod existens extra Ecclesiam visitet quinque altaria intra Ecclesiam. Sufficit tamen cùm quis altaria septem, vel quinque visitat in eadem Ecclesia, ut ex uno vertat se ad reliqua, quibus moraliter fiat præsens, licet motu locali singula non visitet, ita Emmanuel Sa verb. *indulgentia*, num. 6. Eadem est ratio si ea visitet ex choro (inquit Amicus supra,) Ubi in pago unicum est templum habens duo vel tria tantùm altaria debent visitari omnia, & unum ex illis bis vel ter, vel unum ex illis quinquies, ita Nugnus, Amicus, existimant primum esse tutius. Quando indulgentia conceditur pro visitantibus aliquam Ecclesiam in particulari eâ dirutâ sive tota, sive per partes, si alia de novo statim ædificetur in eodem loco, servatur eadem indulgentia, ita Suarez disp. 52. sect. 1. num. 8. & 9. Amicus supra num. 88. Layman supra cap. 3. num. 5. Ex nostris Reverendissimus Theodorus Stratius in instructione pro Fratribus Carmelitis cap. 16. Lezana supra numer. 8. Ratio est quia ejusmodi Ecclesia morali æstimatione censetur eadẽ. Quod si in alio loco ædificetur minimè, Suarez disp 52 sect 1. n. 9. Stratius supra, Lezana supra & Layman Ratio est, quia in illo casu non manet eodem numero neque quoad solum, neque ad situm Amicus oppositam sententiam probabiliorem putat. Ratio ejus est, causa principalis concedendi indulgentiam est, ut colatur sanctus, cui Ecclesia dedicata est, sed translata Ecclesia manet eadem causa igitur & eadem indulgentia, Quæ postrema opinio maximè verificatur de indulgentiis concessis Ecclesiis Carmelitarum, ut notant iidem Stratius num. 10. & Lezana num. 8. Diana part. 5. tit. 12. respon. 20. quia illæ non limitantur ad hanc vel illam Ecclesiam determinatam in hoc vel illo loco, sed ad omnes Ecclesias, sivè in eodem sivè in diverso loco.

X. Episcopus electus & confirmatus, licet necdum sit consecratus potest conferre indulgentias, ita D. Thomas in 4. dist. 20. quæst. 1. art. 4 quæst. 2. Suarez de legibus lib. 4. cap. 4. num. 9. Nugnus in supplem. quæst. 25. art. 1. quæst. 3. Guiterus in speculo juris Pontificii cap 28: Reginaldus in praxi fori pœnit lib. 7. num. 124. Aloysius Riccius in praxi aurea resoluti. 106. Azorius part. 2. lib. 3. cap. 36. quæst. 1. & cap. 39. quæst. 8. Campanile in diverſ. juris Canonici in proœmio numer. 2. Augustinus de Ancona de potestate Ecclesiæ cap 28. Sanctarellus de Jubilæo anni sancti cap 3. dubio 2. Julius Lavorius part. 2. cap. 21. num. 18. & 33. Ugolinus part. 2. cap. 41. num. Boetius Epo de jure Jubil. & indulg. num. 146. Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. *indulgentia*, num. 1. Alzedo part. 2. cap. 3. num. 15. Amicus supra num. 110. Barbosa supra alleg. 88. num. 7. Ratio est quia concessio indulgentiæ non est actus ordinis, quam accipit per electionem & confirmationem, licet necdum sit cõsecratus.

XI. Archiepiscopus, vel Episcopus qui existens in peccato mortali concedit indulgentias validè concedit, ita Bonacina disp. 6. de indulgentiis quæst. 1. puncto 3. numer. 9. Barbosa supra num. 13. Nec peccat mortaliter seclusò scandalo, Graffius lib. 2. cap. 1.

num. 24. Corduba libr. 5. quæst. 13. Emmanuel Sa num. 16. Reginaldus lib. 7. num. 118. Henriquez lib. 7. cap. 32. §. 4. Nugnus in supplement. quæst. 27. art. 7. Suarez disp. 55. sect. 3. num. 20. Valentia tomo 4. disp. 7. quæst. 20. puncto 3. Bonacina supra num. 9. Barbosa num. 13. Ratio est, quia concessio indulgentiæ non est actus ordinis, sed jurisdictionis. At actus jurisdictionis per se loquendo possunt sine peccato mortali exerceri. si tamen Episcopus sit excommunicatus, denuntiatus vitandus nequit indulgentias concedere. Ita Bonacina de censuris disp. 2. quæst. 2. Azorius supra cap. 55. quæst. 2. Alzedo part. 2. cap. 3. numer. 22. Lavorius part. 2. cap. 12. num. 8. & 21. Barbosa supra num. 12. Ratio est, quia excommunicatus vitandus caret usu jurisdictionis & consequenter invalida sunt acta ejus quæ ad jurisdictionem pertinent, cap. *tantæ*, de excessu prælat. cap. *quia*, de except. in 6.

## §. 1.

## *An alii, & qui possunt conferre indulgentias.*

I. CApitulum Ecclesiæ Cathedralis Sede vacante posse indulgentias conferre docent Sylvester verb. *Capitulum*, num. 10. Lavorius verb. *Indulgentia*, numer. 47. Azorius supra cap. 55. quæst. 4. & lib. cap. 37. quæst. 9. Aloysius Riccius in praxi aurea resol. 222. Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. *indulgent.* num. 2. Panormitanus in cap. *cum olim*, de major. & obed. Selva de benef. part. 2. quæst. 11. Gaspar Calder in cap. *nostro* de pœnit. Pavinus part. 1. quæst. 4. Armilla verb. *Capitulum*, numer. 8. Navarrus de indulgentiis, notab. 31. num. 6. & 7. Ratio est, quia conferre indulgentias est actus jurisdictionis. Cùm autem Capitulum jus dicat simpliciter succedit in jurisdictione necessaria & voluntaria. Corduba, Ledesma quos refert & sequitur Torreblanca lib. 14. cap. 13. num. 43. Henriquez lib. 31. § 4. Lavorius cap. 11. num. 52. Sanctarellus dubio 2. littera F. Alzedo part. 2. cap. 3. num. 19. Archidiaconus cap. 1. de pœnit. & remiss. in 6. Sotus in 4. dist. 21. quæst. 1. art. 4. Bonacina puncto 3. n. 23. & alii contrariū docent. Ratio est, quia collatio indulgentiæ nō est actus jurisdictionis, sed dignitatis Episcopalis, in quâ non succedit Capitulum. Secunda, etsi sit actus jurisdictionis, est jurisdictionis voluntariæ, non contentiosæ, quæ sola transit ad Capitulum Sede vacante. Torreblanca citatus limitat, nisi Capitulum habeat ex consuetudine. Cōcludit tandem Azorius Quaranta in summâ bull. verb. *Capitulum sede vacante*, vers. *undecimo quæro*, Barbosa numer. 21. tutius esse ut Capitulum hoc committeret alicui Episcopo qui suo nomine faceret.

II. Vicarius Generalis non potest indulgentias concedere, ita Navarrus, Corduba, & alii apud Suarez disp. 55 sect. 5. num. 55. Reginaldus lib. 7. numer. 122. Nugnus in supplem. quæst. 23. art. Bonacina puncto 3. num. 10. Ratio est quia facultas concedendi indulgentias est quasi reservata dignitati Episcopali Potest tamen Episcopus dare facultatem hanc non solùm suo Vicario, sed etiam Clerico, ita Suarez supra sect. 3. num. 3. Corduba quæst. 12. propos. 2. Valentia tit. 4. disp. 7. quæst. 20. puncto 3. Graffius libr. 2. cap. 2. num. 21. Nugnus quæst. 26. art. 2. Emmanuel Sa verb. *indulgentia* num. 16. Bonacina num. 11. Reginaldus lib. 7. num. 116. Bellarminus de indulgentiis lib. 1. cap. 11. Lavorius cap. 11. num. 48. Vgolinus cap. 41. Alzedo part. 2. cap. 3. num. 25. Torreblanca lib. 14. cap. 13. numer. 37. Barbosa part. 3. alleg. 88. numer. 10. Azorius lib. 3. cap. 43. quæst. 13. & cap. 55. quæst. 5. Borgesius de irregul. part. 3 tit. de indulgent. Episc. num. 2. & part. 7. cap. fin. num. 23. Reboff. tit. de forma Vicar. num. 172. Sbroz lib. 2. quæst. 40. num. Franciscus Leo in thesauro fori Ecclesiast. part. 1. cap. 10. numer. 12. Bensonius de Jubilæo lib. 2. cap. 30.

III. Cardinales possunt concedere indulgentias ordinariâ potestate. Ita Emmanuel Sa verb. *indulgentia*, n. 16.

Vel

Vel potius ex consuetudine & praxi, ita Navarrus tract. de indulgentiis, cap. 31. num. 13. Soto dist. 21. quæst. 1. artic. 4. Corduba de indulgentiis, quæst. 10. Gamachæus disp. de indulgentiis cap. 8. Henriquez libr. 7. cap. 21. §. 4. Quas etiam non Præsbyter dare poterit, Augustinus de Ancona in tract. de Ecclesiæ potestate quæst. 29. art. 8. Pavinus de potestate cap. *sede vacante*, in quæst. 4. Gambara tit. *Quid possit Legatus circa indulgentias*, num. 2. Torreblanca cap. 13. num. 44. Barbosa alleg. 88. n. 18. Amicus disp. 20. sect. 6. num. 120. Hæc potestas nullo jure legitur cõnexa cum dignitate Cardinalitiâ. Nec argumentum ab Episcopis cõvincit, quia officium Cardinalis tantùm est esse Consiliariũ Papæ, & habere suffragium in ejus electione. Quæ tamen potestas conferendi indulgentias præscribi potest, ita Glossa cap. *accedentibus*, ex textu. *Nisi forsan quisquam eorum speciali concessione, vel aliâ legitimâ causâ super hujusmodi valeat se tueri.* Nam per aliam legitimam causam non potest Pontifex intelligere, nisi legitimam præscriptionem.

IV. Legatus Apostolicus potestate ordinariâ non potest concedere indulgentias, ita Bellarminus lib. de indulgentiis, cap. 11. Suarez disp. 55. numer. 22. Ratio est, quia nullo jure hæc potestas ei conceditur nisi Episcopis, & Archiepiscopis. Nec valet argumentum à paritate dignitatis, quæ diversa & disparata est à dignitate Legati. Sed contrariam opinionem propugnant Navarrus apud Sanchez. Toletus in summa lib. 6. cap. 25. Felinus apud eundem Henriquez libr. 7. de indulgentiis cap. 32. num. 1. Amicus supra num. 119. Gambara de officio Legati lib. 8. tit. *quid possunt legati circa indulgentias*, num. 8. & num. 20. cum Lavorio num. 16. docent quod finitâ legatione finiuntur indulgentiæ. Vt Amicus probet potestatem legatorum pro dandis indulgentiis esse ordinariam colligit, quod sint etiam Judices ordinarii in suâ legatione & Nunciaturâ.

Summus etiam Pœnitentiarius Pontificis concedit indulgentias centum dierum, & quidem potestate ordinariâ, ut testatur Paludanus Patriarcha Jerosolymitanus in 4. distin. 20. quæst. 4. Vel potius secundùm Azorium cap. 55. vers. *sexto quæritur*. Navarrum tract. de indulgentiis notab. 31. num. 17. Lavorium cap. 11. numer. 17. Non ex jure, sed ex vivæ vocis oraculo, vel consuetudine Papa sciente & tolerante. Quibus subscribit Barbosa num. 16. ex quâ consuetudine potestas ordinaria censeri potest, inquit Layman supra num. 3.

VI. Nullus Abbas potest conferre indulgentias, etiamsi sit exemptus, nisi fortè aliquo speciali privilegio habeat illam potestatem à summo Pontifice legitimè approbatam, ita Gamachæus supra. Undè (inquit Amicus disp. 20. sect. 6. numer. 122.) si quando hæc potestas in aliquibus Abbatibus reperitur, illud non tam est signum præscripti juris, quàm antiqui privilegii, ut Sotus in 4. distinct. 21. quæst. 1. art. 4. §. *de Abbatibus*. Ratio est, nullus potest jus divinum, cujusmodi potestas est concedendi indulgentias præscribere. Quia præscribere est authoritate publicâ rem alienam bonâ fide possessam facere suam. Igitur præscriptio supponit publicam authoritatem, quæ ad lites tollendas potestatem habet transferendi jus divinum ex uno in alium, cùm nulla humana auctoritas possit disponere de voluntatè divinâ, à quâ solâ jus divinum dependet.

VII. Superiores Religionum habere ordinariam potestatem conferendi indulgentias docet Medina apud Suarem disp. 55. sect. 5. num. 1. Ratio est, quia habent potestatem quasi Episcopalem. Unde possunt illos excommunicare, illis Cõfessarios assignare, à casibus Sedi Apostolicæ reservatis absolvere, si illi sint occulti Provinciales & Visitatores in suis visitationibus ordinariis possunt in domibus & collegiis suæ Provinciæ plenariam indulgentiam concedere omnibus alumnis ejusdem domus, vel Collegii visitati. Item possunt Superiores extraneos efficere participes bonorum spiritualium suæ religionis applicando illis satisfactiones subditorum

torum cap. *compen.* verb. *Generalis*, §, 7. at hoc est concedere indulgentias. Nam per satisfactionem talium fatisfactionum pœna remittitur iis, quibus applicationes religionis applicantur. Unde concludit Medina Prælatos Religionum jure divino sicut & Episcopos pollere hâc potestate conferendi indulgentias suis subditis, licet quoad usum nequeant exercere absque nutu Pontificis. Sed cõmuniter alii docent nullo jure potestatem concedendi indulgentias Prælatis Religionum competere. ita Suarez disp. 59. sect. 5. num. 1. Torreblanca cap. 13. num. 46. Henriquez lib. 7. cap. 21. §. 5. Sanctarellus cap. 3. dubio 2. littera L. Lavorius cap. 11. num. 56. Layman cap. 4. num 3. Barbosa num. 19. Amicus numer. 125. Lezana tomo 3, quæst regul. numer. 4. Probatur ex cap *accedentibus*, in quo sub nomine Abbatum intelliguntur omnes superiores Religionum, ut patet ex tit. *de excessibus Prælat.* Ex quo etiam cap. colligitur falsitas opinionis Medinæ, dicentis Papam quoad usum prohibere Prælatis, Religiosis. Ex hoc enim quod Episcopi utuntur, & Prælati nequeunt uti, sequitur his carere, vel habere ex privilegio & vivæ vocis oraculo, quæ revocata sunt, ut docet Lezana verb. *indulgentiæ*, num. 3 Nec ex eo quod Prælati Religionum possint applicare bona opera suorum subditorum, sequitur posse concedere indulgentias, ita Amicus disp. 20. sect. 6. num. 130. Arriaga de Sacramento pœnitentiæ disp. 27. §. 1. Lezana tomo 3. quæst. regul. verb. *Bona*, num. 8. & verb. *indulgentia quoad regulares*, num. 4. Ratio est, (inquit Lezana) quia cõcedere indulgentias est applicare satisfactiones præteritas conservatas in communi Thesauro Ecclesiæ, sicut facit Romanus Pontifex applicando satisfactiones Christi & aliorum Sanctorum conservatas in thesauro Ecclesiæ. Prælati autem Religionum non applicant satisfactiones præteritas repositas in aliquo thesauro, cùm enim in communitatibus Religiosis, non sit ejusmodi thesaurus, quia eo ipso, quod Religiosi habent satisfactiones superabundantes statim conferunt ad communem thesaurum Ecclesiæ, ubi cõservantur. ideò applicare tantùm possunt præsentes aut futuras satisfactiones. Huic explicationi arridet Sotus in 4. dist. 21. quæst. 1. art. 4. Valentia 22. disp. 7. quæst. 20. puncto 3. Hanc communicationem quæ fit à Prælatis Regularibus, quando ad communicationem, participationem suffragiorum sui ordinis aliquos sæculares admittunt, ita explicat Arriaga. In primis illa communicatio & applicatio Prælati valet ad quandam impetrationem specialem indirectam, quatenus Deus moveturde congruo per bona opera alicujus justi ad benefaciendum iis, qui cum eo habent majorem conjunctionem, verbi gratiâ, filiis, fatribus, amicis, &c. Cùm ergò ille sæcularis recipiatur à Prælato in spiritualem fratrem illius Religionis, jam eo ipso videtur habere majorem quandam conjunctionem cum omnibus illis Religiosis, quàm antea, & consequenter magis movebitur Deus ad benefaciendum ei intuitu bonorum operum, quæ in tali Ordine fiunt. Prosunt etiam illi directè suffragia, quæ in illo Ordine fiunt in communi pro eo ordine, & ejus membris, cùm jam sit membrum illius. Suarez disp. 56. sect. 5. alias recenset utilitates ex illâ communicatione resultantes. Hoc sensu condemnata est quædã decima nona propositio Wiclefi in Concilio Constantiensi sess. 8. quæ erat. *Speciales orationes applicatæ uni personæ per Prælatos vel Religiosos non plus prosunt quàm generales cæteris paribus.* Quam refutat noster Thomas Waldensis tomo 2. de Sacramentalibus tit. 10. cap. 93. & seq. Quærere aliquis potest, quomodò debeat intelligi diploma Urbani V. quo concessit Generalibus & Provincialibus Minorum ut possent benefactoribus communicare suffragia, indulgentias, orationes, & bona spiritualia; ut refert Cassarubius verb. *indulgentia quoad sæculares*, 4, num. 6. quo privilegio gaudere Mendicantes docet Lezana tomo 3. quæst. regul. verb. *Bona*, numer. 2. Hoc enim videtur dictis superioribus contradicere, illud autem non esse revocatum per Paulum V.

probat

probat Lezana primò, quia esto concessum sit intuitu regularium, tamen revera non pro ipsis, sed pro sæcularibus est concessum. Secundò, quia Paulus V. revocavit indulgentias Regularibus concessas, at facultas cõmunicandi indulgentias, quæ in hoc privilegio conceditur, non est indulgentia, & ex diversis non fit illatio, cap. *ad audientiam*, de decimis. Peregrinus in 1. part. sui compendii verb. *visitatores*. Peirinis tomo 1. privil. Minim. in constit. 14. Leonis X. numer. 12. Respondet Lezana Prælatos communicare suis Benefactoribus indulgentias (intellige sui Ordinis) primò præcipiendo suis subditis, ut pro illis lucrentur indulgentias, quod fieri potest suppositâ sententiâ Suarez supra disp. 52. sect. 7. num. 6. Bonacinæ supra puncto 6. num. 12. Coninck disput. 12. dubio 7. num. 47. & aliorum asserentium posse unum hominem pro alio etiam vivente lucrari indulgentias, pro ut in hoc casu contingere videtur, qui non magis implicat, quàm consequi indulgentias pro defunctis. Secundò, vivendo & aggregando prædictos benefactores cum suis Religiosis, & ita faciendo, quod sicut Religiosi consequuntur præfatas indulgentias faciendo opus præscriptum à Papâ, ita & illi benefactores, si illud fecerint. Quo casu solus Papa dicitur concedere indulgentias, non illi Prælati. Sic citatum privilegium explicant Peirinis tomo 2. de Prælato quæst. 3. cap. 6. numer. 9. Suarez disput. 55, sect. 5. num. 5.

XI. Parochi cæteriqúe Sacerdotes in foro pœnitentiali plenam jurisdictionem habentes non habent potestatem conferendi indulgentias jure ordinario, humano, vel divino. Ita D. Thomas, Sylvester, Soto, Navarrus, Corduba, Bensonius apud Gamachæum. Bonácina puncto 3, num. 25. Lavorius cap. 11. num. 65. Henriquez cap. 21 §. 8. Ugolinus cap. 14. §. 1. num. 2. Alzedo part. 2. cap. 3. num. 28. & 41. Coninck disp. 12. num. 14, Boetius citat. tract. num. 14. Franciscus Leo part. 1. cap. 7. num. 19. Barbosa part. 3. alleg. 88. num. 20. Amicus sect. 6. numer. 97, contra Armillam verb. *indulgentia*, num. 2. & Angelũ eodem verbo. num. 5. Alphonsum à Castro, seu potius contra Vivaldum, qui in Candelabro tract de indulgentiis illos falso citat, ut notat Gamachæus, hi enim tantùm docent posse à Sacerdotibus minui sacramentales pœnitentias vel injunctas, vel injungendas minuere per accidens suis exhortationibus, admonitionibus, augendo contritionem & devotionem pœnitentis. Vel etiam virtute sacramenti, sed non propriè per modum indulgentiarum. Hinc Clemens VIII. jussit expungi illud caput in ultimâ ejus recognitione, ut videre est in Indice expurgatorio. Probat igitur Gamachæus suam assertionem quatuor rationibus. Prima, quia in toto jure canonico nullus textus potest inveniri, qui hanc facultatem Parochis tribuat. Secunda, Abbates, nec Generales Religionum nequeunt, igitur nec Parochi. Tertia, plus est dare indulgentias quàm excommunicare, at Parochi nequeunt jure communi excommunicare, ergò nec dare indulgentias. Quarta, fundatur in praxi & consuetudine Ecclesiæ, quæ vim legis habet, & est juris interpres, nec hactenus Parochus suâ auctoritate concessit. Rationem quintam subministrat Amicus. Vel hæc potestas competit Parocho vel Sacerdoti jure humano à Pontifice derivato, vel divino immediatè à Christo communicato cum potestate absolvendi fideles à peccatis, quam in suspensione ordinis accipit, tamen quoad exercitium dependenter à Pontifice. Non primum ex dictis, nec secundùm maximè ex verbis Christi Joannis cap. 20. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Hæc enim verba propriè non extenduntur ad clavem remittendi pœnas per indulgentias. Nam potestas conferendi indulgentias non est per se annexa cum potestate remittendi peccata virtute sacramenti, cùm sint diversæ & ordinatæ ad actus diversos. Igitur textus citatus propriè non extenditur ad clavem conferendi indulgentias, cùm hæc sit potestas gratiosè remittendi pœnas fidelibus ex peccatis condonatis

Nugnus quæst. 26. art. 1. Ratio est, Quamvis enim Archiepiscopus non sit Judex ordinarius omnium qui sunt in suo Archiepiscopatu, seu provinciâ, cap. *Pastoralis*, de officio ordinarii, nec habeat extra suam Diœcesim jurisdictionem contentiosam: tamen potest concedere indulgentias, ex cap. *nostro*, cùm illa concessio sit voluntariæ jurisdictionis, Suarez disput. 49. sect. 3. num. 9 Ugolinus part. 2. cap. 41. num. 1. Aloysius Riccius resolut. 306. Franciscus Leo part. 1. cap. 7. num. 18. Alzedo part. 2. cap. 3. Barbosa de officio & potest Episc. part. 3. alleg. 88. num. 13. Notat Henriquez cap. 32. §. 1. Barbosa jam citatus quod si Archiepiscopus concessit 40. dies in perpetuum, nihil amplius posse à successore concedi pro eadem causa. Ratio est, quia reputantur unus Prælatus. Notat secundò Barbosa ibidē post Azorium part. 2. lib. 3. cap. 55. quæst. 6. Alzedo part. 2. cap. 3. num. 23. quod superveniens Archiepiscopus ex commissione Pontificis Diœcesim Suffraganei visitet, potest concedere indulgentiam 80. dierum, præter 40. datos ab Episcopo. Ratio est, quia Archiepiscopus totidem potest dare in suâ Diœcesi.

IV. Indulgentias ab Episcopis posse concedi, patet ex cap. *cum eo*, & cap. *nostro*, extra de pœnitentiis & remissionibus, cap. *accedentibus*, extra. de excessibus Prælatorum, Gamachæus supra cap. 8. Lezana, Barbosa, Layman, Azorius, Bonacina, & alii passim, sed quo jure id competat Archiepiscopis, Primatibus & Episcopis non conveniunt Doctores. Nam Durandus in 4. dist. 20. quæst. 5. asserit soli Papæ ex proprio munere & ordinario jure competere potestatē concedendi indulgentias, Episcopis autem ex cōmissione & delegatione Sedis Apostolicæ. Ratio ejus est, quia soli Papæ convenit cura universalis totius Ecclesiæ, cui soli annexa est potestas concedendi indulgentias, seu illi muneri est injuncta auctoritas dispensandi thesaurum Ecclesiæ. Hæc autem auctoritas est tantùm annexa muneri supremi Pastoris. Ratio est, sicut enim est unus Ecclesiæ sponsus, unus thesaurus ejusdem, ita unus Christi Vicarius, & unus thesauri dispensator. Secunda opinio est Richardi in 4. dist. quæst. 20. art. ult. Bellarmini libr. 1. de indulgentiis cap. 11. Suaris disp. 55. sect. 3. S. Thomæ in 4. dist. 20. quæst. 1, art. 4. quæst. 3. & in supplem. quæst. 26. art. 3. Augustini de Ancona lib. de potest. Eccles. quæst. 26. art 5. Sylvestri verb. *indulgentia*, quæst. 5. Coninck disp. 12. dubio 1. Filliucii tract. de satisfactione sacrament. pœnitent. cap. 4. quæst. 5. Layman tract. 7. de indulgent. cap. 4. Bonacinæ supra disp. 6. quæst. 1. puncto 3. num. 2. Azorii supra cap. 55. quæst. 2. Sanctarelli de Jubilæo anni sancti dubio 2, litterâ B. Henriquez lib. 7, cap. 31. §. 3. Julii Lavorii part. 2. cap. 11. num. 45. Barbosæ de officio & potest. Episcop. part. 3. alleg. 88. numer. 8. asserentium tam Episcopis, quàm Archiepiscopis, Primatibus ex proprio munere & ordinariâ potestate concessionē indulgentiarum in propro districtu competere non divino, sed humano jure à Pontifice taxato & limitato ad 40. dies, in dedicatione Ecclesiæ ad unum annum. Quibus subscribunt Tabiena verb. *indulgentia* num. 8. Toletus in summa lib. 6. cap. 25. Amicus disp 29. de indulgentiis, sect. 6. num. 104. Arriaga de sacramento pœnitentiæ disp. 27, sect. 8. §. 1. Hanc facultatem illis competere ex proprio munere probatur ex eo quod eam delegare possunt ex cap. *quod autem*, de pœnit. & remiss. quod est signum ordinariæ potestatis. Nam delegatus nequit ordinariè delegare, nisi à delegante id sibi specialiter committatur. Secundò cap. *quod autem*, Episcopi in propriâ Diœcesi possunt concedere indulgentiam, quæ non prodest, nisi a proprio judice fuerit concessa, cum sit actus jurisdictionis, item ex cap. *nostro*, de pœnit. & remiss. juxta gloss. quæ ait. *Archiepiscopus per totam provincam suam potest facere remissiones, licet Archiepiscopus non sit judex ordinarius omnium de provincia sua & jurisdictionem controversam non habeat in sua provincia, nisi in certis casibus, ut dicitur in decretali pastoralis, sed voluntariam sicut Proconsul, cùm urbem*

*urbem egressus fuerit jurisdictionem habet non consensio jam, sed voluntariam*, ff. *de officio Proconsul.* 11. Quod autem hæc potestas eis non competat jure divino, patet ex allatâ ratione. Cum enim largiendi indulgentiam sit potestas gratiosè liberandi à pœnâ eos, qui ob propria delicta juridicâ sententiâ ad illam damnati, est propria supremi principis, cujus tantùm est eiusmodi gratias & favores concedere dispensandi in lege & jure communi. Denique quod hæc potestas sit jure humano patet ex cap. *cum ex eo*, cap. *nostro*. de pœnit. & remiss, & cap. *indulg.* in 6, & ex verbis Clementis IV, in extravag. *unigenitus*, de pœnit. & remiss. ubi de thesauro Ecclesiæ hæc effatur. *Quem beatum Petrum clavigerum ejusq; successores suos terræ Vicarios commisit fidelibus salubriter dispensandum.* Unde Arriaga colligit non aliis fuisse datas à Christo thesauri claves. Sicque à posteriori argumentatur: Si Episcopi haberent à Christo talem potestatem, non potuissent Pontifices ferè totam eis adimere, pro ut de facto fecerunt. Unde sequitur, nec quoad obligationem hanc potestatē in Episcopis originem habere à Christo, ut dici solet de jurisdictione spirituali: quia non potuissent saltem licitè Pontifices adeò notabiliter illam limitare. Sicut non potuissent licitè jurisdictionem spiritualem limitare, ita notabiliter ad absolvendum. Tertia opinio habet etiam suos auctores Dominicum Sotum in 4. distin. 21, quæst. 1. art. 4. conc. 2. Petrum à Soto lect. 3. de indulgentiis, Valentiam disput. 7. de indulgentiis, quæst. 20. puncto 3. Cordubam de indulgentiis art. 2. quæst. 12. propos. 2. Estium lib. 4. sentent. distinct. 20. §. 6. Gamachæum disput. de indulgentiis cap 8. Bensoninm lib. 2. de indulgentiis, cap. 30. Probant primò ex Matthæi cap. 18. vers. 18. *Amen dico vobis quæcumque alligaveris super terram, erunt ligata & in cælo, & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in cælo.* Notat ibi Cornelius Christū Apolostos alloqui quatenus Prælatos Ecclesiæ, non verò fideles subditos repræsentabant. Præsulum enim est ligare & solvere, non verò cæterorum fidelium. Sic Joannis cap. 20, vers. 23. Apostolos in plurali affatur. *Sicut misit me Pater & ego mitto vos, & quorum remiseritis peccata remittuntur eis.* Syriacus. *Si remiseritis peccata cuiquam, remittuntur ei.* Arabicus. *Et cui remiseritis peccata remissa sunt*, S. Cyprianus, Origenes, Pagninus. *Quorumcumque dimiseritis peccata dimittentur illi.* Et 1. Corinth. cap. 4. vers. 1. *Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores ministeriorum ejus.* Sicut dispensator in domo multa potest ubi honor & utilitas dominii id exigit, dispensare, donare, vel relaxare. Hoc enim exigit ad regimen domus sibi commissum spectat, modò ea benè dispenset, & non temerè dissipet, ut docet S. Bernardus lib. de præcepto & dispens. & libr. 3. ad Eugenium. *Quæritur* (inquit) *inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur. Ubi necessitas urget excusabilis dispensatio est. Vbi utilitas provocat, dispensatio laudabilis est. Vtilitas dico communis, non propria. Nam cùm nihil horum est, non planè fidelis dispensatio est, sed crudelis dissipatio est.* Particula *dispensator*, Græcè est *œconomus*, Idest qui domus curam habet, & in illa regit omnia, distribuit, ordinat, donat, & debita relaxat. ubi sincerè credit hoc domino suo placere, vel esse utile ad domini sui honorem: nam ejus præcipua virtus est fidelitas & Prudentiâ. Sic Romanus Pontifex successor Petri, & Episcopi Apostolorum successores in Ecclesia & in suis Diœcesibus respectivè, quasi in domo Dei universa ordinant, dant indulgentias, &c. Soli (inquit Estius) Episcopi Apostolis succedunt, tanquam Prælati & Gubernatores suarum Ecclesiarum, qui proindè etiam eo ipso quo creantur Episcopi, jure divino accipiunt jurisdictionem fori exterioris tum ad dandas indulgentias, tum ad excommunicandū, tum ad alia agenda, quæ illa jurisdictionis potestas complectitur. Idem notat, non æqualiter hanc potestatem omnibus Episcopis competere. Competit enim summo Pontifici plenè, & perfectè, absque limitatione humani juris, cùm ipse sit totius Ecclesiæ

caput

caput, ac proindè per universam Ecclesiam tanquam totam sibi subjectã, eas elargiri possit. Cæteris autem Episcopis jure quidem divino non cõpetit nisi in subditos: idest particularem suam Ecclesiam. Humano autem jure ad certum modum secundum limitationem canonum præsertim canonum Concilii Lateranensis sub Innocentio III. Addit Gamachæus quãvis Episcopi jure divino subjiciantur Sũmo Pont. eique obedire teneantur, & ab eo suspendi & excommunicari possint, omniq; jurisdictione privari, si peccatum tali pænâ dignum admiserint. Præterea etiamsi aliqua jurisdictio Episcopis jure divino & ordinariè competat, non tamen jurisdictionis determinatio, aut limitatio est de jure divino, ut potè quod illa sit major aut minor per plures vel pauciores civitates: sed totum id judicatur de jure humano Ecclesiastico. Unde & summus Pontifex legitimis de causis potest aliquando ex uno Episcopatu facere duos, & ex duobus unum. Quod si dicas potestatem illam non esse immediatè à Christo & de jure divino, si possit restringi, revocari, aut suspendi à Romanâ Sede. Nam potestas consecrandi in Missæ sacrificio conceditur à Christo Sacerdotibus immediatè & jure divino, & ideò nequit efficaciter ab ullo Prælato suspendi vel impediri. Et licet Summus Pontifex prohibeat ex hypothesi alicui sacerdoti, nè rem divinam faciat, & eum excommunicet. Nihilominus si sacerdos fuerit obstinatus, & actu cõsecrare præsumpserit, certum est fore verum sacrificium, veramque consecrationem: licet sit peccatum mortale. Respondet Gamachæus disparem esse rationem, nam indulgentiæ dependent ex potestate jurisdictionis. At consecratio in Missâ ex potestate ordinis & characteris, cujus actio simpliciter impediri nequit, sed tantùm prohiberi sub pœnâ peccati. Econtrario verò jurisdictio non est ita certa, & constans seu indelebilis, sed Episcopis conceditur dependenter à summo Pontifice, & cum subordinatione ad supremam illius potestatem, saltem respectu determinationis & executionis. Neque est quid physicum sicut character, sed potius morale, & quasi in relatione consistens, itaque nec solùm prohiberi potest in genere morum, & sub pœnâ peccati, sed etiam absolutè simpliciter, ita ut qui postea præsumpserit nihil agat penitus, & ejus actio sit omninò nulla. Pro hujus opinionis defensione citat Alphonsum à Castro, utrumq; Sotũ, Navarrum dicentes potestatem & jurisdictionẽ Episcoporum esse de jure divino simpliciter substantialiter, & de jure Ecclesiastico secundũ quid, nempè quo ad determinationem & executionem potestatis in particulari hic & nunc. Sicut præceptum confitendi peccata, & sumendi Eucharistiam est de jure divino per se absolutè, simpliciter, quod tamen quantum ad limitationem tempotis, ut in festo Paschæ & aliorum ejusmodi circumstantiarũ est tantum de jure Ecclesiastico. Sic jure Ecclesiastico quoad limitationẽ restricta est Episcoporum potestas in conferendis indulgentiis ad unum annum in dedicatione novi templi, alio autem tempore ad 40. dies, de injunctis pœnis ex Cõcilio Lateranensi sub Innocentio III. & quidem intra propriam Diœcesim respectu suorum subditorum, quæ omnia sunt juris divini. Dixi Episcopum posse tantùm suis subditis conferre indulgentias: Ratio est, quia ab eo tantùm solvi possunt, qui potest ligare, ita Gamachæus supra, Ugolinus cap. 41. §. 2. num. 1. Alzedo part. 2. cap. 3. num. 26. Henriquez cap. 32, §. 2. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 3. alleg. 88. numer. 23. Navarrus consil. 18, 12. vers. 16. de pœniten. qui tenet cum Henriquez supra, quod cum Episcopus concedit indulgentiam loco intra Diœcesim sito, prodest etiam externis ibi morantibus, quasi ratione diuturnæ habitationis contrahant forum, & ut dicit Sanctarellus dubio 2. littera H. & I. subditi efficiantur. Addit Arriaga posse ab Episcopo concedi indulgentias extra territorium suum respectu subditorum suorum.

V. Si Episcopus vel Archiepiscopus in concedendis indulgentiis excedat potestatem sibi à jure concessam, ejus

concessio

concessio est irrita tantùm quoad excessum, non quoad quantitatem indulgentiarum quam concedere potest, ita Suarez disput. 55. sect. 3. numer. 12. Henriquez libr. 7, cap. 31. num. 4. Arriaga supra lib. 5. tract. 7. cap. 4. num. 2. Amicus disp. 20. sect. 6. num. 114. & alii apud Barbosam num. 22. Probatur ex cap. *nostro*, de pœnit. & remiss. & cap. 1. *eodem*, in 6. & Bonifacio VIII. cap. ult. *eodem*, in 6. Dixi quoad excessum. Valet enim indulgentia quoad terminum præscriptum juxta regulam 37. juris. *Vile non debet per inutile vitiari.* Quæ regula secundùm Glossam in tit. cap. ult. maximè locũ habet in liberalitatibus, juxta l. *sancimus*, C *de donatione*, Et cum pars utilis ab inutili separari potest l. 1. § *Trebatius*, ff. *de aquâ quotid.* Igitur per excessum vitiosum non debet tolli quod justum & utile est. Nec obstat cap. *indulg.* de pœnit. & remiss. in 6. ubi indulgentiæ, quæ statum generalis Concilii excesserunt, dicitur vires non obtinere, scilicet quoad excessum. Addit Layman è contra quod licet plures Episcopi Ecclesiæ dedicationi intersint, nequeunt nisi unius anni indulgentias concedere, ut habetur expresè in cap. *cum ex eo*, de pœnit. & remiss. Possunt tamen plures, quorum singuli jurisdictionem habent, puta loci Episcopus, & Metropolitanus, sivè Archiepiscopus simul aut successivè plures quadragenas eidem Ecclesiæ concedere, ita Suarez disp. 55. sect. 2. num. 5. Potest etiam Episcopus proprius alicui loco, seu Ecclesiæ pro festo Patroni unam quadragenam concedere, & alienus Episcopus concedere lucrandam tantùm à suis subditis, si eâ die Ecclesiam inviserint. Ratio est, quia ejusmodi concessio non excedit limites jurisdictionis, cùm propriè non fiat loco, sed personis subditis in ordine ad talem locum. Paludanus dist. 20. quæst. 4. art. 2. concl. 4. & Layman num. 2. animadvertunt, quod potest postea Episcopus proprius loci indulgentiã istam trahere ad suos etiam subditos, si det ipsis lucrandi licentiam: ita ut subditi loci duas hoc casu quadragenas uno die possint lucrari.

VI. Indulgentias concessas ab Episcopo non prodesse Religiosis exemptis, tenent Antonius de Rosellis tract. de indulgent. num. 321. Ugolinus cap. 14. §. 2. num. 2. vers. *secundo*. Ratio est, quia exempti sunt instar extraneorum, & loca exempta parificantur locis extraneis cap. *luminisa* 18. quæst. 2. cap. 1. de statu regular. in 6. Rosellis supra num. 327. sed opinio contraria est verior, quam tenent Bellarminus lib. 1. cap. 11. quæst. 3. Navarrus notab. 31. num. 12. Ludovicus Bolognius tract. de indulgent. num. 61. Sanctarellus dubio 2. litterâ K. Alzedo part. 3 cap. 3. num. 31 Chokier part. 4. quæst. 58. num. 5. Noster Lezana tomo 1. quæst. regul. cap. 11. num. 23. Præfatus Chokier citat Paludanũ in 4. dist. 20. quæst. 4. art. 3. Joannem à Chokier tractat. erotem. indulg. & jubil. materiam concern. Ratio est, quia inducta in favorem exemptorũ non debent converti in eorum læsionem, inductaque in augmentum non debent parere diminutionem, l. *quod favore*, C. *de legibus*, C. *quod ob gratiam*, de regul. juris in 6. *legata inutiliter*, de leg. 1. Nec est planè verum quod exempti in omnibus habeantur pro extraneis, si quidem ipsi certo modo subjiciuntur ordinariis, ut breviter notant Bellarminus citatâ quæstion. 3. Andræas Gambara tract. de de offic. leg. lib. 8. ut de potest. leg. in regulares atque exemptos num. 1. Gonzalez ad reg. 8. cancell. libr. 49. num. 190. Hinc sequitur Episcopum posse etiam concedere Religiosis indulgentias juxta suam limitationem seu facultatem, ita Barbosa supra numer. 27. post Paludanum in 4. dist. 20. quæst. 4. art. 4. Bonacinam puncto 3. num. 15. Reginaldum lib. 7. num. 119. Sanctarellum litter. K. Julium Lavorium part. 2. cap. 12. num. 24. Ratio est, quia exemptio religiosorum non non est ipsis concessa in damnum, sed in favorem.

VII. Potest Episcopus sibi applicari & frui indulgentiis quas aliis concessit, ita S. Thomas in supplement. quæst. 27. art. 4. Nugnus & Sotus in 4. dist. 21. qnæst. 1. art. 4. Navarrus notab. 20. num. 91. Azorius cap. 55. quæst.

ult. Cordub quæst. 11. Emmanuel Sa verb. *indulgentia*, num. 17. Henriquez cap. 32. Coninck disp. 12. dubio 2. num. 11. Suarez de legibus lib. 6. cap. 1. num. 8. & 11. Alzedo part. 2. cap. 3. num. 34 Bonacina puncto 3. num. 16. Barbosa de officio & potest. Epis. part. 3 alleg. 88. num. 28. & alii Probatur primò ex cap. *cùm omnes*, de cõstitutionibus. ubi dicitur *Patere legem quam tuleris*. Potest etiam frui privilegiis à se concessis, ut passim probant Doctores in materia de voto, & de absolutione à censuris & casibus reservatis contra Sylvestrum verb. *indulgentia*, num. 31. Probatur secundò ex eo Episcopus concedens indulgentias ex auctoritate jurisdictionis & administrationis totí communitati fidelium, ilia potest frui quatenus est pars communitatis, ita S Thomas in supplem. quæst. 27. artic. 4. Jacobus de Graffiis in aureis decis. lib. 2. cap. 3. num. 23. & 24. Franciscus Emmanuel in bulla Cruc. §. 8. num. 11. Henriquez in summa lib. 7. cap 32. Azorius part. 2. lib. 4. cap 55. quæst. 8. Benzonius lib. 5. cap. 15. Zerola de Jubilæo cap. 15. dubio 6. Filliucius tomo 1. tract. 8. num. 131, Joannes Valer. de differ. inter utrumque forum, verb. *jurisdictio* differ. 11 num. 3. ut autem prætatas indulgentias lucretur non tenetur adimplere formam a se injunctam, seu opus præscriptum, sed potest secum dispensare, & in aliud pium opus commutare, ita Barbosa citatus Fr. Emmanuelem, Benzonium citatos, Fabrum tract. de Jubilæo cap. ult. Palarchum in bulla Urbani VIII. sect. 41, num. 9. Lavorium de Jubilæo part. 2 cap. 14. & alias. Ratio est, quemadmodum Pontifex saluti suæ consulens potest, & debet se subjicere alicui Confessario tanquam privatus peccator, ita nihil est causæ cur nequeat indulgentias lucrari, ut privatus homo. Quandoquidem nõ sit opus aliâ jurisdictione, quàm aperire Ecclesiæ thesaurum, concedere, dispensare seu distribuere omnibus hoc beneficio frui volentibus, quo beneficio fruuntur, qui faciunt & adimplent ea, quæ præscripta sunt in litteris indulgentiarum. Neque enim ad lucrandas indulgentias requiritur alia sententia, seu peculiaris absolutio, sivè per manuum impositionem, sivè per aliam solemnem declarationem, sed instar legis & privilegii se habet largitio indulgentiæ, quo fit, ut ex æquo ipsi conferenti & subditis prosit.

VIII. Potest Episcopus sibi immediatè conferre indulgentias, Ita Bonacina supra n. 17. v.g potest sibi concedere indulgentiam plenariam in articulo mortis, imò potest non tantùm Pontifex, sed etiam Episcopus mutare pœnitentiam sacramentalem extra judicium sacramentale applicatione indulgentiæ, per quam tollitur tota, si sit plenaria, aut pars si plenaria non sit. Ita Amicus disp. 16. de satisfactione sacramentali, sect. 4 num. 48. Ratio est, quia per indulgentiam ex operato supplere potest effectum sacræ satisfactionis, qui est remissio pœnæ relictæ ex peccatis condonatis, & cõpensatio divinæ offensæ, quæ compensatio æquè fit per indulgentiam, per quam Christi satisfactio applicatur, quos effectus supplere nequeunt inferiores sacerdotes extra Sacramẽtum Pœnitentiæ. Cum enim indulgentia, quam concedit Episcopus non sit de injungendis, sed de injunctis fit ut has possit immutare. Injunctæ autem illæ non tantùm intelliguntur de pœnis, seu pœnitentiis injunctis in ultima confessione, sed etiam de aliis omnibus præcedentibus pro quibuslibet peccatis ante commissis & nondum expiatis, seu ut Barbosa num. 14. indulgentia tot dierum est remissio pœnæ, quam pœnitens in hoc sæculo per tot dies pœnitendo delere potuisset.

IX. Quando Pontifex vel Episcopus concedunt indulgentias visitantibus talem Ecclesiam absolutè absque ullâ temporis determinatione, quoties quis in die visitabit, toties lucrari poterit, ita Layman supra lib. 5. tract. 7. cap. 3. num. 3. Ratio est, quia non est ratio restringendi ad unam vicem. Quod si concedatur indulgentia cum temporis determinatione, ut tali die, vel tempore Nativitatis Christi, aut in Anniversario dedicationis Ecclesiam

visitaverit

visitaverit indulgentiam lucrabitur, censetur esse mens concedentis, ut quisque tantùm semel lucrari possit; ita Layman supra & cap. 8. numer. 8. Qui ob populi concursum non potest ingredi foris stando, & orationes injunctas fundendo lucratur indulgentiam, ita Suarez disp. 52. sect. 1. num. 7. Rodriguez part. 1. cap. 184. num. 6. Layman lib. 5. tract. 7. cap. 3. num. 4. Ratio est, quia æstimando rem moraliter tales Ecclesias visitant præsentiam suam exhibent quatenus possunt indulgentia concessa templo extenditur ad ejus cœmiteriũ, ita Suarez tomo 4. in 3. part. disp. 52. sect. 1. num. 9 Layman supra num. 4, Amicus disp 20. de indulgentiis, sect. 5. Lezana tomo 3. quæst. regul. verbo *indulgentia*. num. 8. Si tamen concedatur indulgentia visitantibus quinque altaria debent visitari intra Ecclesiam, ita Nugnus part. 2 indulgen. bullar. Pontif. §. 10. Amicus disp. de indulgentiis sect. 5. num 86. Ratio est quia moraliter non potest dici quod existens extra Ecclesiam visiter quinque altaria intra Ecclesiam. Sufficit tamen cùm quis altaria septem, vel quinque visitat in eadem Ecclesia, ut ex uno vertat se ad reliqua, quibus moraliter fiat præsens, licet motu locali singula non visitet, ita Emmanuel Sa verb. *indulgentia*, num. 6. Eadem est ratio si ea visitet ex choro (inquit Amicus supra.) Ubi in pago unicum est templum habens duo vel tria tantùm altaria debent visitari omnia, & unum ex illis bis vel ter, vel unum ex illis quinquies, ita Nugnus, Amicus, existimant primum esse tutius. Quando indulgentia conceditur pro visitantibus aliquam Ecclesiam in particulari eâ dirutâ sive tota, sive per partes, si alia de novo statim ædificetur in eodem loco, servatur eadem indulgentia, ita Suarez disp. 52. sect. 1. num. 8. & 9. Amicus supra num. 88. Layman supra cap. 3. num. 5. Ex nostris Reverendissimus Theodorus Stratius in instructione pro Fratribus Carmelitis cap. 16. Lezana supra numer. 8. Ratio est quia ejusmodi Ecclesia morali æstimatione centetur eadē. Quod si in alio loco ædificetur minimè, Suarez disp 52 sect 1. n. 9. Stratius supra, Lezana supra & Layman Ratio est, quia in illo casu non manet eodem nuncupato neque quoad solum, neque ad situm. Amicus oppositam tenentiam probabiliorem putat. Ratio ejus est, causa principalis concedendi indulgentiam est, ut colatur sanctus, cui Ecclesia dedicata est, sed translata Ecclesia manet eadem causa igitur & eadem indulgentia. Quæ postrema opinio maximè verificatur de indulgentiis concessis Ecclesiis Carmelitarum, ut notant iidem Stratius num. 10. & Lezana num. 8. Diana part. 5. tit. 12. respon. 20. quia illæ non limitantur ad hanc vel illam Ecclesiam determinatam in hoc vel illo loco, sed ad omnes Ecclesias, sivè in eodem sivè in diverso loco.

X. Episcopus electus & confirmatus, licet necdum sit consecratus potest conferre indulgentias, ita D. Thomas in 4. dist. 20. quæst. 1. art. 4 quæst. 2. Suarez de legibus lib. 4. cap. 4. num. 9. Nugnus in supplem. quæst. 25. art. 1. quæst. 3. Guiterus in speculo juris Pontificii cap. 28. Reginaldus in praxi fori pœnit lib. 7. num. 124. Aloysius Riccius in praxi aurea resoluti. 106. Azorius part. 2. lib. 3. cap. 36. quæst. 1. & cap. 39. quæst. 8. Campanile in diversi. juris Canonici in proœmio numer. 2. Augustinus de Ancona de potestate Ecclesiæ cap 28. Sanctarellus de Jubilæo anni sancti cap 3. dubio 2. Julius Lavorius part. 2. cap. 21. num. 18. & 33. Ugolinus part. 2. cap. 41. num. Boetius Epo de jure Jubil. & indulg. num. 146. Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. *indulgentia*, num. 1. Alzedo part. 2. cap. 3. num. 15, Amicus supra num. 110. Barbosa supra alleg. 88. num. 7. Ratio est quia concessio indulgentiæ non est actus ordinis, quam accipit per electionem & confirmationem, licet necdum sit cõsecratus.

XI. Archiepiscopus, vel Episcopus qui existens in peccato mortali concedit indulgentias validè concedit, ita Bonacina disp. 6. de indulgentiis quæst. 1. puncto 3 numer. 9. Barbosa supra num. 13. Nec peccat mortaliter seclusò scandalo, Graffius lib. 2. cap. 1.

num. 24. Corduba libr. 5. quæst. 13. Emmanuel Sa num. 16. Reginaldus lib. 7. num. 118. Henriquez lib. 7. cap. 32. §. 4. Nugnus in supplement. quæst. 27. art. 9. Suarez disp. 55. sect. 3. num. 20. Valentia tomo 4. disp. 7. quæst. 20. puncto 3. Bonacina supra num. 9. Barbosa num. 13. Ratio est, quia concessio indulgentiæ non est actus ordinis, sed jurisdictionis. At actus jurisdictionis per se loquendo possunt sine peccato mortali exerceri. si tamen Episcopus sit excommunicatus, denuntiatus vitandus nequit indulgentias concedere. Ita Bonacina de censuris disp. 2. quæst. 2. Azorius supra cap. 55. quæst. 2. Alzedo part. 2. cap. 3. numer. 22. Lavorius part. 2. cap. 12. num. 8. & 21. Barbosa supra num. 12. Ratio est, quia excommunicatus vitandus caret usu jurisdictionis & consequenter invalida sunt acta ejus quæ ad jurisdictionem pertinent. cap. *tanta*, de excessu prælat. cap. *quia*, de except. in 6.

## §. 1.

## *An alii, & qui possunt conferre indulgentias.*

I. CApitulum Ecclesiæ Cathedralis Sede vacante posse indulgentias conferre docent Sylvester verb. *Capitulum*, num. 10. Lavorius verb. *indulgentia*, numer. 47. Azorius supra cap. 55. quæst. 4. & lib. cap. 37. quæst. 9. Aloysius Riccius in praxi aurea tol. 222. Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. *indulgent.* nnm. 2. Panormitanus in cap. *cum olim*, de major. & obed. Selva de benef. part. 2. quæst. 11. Gaspar Calder in cap. *nostro* de pœnit. Pavinus part. 1. quæst. 4. Armilla verb. *Capitulum*, numer. 8. Navarrus de indulgentiis, notab. 31. num. 6. & 7. Ratio est, quia conferre indulgentias est actus jurisdictionis. Cum autem Capitulum jus dicat simpliciter succedit in jurisdictione necessaria & voluntaria. Corduba, Ledesma quos refert & sequitur Torreblanca lib. 14. cap. 13. num. 43. Henriquez lib. 31. § 4. Lavorius cap. 11. num. 52. Sanctarellus dubio 2. littera F. Alzedo part. 2. cap. 3. num. 19. Archidiaconus cap. 1. de pœnit. & remiss. in 6. Sotus in 4. dist. 21. quæst. 1. art. 4. Bonacina puncto 3. n. 23. & alii contrarii docent. Ratio est, quia collatio indulgentiæ nō est actus jurisdictionis, sed dignitatis Episcopalis, in quâ non succedit Capitulum. Secunda, etsi sit actus jurisdictionis, est jurisdictionis voluntariæ, non contentiosæ. quæ sola transit ad Capitulum Sede vacante. Torreblanca citatus limitat, nisi Capitulum habeat ex consuetudine. Cōcludit tandem Azorius Quaranta in summâ bull. verb. *Capitulum sede vacante*, vers. *undecimo quæro*, Barbosa numer. 21. tutius esse ut Capitulum hoc committeret alicui Episcopo qui suo nomine faceret.

II. Vicarius Generalis non potest indulgentias concedere, ita Navarrus, Corduba, & alii apud Suarez disp. 55 sect. 5. num. 55. Reginaldus lib. 7. numer. 122. Nugnus in supplem. quæst. 23. art. Bonacina puncto 3. num. 10. Ratio est quia facultas concedendi indulgentias est quasi reservata dignitati Episcopali Potest tamen Episcopus dare facultatem hanc non solùm suo Vicario, sed etiam Clerico, ita Suarez supra sect. 3. num. 3. Corduba quæst. 12. propos. 2. Valentia tit. 4. disp. 7. quæst. 20. puncto 3. Graffius libr. 2. cap. 2. num. 21. Nugnus quæst. 26. art. 2. Emmanuel Sa verb. *indulgentia* num. 16. Bonacina num. 11. Reginaldus lib. 7. num. 116. Bellarminus de indulgentiis lib. 1. cap. 11. Lavorius cap. 11. num. 48. Vgolinus cap. 41. Alzedo part. 2. cap. 5, num. 25. Torreblanca lib. 14. cap. 13. numer. 37. Barbosa part. 3. alleg. 88. numer. 10. Azorius lib. 3. cap. 43. quæst. 13. & cap. 55. quæst. 5. Borgesius de irregul. part. 3 tit. de indulgent. Episc. num. 2. & part. 7. cap. fin. num. 23. Rebuff. tit. de forma Vicar. num. 172. Sbroz lib. 2. quæst. 40. num. Franciscus Leo in thesauro fori Ecclesiast. part. 1. cap. 10. numer. 12. Bensonius de Jubilæo lib. 2. cap. 30.

III. Cardinales possunt concedere indulgentias ordinariâ potestate. Ita Emmanuel Sa verb. *indulgentia*, n. 16.

Vel

Vel potius ex consuetudine & praxi, ita Navarrus tract. de indulgentiis, cap. 31. num. 13. Soto dist. 21. quæst. 1. artic. 4. Corduba de indulgentiis, quæst. 10. Gamachæus disp. de indulgentiis cap. 8. Henriquez libr. 7. cap. 21. §. 4. Quas etiam non Præsbyter dare poterit, Augustinus de Ancona in tract. de Ecclesiæ potestate quæst. 29. art. 8. Pavinus de potestate cap. *sede vacante*, in quæst. 4. Gambara tit. *Quid possit Legatus circa indulgentias*, num. 2. Torreblanca cap. 13. num. 44. Barbosa alleg. 88. n. 18. Amicus disp. 20. sect. 6. num. 120. Hæc potestas nullo jure legitur cõnexa cum dignitate Cardinalitiâ. Nec argumentum ab Episcopis cõvincit, quia officium Cardinalis tantùm est esse Consiliariũ Papæ, & habere suffragium in ejus electione. Quæ tamen potestas conferendi indulgentias præscribi potest, ita Glossa cap. *accedentibus*, ex textu. *Nisi forsan quisquam eorum speciali concessione, vel aliâ legitimâ causâ super hujusmodi valeat se tueri.* Nam per aliam legitimam causam non potest Pontifex intelligere, nisi legitimam præscriptionem.

IV. Legatus Apostolicus potestate ordinariâ non potest concedere indulgentias, ita Bellarminus lib. de indulgentiis, cap. 11. Suarez disp. 55. numer. 22. Ratio est, quia nullo jure hæc potestas ei conceditur nisi Episcopis, & Archiepiscopis. Nec valet argumentum à paritate dignitatis, quæ diversa & disparata est a dignitate Legati. Sed contrariam opinionem propugnant Navarrus apud Sanchez. Toletus in summa lib. 6. cap. 25. Felinus apud eundem Henriquez libr. 7. de indulgentiis cap. 32. num. 1. Amicus supra num. 119. Gambara de officio Legati lib 8. tit. *quid possunt legati circa indulgentias*, num. 8. & num. 20. cum Lavorio num. 16. docent quod finitâ legatione finiuntur indulgentiæ. Vt Amicus probet potestatem legatorum pro dandis indulgentiis esse ordinariam colligit, quod sint etiam Judices ordinarii in suâ legatione & Nunciaturâ.

Summus etiam Pœnitentiarius Pontificis concedit indulgentias centum dierum, & quidem potestate ordinariâ, ut testatur Paludanus Patriarcha Jerosolymitanus in 4. distin. 20. quæst. 4. Vel potius secundùm Azorium cap. 55. vers. *sexto quæritur*. Navarrum tract. de indulgentiis notab. 31. num. 17. Lavorium cap. 11. numer. 17. Non ex jure, sed ex vivæ vocis oraculo, vel consuetudine Papa sciente & tolerante. Quibus subscribit Barbosa num. 16. ex quâ consuetudine potestas ordinaria censeri potest, inquit Layman supra num. 3.

VI. Nullus Abbãs potest conferre indulgentias, etiamsi sit exemptus, nisi fortè aliquo speciali privilegio habeat illam potestatem à summo Pontifice legitimè approbatam, ita Gamachæus supra. Undè (inquit Amicus disp. 20. sect. 6. numer. 122.) si quando hæc potestas in aliquibus Abbatibus reperitur, illud non tam est signum prescripti juris, quàm antiqui privilegii, ut Sotus in 4. distinct. 21. quæst. 1. art. 4. §. *de Abbatibus*. Ratio est, nullus potest jus divinum, cujusmodi potestas est concedendi indulgentias præscribere. Quia præscribere est authoritate publicâ rem alienam bonâ fide possessam facere suam. Igitur præscriptio supponit publicam authoritatem, quæ ad lites tollendas potestatem habet transferendi jus divinum ex uno in alium, cùm nulla humana auctoritas possit disponere de voluntate divinâ, à quâ solâ jus divinum dependet.

VII. Superiores Religionum habere ordinariam potestatem conferendi indulgentias docet Medina apud Suarem disp. 55. sect. 5. num. 1. Ratio est, quia habent potestatem quasi Episcopalem. Unde possunt illos excommunicare, illis Cõfessarios assignare, à casibus Sedi Apostolicæ reservatis absolvere, si illi sint occulti Provinciales & Visitatores in suis visitationibus ordinariis possunt in domibus & collegiis suæ Provinciæ plenariam indulgentiam concedere omnibus alumnis ejusdem domus, vel Collegii visitati. Item possunt Superiores extraneos efficere participes bonorum spiritualium suæ religionis applicando illis satisfactiones subditorum

probat Lezana primò, quia esto concessum sit intuitu regularium, tamen revera non pro ipsis, sed pro sæcularibus est concessum. Secundò, quia Paulus V. revocavit indulgentias Regularibus concessas, at facultas cõmunicandi indulgentias, quæ in hoc privilegio conceditur, non est indulgentia, & ex diversis non fit illatio, cap. *ad audientiam*, de decimis. Peregrinus in 1. part. sui compendii verb *visitatores*. Peirinis tomo 1. privil. Minim. in constit. 14. Leonis X. numer. 12. Respondet Lezana Prælatos communicare suis Benefactoribus indulgentias (intellige sui Ordinis) primò præcipiendo suis subditis, ut pro illis lucrentur indulgentias, quod fieri potest suppositâ sententiâ Suarez supra disp. 52. sect. 7. num. 6. Bonacinæ supra puncto 6. num. 12. Coninck disput. 12. dubio 7. num. 47. & aliorum asserentium posse unum hominem pro alio etiam vivente lucrari indulgentias, pro ut in hoc casu contingere videtur, qui non magis implicat, quàm contequi indulgentias pro defunctis. Secundò, vivendo & aggregando prædictos benefactores cum suis Religiosis, & ita faciendo, quod sicut Religiosi consequuntur præfatas indulgentias faciendo opus præscriptum à Papâ, ita & illi benefactores, si illud fecerint. Quo casu solus Papa dicitur concedere indulgentias, non illi Prælati. Sic citatum privilegium explicant Peirinis tomo 2. de Prælato quæst. 3. cap. 6. numer. 9. Suarez disput. 55, sect. 5. num. 5.

XI. Parochi cæteriqúe Sacerdotes in foro pœnitentiali plenam jurisdictionem habentes non habent potestatem conferendi indulgentias jure ordinario, humano, vel divino. Ita D. Thomas, Sylvester, Soto, Navarrus, Corduba, Bensonius apud Gamachæum. Bonacina puncto 3, num. 25. Lavorius cap. 11. num. 65. Henriquez cap. 21 §. 8. Ugolinus cap. 14. §. 1. num. 2. Alzedo part. 2. cap. 3. num. 28, & 41. Coninck disp. 12. num. 14, Boetius citat. tract. num. 14. Franciscus Leo part. 1. cap. 7. num. 19. Barbosa part. 3. alleg. 88. num. 20. Amicus sect. 6. numer 97. contra Armillam verb. *indulgentia*, num. 2. & Angelũ eodem verbo. num. 5. Alphonsum à Castro, seu potius contra Vivaldum, qui in Candelabro tract de indulgentiis illos falso citat, ut notat Gamachæus, hi enim tantum docent posse à Sacerdotibus minui sacramentales pœnitentias vel injunctas, vel injungendas minuere per accidens suis exhortationibus, admonitionibus, augendo contritionem & devotionem pœnitentis. Vel etiam virtute sacramenti, sed non propriè per modum indulgentiarum. Hinc Clemens VIII. jussit expungi illud caput in ultimâ ejus recognitione, ut videre est in Indice expurgatorio. Probat igitur Gamachæus suam assertionem quatuor rationibus. Prima, quia in toto jure canonico nullus textus potest inveniri, qui hanc facultatem Parochis tribuat. Secunda, Abbates, nec Generales Religionum nequeunt, igitur nec Parochi. Tertia, plus est dare indulgentias quàm excommunicare, at Parochi nequeunt jure communi excommunicare, ergò nec dare indulgentias. Quarta, fundatur in praxi & consuetudine Ecclesiæ, quæ vim legis habet, & est juris interpres, nec hactenus Parochus suâ auctoritate concessit. Rationem quintam subministrat Amicus. Vel hæc potestas competit Parocho vel Sacerdoti jure humano à Pontifice derivato, vel divino immediatè à Christo communicato cum potestate absolvendi fideles à peccatis, quam in suspensione ordinis accipit, tamen quoad exercitium dependenter à Pontifice. Non primum ex dictis, nec secundùm maximè ex verbis Christi Joannis cap. 20. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Hæc enim verba propriè non extenduntur ad clavem remittendi pœnas per indulgentias. Nam potestas conferendi indulgentias non est per se annexa cum potestate remittendi peccata virtute sacramenti, cùm sint diversæ & ordinatæ ad actus diversos. Igitur textus citatus propriè non extenditur ad clavem conferendi indulgentias, cùm hæc sit potestas gratiosè remittendi pœnas fidelibus ex peccatis condonatis

condonatis nullâ ab ipsis satisfactione requisitâ, nec sit per se connexa cum potestate remittendi pœnas in foro pœnitentiali, in quo pœnæ ex confessis & absolutis peccatis relictæ non remittuntur gratiosè, sed ex justitiâ librată satisfactione pœnitentis, cum gravitate pœnæ peccatis debitæ ex Tridentino sess. 14. cap. 8. Potestas autem concedendi favores & gratias non spectat ad judices ordinarios, sed ad supremum principem & pastorem. Cùm igitur Parochi & Sacerdotes sint judices ordinarii animarum, instituti ut præsint huic secreto tribunali conscientiæ, Pontifex autem & Episcopi sint Pastores & Principes, hæc potestas ad eos pertinebit. Nec est eadem ratio jurisdictionis absolvendi à peccatis jure divino annexæ cum potestate sacerdotali, licet quoad exercitium dependenter à Pontifice & Episcopis à quibus intrinsecum complementum dependet. Brevius Gamachæus, datur Præsbyteris potestas remittendi peccata in sacramentis, non extra sacramenta, seu datur illis quoad actum primum vel habitum remittendi peccatum, ut postea exerceatur & traducatur in actum secundum tempore & loco, quando ipsi habuerunt debitam materiam, idest aliquos subditos, sivè ex ordinariâ potestate, quando obtinuerint beneficium pastorale, sivè per delegationem, quando ad excipiendas confessiones fuerint ab ordinario approbati & admissi, nec simplices sacerdotes habent forum, vel jurisdictionem externam sicut Episcopi.

X. Potest Pontifex vel Episcopus dare facultatem alicui Clerico conferendi indulgentias. Ita Bellarminus de indulgentiis lib. 1. cap. 11. Suarez disp. 55. sect. 6. num. 6. Valentia tomo 4. disp. 7. quæst. 20. puncto 3. Emmanuel Sa verb. *indulgentia*, numer. 16. Reginaldus lib. 7. num. 116. Lavorius cap. 11. num. 48. Ugolinus cap. 41. Nugnus quæst. 28. art. 2, Alzedo part. 2. cap. 3. num. 25. Torreblanca libr. 14. cap. 13. num. 37. Azorius lib. 3. cap. 43. quæst. 13, & cap. 55. quæst. 5. Bonacina quæst. 1, puncto 3. num. 11. Corduba quæst. 12. propos. 2. Barbosa de officio & potest. Episc. num. 11. Ratio est, quia facultas concedendi indulgentias spectat ad Episcopum jure ordinario juxta restrictionem & limitationem Sedis Apostolicæ, ut tradunt Suarez & alii citati. Facultas autem quæ alicui competit jure ordinario potest alteri delegari, nisi adsit prohibitio in contrarium, ut docent Graffius lib. 2, cap. 2. num. 11. & alii citati.

Potestas conferendi indulgentias XI.
nequit à Pontifice vel Episcopo concedi laico Ita Graffius supra num. 27. Suarez, Reginaldus citati, Bonacina etiam num 12. Lavorius cap. 11. numer. 49. Barbosa alleg. 88. num. 11. Ratio, est quia Laicus removetur à muneribus Ecclesiasticis, ut patet ex tractatu de censuris. Tamen Arriaga de Sacramento pœnitentiæ disp. 27. sect. 8. num. 137. post Joannem Valerium in differ. utriusque fori verb. *absolutio*, differ. 13. num. 3, censet in articulo mortis deficiente Sacerdote concedi posse ipso facto indulgentiâ ab alio Clerico, & deficiente Clerico posse concedi à Laico, & citant Navarrum de indulg. notab. 30. num 9. qui id probare videtur. A quâ opinione non recedit Diana tomo 1. tract. de bullâ Cruciatæ resol. 106. Nec Arriaga reprobat. Certè (inquit) quoad indulgentiâ magis apparenter id dici posset. Quia ibi non videtur cõfessario cõcessum quod eam indulgentiam cõcedat: sed positâ confessione vel contritione, si non potuit confiteri ipso facto conceditur. Quod ad alias verò indulgentias, non videtur probabile quod de laico dicitur Quia Pontifex committere non solet laico ullum actum jurisdictionis spiritualis, qualis est concessio indulgentiæ, sicut nec potestatem excommunicandi, aut alia quæ ad claves pertinent. Concludit consulenda esse verba indulti, quæ si (ut plerumque fit) id committant Cõfessario, res erit clara, nec poterit concedi à Diacono. Si verò dumtaxat loquantur de indulgentiâ in articulo mortis, res erit magis dubia an possit Clericus non Sacerdos illam concedere. Consequenter ad dicta disp. 18. sect. 1. Clericum non Sacerdotem

non

non posse absolvere à censuris. Idem dicendum existimat de indulgentiis, quia concessio Pontificis videtur intelligenda juxta communem stylum, qui est, ut id fiat à Confessario. Dico ego moribundum extra confessionē absolvi à censuris à Sacerdote, & consequi indulgentiam, ut patet ex praxi nostri Ordinis. Frequentissimè enim Patres nostri vocantur ad moribundos confratres Sancti Scapularis qui præsentibus etiam Confessariis alterius Ordinis extra Confessionem Sacramentalem eos absolvunt à censuris, & indulgentiam conferunt. Hanc inservi, quam etiam refert Reverendissimus Stratius noster Generalis in opusculo pro instructione pro Fratribus Carmelitis, quod Paulus V. in lucem prodire permisit, post *Confiteor. Misereatur indulgentiam* subditur. *Auctoritate Domini nostri Jesu-Christi; ac Beatorum Apostolorum Petri & Pauli mihi commissâ & tibi indultâ. Ego N. absolvo te in primis ab omni excommunicatione aliisq; censuris, pœnis, & sententiis Ecclesiasticis, sivè à jure, sivè ab homine, quâvis occasione, vel causâ latis etiam Sedi Apostolicæ reservatis in quantum se extendit privilegium, & restituo te communioni fidelium, & sacrosanctis Ecclesiæ Sacramentis. Deinde absolvo te ab omnibus peccatis tuis. Atque eadem auctoritate impertior tibi N. indulgentiam plenariam in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, pro articulo mortis impertior tibi indulgentiam plenariam in hoc mortis articulo si subsequatur. Si verò convalueris, eam tibi ad tuum ex hac vita discessum reservo, in nomine Patris, &c.*

## §. 2.

## *Argumenta contraria diluuntur.*

I. DOctrinæ superiori opponitur auctoritas S. Pauli, qui 2. Corinth. cap. 2. vers. 7. indulgentiæ, seu condonationis collationem videtur tribuere omnibus Corinthiis. *Ita ut è contrario magis donetis.* Vers. 10. *Cum autem aliquid donastis & ego.* Ex quibus verbis colligitur potestatem indulgendi competere quibuscumque fidelibus. Nam Theophilactus ibi ait Apostolum rogare Corinthios, ut judices. Respondent Estius & Cornelius Apostolum scribere Ecclesiæ, seu perfectis, non ut per omnes etiam Laicos, sed per Præsbyteros Episcopali auctoritate ex Apostolicâ commissione pollentes indulgentias concedat. Sic 1. Corinth. c. 5. v. 4. his verbis. *In nomine Domini Iesu Christi congregatis vobis & meo spiritu cum virtute Domini nostri Iesu-Christi tradere ejusmodi satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus fiat.* Non intendit judicandi, & excommunicandi potestatem ad omnes fideles spectare, seu plebi, ac laicis, æquè ac Episcopis illud jus competere (ut volunt hæretici.) Contrarium enim denotant particulæ *ego judicavi*, quibus significat judicium hoc ad solum Episcopum, seu Prælatum Ecclesiæ pertinere. Undè non ait Apostolus, ut vos congregati tradatis eum, sed congregatis vobis, idest, in congregatione & Ecclesiâ vestrâ judicavi eum tradere satanæ, scilicet per Episcopum, qui nomine Christi vice meâ præest Ecclesiæ & congregationi vestræ. Alludit enim ad consuetudinem Reipublicæ qui judicium fert non voce populari, sed per suos judices & Magistratus. Secundò, ait congregatis vobis, ut significet hanc potestatem fuisse datam Paulo & Episcopis, non propter se, sed ad bonum Ecclesiæ, quæ tota illud munus obire nequit, quia sic esset in eâ magna confusio, si quilibet deberet rogari, & dicere sententiam, sed debet illam potestatem exercere per suos Rectores & Episcopos. Tertiò, Apostolus ait, *congregatis vobis*, quia exercitium ejusmodi potestatis est odiosum, quare ut Apostolus omnes sibi conciliet, & ne quis fornicarium virum potentem defendat & Paulum nimiæ severitatis accuset, vult censuram ferre ex communi Ecclesiæ consensu & spiritu. Unde Apostolus sponte suâ, tacitè & ex mo-

destiâ Corinthiis judicium defert, & adsciscit non quasi judices, sed quasi testes, approbatores, & executores sententiæ à se latæ. Sic solent Principes & modesti Duces exercitus in causâ arduâ & periculosâ primariorum militum sententiam exquirere, & illis quasi judicium deferre, quando aliquis primarius miles plectendus est Inquiunt SS. Chrysostomus, Ambrosius, Anselmus, Theophilactus, & alii. Denique utrumque (inquit Estius) aliquo sensu potest toti populo Christiano tribui, quia nimirum voto & desiderio, & piâ commiseratione, seu zelo universus bonorum fidelium cœtus id facere dicitur, quod potestatis suæ ministerio soli rectores & Episcopi præstant. Ita S. Augustinus docet contra Donatistas quod gemitus columbæ remittat peccata. Cæterùm quod ratio ligandi per censuras, & solvendi per indulgentias solis Episcopis competat, satis innuit Apostolus locis citatis, cùm utrumque se facere testatur in nomine seu personâ Christi.

II. Contraria opinio hâc ratione fulcitur. Possunt fideles alii pro aliis satisfacere, & ita suas afflictiones, & mortificationes applicare ad remissiones pœnæ temporalis. Respondet Estius solvere, sed non absolvere per potestatem clavium, quia non utuntur potestate clavium, per quam mediante ejusmodi satisfactione relaxēt debitas aliorum pœnas.

III. Hanc secundam rationem opponunt adversarii. Eiusdem fori potestas solvere & ligare potest. At solus Sacerdos in foro pœnitentiæ ligat pœnitentem seu peccatorem, igitur & solvit & relaxat. Respondet Estius eâdem potestate inferiorem non posse ligari & solvi. Sæpè enim inferior ligat cuius solvendi potestatem retinet sibi superior. Indulgentiarum cōcessio spectat ad forum exterius, primò ob thesaurum communem Ecclesiæ. Secundò quia causarum consideratio ob quam dantur ab Ecclesiâ indulgentiæ spectat ad forum exterius. Hæ autem causæ sunt devotio, seu potiùs affectus populi Christiani erga Sedem Apostolicam, ædificatio Ecclesiarum, extirpatio hæreseon, victoria contra infideles, & alia ejusmodi Ecclesiæ bona.

IV. Denique opponitur, quod quando sacerdos pœnitenti satisfactionem injungit, cōmutat pœnam futuri sæculi in pœnam hujus sæculi longè minorē, igitur relaxat aliquid de pœnâ temporali debitâ. Sed facilis est responsio per indulgentiam Ecclesiasticam non commutari pœnam purgatorii in pœnam hujus sæculi, sed pœnitentiam injunctam, seu injungendam relaxari in totum, vel ex parte, quod quilibet Sacerdos facere nequit, quia (nisi majori potestate polleat) debet pœnitenti injungere satisfactionem pro gravitate delicti, aut si id non præstat ob infirmitatem pœnitentis, committit ei reliquum sponte assumendum, vel à Deo expectandum. Deindè quando pœna futuri sæculi commutatur in pœnam hujus sæculi, licet non servatur æqualitas quoad acerbitatem, tamen servetur in valore & in æstimatione coram Deo, adeò ut fideles dicantur verè & propriè satisfacere coram Deo per injunctam sibi pœnitentiam.

## CAPUT XXI.

### *Potestas Episcopalis circa Imagines & eorum ornatum.*

I. IMagines non tantùm Christi, sed & Sanctorum ab hæreticis temerè improbari docet Joannes Damascenus Oratione 1. de Imaginibus ubi invehitur in eos hæreticos, qui quidem imagines Christi admittebant, sed Sanctorum admittere nolebant. *O hominum* (inquit) *absurditas! nonne animadvertitis vos plane inimicos Sanctorum confiteri? nam si Christi imaginem admittentes Sanctorum imagines repudiatis, constat vos non tam illorum imaginibus, quàm honoribus adversari, quippè qui Christi tanquam honorati imaginem facitis, Sanctorum autem ut vilium, & abjectorum effigies rejpnitis,* Joannes Damasc.

*& veritatem ipsam mendacem appellatis, Vivo enim ego dicit Dominus hos, qui me honorant, honorabo.* Sed ubi collocandæ & honorandæ Christi & Sanctorum imagines? non tantùm in domibus & oratoriis, sed etiam in templis, & in sepulchris.

II. Gregor. Nyssen. Gregorius Nyssenus oratione in Theodorum de illis ita disserit. *Oblectatur, dum adem ut templum Dei, & magnitudine structuræ, & adjectiornatus decore splendido elaboratum intuetur. Vbi & faber in animalium figuram lignum formavit, & pictor induxit etiam flores artis in imagine depictos, fortia facta Martyrum, repugnantias, cruciatus, efferatas & immanes tyrannorum formas, impetus violentos, flammeam illam fornacem, beatissimam consummationem athletæ, certaminum præsidis Christi, humanæ formæ effigiem, omnia nobis, tanquam in libro quodam qui linguarum interpretationes continet, coloribus artificiosè depingens certamina atque labores Martyris nobis expressit, ac tanquam pratum amœnum ac floridum templum ornant: solet etiam pictura tacens in pariete loqui, maximè prodesse.* S. Basilius in Julianum citatus ab Adriano Papâ epistolâ ad Imperatores in septimâ Synodo actione 2. ejusmodi cultum publicè à se imaginibus exhibitum refert. *Historias* (inquit) *imaginum illarum, & palam adora. Hoc enim nobis traditum à sanctis Apostolis non est prohibendum, &c.* Palam in sacris & prophanis ædibus, in templis & compitis. Sanctus Chrysostomus in suâ Liturgiâ ait quod sacerdos sacra faciens Christi imaginem exhibeat: *Sacerdos ad imaginem Christi caput inclinat.* S. Paulinus in natali sancti Fœlicis canit.

*Sanctasq; feramur in aulas,*
*Miremurq; sacras, veterum monumenta figuras.*

Idem epist. ad Severum conqueritur, quod se unà cum sancto Martino depingi curaverat, rogatque ut saltem istos versus subscribi jubeat.

*Astat Martinus perfectæ regula vitæ,*
*Paulinus veniã quo mereare docet.*
*Hinc peccatores, illum spectate beati,*
*Exemplar sanctis ille sit, iste reis.*

Prudentius in hymno de sancto Cassiano testatur se in templo S. Cassiani vidisse ejus imaginem in altari.

*Erexi ad cælum faciem, stetit obvia contra*
*Fucis colorum picta imago Martyris,*
*Plagas mille gerens, totos lacerata per artus,*
*Ruptã minutis præferens punctis cutẽ.*

Olim in templis & altaribus Christianorum fuisse imagines expositas & debito honore affectas docent sacræ historiæ. Anastasius in vitâ Sixti, Platina & alii narrant Valentianum Minorem fuisse admonitum à Sixto Papâ, ut collocaret in Ecclesiâ sancti Petri supra tumulum, seu altare beati Petri imaginem auream Salvatoris. Apud Nicephorum libr. 14. cap. 2. Pulcheria Augusta posuit in templo Constantinopolitano à se extructo imaginem B. Mariæ, quam Eudoxia ad eam Hierosolymis miserat. Sanctus Augustinus lib. 1. de consensu Evangelistarum cap. 10. scribit quod variis in locis publicis Christus inter Apostolos Petrum & Paulum depictus cerneretur. S. Sylvester Papa I. apud Baronium ad annum Christi 324. depictas imagines Apostolorũ Petri & Pauli ostendit Constantino Imperatori, & cùm Constantinus similimas esse cerneret vivis illis, qui ei apparuerunt magnâ exultatione baptismum suscepit, & sanatus est. Hæc autem imago Imperatori ostensa hactenus, magnâ veneratione asservatur in Basilicâ Vaticanâ S. Petri, cujus exemplar formis æreis affabre expressum vulgatum est omnibus. Idem Baronius scribit ad annum 714. Egunium quendam monachum designatum Episcopum divinitus admonitum fuisse, ut Dei Genitricis imaginem in suâ Ecclesiâ collocaret, rem autem in controversiam deductam, fuisse delatam ad Sedem Apostolicam, seu Constantinum Papam, qui misit in Angliam Bonifacium Legatum, qui Concilium Lunduni celebravit, ubi probatâ visione Egunii de cultu sacrarum imaginum decretum promulgatum fuit, quem tamen cultum testatur Beda hist. Angl.

lib. 1. cap. 25. fuisse in Ecclesiam introductum ab ipso ingressu Religionis Christianæ. Lege Adrianum in libro de imaginibus, qui habetur post septimam Synodum circa finem, qui narrat à Pontificibus Sylvestro, Damaso, Cœlestino, Sixto, Leone, Joanne & Pelagio templa fuisse exornata picturis sanctorum, qui Pontifices fuerunt ante annum Christi 500. Undè patet Calvini error, qui lib 1. instit. cap 11, §. 13. scribit imagines non fuisse expositas in templis & sacris aris primis quingentis annis.

III. Quia verò in ornandis imaginibus, seu sanctis representandis circa formam & habitum abusus quidam ab aliquibus Catholicis introduci cœperunt, Sanctissimus Urbanus VIII. ad eos evellendos anno 1642. 15. Martii hoc decretum edidit. *Ne quis cujuscumque gradus, qualitatis, ordinis, status, vel conditionis ac dignitatis & præeminentiæ etiam Ecclesiasticæ, etiam individuâ, ac speciali expressione dignæ existat, imagines Domini nostri Jesu-Christi, & Deiparæ Virginis Mariæ, ac Angelorum, Apostolorum, Evangelistarum, aliorumq; Sanctorum, & Sanctarum quorumcumque sculpere, vel sculpi aut pingi facere, aut ante hac sculptas, aut pictas, aut aliàs quomodolibet effictas tenere, seu publico aspectui exponere, aut vestire cum alio habitu & forma in Catholica & Apostolica Ecclesia ab antiquo tempore consueta, nec etiam cum habitu alicujus Ordinis regularis tenore præsentium prohibemus, ac ut imagines aliter pictæ vel sculptæ ab Ecclesiis, & aliis locis quibuslibet amoveantur & deleantur, vel reducantur & reformentur ad habitum & formam in Ecclesia Catholica & Apostolica ab antiquo tempore consuetam, veneratio, & cultus sic dictis imaginibus augeatur, & quæ oculis fidelium subjiciuntur non inordinata nec insolita appareant, sed devotionem & pariant pietatem, &c.* Et infra. Concedit omnibus Episcopis, Nunciis, seu Legatis, ut præfata curent inviolabiliter observari ab omnibus & quibuscumque regularibus & sæcularibus: statuitque quod si regulares seu moniales præfatis parere neglexerint, possint & debeant Episcopi, Locorum Ordinarii, Metropolitani, Primates, Patriarchæ, Nuncii, & Legati Apostolici de Latere missi, tanquam in hoc ab Apostolicâ Sede specialiter delegati contra omnes & singulos prædictos, & quoscumque alios quomolibet inobedientes & transgressores procedere, adeò ut Episcopi, &c. quacumque appellatione, recursu, reclamatione, aliisque juris & facti remediis ordinariis penitùs & omninò remotis ad omnimodam observantiam illos prævià unicâ monitione censuris Ecclesiasticis, & aliis eorum arbitrio, & præsertim quoad loci superiores, etiam privationis officii, & vocis activæ & passivæ pœnis possint compellere. Accipe ejus verba. *Quocirca quibuscumque venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, ac nostris, & Apostolicæ Sedis Nunciis, & Legatis etiam de latere sub obtestatione divini judicii mandamus, ut prædicta inviolabiliter & exactè observent. Mandantes insuper omnibus Capitulis Ecclesiarum etiam Cathedralium, & majorum, ac Universitatibus etiam studiorum, Monasteriis, ac Collegiis & Personis quibuscumque etiam Ecclesiasticis sæcularibus, & regularibus cujuscumque Ordinis, etiam Cistercienſis instituti, Congregationis & Societatis, etiam Jesu, etiam Militaribus, &c. Et cæteris quibuscumque, quomodolibet qualificatis, &c. Eadem individuâ expressione, & speciali notâ dignos, ac monialibus etiam regularium gubernio subjectis, ac etiam Sedi Apostolicæ immediatè suppositis, ut in eorum Ecclesiis, & locis omnia & singula præmissa, observent, & observari faciant. Quatenus verò ipsi, præsertim Regulares ac Moniales, præsentibus litteris, ac omnibus in eis contentis parere neglexerint, possint & debeant Episcopi, & locorum Ordinarii, Metropolitani, Primates, Patriarchæ, Nuncii, & Legati Apostolici de Latere missi, tanquam in hoc à Sede Apostolica specialiter delegati, contra omnes & singulos prædictos & quoscumque alios quomodolibet inobedientes*

*dientes & transgressores procedere, & quacumque appellatione, recursu, reclamatione, aliisq; juris & remediis ordinariis & extraordinariis, penitùs & omninò remotis ad omnimodam observantiam illos previâ unicâ monitione, censuris Ecclesiasticis & aliis eorum arbitrio, &c. compellere, &c. Nonobstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis in eorum favorem, etiam personarum atque ordinum quorumcumque, etiam Cistercienſis, ac tam Mendicantium, Militarium etiam sancti Ioannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum etiam Iesu, & cujusvis alterius Instituti, &c. Quibus Episcopi & alii Ordinarii, & Superiores prædicti deferre minimè tenebuntur.*

# TRACTATVS TERTIVS.

## CIRCA LEGES, ET ALIA MISCELLANEA.

### CAPUT I.

### *Potestas Episcopalis circa editionem Legum.*

I. OMISSIS definitionibus legis, dico cum D. Thomâ 1. 2. quæst 90. art. 4. Legem esse *ordinationem rationis promulgatam ad bonum commune ab eo, qui curam habet communitatis.* Ejus explicationem vide apud P. Lezaham tomo 4 quæst. regul. verb. *Lex*, num. 3. Bonacinam disp. 1. quæst 1. puncto 1. num. 1. de legibus. Ab omnibus promiscuè ferri nequit, sed ab eo qui habet publicam potestatem, iurisdictionem, & vim cogendi, inquiunt Doctores post D Thomam 1. 2. quæst. 90. art 3. & quæst. 67. art. 15. & Juristæ cum Bartolo l. *imperium*, ff. *de jure omnium judicum*, dicente legum lationem pertinere ad iurisdictionem meri imperii, vel existentis in gradu proximo. Et Baldo in l 1. ff *de justitiâ & & jure*. Canonistis passim in cap. *cum accessissent*, & cap. *cùm in Ecclesia sanctæ Mariæ de Constit.* Ratio est, quia actus ferendi legem est unus ex præcipuis actibus, quo Respublica gubernatur ab iis, qui iurisdictionem & publicam auctoritatem habent. Duplex autem est auctoritas, seu potestas legislativa scilicet Ecclesiastica, & Civilis. Ecclesiastica est proximè ac immediatè à Deo instituta. Civilis provenit immediatè a Deo, ita Sotus lib. 4. de justitiâ art. 1. Toletus in cap. 13. ad Rom. Layman lib. 1. tract. 4 cap. 6. numer. 1. Covarruvias cap. 1. pract. quæst. num. 6. & alii communiter. Illa dicitur Ecclesiastica ratione obiecti & finis: quia per se ac directè versatur circa res spirituales ad salutem animarum, & vitam æternam ordinatas. Civilis per se ac directè temporalem tantùm commoditatem ac pacem spectat. Layman supra. Ambæ ilæ potestates propriis officiis ac dignitatibus discretæ sunt, & utraque in suo genere est perfecta ac per se sufficiens esse debet. Cùm Pontifex sit totius populi Christiani Pastor, ac omnium Ecclesiarum caput ac rector, potest ferre leges in Ecclesiâ per potestatem immediatè acceptam à Christo Matthæi cap. 16. vers. 19. *Tibi dabo claves regni cœlorum, & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis.* Idest secundum S. Thomam supra art. 1. lex venit à *ligando*, quoscumque homines ligaveris præceptis, &c. Et patet ex Concilio Lugdunensi cap. *Ubi periculum*, de electione. Florentino sess. ult. & aliis Conciliis relatis a Salas disp. 8. sect 5. numer. 21. Bellarmino de Romano Pontifice, & aliis.

II. Jurisdictio Ecclesiastica Archiepiscoporum, Episcoporum, ac potestas eorum ad ferendas leges quoad substantiam est ab institutione divinâ, ut patet

patet Matthæi cap. 18. vers. 18. ubi Christus omnibus Apostolis ait. *Amẽ dico vobis quæcumque alligaveris super terram, erunt ligata & in cælis.* Syriacus. *Quidquid ligaveris.* Ideſt (inquit noſter Sylveira poſt Toſtatum quæſt. 113. & 115. Caietanum, Maldonatũ, Janſenium, & alios) tam in foro externo, quàm interno, id non tantùm in ſacramento Pœnitentiæ retinendo vel abſolvendo pœnitentes, aliaque ſacramenta negando indiſpoſitis & indignis, conferendo dignis: ſed etiam pœnitentias lapſis injungendo, reos excommunicatione, aliisque cenſuris innodando, leges & præcepta fidelibus præſcribendo, &c. Idem Apoſtolus innuit Actor. cap. 20. verſ. 28. *Attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei.* Leges concedendo ad benè rectèque vivendum. Sicut enim ad Rempublicam bene regendam leges neceſſariæ ſunt, ut homines ſecundùm rationem vivant, ita in Eccleſiâ, quæ omnes Reſpublicas ſuperat: ut homines ſecundùm rationem & gratiam vivant, debent habere aliquas leges Eccleſiaſticas, quæ ſunt quaſi concluſiones deductæ ex principiis Evangelii, ſeu determinationes, ut probat Bellarminus lib. 4. de Romano Pontifice cap. 16. Hujus poteſtatis Epiſcopalis inſtitutęà Deo mentionem facit Hoſius Epiſcopus apud S. Athanaſium epiſt. ad ſolitariam vitam agentes, ubi Conſtantium Imperatorem ita affatur. *Tibi Deus imperium commiſit, nobis, quæ ſunt Eccleſiæ concedit. Et quemadmodum qui tuum Imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi divinæ: ita & tu, nè quæ ſunt Eccleſiæ ad te trahens magno crimini obnoxius ſias.* Quoad modum verò & ordinem inſtitutionis, ſeu in actu exercito Epiſcopos dependere à Romano Pontifice innuit Vigilius Papa epiſt. ad Euther. cap. ult. & refertur in cap. *qui ſe ſcit*, 2. quæſt. 6. *Ipſa namq; Eccleſia, quæ prima eſt, ita reliquis Eccleſiis vices ſuas credidit largiendas, ut in partem ſint vocata ſollicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis.* Et D. Thomas in 4. diſt. 20. quæſt. unic. art. 4. *Papa habet plenitudinem poteſtatis Pontificalis, quaſi Rex in regno. Epiſcopi verò aſſumuntur in partem ſollicitudinis quaſi judices ſingulis civitatibus præpoſiti.* De hoc plura ſupr. Duplex eſt lex in jure cap. *dilectus*, de off. ord. jud. & Gloſſa ibi. Una juriſdictionis, quâ etiam Monaſteria non exempta & in ditione Epiſcopi conſtituta tenentur. Cap. & Gloſſa citatis. Abbas, Henricus, Boverius, Zabar, & Felinus in cap. *conquerente*, de off. ordin. cap. *auditis* de præſcript. & gloſſa cap. 1. 10. quæſt. Altera Diœceſana ad quam aſtringuntur Clerici ſæculares tantùm, non autem Religioſi non exempti. In his duabus legibus tota poteſtas Epiſcopalis conſiſtit, quæ in eo differunt, ut per legem juriſdictionis Epiſcopus curam animarum committat, pœnis delinquentes coerceat, Eccleſias conſecret, & moderetur, altaria, calices, veſtes, virgines ſacret, Chriſma conſecret, & alia præſtet, quæ ſpectant ad ſacramenta, & quæ recenſentur cap. *conquerente*, §. *præcedenti*, de off. ordin. uſque ad verbum *ſynodum*, quæ omnia ſecundùm Gloſſam in dando ſeu faciendo conſiſtunt. At per legem Diœceſanam Epiſcopus ſynodum cogit, Clericos convocat ad funeris exequias ſolvendas & cohoneſtandas. Plura de utraque hac lege habet Azorius part. 2. lib. 3. cap. 32. quæſt. 2. Eraſmus Chokier part. 1. quæſt. 15.

Mat. 18 v. 18.

Actor. c 20. v. 28

Hoſius

III.

Epiſcopos poſſe leges Eccleſiaſticas ferre pro ſuâ Diœceſi aſſerunt communiter Theologi, Canoniſtæ, & Summiſtæ apud Suarem libr. 4. de legibus cap. 4. num. 2. Ratio eſt, quia habent auctoritatem juriſdictionis, & vim coactivam per cenſuras, &c. Idem cenſendum eſt de Archiepiſcopis & Patriarchis in ſuâ Diœceſi. Item de Cardinalibus reſpectu loci, ſeu Eccleſiæ cujus ſunt titulares. Ratio eſt, quia Cardinales in loco ſeu Eccleſiâ ſui tituli gaudent eâdem juriſdictione quâ Epiſcopi in ſuâ Diœceſi. Nec extra illas Eccleſias ſuorum titulorum poſſunt leges ferre, ita Panormitanus in cap. *querelam*, Hieronymus Manfredus tractat. de Cardinalibus deciſ. 134. Bonacina diſp. 1. quæſt. 1. punc-

cto 7. num. 23. & alii apud Salas de legibus disp. 8. sect. 8. num. 45. Suarem de legibus part. 1. quæst. 20. Dixi respectu *loci seu Ecclesiæ cujus sunt titulares*: Quia ex Bonacinâ jam citato, certum est Cardinales, aut etiam cœtum Cardinalium non posse universalem condere. Quia Collegium non habet jurisdictiones ad ferendas leges cùm nullibi reperiatur talis facultas collegio Cardinalium concessa.

IV. Potest Episcopus in rebus gravioribus condere leges, quæ ad ordinariam Ecclesiæ suæ gubernationem, & commune ovium suarum regimen spectant, ut docent Suarez loco citato, cap. 5. & tomo 4. in 3. part. disp. 7. sect. 4. num. 5. etiamsi absque consilio & consensu Capituli & Cleri, ita Suarez lib. 4. cap. 5. numer. 2. Salas 7. num. 41. Valquez disp 133. cap. 2. Bonacina disp. 1. quæst. 1. puncto 3. num. 24. Armendariz in addit. ad recop. leg. Navarræ lib. 1. tit. 18. lib. 7. de Episcopis num. 65. Piacesius in praxi Episc. part. 2. cap. 1. numer. 8. Sel in selectis cap. 25. num. 38. ubi refert ita fuisse decisum die 6. . . . anno 1627. Barbosa part. 3. alleg. 94. num. 30. Ratio Bonacinæ est, quia si cõsensus Capituli requireretur aliquo fundamento niteretur, at nullum assignari potest. Nec enim potestas Episcopo confertur dependenter à Clero, igitur potest Episcopus regulariter leges ferre absque consilio Cleri, exceptis casibus in jure expressis, ut patet ultimò *de feriis*, & exceptâ necessitate ad hoc cogente. Non est tamen eadem ratio Patriarcharum, & Archiepiscoporum. Hi enim nequeunt extra Concilium Provinciale ferre leges obligantes totam provinciam, cum nullus possit ferre leges extra limites suæ jurisdictionis, nisi fortè dum provinciam visitat, cap. *sicut primas*, 9. quæst. 3. cap. *sicut olim* de accusationibus, ita Suarez de legibus, lib 4. cap. 5. numer. 3. Salas de legibus disp. 8. sect. 9. num. 48. Sanchez lib. 8. de matrimonio disp. 17. num. 30. Bonacina de legibus disp. 1. quæst. 1, puncto 3. num. 25. & disp. 2. puncto 1. num. 14. & tract. de pœnit. disp. 1. puncto 8. §. 2. num. 5. & de censuris disp. 1, quæst. 1. & 11: & alii ab eo citati contra Graffium, Henriquez, Coninck. Nec secundò eadem est ratio Episcopi & Generalis respectu suæ Religionis, Provincialis respectu suæ provinciæ, & Conventuum. Quamvis enim Prælati religionum habeant jurisdictionem quasi Episcopalem, non tamen cum Episcopis in omnibus conveniunt, nec in omnibus habent parem aut similem potestatẽ sicut Episcopus. Nam (ut dictum est) Episcopus habet ex divinâ ordinatione Ecclesiasticam jurisdictionem, ac legum ferendarum potestatem, quoad substantiam, & in actu signato ex divina institutione, at quoad modum, ordinem institutionis, & actum exercitum à Sede Apostolicâ. Sed (inquiunt Suarez tomo 4. de religione, tract. 8. lib. 2. cap. 8. num. 4, 5. & 8. Noster Lezana tomo 1. quæst. regul. cap. 18. num 90.) Prælati Religionum suam potestatem habent ab ipsâ Religione respectivè. Deindè Episcopus potest solus absque consensu Capituli condere leges perpetuas, licet tamen sæpè ejus consilio & consensu utatur in condendis & promulgandis legibus ad evitandas quasdam inconvenientias. At quamvis (inquit Lezana supra) Prælati soli possint per se decretis ac præceptis quæ solùm durent tempore sui officii obligare suos subditos, etiam in conscientiâ, & ratione voti obedientiæ quod subditi emiserunt, & ratione jurisdictionis Ecclesiasticæ quam ipsi Prælati habent. Nihilominus nequeunt *jure communi* condere leges, vel statuta perpetua, absque Capitulo proportionato, Generali Provinciali, aut Locali, respectu totius Religionis, Provinciæ, aut Conventus. Ratio est, quia ex D. Thomâ 1. 2. quæst. 90. art. 1. condere leges spectat ad communitatem, cùm enim legis impositio sit res gravissima, ut potè perpetuò durans, communitatis cui imponitur consensum postulat, atque adeò illo secluso nihil fiet. Dixi *jure communi* non posse condere leges, vel perpetua statuta:

Quia

Quia saltem ex consuetudine, lege, & privilegio id habere possunt, ut idem Lezana docet tomo 1. quæst. regul. cap. 8. num. 3. & cap. 18. num. 90. Idem erit consulenda jura particularia Religionum.

V. Potest etiam Episcopus ferre leges & statuta etiam contra jus commune in casu aliquo particulari, scilicet dum superior aditi vel consuli commodè nequit, potest Episcopus aliquid contra jus commune decernere intervenientè justâ causâ, ut docet Decius cap. *at si Clerici*, §. *de adulteris*, num. 81. de judiciis. & alii apud Salas sect. 6. numer. 4. & Bonacinam de dispensationibus disp. 1. quæst. 12. puncto 1 num. 17. & seq. Ratio est, primò quia intervenientè causâ licet contravenire expresso mandato Domini ob eius præsumptam voluntatem, l. *si hominum*, ff. *mandati* Secundò quia Episcopus potest aliquando justa de causâ pœnitentiam à summo Pontifice impositam minuere, ex Glossa cap. *tempora plenitudinis*, vers. *à quo judicio*, 26. quæst. 7. Igitur potest etiam justâ interveniente causâ decernere aliquid contra jus commune in casu particulari. Si enim potest dispensare in lege superioris in causâ particulari, eodem jure contra legem superioris in causâ particulari aliquid decernere justâ causâ concurrente. Denique hic casus censetur per epicheiam exceptus, nec superior censetur invitus. Dixi in casu aliquo particulari, quia quamvis Episcopus possit leges seu statuta à se, vel à suis prædecessoribus lata abrogare, modò non fuerint cõfirmata à Sede Apostolicâ: tamen nihilominus nequit condere leges vel statuta contra jus commune, ut docent Panormitanus cap. *cùm dilectus*. num 10. & cap. finali numer. 5. de officio Legati. Baldus leg. *omnes populi*. numer. 8. Jason & alii apud Salas sect. 6. num. 40. Navarrus tit. de regularibus libr. 3. consil. 26. num. 8. Suarez lib. 4. cap. 5 num. 2. Bonacina supra numer. 23. Ratio est, quia inferior non habet potestatem in superiorem.

VI. Decreta Episcoporum vel particularium Conciliorum non habent vim legis universalis, licet in decreto contineantur, & edantur à summo Pontifice, nisi approbentur a Sede Apostolica, vel iam fuerint approbata, ita Salas de legibus disp. 8. sect. 13. num. 67. Bonacina supra num. 18. Nec sententiæ Patrum per se vim legis habẽt, licet in decretis apud Gratianum contineantur, ita Turrecremata in summâ part. 2. cap. 19. Cajetanus in opusc. de potest. Papæ cap. 18. 19. 20. 21. Sotus in 4. dist. 22. quæst. 2. art. 2. Salas supra sect. 20. Bonacina citat. num. 37 & alii communiter Ratio est, quia ad ferendas leges probitas non sufficit, imò quod vitæ probitas non sit necessaria ad leges condendas fides docet, Matthæi cap. 23. vers. 12. *Super Cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi, omnia ergo quæcumque dixerunt vobis servate & facite, secundùm opera verò eorum nolite facere, dicunt & non faciunt.* Syriacus. *Quidquid igitur dicent vobis, ut servetis, servate, ac peragite: sed juxta opera eorum nè feceritis.* Vatablus. *Ergò quæcumque jusserint vos servare, servate & facite.* Undè prætati Doctores asserunt potestatem condendi leges non amitti per infidelitatem, cum nullo jure probetur hanc potestatem per infidelitatem statim amitti ante sententiam. Cùm igitur ad leges condendas probitas non sufficiat, sed requiratur jurisdictio, quâ caruerunt sancti Patres, vel ea uti noluerunt, licet Pontificiâ dignitate fulgerent, eorum sententiæ vim legis non habuerunt. Unde Hostiensis cap. *solet*, de sententiâ excommunicationis in 6. refert quod Innocentius IV. in utroque jure versatissimus licet multa scripserit in decretales, dicere solebat nolle suis lucubrationibus & sententiis ligare Christi fideles. Neque etiam leges civiles, quæ à Gratiano in decretis referuntur habent vim legis Pontificiæ & Ecclesiasticæ, nisi ab aliquo Pontifice sint canonizatæ, sed retinent primariam suam dispositionem, Glossa cap. 1. de rebus Ecclesiæ non alienandis, & alii apud Bonacinam supra. Igitur nec sententiæ Patrum decretis insertæ vim legis habent, nisi usu & consuetudine tanquam leges receptę sint,

vel ab Apostolicâ Sede fuerint canonizatæ, cujusmodi sunt illæ, quæ aliquando reperiuntur inter decretales. Nec est, quod dicas decretum Gratiani fuisse approbatum à Sede Apostolicâ, & passim in Scholis & Tribunalibus ad causarum discussionem produci. Falsum enim est fuisse approbatum, & omnia quæ in ipso continentur pro lege accipienda esse. Deindè si approbatum fuit non quoad omnia in eo contenta, & tanquam leges approbata, sed quia quædam sanam doctrinam cõtinent, nec fidei vel moribus adversantur, sed potius ad rectam vitæ institutionem conducunt, & ad causas definiendas diriguntur. Deindè decretum Gratiani est magnæ auctoritatis, quia Gratiano creditur tanquam in jure peritissimo, ita Bonacina supr.

VII. Casus in quibus Episcopus potest statuere contra canones & constitutiones Apostolicas sunt. Primus, causa urgens incogitata per canonem; verbi gratiâ, si Pontifex non posset facilè consuli, modò Episcopus in suo statuto contra canones condito exprimat urgentem causam propter quam ejusmodi statutum condit, ita Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 94. num. 32. post Abbatem cap. *fin.* num. 10. Felinum cap. *quod super his*, num. 4. & cap. 1. numer. 49. de constit. Curte ibi sect. 3. num. 12. & 13. Piasecius cap. 2. num. 7. Secundus, si statuat aliquid antequam canon promulgetur, tunc stabit ejusmodi statutum quamvis contrarium canoni, cap. 1. de constit. in 6. Felinus cap. *quod super his*, num. 7. Curte sect. 3. numer. 19. Piasecius in praxi novâ Episc. num. 7. Barbosa supra numer. 33. Tertius casus, si statuat contra jus in præjudicium suum dumtaxat, respectu juris quærendi sibi, suæque Ecclesiæ, cap. *cum dilectus*, juncta Glossa verb. *consilit*, de consuetud. Felinus cap. *quod super his*, Piasecius num. 7. Nam in quærendis statutum valet in præjudicium Ecclesiæ, quando non odio, sed bono zelo factũ est. Menochius consil. 350. n. 6. Covarruvias in reg. poss. part. 2. § 4. n. 9. Ferdinan. de Menchaca usu freq. cap. 9 Pereira de empt. cap. 8, n. 33. & 37. & consil. 48. n. 22. Cenedo pract. quæst. lib. 1. quæst. 35. num. 19. & 20. Sed hunc casum reprobat Barbosa supra num. 34. cum Curte sect. 3. num. 14. eo quod ejusmodi statutum generale præjudicãs Ecclesiæ esset irrationabile, idcoque non valeret, cap. 1. ubi nota de constit. in 6. cap. *erit autẽ lex*, dist. 4. Nec obstat 1. cap *cum dilectus*, quia procedit eo quod Patronus tempore fundationis id petiit ab Episcopo, qui potest consentire in favorem fundationis & constructionis novarum Ecclesiarum, ut resolvunt Rebuffus tract. de pacificis possess. num. 111. Perez lib. 1. verf. *ex quibus in foro*, tit. in 6. ordin. Nec obstat resolutio illa Doctorum, quod in quærendis valet statutum in præjudicium Ecclesiæ, quia procedit in casibus particularibus, in quibus nulla sit prohibitio à jure, & possunt Prælati desistere à tali præjudicio. At hic sermo de cõdendo statuto generali pro aliquâ Provinciâ, Diœcesi, vel Ecclesiâ, per quod inferretur præjudicium irreparabile, & illud quidem in omnibus casibus cõtingentibus. Quartus, si Episcopus conderet statutum contra canones, qui conditi sunt in favorem Clericorum, & illud statutum acceptaretur à Clericis, modò non fuissent principaliter conditi in favorem publicum, vel Ecclesiæ, ita Curte supra sect. 3. num. 18. Barbosa numer. 45. Ratio est, quia favori suo quilibet potest renunciare cap. *ad Apostolicam*, de regular. l. *si quis de conferi. bendo*, C. *de pactis*, & jus publicum pactis privatorum tolli, vel mutari non potest, l. *jus publicum*. §. *de pactis*, cap *si diligenti*, de foro compet. Quintus casus, quando Episcopi statutum esset conforme consuetudini, quæ in illâ Ecclesiâ inducta est contra jus, Felinus cap. *quod super his*. num. 10. in fine Curte sect. 3. num. 24. Piasecius num. 7 Butrius cap. *dilectus*, verf. *ex quo infertur*. Barbosa supra num. 36. Sextus casus, quando Episcopus statuit aliquod dubium juris, quia tunc super hoc dubio valeret ejus statutũ disponens in alteram partem. Felinus cap. *quod super his*, num. 9. Curte sect. 3. num. 23. Piasecius num. 7. versu primo, Alphonsus Hoieda in cõpatib. benef.

benef. part. 1. cap. 17. num. 12. Philippus Probus cap. unic. num. 48. de clericis non residentibus in 6. Barbosa supra num. 37. Septimus, quando statutum Episcopi adderet juri communi novam pœnam imponendam, Glossa in Clement. *ne Romani*, verb. *tolli*, de elect. Curte sect 3. num. 22. Henricus Botteus part. 3. art. 1. Petrus Duenas reg. 251, Barbosa supra num. 38. Ratio est, quia lex superioris per pœnæ adjectionem, potest juvari ab inferiore, Sanchez de matrimonio lib. 3. disp. 47. num. 12. Joannes Gutieres pract. lib. 2. quæst. 1. numer. 14. Perez libr. 1. tit. lib. 5. Franciscus Molinus de ritu nupt. lib. 2. diff. 7. num. 63. Casus octavus, quando Episcopus statueret contra canones in casibus, in quibus de jure dispensare potest, ita Curte sect. 3. numer. 21. Barbosa supra num. 39. Casus autem in quibus potest Episcopus contra jus commune dispensare refert Barbosa de officio & potestate Episcopi allegat. 35.

Vilh. Ad tollendos abusus, & tollenda scandala, quæ facilè oriri possent in exigendis stipendiis pro sacrificatione potest Episcopus legem condere, ut certum stipendium detur, ita ut laici non dent minus, nec sacerdotes majus exigant. Ita contra Navarrum, Sotum, & alios, Corduba lib. 1, quæst. 4. dub. 4. Reginaldus lib. 23. num. 241. Suarez disp. 86. sect. 2. concl. 1. Miranda in manuali prælat. tomo 1. quæst. 41. art. 25. Barbosa de officio & potest Episc. part. 2. alleg. 24 numer. 8. Possunt tamen sacerdotes minus stipendium accipere ex liberalitate, charitate, & pietate. Possunt enim Sacerdotes exercere liberalitatẽ remittendo eleemosynam sibi debitam, ita Bartholomæus ab Angelo dialogo 5. §. 527. Franciscus Emmanuel in summa part. 1. cap. 252, numer. 4. Suarez, Reginaldus, & Barbosa supra. Quare si Sacerdos exigat importunè ab invitis eleemosynam supra ab Episcopo præscriptam peccabit mortaliter, & tenebitur ad restitutionem. Secus si ex offerentis liberalitate eleemosynam pinguiorem supra taxam recipiat. Quia sicut liberum est Sacerdoti accipere minus stipendium, sic liberum est majus accipere à sponte dantibus. Leges enim Prælatorum pietatem non præcludunt, nec consuetudines consistunt in indivisibili, & est aliud exigere ex justitia, & aliud gratis donare vel remittere, nec lex justitiæ impedit opera liberalitatis, & misericordiæ Christianæ. Lessius de justitiâ lib. 2. cap. 4. dubio 6. num. Possevinus cap. 2. numer. 25. Suarez disp. 86. sect. 2. concl. 1. Fraxinellus de obligat. Sacerdotum sect 3. præmot. 5. §. 3. Ludovicus in manuali prælat. tomo 1. quæst. 41. artic. 43. concl. 1. & 2. Reginaldus lib. 23. numer. 232. Michael Zuvardus part. 1. direct. Theol. de Euchar. cap. 13. de Missa. Barbosa de officio & potestate Episc. part. 2. alleg. 9.

IX. Nonnulli disputant an Episcopus possit prohibere furtum sub pœna excommunicationis latæ sententiæ & furans incurrat excommunicationem si istam legem ignoret invincibiliter. Respondent negativè Valentia tomo 4. disput. 7. quæst. 17. puncto 7. Suarez de censuris disp. 4. sect. 8. num. 20. Azorius part. 1. libr. 1. cap. 25. quæst. 3. Toletus lib. 1. cap. 8. Sanchez de matrimonio tomo 3. lib. 9. disp. 32. num. 9. Molina tomo 4. tractat. 5. disp. 71. num. 9. Salas part. 2. num. 2. tract. 14. disp. 8. sect. 10. Diana part. 3. tract. 6. miscellan. resol. 41. Graffius tomo 1. lib. 5. cap. 9. numer. 16. Sayrus de censuris libr. 5. cap. 18. num. 24. & alii apud ipsos. Ratio est, quia ignorans invincibiliter, excommunicationem impositam ab Episcopo peccat tantùm contra jus naturale contra quod cognoscit se agere, non verò contra jus positivum Episcopi, quod quidem ignorat invincibiliter. Igitur non incurrit excommunicationem latam ab Episcopo. Quæ omnia putat Diana esse vera, non tantùm si excommunicatio sit lata ab Episcopo, sed etiam à Sede Apostolica ob eandem rationem, quam etiam propugnant Azorius, Toletus, Sanchez, Henriquez contra Salas in 2. part. tract. 13. disp. 8. sect. 10, num. 77. D. Antoninum part. 3. tit. 24. cap. 75. Cordubam, lib. 2. cap. 27. Vgolinũ

de censuris lib. 1. cap. 9. §. 8. numer. 10. Et quæ asserunt de excommunicatione; idem fatentur de suspensione & interdicto. Quibus arridet Suarez de censuris disp. 4. sect. 8. numer. 20. Vasquez de excommunicatione, dub. 16. num. 6, Fil. Iucius tractat. de censuris cap. 8. quæst. 10. num. 253. Navarrus cap. 23. n. 47. Contrariam tamen opinionem tenent Vasquez in 2 part. D. Thomæ disp. 257. num. 5. Avila de censuris part. 2. cap. 5. disp. 5. dubio 10. concl. 2. Eodem modo philosophandum esse de irregularitate, quando imposita est in pœnam delicti censet Diana supra. Nihilominus non mihi displicet sententia eorum asserentium illam, (qui committit furtum prohibitum sub pœnâ excommunicationis. dum furatur;) eam incurrere, ita Alvarez in 2. part. D. Thomæ disp. 158. num. 5. Comitolus lib 5. quæst. 3. Covarruvias in cap. *Alma mater*, part. 1. §. 10. num. 9. & alii ab ipsis citati. Hic postremus ita probat. Quæram (inquit) ab auctoribus contrariæ sententiæ, an sit puniendus pœnâ legis cõmunis specialis pœnam adulteris constituentis, aut incœstis, aut furibus, qui adulterium, incœstum, aut furtum commiserit, sciens se id facius agere, insciam tamẽ probabili ignorantiâ pœnæ latutæ, quia rusticus aut fœmina, qui non tenentur legis hujus pœnalis scientiam habere, nec ad criminis commissionem peritiores consulere. & prorecto negare nequeunt. Nam & ipsi hæc passim fatentur, in hunc ita delinquentem infligendum esse juris communis pœnam. Igitur satis est ad pœnam legis, quæcumque ea sit, quod actus, alioqui jure divino vel humano (quod quis scire tenetur) sit prohibitus, nec erit necessarium, quod ipse delinquens aut agens contra legem sciat hanc vel illam pœnam pro illo actu constitutam esse, &c. Secunda probatio, hæc scientia, aut exigit, ut legis transgressio verè dicatur criminis reus, vel ut pœnæ legis visus sit consentire, quo rectius puniri valeat & justius. Nam ad pœnam tenetur delinquens naturali quâdam obligatione, quæ ex consensu delinquentis procedit, l. *Imperatores*, ff. *de jure fisci*, l. *bestias*, ff. *de postulan.* authen. *de non alien.* §. *quia verò Leonis.* Notant Bartholus in l. *in hoc jure*, ad finem, & ibi Jason ff. de instit. & jur. text. in l. ult. C. de collat. fund. part. libr. 11. Aug. Pam. & Jason in l *si sibi*, §. *quadam*, ff. de pact. Quorum omnium sententia eò tendit, ut obligatio, quæ ex delicto oritur naturalis sit, & à consensu in legalem pœnam procedat. etenim partim expressè id asseverant, partim tacitè ex præcitatis auctoritatibus, quibus consensus in pœnam significatur, deducentes obligationẽ ex delictis naturalem esse. Quam opinionem ita intellectam communem esse testatur, eam secutus Gomez §. *omnium*, col. instit. de act. plura idem Covarruvias.

## §. 1.

## *Potestas Episcopalis circa propria legis et constitutionis dispensationem.*

AB Episcopo circa propriam legem & cõstitutionem posse dispensari, etiam si sit lex synodalis innuit Bellarminus lib. 1. de concilio cap. 4. & expressè docent Suarez tract. de legibus lib. 6. cap. 15. Sanchez de matrimonio lib. 8. disp. 17. num. 33. Salas de legibus disp. 20. sect. 4, num. 43. Bonacina de dispensationibus disp. 1. quæst. 2. puncto 1. num. 5. Barbosa de officio & potest. Episcopi part. 2. alleg. 34. numer. 1. contra Rodriguez in summa cap. 237. num. 2. & alios apud Salas. Ratio prima, quia Episcopus est superior legitimus, nec ullo jure constat Episcopum non posse in ejusmodi constitutionibus dispensare. Secunda, jurisdictio Synodi non est alia à jurisdictione Episcopi. Nam alii Sacerdotes, qui conveniunt ad Synodum, non habent propriam jurisdictionem distinctam à jurisdictione Episcopi, sed ipsi ad Synodum conveniunt, non ut ipsi decidant, sed ut res maturiori cõsilio, & prudentiâ decernantur. I.

Episcopus

II. Episcopus potest secum in suis legibus dispensare, ita D. Thomas 2. 2. quæst. 185 art. 8. Suarez lib. 6. cap. 15 num. 8. Salas disp. 20. sect. 3. num. 14. Sanchez lib. 8. disp. 3. 17. & 33. Corduba lib. 3. quæst. 37. Navarrus cap. 21. num. 74. Bonacina de dispens. disp. 1. 2. 4. puncto 1. num. 9. & alii. Ratio prima est, quia ejusmodi dispensatio est actus jurisdictionis voluntariæ, sed actus jurisdictionis voluntariæ, potest in se ipsum exerceri. Secunda, Episcopus non est deterioris conditionis, quàm Rex, & alii Legislatores. Tertia, quia homo secundùm diversas rationes potest dici agens & patiens respectu sui ipsius. Si enim spectetur ut subjectus legibus censetur sibi ipsi subditus ut legislatori. Si spectetur ut dispensans, vel ut legislator censetur superior. Notat Bonacina post Sanchez supra disp. 33. Duplicē esse actum jurisdictionis: unus voluntariæ & gratiosæ: alter involuntariæ, qui requirit coactionem, vel sententiam, quâ dicitur jus inter partes. Primus actus non requirit personam distinctam, & consequenter potest superior illum in seipsum exercere, ac secum dispensare in lege à se condita. Hac ratione multi Doctores (quos refert Bonacina puncto ult. de voto) asserunt posse secum in voto dispensare, præsertim si committat alteri potestatem secum dispensandi, item posse sibi indulgentias cōcedere, beneficium conferre, &c. Item Episcopos & alios Prælatos posse secum dispensare in voto, juramento, & aliis, in quibus possunt cum aliis dispensare, modò non acceperint jurisdictionem limitatam ad certum numerum personarum: facultas enim dispensandi non excedit terminos à Superiore præscripto, cùm ab ipso pendeat. Deindè (inquit Salas disp. 20. sect. 12. num. 104.) actus, quo quis secum in propriâ lege dispensat, non dicitur propriè & strictè loquendo dispensatio. Dispensatio enim propriè dicitur, quâ proximè & immediatè subditus legi eximitur ab onere legis, at legislator non est directè, immediatè, & quoad vim coactivam, subditus legi, sed dumtaxat quoad vim directivam. Secundus actus scilicet jurisdictionis involuntariæ nequit exerceri, nisi inter personas distinctas, undè Papa non potest seipsum sacramentaliter absolvere, quia Sacramentalis absolutio est vera sententia. Item nequit seipsum excommunicare, vel suspendere, quia si casus sunt jurisdictionis coactivæ.

III. Quando Episcopus dispensat in propriis, vel inferiorum legibus sine causâ dispensatio valida est. ita Suarez tract. de legibus libr. 6. cap 19. num. 6. Salas de legibus disp. 20. sect. 4. num. 37. Villalobos in summâ tomo 1. tract. 2. dubio 41 num. 5. Pontius de matrimonio lib. cap. 14. num. 7. Diana moral. resol. part. 2. tract. 10. resol. 32. Sanchez supra disp. 17. num. 27. Sayrus de censuris lib. 6. cap. 11. num. 11. Navarrus in manuali cap. 25. num. 74. Gambara de auctoritate Legati lib. 10. num. 542. Bottæus tract. de Synodo Episc. part. 2. art. num. 8. Abbas in cap. *Etsi Clerici*, §. de adult. de judic. num. 10. Felin. 6. Anton. 17. Aretinus 24. Alexander de Nævo num. 16. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 34. num. 2. Ratio est, quia Episcopus potest in suâ Diœcesi ea omnia, quæ potest Pontifex in totâ Ecclesiâ, exceptis specialiter reservatis cap. *ad honorem*, de auctoritate & usu pallii, & cap. *novit*, de judiciis, Sotus de justitiâ lib. 10. quæst. 1. art. 3. concl. 1. Henriquez in summa num. 10. cap. 35, §. 2. Ludovicus Gomez in repet. cap. 1. num. 33. de constit. lib. 6. Stephanus de Gaeta in repetit. cap. *ad limina*, 30. quæst. 1. num. 6. & alii apud Sanchez de matrimonio lib. 1. disp. 9. num. 3. Suarem de legibus lib. 6. cap. 14. numer. 6. tomo 4. de pœnit. disput. 25. sect. 1. Sed Papa potest validè dispensare in lege Ecclesiasticâ sine causâ, & Princeps sæcularis in lege civili, mutando rem propriam & propriam voluntatem, à qua solâ lex habet vim; ut Sanchez lib. 8. disp. 7. numer. 24. Probat sic, Episcopus potest dispensare in suis legibus, cum pendeat ab ejus voluntate ut ab eâ illę vim habeāt, atq; adeò potest auctoritate suâ ordinariâ eas cassare & declarare nullas, in nullo

jus commune offendens.

IV. Potest Episcopus in visitatione, vel extra visitationem revocare leges cõditas in visitatione vel extra per suum prædecessorem, ita post Billet Novar. Bonacinam Rota coram Duran. decis. 292. num. 28. part. 2. tenet Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 34. Ratio est quia succedit illi in potestate. Unde Papa potest dispensare in legibus Canonicis, sivè latæ sint à Pontificibus, sivè à Conciliis, quia est æqualis in jurisdictione aliis Pontificibus.

V. Valida est etiam dispensatio Episcopi vel Archiepiscopi in legibus suæ Synodi Diœcesanæ facta sine causâ, ita Sanchez disput. 17. num. 33. Salas disp. 20. sect. 4. num. 42. Navarrus cap. 25. num. 74, Bottæus tractat. de Synodo Episc. part. 2. art. 4. num. 9. Barbosa part. 2. alleg. 34. num. 3. Bonacina quæst. 2. puncto 3. num. 1. & alii ab eo citati. Ratio est, quia in hoc casu dicitur dispensare in re propriâ, mutando propriam voluntatem, cùm ille solus in Synodo Diœcesana ferat suffragium decisivum. Parochi autem & Clerici, qui communiter intersunt consultivum, cùm nullam potestatem habeant aliquid statuendi. Imò in ejusmodi dispensationibus non pendere à Capitulo docet Basilius Pontius de matrimonio lib. 8. cap. 5. num. 4. Quod si dispensando absque justâ causâ absit scandalum, vel notabile damnum aliorum, vel legis gravitas tantùm peccabit venialiter, ita Valentia 1. 2. disp. 7. quæst. 5. puncto 9. ad finem lib. 5. Salas disp. 20. sect. 5. Fr. Emmanuel in summa tomo 1. cap. 237 num. 1. Sanchez lib. 8. disp. 18. num. 3. & 7. Bonacina supra puncto 3. num. 1, Azorius instit. mor. part. 1, lib. 5. Navarrus prælud. 9. num. 14. & cap. 25. num. 5. Diana part. 1, tract. 10. resol. 32. Layman libr. 1. tract. 4. cap. 22. num. 13. & alii penes ipsum. Quod etiam verum putat Diana in postulante dispensationem, licet postea in usu datæ dispensationis absque justâ causâ obtentæ non peccet etiam venialiter, ut docent Azorius part. 1, lib. 5. cap. 15. quæst. 3. Malderus part. 2. quæst. 93. art. 4. dub. 2. Suarez de legibus lib. 6. num. 14.

VI. Quod etiam verum est, quamvis Episcopus legem firmaverit juramento, ita Sanchez lib. 8. disp. 17. num. 31. Basilius Pontius supra cap. 5. numer. 5, Bonacina puncto 3. num. 2. contra Sayrum de censuris lib. 6. cap. 11. num. 11. Azorium lib. 5. cap. 15. Alzedo part. 2. cap. 1. num. 54. & 55. Bottæum de Synodo Episc. part. 2. art. 4. num. 13. Ratio est, quia quamvis Episcopus peccet dum dispensat sine causâ in lege juramenti, nihilominus validè dispensat, cùm per juramentum non abstulerit sibi dispensandi facultatem. Quemadmodum qui juravit se non venditurum domum, seu pecuniam non dissipaturum, validè vendit, & prodigit, licet peccet contra juramentum. Id etiam verum est, licet legem sanxisset, vel privilegium concessisset animo se obligandi ex justitiâ, & lex transierit in contractum, & in commodum alterius, ita Bonacina supra puncto 3. numer. 2. vers. *hæc tamen*, post Sanchez citatum, num. 23. Salas, Sylvestrum, Decium, Panormitanum, Barbosa supra num. 6. qui citat Rotam coram Duran. 292. num. 37.

VII. Dispensatio impetrata ex falsâ causâ, vel taciţâ veritate nulla est, cap. 2. de filiis Præsbyterorum in 6. cap. *ad audientiam*, 2. de rescrip. & cap. *Nos possit*, de præbend. in 6. Et illa utentes non sunt securi in conscientiâ, ita Bonacina de legibus, disp. 1. quæst. 2. puncto 3. num. 13. Quod si inferior Prælatus dispenset cum subdito in aliqua re bonâ fide in lege superioris, putans causam esse justam & sufficientem, cùm revera quoad Deum non sit talis, valebit dispensatio, ita Sanchez de matrimonio lib. 17. num. 8. Tamburinus de jure Abbatum tomo 3. disp. 21. quæst. 9. num. 8. Azorius tomo 2. institut. moral. lib. 7. cap. 29. quæst. 6. Lezana tomo 3. quæst. regul. verb. *dispensatio*, num. 2, Diana tomo 1. tract. de legibus resolut. 33. contra Philiarchum de officio Sacerd. tomo 1. part. 1. lib. 3. cap. 4. Salas de legibus disp. 20. sect. 4. num. 35. Ratio est, quia non est credendum aliam esse Pontificis intentionẽ circa suas leges,

&

& Dei, in quibus permittitur inferiori dispensare. Addunt Tamburinus supra num. 9. Ludovicus Lopez part. 1. instruct. cap. 4. Lezana tomo 3. quæst. regul. verb. *dispensatio*, num. 2. Quod si Episcopo vel Prælato postea constet de falsitate causæ propter quam dedit dispensationem, debet illam revocare & monere subditum alioqui dispensatio absque causâ esset dissipatio, ut ait Curte consil. 19 *aggredior*, num. 6. proferens mentem S. Bernardi, Socinus consil. 120 numer. 28. volum. 2. & cessante causâ cessat dispensatio. Archidiaconus in cap. 1. post princip. 55. distinct. cap. ult. in fine 77. dist. Glossa in cap. post translat. verb. *cessante*, de renunc cum aliis citatis à Riccio in praxi fori Ecclesiast. resol. 410. Sanchez de matrimonio lib. 8. disp. 30 num. 14. contra Dianam moral. resol part. 1. tract. 10. resol 41. & multos alios ab eo citatos. Ratio est, quia facilius tollitur privilegium cujusmodi est dispensatio quàm jus commune. Sed jus commune cessat, cessante ejus causâ finali; igitur à fortiori jus speciale.

VII. In omnibus, in quibus potest Episcopus seu Prælatus dispensare cum subditis, potest id præstare extra suum territorium, quamvis subditi sint absentes. Ratio est quia licet jurisdictio contentiosa, quæ cum strepitu judicii exercetur, nequeat exerceri ab Episcopo extra proprium territorium, nè turbet Prælatum alieni territorii: nihilominus jurisdictio voluntaria, quæ exercetur circa voluntarios & volentes, & absque strepitu judicii neminem turbante potest exerceri extra propriam Diœcesim & territorium, ita Lezana numer. 2. post Sanchez, Suarez & Portellum. Potest Episcopus validè dispensare cum subdito non postulante dispensationem. Ratio est, quia ut valeat dispensatio non prærequiritur postulatio. Idem post Suarem de legibus lib. 6. cap. 13. num. 8. Portellum in addit. num 11. Imò potest Episcopus & Prælatus compellere subditos ad recipiendam ejusmodi dispensationem in casibus, in quibus potest dispensare cum suis subditis, ita Sanchez lib. 6. in decalogum cap. 3. num. 8, Tamburinus tomo 3. de jure Abbatum disp. 4. quæst. 13. Lezana supra. Ratio est, quia suppositâ dispensatione, res dispensata redditur licita & honesta, & consequenter materia obedientiæ.

Potest Episcopus ad observantiam VIII.
suarum legum obligare peregrinos, quando sedem figunt in ejus Diœcesi animo ibi perpetuò manendi. Sanchez de matrimonio tomo 1. lib. 3, disp. 18. num. 8 Fagundez de præceptis Ecclesiæ tract. 1. lib. 1. cap. 8. numer. 1, Joseph Anglez in 4. dist. 4. de jejunio ante dubio 1. diff. 2. & quando sunt permanenter per aliquos dies, ita Filliucius tomo 1. tract. 27. cap. 7, num. 117. & seq. Fagundez supra tract. 2. lib 1. cap. 8. num. 15. & 20. Suarez lib. de legibus cap. 2. dubio 8. num. 51 Imò posse indifferenter obligare peregrinos docent Covarruvias lib. 4. variar. cap. 20. num. 8. Driedo lib. 1. de libertate Christi cap. 17. Navarrus in manuali cap. 13 num. 5, Ledesma part. 4. quæst. 15. art. 2. dubio 2. Lopez in instit. part. 1. cap. 52 Major in 4 disp. 15. quæst. 5, Basilius Pontius de matrimonio lib. 5. cap. 7. §. 1. numer. 6.

Vagos etiam teneri servari Episco- IX.
pales leges locorum in quibus repetiuntur, docent Sotus in 4. dist, 18. quæst. 4. art. 2. Lorca part. 2. tomo disp. 25. membro 4. de legibus Salas de legibus disp. 14. sect. 4. num. 55. Suarez de religione tomo 1. libr. 2. cap. 14. num. 20. Sanchez de matrimonio tomo 1. lib. 3. disp. 18. num. 15. Fagundez de præceptis Ecclesiæ tract. 1. lib. 1. cap. 8. num. 4. Filliucius tomo 2. tract. 27. cap. 7. numer. 105. Reginaldus in praxi tomo 1. lib. 13. cap. 17. num. 172. Villalobos in summa tomo 2. tract. 2. dubio 3. numer. 1. Azorius part. 1. lib. 5. quæst. 3. qui citat Abbatem in cap. *consilium*, de observat. jejuniorum, Glossa cap. *quæ contra*, distinct. 8. & cap. *illa*, distinct. 12. Ratio est, quia cum nullum peculiare domicilium habeant, illud quoad omnia acquirunt ubicumque reperiuntur, alias viderentur exempti ab omnibus legibus & consuetudinibus, quod est absurdum.

Potest

X. Potest Episcopus condere legem Ecclesiasticam sub pœnâ excommunicationis, suspensionis & interdicti, imo & irregularitatis, quæ obliget sub peccato mortali. Ita Valentia tomo 2. disp 7. quæst. 5. puncto 9 §. 13. & alii communiter maximè quoad excommunicationem, Salonius 2. tomo 2. quæst. 77. artic. 1. controv. 8. numer. 8. quoad pœnam suspensionis Azorius part. 1. libr. 5. cap. 6. quæst. 5 quoad pœnam irregularitatis Sayrus in clavi regiâ lib. 7. cap. 7. num. 25. Notat Valentia tunc legem obligare sub culpa excommunicationis ad culpam mortalē, quando excōmunicatio est latæ sententiæ, non autem si sit excommunicatio comminatoria, & citat Cajetanum, Castrum, Navarrum, quam sententiam Salonius existimat probabilem.

XI. Leges pœnales præsertim Ecclesiasticæ latæ a Sede Apostolica vel Episcopo privantes voce activâ & passivâ interdum ipso facto, sine criminis commissione ante omnem judicis sententiam efficiunt criminosum inhabilem, ita ut teneatur in conscientia subire hanc pœnam ante judicis sententiam. Ita Cajetanus 2. 2. quæst. 62. art. 3. Suarez lib. 5. de legibus, cap. 8. 9. Valquez part. 2, quæst. 168. cap. 2. num. 12. Becanus in summâ Theolog. part. 2. tract. 3. cap. 7. quæst. 3. concl. 1. num. 5. Salas de legibus disp. 15. sect. 2. num. 9. Villalobos in summa tomo 1. tract. 1. dubio 25. num. 4. Navarrus cap. 23. numer. 67. Emmanuel Sa verb. *pœna* numer. 1. Castro lib. 2. de pœnali lege, cap. 5. Rodriguez tomo 1. quæst. regul. quæst. 6. art. 16. Nonnulli tamen existimant probabiliter, quod quando quis est privatus voce activâ potest ante judicis sententiam suffragium ferre, ita Molina de justitia tomo 1. tractat. 2. disp. 96. num. 9 *Idem* (inquit) *dicendum est, quando quis ipso iure ob crimen aliquod privatus est iure eligendi, aut iure suffragium ferendi, ut scholastici ob ambitum in Cathedris, nisi enim sententia sequatur eligere possunt, suffragium ferre; idq. habet consuetudo Universitatum.* Et Malderus part. 2. quæst. 96. art. 4. memb. 4. *Probabiliter* (inquit) *quidam dicunt suffragio activo neminem privari per legem pœnalem ante sententiam judicis ne omnes electiones reddantur incertæ.* Quoad vocem activam hanc sententiâ sequuntur Layman lib. 1. tractat. 4. cap. 15. num. 5. Sanchez de matrimonio lib. 9 disp. 30. num. 2. Castellinus tract. de elect. can. præl. 1. §. 8. num. 20. Sed Malderus supra, aliter philosophandum esse censet de suffragio passivo. Diana tractat. de legibus resol. 26. ait, quod inhærendo primæ opinioni, cum qui incurrit privationē vocis activæ & passivæ, non teneri se privare voce activâ, & passivâ, quoties id præstare potest absque infamiâ, quamvis in lege habeatur delinquentem incurrere talem pœnam nō expectatâ judicis sententiâ, cui favere videtur Bonacina de legibus disput. 1. quæst. 1. puncto 7. numer. 10. & alii. Ratio est, quia jus ad propriam famam conservandam præponderat juri humano privanti officio, beneficio, voce activâ & passivâ. Nihilominus in tali casu delinquens tenetur studiosè urgere dispensationem.

## §. 2.

## *An & quando Episcopus possit dispensare in lege Pontificia, vel Concilii Generalis.*

I. POtest Episcopus dispensare in lege Pontificia, si Papa eam expressè sibi non reservavit, ita Glossa in cap. *in quibusdam*, de pœnitent. verb. *dispensatum*, explicans illa verba textus. *Nisi cum eis fuerit misericorditer dispensatum.* Item Glossa verb. *dispensatum* cap. *postulastis*, de Cleric. excommunic. & in cap. *Clerici*, verb. *monuit*, eodem tit. & in cap *excommunicatus*, §. *credentes*, verb *Apostolica*, de hæreticis, Glossa verb. *interdicta*, cap. *cùm illorum* 32. de sentent. excommunic. glossa penult. vers. *de dispens.* vers. *requiritis*, 1. quæst. 7. & alibi, Archidiaconus in cap. *licet canon* de

de elect. in 6. Abbas in cap *si Clerici*, §, *de adulteriis*, Navarrus cap. 27. numer. 39. Anguianus lib. 2. controv. 3. num. 25. Sayrus de censuris lib. 2. cap. 19 num 2. Suarez tomo 5. disp. 6. & tomo 4. de pœnitent. part. 1. disp. 25, sect. 1. numer. 14. & alibi. Lessius de instit. lib. 2. cap. 40. dub. 13. numer. 103. Sanchez de matrimonio lib 1. disp 61. num. 3. Cevallos 227. Miranda in manuali prælat. tomo 2. quæst. 30. art. 10, Trullench in expolit bullæ Cruciatæ lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 6. num. 3, dubio 15. num. 1. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 33. num. 17. Et maximè dispensare potest quando eis expressè, vel tacitè conceditur facultas dispensandi, ita Glossa verb. *suspensos* in cap. *pœnitenter*, de elect. in 6. Cardinal. in cap. *dilecti*, de tempor ordin. Abbas in cap. *si clerici*, §, *de adulteriis*, num. 6. & Decius num. 6. Antoninus part. 1. tit. 17, cap. unic. §. 20 Rebuffus in praxi tit. de dispens. ad plura, num 27. Alvar Pelagius de planctu Ecclesiæ lib. 1. cap. 50. Suar. commun. opin verb. *Episcopus*, num. 134 Mandosius reg. 13. cancell. quæst. 6. num. 6. Joannes Selva de benef. part. 4. quæst. 7. Fusè Christophorus Anguianus lib. 2. controv. 3. num. 25. Cardosius in praxi judicum verb. *dispensatio*, num. 14. Borgasius de irregul. part. 3. tit. de dispensatione Episc. num. 10. Alzedo de præcellentia Episcop. dignit. part. 1, Marius Alterius de censuris tomo 2. disp. 8. cap. 3. Hanc postremam opinionem magis communem, receptam, & veriorem existimat Barbosa supra num. 18. Ubi notat aliquando dari expressè & in specie Episcopis facultatem dispensandi legem. cap. *sanè*, de Clericis conjugat. & cap. penult. in fine de elect. & cap. *cum ex eo*, 34. de elect. in 6. & cap. 1. principio de filiis Præsbyter. eodem libr 1. & cap. 1. de ætate & qualit. Aliquando verò eandem facultatem tacitè seu virtualiter, ut quando lex dat facultatem dispensandi his verbis; *possit dispensari*. Non addico per Sedem Apostolicam vel Romanum Pontificem pro ut habetur in specie cap. 2. *de eo qui cognovit*, & cap. *postulantis*, 7. Ratio est, quia tunc frustra dispensatio datur Summo Pontifici, qui de jure habet potestatem dispensandi, cap. *proposuit*, de concess. præbend. censetur illa facultas data Episcopis, seu Prælatis inferioribus.

II. Sic Episcopus potest dispensare in constitutione Concilii, præcipuè si Concilium permittat dispensare, vel impersonaliter loquatur, non prohibendo, nec permittendo, nec imponendo aliquam pœnam, ita Tiraquellus de pœnis temper. in præfat. num. 1. Rebuffus in praxi tit. de dispens. ad plura benef. & num. 30. Lambertinus de jure patron part. 1. lib. 2. art. 19. quæst. 7. num. 2. Hinnada in gloss. 12. vers. *limitatur*, tit. 5. part. 1. Spinellus in spec. testam. gloss. 15. num. 8. Cort. in memoral. verb. *Episcopus*, Michael Grassus commun. opin. tomo 1. lib 1. tit. 2. num. 67. Brunorus à Sole in locis communibus verb. *dispensatio*, 1, Cenedo practic. & can. quæst. lib. 1, quæst. 30. num. 30, Sanchez de Matrimonio lib. 1. disp. 40. num. 2. Cardosius verb. *dispensatio*, num. 17, Alzedo part. 2. cap. 7, num. 6. Licet Episcopus dubitet, an sit justa causa, ita tenent Emmanuel verb. *dispensatio*, num. 1. Castro Palao tomo 1. tract. 3, disp. 6. puncto 5. num. 10. Layman lib. 1. tract. 4 cap. 22. num. 4. Diana part. 4. tract. 3. resol. 46. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 33 num. 26. & alleg. 35. num. 19. & alii ab illis citati. Ratio est, quia præsumptio stat pro libertate; etsi dispensatio sit necessaria, Episcopalis sufficit. Primò, quia casus dubius non videtur Pontifici reservatus. Secundò, quia potestas dispensandi est latè interpretanda. Episcopus habens facultatem dispensandi in aliquâ lege potest validè dispensare, licet Pontifex illius legis, vel alterius rei dispensationem negaverit, ita Sanchez lib. 8. de matrimonio disp. 14. Portellus in dubiis regul. verb. *dispensatio*, num. 18. Lezana tomo 3. quæst. reg. verb. *dispensatio*, num. 2. Ratio est, quia ex eo, quod superior negaverit dispensationem non aufert potestatem. Prælatus inferior ad illam concedendam.

## CAPUT III.

### *Potestas Episcopalis circa Jejunium & Abstinentiam.*

I. PEr jejunium propriè sumptum, passim intelligimus primò, ciborum delectum, seu abstinentiam à carnibus, &c. Secundò, abstinentiam ab alterâ refectione. Tertiò, certum refectionis tempus. De his vide Layman, Azorium, D. Thomã, & alios Doctores & Summistas. A jejunii & abstinentiæ præcepto excusantur cum quibus legitimè dispensatum est ab habente auctoritatem. In veteri lege ferè omnes abstinentiæ legales ac jejunia erant à Deo præscripta, & consistebant primò in discretione ciborum mundorũ ab immundis. Secundo, in abstinentiâ à sanguine & adipe. Tertiò in jejuniis. De discretione ciborum mundorum ab immundis, & quibus vesci liceat, sancit Deus legem Levitici cap. 11. ubi terrestria munda esse decernit, ea tantùm, quæ ungulam habent divisam, & simul ruminant. Secundò ex piscibus, eos solos vult habere mundos, qui pinnulas habent, & squamas. Tertiò designat viginti aves immundas, & locustas, quia Talmut mundas esse statuit. Quartò, reptilia omnia immunda esse, eorumque morticina tangentem contaminare decrevit. Eandem legem refricat Deuteronomii cap. 14. Discretio illa ciborum mundorum ab immundis in veteri testamento significabat discretionem Judæorum & Gentilium. Nam Judæi in veteri lege censebantur mundi, sancti, impollati: At Gentiles immundi & polluti. Moyses Deuteronomii cap. 14. vers. 2. sic Judæos affatur. *Populus sanctus es Domino Deo tuo, & te elegit, ut sis in populum peculiarem de cunctis gentibus, quæ sunt super terram.* De Gentibus Christus Matthæi cap. 7. vers. 6. ait. *Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas ante porcos.* Per *sanctum*, intelligit divinæ scripturæ ac fidei arcana. Euthymius, *Sanctum appellavit, ut potè divinam, Margaritas propter pretiosa dogmata Psal. 118. vers. 127. Ideò dilexi mandata super aurum & topazion.* Sicut enim (inquit Chrysostomus homil. 17. in imperfecto) Margarita invenitur in Ostrearum conchis inclusa. Sic sacra fidei mysteria inclusa sunt in multis verbis, & rebus visibilibus. Idem homil. 9. in Genesim. *Qui pretiosos lapides in mari quærunt, non sedent juxta littus maris fluctus numerantes, sed in in profundum se dimittunt, & ut ita dicam, quasi in ipsos sinus abyssi descendentes assequuntur, quod tantâ operâ exquirunt.* Idem prologo in Joannem. *Margaritas hæc verba vocavit, quæ longè pulchriora, præstantioraq; sunt.* Per canes S. Hilarius interpretatur Gentiles, per porcos, Hæreticos. Sic Christus Matthæi cap. 15. vers. 26. *Non est bonum sumere panem filiorum & mittere canibus.* Syriacus. *Non decorum est accipere panem liberorum & objicere canibus.* Græcus. *Non decens ac conveniens est.* Vatablus. *Non est decorum.* Arias. *Non est pulchrum sumere panem filiorum & jactre canibus.* Idest Gentilibus, è quibus hæc mulier erat à veri Dei cultu aliena. Quis hanc observantiam legalem ac discretionem inter Judæos & Gentiles sustulit? Christus, hic namque cibos omnes communes reddidit, ad Titum cap. 1. vers. 15. *Omnia munda mundis.* Item ex Judæis & Gentibus unam Ecclesiam composuit, hic diruit medium parietem, quo Judæi & Gentiles à se mutuò dividebantur. Roman. cap. 3. vers. 29. *An Judæorum Deus tantùm, nonne & Gentium? imò & Gentium.* cap. 10. vers. 12. *Non est distinctio Judæi & Græci.* vers. 13. *Idem est Dominus omnium, dives in omnes qui invocant illum.* Galat. cap. 3. vers. 28 *Non est Judæus, neque Græcus, non est servus, neque liber, non est masculus, neque fœmina. Omnes enim vos estis in Christo Jesu.* Idest (inquit sanctus Hieronymus) in Christianismo, in Baptismo & fide, nulla est apud Deum differentia generis, conditionis, aut sexus: sed omnes sivè Judæi, sivè Græci, sivè servi, sivè liberi, sivè masculi, sivè fœminæ, unum sunt corpus mysticum, scilicet Ecclesia, cujus caput

S. Chrys.

Mat. 15 v. 2.

Rom. 3. v. 29.

Deut. c. 14. v. 2.

Mat. c. 7 v. 6.

caput est Christus. Hinc dispensationi mysticæ incumbet S. Pater Elias juxta vaticinium Malachiæ cap. 4. vers. 6. *Et convertet cor patris ad filium, & reducet tribus Iacob.* Et Christi apud Matthæum cap. 17. vers. 10. *Elias venturus est & restituet omnia*, quomodo? *Convertet cor patris ad filium, & cor filiorum ad patres eorum? conciliabit cor Patris ad filium, & restituet tribus Iacob, restituet omnia?* Quia Judæos & Gentiles ejusdem fidei ac religionis vinculo connecteret. Jansenius Gandavensis in suâ concordiâ cap. 67. *Elias restituet quando incredulos Iudæos gentibus credentibus uniet, & ad fidem Patriarcharum reducere faciet.* Huic explicationi arridet S. Joannes Apoc. cap. 7. vers. 2. *Vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vivi.* Quis est iste Angelus? Elias qui à Deo mittetur. Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam ut munda cum immundis commiscear, & in unam Ecclesiam sæviente Antichristi & ejus ministrorum persecutione coadunet. Accipe Victorini verba. *Angelum ascendentem ab oriente Eliam dicit, qui anticipaturus est tempora Antichristi, ad restituendas Ecclesias, & stabiliendas à magnâ & intolerabili persecutione.* Hanc explicationem etiam amplectitur Gagneius.

Malach. c. 4 v. 6.

Iansen.

Apoc. c. 7. v. 2.

II. Quoad legem pro abstinentiâ à sanguine & adipe extat præceptum Levitici cap. 3. vers. 17. *Iure perpetuo in generationibus, & cunctis habitaculis vestris nec sanguinem nec adipem omnimò comedetis.* Per sanguinem non tantum accipit cruorem victimarum, sed etiam quorumcumque animalium, quæ domi ad esum mactabantur, ut pâtet Levitici cap. 17. vers. 10. *Homo quilibet de domo Israel, & de advenis, qui peregrinantur inter eos, si comederit sanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & disperdam illum de populo suo, quia anima carnis in sanguine est.* Et vers. 14. *Sanguinem universæ carnis non comedetis, quia anima carnis in sanguine est.* Etum sanguinis Deus prohibuit. Primò, ut homines abstinerent ab effusione sanguinis humani. Secundò, quia sanguis est vehiculum, nutrimentum, & tutela vitæ animalium vitalium. Vita autem fœtus Dei est. Igitur & sanguis pro solo Deo effundi debet. Tertio, esus sanguinis in legis Evangelicæ initio prohibitus est, ut Judæi & Gentiles facilius in unam Ecclesiam coalescerent, essetque firmior eorum concordia & unitas. Judæi debebant abstinere non ab omni adipe, sed ab eo qui seorsim conjungitur in intestinis, non autem ab eo qui carni adhæret, & illo quodammodo immixtus est. Debebant etiam abstinere ab adipe illorum animalium, quæ erant munda ad sacrificium, ut ab adipe ovis, capræ, bovis non autem ab adipe illorum, quæ tantùm erant munda ad comedendum, ut ab adipe cervi, bubuli, & similium. De quibus Cornelius in cap. 3. vers. 17. Levitici differit. Ideò Deus hanc legem tanxit, quia adeps est igni aptissimus. Christus per sacrificium Eucharisticum hanc legem abrogavit, ut canit Ecclesia. *Communione calicis, quo Deus ipse unitur, non vitulorum sanguine congregavit nos Dominus.* Item. *Quoniam unus panis, & unum corpus multi sumus omnes, qui de uno pane, & de uno calice participamus.*

Levit. 17 v. 10.

Quoad legem jejuniorum, duplex erat alia communis, seu publica, alia privata. Communis item duplex alia statuta & ordinaria quę singulis annis repetebatur: alia extraordinaria, quæ indicebatur ob præsentem, vel ingruentem necessitatem, seu calamitatem, & non repetebatur singulis annis. De publicis legibus loquitur Zacharias c. 8. v. 9. *Et jejunium, quarti, & jejunium quinti, & jejunium septimi, & jejunium decimi erit domui Iuda in gaudium & lætitiam, & in solemnitates præclaras.* De extraordinariis meminit Sacer Textus lib. 2. Paralip. cap. 20. vers. 3. ubi piissimus Josaphat rex Juda videns Moabitas & Ammonitas moventes bellum contra se, indixit jejunium universo populo. *Iosaphat timore perterritus totum se contulit ad rogandum Dominum, & prædicavit jejunium in universo Iuda.* Dionysius. *Toti populo per nuncios jussit ut jejunarent ad impetrandum Dei auxilium.* Sic lib. 1

III.

Esdræ cap. 8. vers. 21. Esdras indixit jejunium pro fœlici itinere, nè ab hostibus infestaretur, quando cum suis sociis consentiente rege Artaxerxe è Babylonicâ captivitate profectus est in Jerusalem ad domum Domini instaurandam. Sic Judicum cap. 20. vers. 26. filii Israel jejunarunt totâ die, quando a Beniamitis cæsi & fugati sunt. Sic lib. 1. Regum cap. 7. vers. 6. quando a Philisthæis propter peccata sua affligebantur. *Jejunaverunt in die illa, atque dixerunt, peccavimus, &c.* Judith cap. 4. vers. 8. quando Holofernes obsedit Bethuliâ cum ingenti exercitu. Et Esther. cap. 4. vers. 3. quando Rex Assuerus crudele edictum promulgavit contra Hebræos. *Planctus ingens erit apud Judæos, jejunium, ululatus, & fletus.* Et vers. 16. Esther mandavit Mardochæo. *Vade, & congrega omnes Judæos, quos in Susam repereris, & orate pro me, non comedatis, & non bibatis tribus diebus & tribus noctibus, & ego cum ancillis meis similiter jejunabo.* Sic tempore Joachim filii Josiæ Regis Juda volentes avertere iram Dei jejunarunt. Jeremiæ cap. 36. num. 9. Privata etiam erant jejunia quæ quisque vel ex speciali devotione, vel Dei instinctu assumebat. Sic Moysi recepturus à Deo legem Decalogi jejunavit 40. diebus Exodi cap. 34. vers. 28. Sic David auditâ morte Abner jejunavit usque ad occasum solis lib. 2. Regum cap. 3. vers. 35. Idem David filio ægrotante deprecatus est pro eo Dominum, & jejunavit lib. 2. Regum cap. 12. vers. 16. *Deprecatus est David Dominum pro parvulo, & jejunavit David jejunio.* Sic Sara filia Raguelis, cùm ipsi objiceretur, quod septem viros interfeciisset, jejunavit tribus diebus & tribus noctibus Tobiæ cap. 3. vers. 10. Sic Daniel orando & jejunando obtinuit à Deo ut abbreviarentur anni desolationis Jerusalem, Daniel. cap. 9. vers. 3. Sic S. Elias Pater meus fugiens persecutionem Jezabelis perrexit in montem Dei Oreb jejunans quadraginta diebus, & quadraginta noctibus libr. 3. Regum cap. 19. vers. 8. an aliquam virtutem, & quam pani (quem prægustavit S. Elias) Deus indiderit alibi declarabimus. Hæc jejunia maximè communia à Christo fuisse abrogata satis patet.

IV. His præceptis addi potest festum azimorum in quo inter alia ab usuali pane abstinere debebant. Occurrit duplex difficultas, primò lib. 3. Regum cap. 17. vers. 6. fertur quod cum Elias recessisset ad torrentem Carith *Corvi deferebant ei panem & carnes mane, similiter panem & carnes vesperi,* Sequitur non jejunasse, cùm jejunium ex dictis permittat ad summùm unam refectionem, imò nec ullam observasse abstinentiam. Respondet Tostatus quæst. 18. in cap. 17. lib 3. Regum, Judæos habuisse unum dumtaxat jejunium, ex præcepto, ut patet Levitici cap. 16. Alia verò fuisse introducta ab ipsis Judæis in memoriâ alicujus cladis. ut patet Zachariæ cap. 8. vers. 19. ut notant Cornelius & alii Interpretes ad illum locum, & hæc jejunia non erant similia nostris, idem Cornelius ostendit in cap. 16. Levitici. Deindè esto fuissent multa jejunia ex præcepto & nostris similia, tamen Elias poterat iis carnibus licitè vesci, etiam bis in die. Deus enim mittendo carnes ad Eliam hoc ipso cum eo in jejunio & abstinentiâ dispensabat, volebatque ut eas comederet, ac dono suo tam liberali foveretur. Quæcumque enim nobis dat in cibum sunt licita, & cum sit auctor legis in eâ dispensare potest, nec corvi detulissent nisi Deo ita ordinante & præcipiente. Vers. 4. *Corvis ꝙ præcepi ut pascant te ibi.* Imò si Elias renuisset comedere carnes sibi à Deo missas die jejunii peccasset, & superstitiosus fuisset. Difficultas secunda est, quid Elias in die azimorum comederet? Respondet Tostatus quæst. 19. quidquid à Deo mittebatur, etiam panem fermentatum, & carnes eo die coctas. Ratio est, quia mittendo fermentatum, vel aliquid aliud prohibitum, censebatur dispensare cum Eliâ, quod si ea non comedisset non tantùm superstitiosus, sed & inobediens fuisset. Exodi cap. 12. vers. 8. præcipit Deus ut omnes comedant agnum cum azimis panibus. *Edent carnes nocte illa assas igni, & azimos panes cum lactucis.*

l. 3. Reg. cap. 17. vers. 6.

vers. 4.

Vers. 15.

Vers. 15. *Septem diebus azima comedetis, in die primo non erit fermentatum in domibus vestris. Quicumque comederit fermentatum peribit anima illa de Israel.* Et Levitici cap. 23. *Septem diebus azima comedetis.* Item Exodi cap. 23. vers. 14. *Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis, solemnitatem azimorum custodies, septem diebus comedes azima, &c.* Vers. 17. *Ter anno apparebit omne masculinum coram Domino tuo, non immolabis super fermento sanguinem victimæ meæ.* Et cap. 34. vers. 23. idem mandatum iteratur, ut tribus temporibus anni in locum Sanctuarii Israelitæ conveniant, & ipsa die azimorum comedant agnum paschalem. *Tribus temporibus anni apparebit omne masculinũ tuum in conspectu omnipotentis Domini Dei Israel, &c.* Vers. 5. *Non immolabis super fermento sanguinem hostiæ meæ, &c.* Et tamen Elias ex speciali dispensatione Dei non pertexit in sanctuarium: imò si iv:sset peccasset, eo quod Deus ei præceperat, ut se absconderet in torrente Carith. Ubi secundùm Cornelium latuit per triennium, & pastus à corvis Ubi teste Nicephoro lib. 8. cap. 30. S. Helena Ecclesiam extruxit.

V. Varia jejunia in novâ lege instituta sunt. Primum & antiquissimum est Quadragesimæ, quod ab Apostolis institutum fuisse exemplo Christi, Moysis, & Eliæ testantur S. Ignatius epist. ad Philippenses. S. Augustinus in psal. 110 S. Hieronymus in cap. 3. Jonæ, & alii apud Baronium de bonis operib. in particulari lib. 2. cap. 7 & 16. Azorium tom. 1. lib. 7. cap. 12. Covarruviam resol. 4. cap. 20. n. 4. Sabbatho solitum fuisse jejunare Occidentalibus plerisque Ecclesiis refert S. Augustinus epist. 86. Concilium Aurelianense quartum cap. 2. de jejuniis quatuor anni temporum. & Gratianum cap. *jejunium*, 2. distinct. 76. de vigiliis quarundam festivitatum, Vide Layman lib. 4. tract. 8. cap. 2. num. 6.

VI. Cajetanus 2. 2. quæst. 147. artic. 4. Navarrus in manuali cap. 21. num. 21. Lezana tomo 3. quæst. reg. verb. *jejunium*, num. 10. Asserunt Romanum Pontificem posse dispensare pro totâ Ecclesiâ, quia est supra jus Ecclesiasticum. Episcopum in suâ Diœcesi dispensare posse cum uno vel altero, docent Navarrus & Lezana supra, & Sotus lib. 1. de iustitiâ quæst. ult. Addit Layman lib. 4. tract. 8. cap. 3. n. 9. quod si jejunium ab Ecclesiâ præceptũ incidat in festum solemne peculiariter in aliquâ Diœcesi vel Civitate celebrari solitum, posse auctoritate Episcopi in alium, verbi gratiâ præcedentem diem transferri jejunium, verbi gratiâ si jejunium vigiliæ sancti Joannis incidat in festum Corporis Christi potest illud transferre in diem præcedentem, sic quando vigilia sancti Matthiæ incidit in feriam secundam vel tertiam Quinquagesimæ, Episcopus iustâ de causâ eiusmodi jejunium transferre potest in sabbathum præcedentem, si animadvertat homines eius loci ita comparatos, & ad intemperantiam iis diebus proclives esse, ut (nisi eiusmodi anticipatio jejunii fiat) plurimi sint jejunium violaturi, etiam cum carnium esu non absque scandalo, si quidem ob causam specialem pro unâ vice universalis jejunii dispensatio aut cõmutatio, spectat ad Episcopum. Cùm sit eius munus spirituali subditorum saluti invigilare, scandalis infirmorum occurrere, &c. Vide Gabrielem in 4. dist. 16. quæst. 3. art. 3. dub. 2.

VII. Quoad leges in Synodo sancitas ab Episcopo, verbi gratiâ de servandis jejuniis, omnes tam Clerici quàm laici obligantur etiam regulares exempti, non quidem debito obedientiæ, cùm Religiosi non sint subditi Episcopis, sed debito & jure naturali, quo sicut partes & membra illius populi tenentur se conformare toti corpori & constitutionibus Synodalibus seu Episcopalibus, non quidem concernentibus reformationem Clericorum, quæ illos non comprehendunt, ut notat Laurentius Peirinis tomo 1. privileg. Minim. in constit. 2, Julii II. numer. 67. Lezana tomo 1. quæst. regul. cap. 11. numer. 13. Sed observantiæ regulari non derogantibus, ut sunt festa & jejunia, &c. ita Vasquez 1. 2. disp. 167 num. 33. Sanchez lib. 4. in decalog. cap. 15. num. 21. Lezana supra, & tomo 3. verb.

*ieiunium*, num. 7. Villalobos in summa tomo 1. tract. 2. dubio 31. num. 4. Becanus in summa part. 2. tract. 3. cap. 6. quæst. 11, num. 3. Cui sententiæ suffragari videtur Malderus part. 2. quæst 96. art. 5. & alii contra Suarem de legibus lib 4. cap. 20. num. 9. Salas de legibus tract. 14. sect. 4. numer. 43. Lorca part. 2. tomo 2. disp. 25. membro ult. Granado part. 2. controvers. 7. tractat. 3. part. 1. disp. 6. sect. 3. Michaelem Zanardum in direct. Theolog. part. 2. præcepto 4. cap. 12. Pontium de matrimonio lib. 5 cap. 7 num 31. Portellum in dub. regul. verb. *lex*, num. 1. & verb. *festi dies*, num. 3. Lamas in summa seu methodo part. 3. cap 5. §. 28. Dianam part. 1. tract 10. resol. 11. Bonacinam de primo Ecclesiæ præcepto, ideſt, jejunio disp. ult. quæst. 1. puncto 6. numer. 5. Azorium part. 1. lib. cap. 19. quæst. 2. Imò jejunia generali consuetudine recepta à Religiosis observanda esse asserunt Bonacina & Azorius supra, Reginaldus lib. 4. numer. 135. Non autem introducta per consuetudinem particularem, ut si celebrentur tantùm à Clericis vel laicis. Prima pars patet primò, quia consuetudo generalis omnes generaliter obligat, igitur & Religiosos. Secundo, quia Religiosi tenentur celebrare festa quę communi usu coluntur in oppido in quo est Monasterium, igitur & tenentur ad jejunia oppidi. Secunda pars probatur primo, quia Laici & Clerici sæculares non obligantur ad jeiunia consuetudine Regularium introducta, ergò nec Regulares obligantur ad jejunia consuetudine Laicorum vel Clericorum recepta. Secundò, consuetudo vim habet legis, & obligat, quatenus recepta est, sed non est recepta apud Religiosos, qui seorsim ab aliis vivunt, igitur non obligat Religiosos scilicet, modò absit scandalum, inquiunt Sylvester verb. *ieiunium*, quæst. 2. Azorius & Bonacina supra, Lezana tomo 3 verb. *ieiunium*, num. 7. Fagundez in 4 præcept. lib. 1. cap. 7. num. 3. & alii.

## CAPUT III.

### *Potestas Episcopalis circa Juramenta.*

I. Uramentum, quod à jure dicitur, eo quod loco iuris & legis habendum sit, definiturâ D. Thomâ 2. 2. quæst. 89. art. 1. *invocatio divini Numinis in testimonium.* Dicitur *invocatio divini Numinis*, eo quod jurans quantũ in se est vult & cupit Deum ut testem manifestare id, quod ipse juramento confirmat, Valentia 2. 2 disp. 6 quæst. 7. puncto 1. Sanchez lib. 3. in decal. cap. 1. num. 1. Lezana tomo 3. verb. *juramentum*, numer 2. Distinguitur (inquit Bonacina disp. 4 circa 2. præcept. quæst. 1, puncto 1. num. 2.) ab oratione, quia in oratione non invocatur nomen Dei in testimonium, seu causâ faciendæ fidei, sed gratiâ petendi auxilii. Nec Concionatores jurant, & alii quando afferunt testimonia Scripturæ sacræ in confirmationem illius quod dicunt, sed asserta, & dicta Dei referre.

II. Difficultas est an jurare liceat Christiano? Ratio quæstionis est, quia Christus Matthæi cap. 5. vers. 33. ait. *Dictum est antiquis, non perjurabis, reddes autem Domino juramenta tua.* Vers. 34. *Ego autem dico vobis non jurare omnino, neque per cœlum, quia thronus Dei est.* At licitum esse tum Judæis, tum Christianis docent D. Thomas 2, 2. quæst. 89. art. 4. Valentia ibidem disp. 6. quæst. 7. puncto 3. Clavis Regia lib. 1. cap. 3. Lessius lib. 2. cap. 42. num. 9. & 10. Suarez de religione lib. 2. de juramento cap. 4. & 7. Sanchez in opere lib. 3. cap. 13. num. 2. Bonacina supra, puncto 3. numer. 1. Layman lib. 4. tract. 3. cap. 3. num. 1. Azorius part. 1. lib. 9. Et patet ex scripturâ Deuteronomii cap. 6. vers. 13. *Dominum Deum tuum timebis, & illi soli servies, ac per nomen illius jurabis.* Et ante illam legem dixit Abimelech ad Abraham. *Jura per Deum, ne noceas mihi & posteris meis, stirpi, mea*, Vers. 24. *Dixitq. Abraham ego jurabo.* Vers. 31. *Vocatus est locus ille* *Matt. c. 5. v. 33.*

*Bersabée*

*Bersabee, quia uterque ibi juravit.* Nam Bersabee idem est quod puteus juramenti. Cap. 24. vers. 2. adjurat Abraham servum suum. *Pone* (inquit) *manum tuam super femur meum, ut adjurem te per Dominum cæli & terræ, &c.* Vers. 9. *Juravit illi super sermone hoc.* Cap. 47. vers. 31. Jacob moriturus adjurat Josephum, ut suum corpus transferat in Chanaam. *Jura* (inquit) *mihi, quo jurante, adoravit Israel Deum conversus ad lectuli caput.* Lib. 9. Reg. cap. 1. vers. 29. de David. *Juravit Rex & ait, vivit Dominus qui eruit animam meam de omni angustiâ.* Vers. 30. *Quia sicut juravi tibi per Dominum Deum Israel.* S. Pater Elias lib. 3. Regum cap. 17. vers. 1. ait *Vivit Dominus Deus Israel, in cujus conspectu sto, si erit annis his ros & pluvia, nisi juxta oris mei verba.* Ideò, juro per vitam Dei quod nõ erit pluvia fœcundans terram, nisi juxta meum beneplacitum. S. Basilius Seleucius orat. 11. *Jurat* (inquit) *per Creatorem, ut juramenti metu ac reverentiâ creatura vim suam reprimat.* Consequenter Deum finum misericordiæ aperturum peccatoribus, subdit *Ne pramaturum det ab imbrium carentia juramentum, metuo ne supplicii medicamentum reddatur inefficax, & ingratus populus perduret in bonitatis divinæ contemptione. Quid agam tandem? Dei charitatis ture juramento vim asferam.* S. Chrysostomus homiliâ 1. de Eliâ, id non minus eleganter explicat. *Elias ille zelo Dei insignis, ut vidit Judæorum gentem contemptâ Dei misericordiâ perpetuò in delictis vivere, & simulacrorum cultui deditam, & hanc quidem impietatem tolerari, ipsos autem longanimitate illâ ad majorem vitæ impœnitentiam abuti, volens eos punitum iri, cogitabat quidnam adversus eos divinæ bonitati opponeret, quæ parvis lacrymis statim movetur, ut iram ponat, decrevit tandem ut ad conceptam contra eos pœnam Deum juramento astringat, quo legatus sententiam in eos facile non solveret.* Deindè introducit Deum proponentem eorum blanditias, & lacrymas animæ pœnitentis prognosticas & significativas, ac quandam reliscentiã, quibus respondet Elias illis non esse ignoscendum, nec imbrem dandum. *Non* (inquit S. Propheta) *vivit Dominus, illi isotis se addixerunt, ego per Deitatem tuam juro, ostende mihi quod juramentum hoc & tõtra te valeat, ut & per hoc idolorum infirmitas declaretur. Nam vivit Dominus, non erunt tribus annis ros & pluvia, nisi per sermones oris mei.* Idem S. Elias cap. 18. vers. 15. ait Abdiæ. *Vivit Dominus exercituum, &c.* Lib. 4. Regum cap 2. vers. 2. cum S. Propheta Eliseo discipulo valediceret, respondit Eliseus, *Vivit Dominus, & vivit anima tua, quia non derelinquam te.* Iterum cum Elias ei dixisset vers. 4. *Sede hic, quia Dominus misit me in Iericho, & ille ait. Vivit Dominus, & vivit anima tua, quia non derelinquam te.* Quod juramentum repetit iterum vers. 6. Cap. 3. vers. 14. idem Eliseus ait Regi Israel. *Vivit Dominus exercituum in cujus conspectu sto* Vers. 16. respondet Naaman offerenti munera. *Vivit Dominus ante quem sto, quia non accipiam.* Michæas lib. 3. Regum cap. 22. vers. 14. dixit nuntio Regis Achab. *Vivit Dominus, quia quodcumque dixerit mihi Dominus, hoc loquar.* Idem habetur lib. 2. Paralipomenon cap. 18. vers. 13. Mulier Sareptana rogata ab Eliâ, ut hoc ei faciam panis sibi afferret, lib. 3. Regum cap. 17. vers. 12. *Vivit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, &c.* Quid ad hæc ô Elia! obsurdescis, vel obmutescis, ad hoc juramentum? si illicitum est, cur impunè audis & fers illud. Qui duo quinquagenarii ironicè seu irritorie te Virum Dei compellarunt, lib. 4. Regum cap. 1. vers. 9. *Homo Dei Rex præcepit ut descendas.* Non ferens ejusmodi imperiosum ac superbum mandatum, respondens ais vers. 10. *Si homo Dei sum, descendat ignis de cælo, & devoret te, & quinquaginta tuos.* His dictis duo illi præfecti cum quinquaginta viris sibi subditis igne absumpti sunt, & hic siles. Hæc adjuratio non reprehensione digna est, sed admiratione, sed laude. Sanctus Chrysostomus supra. *Et undè mulieri genitili hæc vox, ut dicat?* Cùm Abdias lib. 3. regum cap 18. vers. 10. occurreret Eliæ volenti se sistere Regi Achab, dixit: *Vivit Dominus Deus tuus, quia non est gens aut regnũ, quò non miserit Dominus*

*Deus*

l. 3. Reg. 17. v. 1.

S. Basil. Seleuc

S. Chrys.

l. 4 Reg. v. 2. 4. & 6.

cap. 3. v. 14.

l. 3. Reg. 22. v. 14.

l. 2. Par. 18. v. 13

l. 3. Reg. 17. v. 12

l. 4. Reg. 1. v. 10.

l. 3. Reg. 18. v. 10.

*Deus tuus te exquirens.* Nec illum Elias corripit. Mulier Sunamitis instanter rogans Eliseum, ut filium defunctum ad vitam revocaret, lib. 4. Regum cap. 4. vers. 30. ait. *Vivit Dominus, & vivit anima tua non dimittam te.* Tantum abest, ut ejus juramentum ægrè ferat, quin potius *surrexit & secutus est eam.* Sic quantum Eliæ juramentum Deo placuerit, ex eo patet, quod statim emisso *Tunc subito* (inquit S. Chrysostomus homil. 2. de Eliâ) *anhelat terra, siccatur cœlum, sistunt amnes, fontes arescunt, omnes humor unus petit, supera deserit, aer ferret, serenitas torquet, tranquillitas pœna est, æstuant noctes, dies arescunt, fata torrentur, arbusta ægrotant, prata deficiunt, nemora langueant, campi jejunant, squallet terra, herbas quam produxit interimit.*

14. Reg. cap. 4. vers. 30

III. Quod novæ legis propugnatores acerrimi usum non omninò abrogarunt, testem appello Apostolum, qui Romanis scribens cap. 1, vers. 9. *Testis* (inquit) *est Deus, cui servio in spiritu meo in Evangelio filii ejus, quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis.* Et Corinthiis epist. 2. cap. 1. vers. 23. *Ego autem testem Deum invoco in animam meam, quod parcens vobis non veni ultra Corinthum.* Idest si mentior, Deus vindex puniat, & damnet animam meam. Et Philippensibus cap. 1. vers. 8. hæc mandat. *Testis est mihi Deus quomodo cupiam vos omnes in visceribus Iesu Christi.* Quasi diceret, testis mihi est Deus quantùm cupiam Christum suam misericordiâ effundere in vos.

IV. Quod etiam Angeli juramento usi fuerint docet S. Joannes Apocal. cap. 10. vers. 8. *Et juravit per viventem in sæcula sæculorum, &c.* His verbis alludit ad vaticinium Danielis cap. 12. vers. 7. dicentis. *Audivi virum qui indutus erat lineis, qui stabat super aquas fluminis, cùm elevasset dextram & sinistram suam in cœlum, & juravisset per viventem in æternum.* Ita ut dixerit cum S. Elia, *vivit Dominus.* Seu juro per viventem Dominum, seu per vitam Domini Dei.

V. Imò Deum optimum maximum juravisse testatur Vates Regius psal. 109. v. 4. *Juravit Dominus, & non pœnitebit eum.* S. Zacharias Pater Joan. Baptistæ Lucæ cap. 1. vers. 73. *Iusiurandum quod juravit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis.* Quomodò juravit se daturum? Hugo & Dionysius per fidem, per carnem in incarnatione. *Et verbum caro factum est.* Joannis cap. 1. per cibum in Eucharistia Joannis cap. 6. *Caro mea verè est cibus.* Per medicinam ægrotis Matthæi cap. 11. vers. 5. *Euntes renunciate, quæ audivistis, & vidistis, cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt.* Captivis redemptionem, Isaiæ cap. 61. vers. 1. *Ut prædicarem captivis indulgentiam.* Ratio verò cur juramentum sit bonum & licitum interveniente justâ causa. Prima est, ordinatur ad confirmandam veritatem, & assecurandas promissiones. Secunda, spectat ad cultum & venerationem Dei, ejus intellibilem veritatem & auctoritatem agnoscere ac prædicare, quod fit per juramentum. Undè Apostolus ad Hebræos cap. 6. ait, quod *homines per majorem se jurant.* Et Jus canonicum & Civile l. 2. C. *de rebus creditis*, l. 1. ff *de jure jurand.* C. *suv nos.* eodem tit. vocant jusjurandi religionem.

VI. Auctoritas autem Christi apud Matthæum cap. 5. citati, non obstat. Illa enim nihil aliud insinuare voluit, quàm optandum magis esse, ut nullum fieret juramentum, ac nullo juramento opus esset. Nam iurandi usus originem traxit ex eo quod homines sint ad mentiendum & fallendi proclives. Si inter homines veritas & fides vigeret, simplex affirmatio vel negatio sufficeret. Cum ergò Christus prohibet iurare, intelligi debet absque necessitate, vel causâ rationabili. *Qui intelligit* (inquit S. Augustinus lib. 1. de sermone Domini in monte) *non in bonis, sed in necessariis iurationem habendam, refranet se, ut non eâ utatur nisi necessitate, &c.* Idem scribit epist. 89. S. Bernardus sermone 65. in Cantic. Innocentius III. cap. *etsi Christus.* de iure iurando. Quibus subscribens sanctus Thomas 2. 2. quæst. 89. artic. 5. *Quod* (inquit) *non quæritur, nisi ad ad suò veniendum alicui defectui, non inter ea, quæ sunt per se appetenda, sed*

S. Aug.

S. Thom.

inter

*inter ea, quæ sunt necessaria; sicut patet de medicina. Iuramentum autem quæritur ad subveniendum alicui defectui, quo scilicet unus homo alteri diffidit. Et ideò non est habendum inter ea, quæ sunt per se appetenda, sed inter ea, quæ sunt huic vitæ necessaria, quibus indebitè utitur, quicumque eis utitur ultra terminos necessitatis, &c.* Quibus verbis innuit, quod etsi iuramentum sit licitum & bonum, non est tamen de genere bonorum, quæ sunt per se bona & appetibilia, ut sunt oratio, ieiunium, eleemosyna, &c. Sed ex genere bonorum, quæ sunt appetibilia posità necessitate, vel causà urgente. Angelico Doctori subscribunt Clavis Regia lib. 5. cap. 3. Azorius part. 1 libr. 11. cap. 2. Sanchez in opere moral. lib. 3. cap. 13. num. 2. Suarez lib. 2. de religione, lib 1. de iuramento cap. 4. & 7. Valentia 2. 2. disp. 6. quæst. 7. puncto 3. noster Sylveira tomo 2. lib. 4 cap. 13. & alii Interpretes in cap. 5. Matth. vers. 35.

VII. Toletus in summa lib. 4. cap. 20. num. 3. noster Lezana tomo 3. quæst. regul. verb. *iuramentum*, num. 5. dividunt iuramentum in assertorium, promissorium, execratorium, & comminatorium. Per assertorium affirmamus vel negamus aliquid, ut si quis dicat iuro per Deum quod Titus iuratus est pecuniam Cai. Promissorio utimur ad aliquid futurum affirmandum vel negandum, ut si quis dicat, iuro per Deum quod crastinâ die audiam sacrum. Execratorio autem asserendo aliquid affirmamus, vel negamus apponendo nobis pœnam, ut si quis dicat Deus me destruat nisi hoc ita est, vel nisi hoc faciam Vel per vitam, per filios meos, per uxorem meâ, &c. Quasi diceret Deus me vitâ privet, filios, uxorem, &c. nisi hoc ita est. Comminatorium est, quo promittitur alicui malũ aliquod per modum pœnæ, ut si pater filio, herus servo dicat, iuro per Deum quod te castigabo. Et hæc iuramenta aliquando fiunt per Deum, aliquando per creaturas, aliquando est absolutum; aliquando conditionale. Iuramentum S. Eliæ fuit comminatorium absolutum per Deum. Nec refert quod dixerit. *Vivit Dominus in cujus conspectu sto sicrit, &c.* Nam apud Hebræos *si*, idem est quod *non*. Unde S. Chrysostomus tomo 1. homil. 1. de Elia. *Vivit Dominus & non erunt per annos illos ros & pluvia.* Idem habent S. Basilius Seleucus oratione 11. Lyranus, Dionysius, & alii, undè subdit prætatus Basilius *Iurat per Creaturem ut iuramenti metu & reverentiâ creatura vim suam reprimat.* Per *Creatorem*, innuit S. Eliam iurasse per Deum, particulæ hæ, *creatura vim suam reprimat*, denotant hoc iuramentum esse absolutum & comminatorium. Quod clarius exprimit his verbis. *Irâ pietatis auxiliatrice assumptâ vocem emisit, quâ cælo legem siccitatis imposuit, & sententiam jure jurando affirmans claustra nubibus iniecit.* His verbis, *vocem emisit*, significat S. Eliam iurasse vocaliter. *Legem siccitatis imposuit*, denotat fuisse absolutum comminatorium iuramentum, quod magis confirmant verba sequentia, *Et sententiam iureiurando affirmans claustra nubibus iniecit.* Idem iuramentum comminatorium absolutum etiam eleganter explicat S. Chrysostomus sermone 1. de Eliâ, & sermone de S. Petro & Eliâ.

Quod si dispensatio causam sufficientem & justam prærequirat, Bonacina puncto 17. n. 8. ita S. Propheta ad dispendandũ, vel relaxandum, ac retractandum iuramentũ ægrè adduci potuit nisi prætuppositâ illâ causâ scilicet populi conversione. Accipe verba aurea S. Chrysostomi. *Elias dicebat bonus erga illos Deus est, paucisq. eorum flectitur lacrymis. Verum veritas populo malè cedit, longanimitate enim abutentes perditè vivunt, & simulachra colunt, atque ita & Deus ipse contemnitur. Vivit Dominus, inquit, & non erunt per annos illos ros & pluvia. Deindè cùm Deus responderet. Quid ergò si pœnitentes illi mihi blandiantur, si lacrymas afferentes spectem, si à delictis resipiscentes videam, statimne debeo dare pluviam? Minimè, inquit, vivit Dominus, nisi per os meum. Non vivit Dominus, illi idolis se addixerunt, ego per Deitatem tuam juro, ostende mihi, quod juramentum hoc & contra te valeat, ut & per hoc idolorum infirmitas declaretur. Nõ vivit Dominus* VIII. S. Chrys.

*non erunt tribus annis ros & pluvia, nisi per sermones oris mei. Non quando tibi videbitur pœnæ finem facias, tibi enim pro clementia tua semper videtur misericorditer agendum sed tunc quando pro eis oravero & judicavero, quod dignam animæ suæ curam gerant probèque resipiscant.* Quasi diceret, ego cum eis dispensabo, ego pœnam sic reatus & famis illis impositam revocabo, quando videro cautam justa, ac motivum sufficiens, quam cautam, quod motivum prærequiris? dignam animæ suæ curam ac probam resipiscentiam. Idem aureus Doctor, & S. Basilius Seleuc. referunt machinamenta quibus Deus fuit, ut illam ad misericordiam flecteret, ac juramentum revocaret.

IX. Ex quibus infero ad dispensandum in juramentis etiam notè requiri justam & rationabilem causam, ita Ludovicus Miranda in manuali Prælat. tom. 2. quæst. 32. art. 1. post D. Thomam & Navarrum, ita ut dispensans & dispensatus peccent si non præsupponatur causa justa & rationabilis. Juramenta autem edita intuitu divini obsequii dispensandi competere Episcopis quoad subditos, tenent D. Thomas 2. 2. quæst. 88. art. 12. Cajetanus 2. 2 quæst. 89. art. 9. Suarez de religione tract. de juramentis lib. 2. cap. 40. num. 3. Lessius de justit. lib. 2. cap. 40. dubio 12. num. 69. & cap. 4. dubio 12. num. 62. Innocentius in cap. *ad omnes*, de his quæ vi. & in cap. *debitores* num. 2, de jure jurando. Felinus in cap. num. 9 illo tit. S. Antoninus part. 2. tit. 10. cap. 6. Sotus de justitiâ lib. 8. quæst. 1. art. 9. Angelus verb. *juramentum 6.* Sylvester verbo *juramentum*, 5. quæst. 3. Joannes Sylva de jure jurando part. 4. quæst. 2. Navarrus in manuali cap. 12. num 64. vers. 2. Covarruvias in cap. *quamvis*, part. 1 §. 3. art. 5. & num. 12. Moneta de commut. ult. voluntatis cap. 4. num. 116. Molfesius in summa Theologiæ moralis tract. 12. cap. 15. num. 109. Sanchez in præcepta Decalogi tomo 1. lib. 4. cap. 38. num. 330. Ugolinus de potest. Episc. cap. 31. §. 1. Valerius Reginaldus in praxi for. pœnitent. lib. 18. num. 30. Filliucius in quæst. moral. tract. 26. cap. 9. num. 249. Bossius de triplici jubilæi privilegio sect. 2. casu 8. numer. 18 Trullench. in exposit. decalog lib. 2 cap. 1. dubio 22. num. 3. Azorius part. 1. cap. 11 Layman lib. 4 tract. 3. Bonacina in decem præcepta disp. 4. quæst. 2. puncto 7 §. 4. & 5. Item dispensare potest Episcopus in illis casibus, in quibus habet specialem facultatem à jure prout in specie cap. *sanè*, de Clericis conjugat. cap. penult. in fine de elect. cap. *cùm verò*, 34 eodem tit. in 6. cap. 1. in princip. de filiis præsbyt. eodem lib. cap. 1. de ætate & qualit. Barbosa de officio & potestate Episc. part. 2. alleg. 36. num. 4. Secundò, secundùm Azorium supra quæst. 6. Episcopi auctoritate potest ex communi omnium sententiâ jusjurandû relaxari in iis rebus, in quibus potest & votum. In his enim secundùm Abbatem in cap. *quanto*, de jure jurando num. 8. cum cæteris Canonistis. Non est major ratio cur Episcopus possit voti vinculum solvere, quam juris-jurandi. Nec refert quod cap. *si verò*, § *verum* & cap. *verum* 15. de jurciurando videatur dispensatio, seu absoluto a juramento soli Pontifici Romano reservata, ut existimat Specul. tit. *de legato. §. nunc ostendendum*, num. 25. Respondet Lezana supra num. 5. tantum narrari in iis juribus stylum Curiæ circa præstandam absolutionẽ à juramento, de quo ibi, ad effectum informando inferiores Prælatos, & sic non negat, imò supponit illos posse absolvere. Porrò potest etiam Episcopus relaxare jusjurandum, quod quamvis homini præstetur, tamen turpitudinem continet ex parte eius, quod illud exigit, vel extorquet, aut ex parte eius, cui aliquis jurat, cuiusmodi est, cum quis juravit se soluturum usuras, ita Doctores in cap. *debitores* de jure jurando, Azorius supra quæst. 6. Potest etiam relaxare jusjurandum dolo vel metu extortum, ut cùm quis metu mortis vel servitutis, captivitatis, carceris, tormentorum, jurando latroni, hosti, tyranno, alterivè iniquè vexanti se aliquid facturum, intuper si jusjurandum interponatur in contractu, quo unus contrahentium

hentium est graviter læsus, ut si quis sit deceptus ultra dimidiam iusti pretii in venditione vel emptione, Azorius supra, Amicus tomo 5. de iure & iustitia disp. 17. quæst. ultim. num. 124. Hic subdit eiusmodi iuramentum cadens in contractum iniustum ex parte accipientis directè ab Episcopo, indirectè à Judice invalidari si iuramentum versetur circa materiam ad eius forum spectantem.

Ut Episcopus possit dispensare in iuramentis, non debet esse consecratus, sed sufficit si sit electus & confirmatus, ita Glossa penult. in cap. *aqua*, de consecrat. Eccleſiæ, *nosti*, 9. cap. *transmissam*, 15. ubi Glossa de elect. Aloysius Riccius in praxi aurea resol. 136. num. 1. Barbosa supra num. 6. Ratio prima est: quia habent omnem administrationē Episcopatus, possuntque omnia, quæ spectant ad potestatem iurisdictionis. Deindè ex Lessio de iustitia lib. 2. cap. 40. dubio 12. numer. 100. Sanchez lib. 4. cap. 38. numer. 7. Barbosa supra. Possunt Episcopi electi & confirmati dispensare in iis, quæ sunt iurisdictionis & non ordinis, at dispensatio in iuramentis est eiusmodi. Nec obstat quod Episcopus non consecratus, non dicatur propriè Episcopus, cap. *eam te*, ibi *ante promotionem tuam*, & ibi, *Neque esses adhuc in Episcopum consecratus*, de rescript. cap. *tuo*, ibi Episcopo vel electo, *de his quæ fiunt à Prælat* cap. *cum litteris*, 33. *de testibus*. Ex quibus aliqua observat Abbas num. 2. Felinus, Decius, & omnes in cap. *eam te*, Glossa 1. & alii communiter in cap. 1. *de religiosis domibus*, Glossa verb. *Pontificum*, in Clement. 2. de celebrat. missarum gloss. 2. in Clement. 1. de pœnis. Jos. in l. 2. num. 4. ff. de inofficioso testam. Gomez in reg. de triennali quæst. 39. Fr. Emmanuel quæst. reg. tomo 1. quæst. 18. art. 2. sed his respondet Barbosa etiam Episcopum non consecratum dici verum Episcopum quoad omnia, quæ spectant ad potestatem iurisdictionis, cùm nomen Episcopus ex sui etymologiâ videatur competere electis & confirmatis. Quia à tempore confirmationis possessione legitimâ apprehensâ illis totius Diœcesis administratio & cura incumbit, Barbosa supra num. 7 & colligit ex cap. *cum in cunctis*, §. *cum verò*. iuncta glossa verb. *administrationem* de elect.

Archiepiscopus in sua Diœcesi potest hac dispensandi potestate uti ante receptum pallium, ita Sanchez lib. 4. cap. 38. num. 9. Barbosa supra numer. 8, Ratio est, quia interdicitur dumtaxat ante receptum pallium cogere Concilium, & exercere ea, quæ sunt muneris Episcopalis, cap. *quod sicut*, §. *super eo* de elect. XI.

Vacante Sede potest Capitulum dispensare in iuramentis, ita Sayrus in Clavi aurea lib. 6. cap. 11. num. 84. Sanchez lib. 4. cap. 38. num. 17. Henriquez lib. 4, de pœnit. cap. 6. §. 1. & lib. 14. de irregul. cap. 18. §. 2. Antonius Gomez in bullam Cruciatæ decis. 10. num. 62. Trulench in expositi. decal lib. 2. cap 2. dubio 37. num. 10. Barbosa supra num. 9. Ratio est, quia Capitulum potest ea omnia, quæ iure communi spectant ad iurisdictionem Episcopi, exceptis quibusdam speciatim in iure prohibitis, cap. *cùm olim*, 14. ubi Glossa 2. de maiorit. & cap. *ad abolendum*, ubi Glossa verb. *Sede vacante*, de hæred. cap. penult. ubi Glossa cap. *sed Capitulū*, & cap. ult. *de supplenda neglig. Prælat.* lib. 6. cap. 1. de instit. eodem lib. cap. *cùm nullus* in fine princip. de tempor. ordin eodem lib. Quaranta in summa Bullarii verb. *Capitulum Sede vacante*, in principio. & alii apud Barbosam supra numer. 9. Quod Capitulum possit dispensare in iis, in quibus potest Episcopus ratione iurisdictionis Episcopalis. Sayrus in clavi regiâ cap. 21. num. 84 Henriquez in summa lib. 14. de irreg. cap. 20. §. 1. Guitier. canon. libr. 1. cap. 3. num. 10. Cardosius in praxi iudicum verb. *Capitulum*, num. 2. Cenedo part. 3. collect. 4. num. 3. Molina de iustitia tract 5. disp. 11. num. 5. Ratio est, quia Capitulum non succedit Episcopo in delegatâ iurisdictione. Abbas in cap. *quod olim*, quæst. 5. de maior. & obed. Sbroz *de Vicario Episcopi*, lib. 1. quæst. 16. num. 1. & lib. 2. quæst. 135. num. 4. Alphonsus Azevedo ad Curiam Pisanam lib. 1. cap. 8. num. 12. & alii apud Aloysium XII.

Riccium in praxi aurea resolut. 118. num. 2.

XIII. Hæc porrò potestas dispensandi in juramentis quà habet Episcopus, Capitulum sede vacante intelligitur tantum habere respectu illorum, qui illis verè & propriè subiiciuntur, & habēt domicilium, non vero habitationem etiam cum animo ibidem permanendi maiore parte anni, & ita cùm Episcopus possit dispensare in iuramento sui subditi in sua Diœcesi domicilium habentis, poterit etiam dispensare scholari, qui in loco studii habitat, licet domicilium nō habeat, ita Lessius lib. 2 cap, 10 dubio 13. n. 103. Sanchez de matrimonio lib. 3. disp. 23. num 11. Henriquez lib. 2. de pœnit. cap. 14 §. 1. contra Abbatem cap. *nulus*, n. 4. de parochis, Sylvestrum, Angelum, Tabienam, verb. *domicilium*, Suarem lib. 6. de voto cap. 11. n. 11. Ratio est, quia subsunt Episcopo & Parocho respectu confessionis & cōmunionis, igitur respectu dispensationis in votis

IX. Archiepiscopus non potest dispensare in iuramentis subditorum Suffraganei, ita Ludovicus à Cruce cap. 6. dubio 19. num. 7. Valerius Reginaldus libr. 18. numer. 333. Basilius Pontius de matrimonio lib 8. cap. 5. num. 9. Sanchez in præcepta decalogi lib. 4. cap 38. numer. 11. Avila de censuris part. 7. disput. 10. dubio 6. & part. 2. cap. 7. disput. 1. Henriquez lib 14. cap. 18. § 3. Sylvester verb. *votum*, 4. quæst. 3. Sotus lib. 7. de justitia quæst. 4 art. 3. Suarez lib. 6. cap. 10. num 7. Trullench dubio 37. num. 9. Probatur ex cap. *Pastoralis*, de offic. ordin. cap. 1. de for competent. lib. 6.

XV. Episcopus potest dare suo Confessario facultatē, ut secum dispensct in illis casibus, in quibus ipse dispensare potest cum suis subditis, ita Ludovicus à Cruce in expolit. bullæ Cruciatæ disp. 1. cap. 6. dub. 18. Gomez in bullâ Cruciatæ claus. 10. num. 85. Sayrus de censuris lib. 7. cap. 14. numer. 5. Henriquez lib. 6. de pœnitent. cap. 4. num. 3 & cap 7 num. 5. Molfesius tract. 11. cap. 15 numer. 112. & 118. Sanchez de matrimonio lib. 8. disp. 3. num. 3. & in præcepta decalog lib. 4. cap. 37. num. 2. S. Antoninus, Avila, & alii apud ipsum contra Suarem lib. 6. de voto cap. 11. num. 4. Ratio est, quia sequeretur esse deterioris conditionis quàm subditi, & durissimum esset Episcopum soli summo Pontifici subditū, & pro qualibet dispensatione obtinendà adire summum Pontificem.

Quomodo Prælati regulares exempti, cum habeant potestatem quasi Episcopalem possunt cum suis subditis dispensare in juramentis, & quidem potestate ordinarii ex vi muneris & officii docent Sotus de justitia lib. 6. quæst. 4. art. 3. Azorius instit. moral. part. 1. lib. 11. cap. 18. dub. 4. Lessius lib. 2. cap. 40. dubio 13. num 107. Sanchez lib. 4. cap. 39. num. 3. & alii apud Barbosam de officio & potest. Episc. part. 2. allcg. 36. num. 12. Imò quomodo Confessarii Ordinum Mendicantium ex speciali privilegio concesso à Sede Apostolicâ possunt dispensare in juramentis omnium suorum pœnitentium, docent Navarrus in manuali cap. 12, num, 79. Miranda in manuali Prælatorum tomo 1. quæst 47. artic. 4. Ludovicus Lopez in instruct. conticntiæ part. 1. cap. 50. Sayrus lib. 5. cap. 6. num. 10. & lib. cap. 11. num. 95. Lessius lib. 2. cap. 40. dubio 13. numer. 108. Franciscus Emmanuel in summa part. 1. cap. 102. & quæst. regul. tomo 1. quæst. 63. art. 2, & seq. Barbosa supra numer. 15. Inter juramenta alia sunt jure communi & ordinario reservata, & in his possunt dispensare. Alia jure speciali reservata, & in his nequeunt dispensare. Ita Ludovicus Miranda supra artic. 4. concl. 2. XVI.

## CAPUT IV.

### *Potestas Episcopalis circa Vota.*

SUppono Votum, de quo hic, esse promissionem deliberatam factam Deo de meliori bono secundùm omnes Doctores. Et aliud I.

esse

esse personale, aliud reale, aliud mixtum. Personale est, quo Deo promittitur aliqua actio, vel omissio, ut peregrinatio, jejunium, castitas, oratio, abstinentia a ludo. Reale, quo aliqua res Deo promittitur. Mixtum personale & reale est, quo promittitur res & officium personæ, ut si quis voveat peregrinationem Lauretanam & torquem auream Beatæ Virgini, cum illuc pervenerit. Suppono secundò, votum aliud esse temporale, quod durat ad certum tempus, ut conservandæ continentiæ ad annum; & perpetuum, durans tota vita viventis, ut votum castitatis simpliciter emissum. Item dividi in commune, quod emittitur à communitate aut ab omnibus, & particulare quod quisque emittit ad nutum suum. Præterea aliud esse expressum quod verbis illud exprimentibus editur, & tacitum quod nō fit verbis illud exprimentibus, sed quatenus aliquid ut, cui est annexum votum. Sic votum castitatis emittunt suscipientes ordines sacros. Insuper dividitur in simplex, quod consistit in nudâ promissione, & ideò simplex nuncupatur. Et solenne, quod est actuans quædam dedicatio & traditio propriî corporis & libertatis, accepta à Deo qui tenet vicem Dei, cum quadam solemnitate, qualitate, & circumstantiis approbatis ab Ecclesiâ: ejusmodi est professio religiosa, vel in ordinum susceptione, & habet peculiarē quandam rationem irritandi matrimonium. Denique votum aliud est reservatum, cujus scilicet dispensationem superior denegat, aliud non reservatum, cujus dispensandi superior facultatem cōcedit. Iterùm aliud est conditionale emissum sub aliquâ conditione, & absolutum sub nullâ conditione conceptum. Conditionale pœnale, & non pœnale: pœnale factum appositâ aliquâ pœnâ si votum violetur, ut si quis voveat se non inebriaturum sub pœnâ eleemosynæ vel peregrinationis, & hoc partim est absolutum, partim conditionale: absolutum non se inebriandi, conditionale luendi talem pœnam positâ ebrietate. Potest tamen dici votum pœnale simplex, si quis dumtaxat se obliget ad pœnam si peccatum non evitaverit, dicendo, voveo eleemosynam si inebriatus fuero, tenetur dare eleemosynam positâ ebrietate, non tamē tenetur cavere ebrietatem. Plura de his apud C. Iustas.

II. Carmeliticum ordinem à S. Eliâ originem duxisse, & ab eo hæreditariā successionem tenere in Carmeli mōte, à quo nomen sortitus est; Præter innumeros auctores testantur septem summi Pontifices, Joannes XXII. Sixtus IV. Julius III. Pius IV. Gregorius XIII. Pius V. Clemens VIII. in suis bullis huic ordini concessis. Undè Sixtus V. concessit huic Religioni ut Eliam & Elisæum tanquam suæ institutionis patronos coleret, dies festos in eorum honorem celebrando, ac propria officia in eorum memoriam recitando, quod ipsa religio constanter servat, ac in ipso officio nomen & solemnitatem patroni Eliæ tribuit, ut in Calendario *Officium S. Eliæ Patris nostri.* In Hymno ad Vesperas. *O Pater salve, placidus, tuosq; excipe alumnos.* Et in Hymno ad Laudes. *Nos nunquam auxilium desistat Pater.* Plura apud nostrum P. Lezanam Annalium Ordinis nostri tomo 1. in apparatu 5. Eundem S. Eliam votum virginitatis emisisse, patenter innuit Joannes 44 Patriarcha Jerosolymitanus lib. de instit. Monach. cap. 9. *Vt per paritatem castitatis & incorruptionis suæ carnis æquaretur Angelis ad conversationis imitationē seipsum propter Deum virginitate perpetuâ primus hominum sponte decoravit.* Quod etiam filii Prophetarum Eliæ successores perpetuam virginitatem Deo voverint, idem Patriarcha scribit cap. 34. ubi explicat Carmelum non immeritò dici scientiam circumcisionis, nec fortuitò S. Eliam & filios Prophetarum illum montem incoluisse. *Ipsi namq;* (inquit) *primi virorum seipsos Deo per virginitatem perpetuam sponte dedicantes castraverunt prorsus venereis voluptatibus suas mentes propterea appellati sunt Carmelitæ, &c.* Eodem capite hæc de Beata Virgine effatur. *Sicut Elias prius præputium impudicitiæ scivit à suâ carne & mente prorsus circumcidere, dum primus inter homines* Ioan. 14.

*stituit virginitatem perpetuam sponte inchoare, ita postea Beata Dei Genitrix præputium impudicitiæ fugit exemplo Eliæ à se penitus circumcidere dum quasi vestigium illius elegit prima fœminarum propter Deum in virginitate perpetua vivere.* In fine capitis. *Recte* (inquit) *igitur sponsus huic Virgini congratulans ait, caput tuum, id est mens tua, ô Dei genitrix est ut Carmelus, id est verè cognoscens circumcisionem, quia prima fœminarum per spontaneam voluntatem & virginitatem fecisti à te prorsus circumcidere omnem veneream voluptatem.* Difficultas est an obligatio omnium, vel aliquorum prætatorum votorum tolli queat ab Episcopis.

III. Episcopos jure ordinario posse dispensare in votis suorum subditorum docent Bonacina disput. 4. quæst. 2. puncto 7. §. 4. num. 4. Layman lib. 4. tract. 4. cap. 8. num. 6. Suarez tract. 6. de voto lib. 6. cap. 10. numer. 3. & alii. Ratio est, quia Episcopi habent omnem jurisdictionem necessariam ad rectam Ecclesiæ suæ & subditorum gubernationem. At facultas dispensandi est necessaria ad rectam Ecclesiæ gubernationem ob varia incommoda, quibus fideles possent affici, si in Ecclesia non extaret facultas dispensandi in votis. Quid nomine subditorum intelligatur, supra diximus. Quod extra suam Diœcesim possit cum suis subditis dispensare asserunt Sanchez lib. 4. cap. 37. num. 32. Suarez lib. de voto cap. 11. num. 10. Bonacina supra num. 6. & alii. Ratio est quia hæc dispensatio est actus jurisdictionis voluntariæ, qui potest extra Diœcesim exerceri, ut passim docent Canonistæ. Quod intelligendum sive Episcopus sit extra Diœcesim, sive subditus, sivè uterque.

IV. Archiepiscopus potest dispensare in votis suorum Episcoporum Suffraganeorum; ita Clavis Regia lib. 6. cap. 11. num. 7. dubio 12. Sylvester verb. *Archiepiscopus*, Sanchez lib. 4. de voto cap. 38. num. 16. Bonacina disput. 4. quæst. 2. puncto 7. num. 7. Molfesius tract. 11. cap. 15. num. 111. Ludovicus à Cruce in exposit. bullæ Cruciatæ disput. 1. cap. 6. dubio 18. Henriquez, S. Antoninus, Avila, & alii. Ratio prima est, quia Archiepiscopus videtur immediatus superior illorum saltem quando Episcopi ei se subjiciunt. Secunda, quia Archiepiscopus potest cognoscere de crimine suorum Suffraganeorum Episcoporum, & eos plectere, cap. *sacro.* de sententiâ excommunicationis, igitur à fortiori videtur cum illis posse dispensare, cum dispensatio sit actus jurisdictionis gratiosæ & voluntariæ. Idem Archiepiscopus nequit dispensare subditos sui Suffraganei Episcopi saltem extra visitationem Provinciæ, ita Suarez lib. 6. de voto cap. 10. numer. 11. Clavis Regia lib. 6. cap. 11. num. 7. Sanchez lib. 4. de voto cap. 38. num. 14. Gratius 1. part. decis. lib. cap. 15. Valerius Reginaldus lib. 18. num. 333. Bonacina disp. 4. de voto quæst. 2. puncto 7. §. 4. numer. 7. Barbosa de officio & potest. Episcopi part. 2. alleg. 36. num. 20. Ratio est, quia non habet jurisdictionem ordinariam in ipsos, exceptis aliquibus casibus, de quibus aliàs. Nec Archiepiscopo demandata est cura spiritualis ovium Episcopi Suffraganei jure speciali vel consuetudine, nisi in foro cõtentioso. & appellationibus. quas subditi Suffraganei Episcopi à proprio Episcopo ad Archiepiscopum interponunt, ita Barbosa supra num. 20. Undè Archiepiscopus Colonienſis potest dispensare in votis Episcoporum Leodiensis, Monasterienſis, Mindensis, Osnaburgensis. Archiepiscopus Anconinatus dispensare cum Auximano, Asculano, Recanatensi, Lauretano. Archiepiscopus Rhemensis cum Metensi, Tullensi, Verdunensi. Parisiensis cum Carnotensi, Aurelianensi, Meldensi. Cameracensis cum Atrebatensi, Tornacensi, Namurcensi. Audomarẽsi, & ita de aliis Archiepiscopis, sed non cum eorum subditis. Quod si præfata objicias in jure naturæ & divinæ cujusmodi est obligatio voti neminem posse dispensare. Respondent Sanchez lib. 4. cap. 37. num. 14. Azorius part 1. lib. 6. cap. 1. quæst. 4. Bonacina supra, extare in Ecclesiâ potestatem dispensandi in causa particulari in iis, quæ dependent radicaliter à voluntate humanâ, cujusmodi est votum

votum nisi fortè constet in aliquo casu hanc facultatem non esse in Ecclesia relictam à Christo, sicut non est relicta facultas dispensationis concedendæ in matrimonio consummato. ut docent Theologi tract. de matrimonio, sicut supra diximus Episcopũ electum & confirmatum posse dispensare in juramentis, ita dispensare potest in votis, quia potestas dispensandi non est ordinis, sed jurisdictionis.

V. Etsi Episcopus dispensare nequeat in quinque votis solemnibus scilicet intrandi religionem, perpetuam castitatem servandi, peregrinandi in terram sanctam, visitandi limina Apostolorum Petri & Pauli, eundi ad S. Jacobum Compostellanum, Covarruvias in cap. *quamvis pactum*, part. 1. §. 3. num. 12. Angelus verb *votum*, 4 §. 6. Sylvester eodem verbo, 4. quæst. 3. Navarrus in manuali cap. 12. num. 75 & to. no 4. de regul. num. 22. Homobonus de examine Eccles. tract. 11. cap. 6. quæst. 12 resol. 3. Jacobus de Grafiis in decis. aureis part. 1. lib. 2. cap. 31. num. 21. & alii apud Barbosam part. 2. alleg. 37. num. 1, imò etiam peregrinandi ad Ædem Lauretanam. Navarrus commun. 1. de regul. num. 21. Henriquez in summâ lib. 7. cap. 31 §. 6. Franciscus Emmanuel in summa tomo 2. cap. 97. num. 104. Ludovicus a Cruce in exposit. bullæ Cruciatæ disp. 1. cap. 6. dubio 1. num. 2. Potest tamen Episcopus dispensare cum eo sæculari subdito, qui vovit arctiorem Religionem ingredi, ut migret ad laxiorem, ita Azorius part. 1. lib. 11. cap. 18. quæst. 8. Clavis Regia lib. 9. cap. 11. num. 63 Sanchez in opere morali libr. 4. cap. 40. num. 74. Lessius lib. 2. cap. 40. dubio 18. Molfesius in summa tract. 11. cap. 15. num. 146. Julius Lavorius de Jubilæo part. 2. cap. 23. num. 110. Bonacina in præcept. disput. 4. quæst. 2. puncto 7. num 116. Basilius Pontius de matrimonio lib. 8. cap. 8. §. 2. num. 23. Ludovicus à Cruce supra cap. 6. dubio 12. numer. 12. Homobonus de examine Eccles. part. 2. tract. 12. cap. 3. & part 3. tractat. 13. cap. 11. quæst. 34. resp. 4. Bartholomæus à Fausto in thesauro Religios. lib. 3. quæst. 95. & lib. 4. quæst. 69. Bossi de triplici Jubil. privil. sect. 2 cap. 19. contra Navarrum commun. 4 de regul. num. 10. Trullench in expos. Decalog. lib. 2. cap. 2. dubio 39. num. 30 Ratio est, quia non est propriè dispensatio in voto religionis sed in quadam ipsius circumstantiâ; illa enim dicitur dispensatio, quâ tollitur obligatio voti, hic autem non tollitur obligatio voti, sed tantùm modus & qualitas scilicet arctior observantia Potest etiam Episcopus dispensare in voto religionis facto ad duos ad vel tres annos tantùm, ita Reginaldus lib. 18. num. 315. Bonacina supra num. 21. Ratio est, quia hoc non videtur perfectum votum religionis quod obligationem perpetuam inducit, Potest item Episcopus in differendâ executione voti religionis dispensare, ita Sanchez num 76. Suarez lib. 6, cap. 25. num. 11. Bonacina loco citato. Ratio est, quia hæc non videtur dispensatio in substantia voti, sed in ejus qualitate & circumstantiâ temporis. Præfati auctores addunt hanc exceptionem, modò non sit periculum, ut vovens ob longam dilationem fiat impotens ad votum persolvendum, tunc enim concessio dilationis æquivaleret dispensationi circa substantiam. Dei vide nis voti nimis defraudaretur. Tertiò, si summus Pontifex commisit Episcopo vel Confessario dispensationem voti simplicis castitatis aut religionis, potest Episcopus vel Confessarius dispensare, licet ante dispensationis executionem vovens sæpius repetierit. Ratio prima est, quia repetitio voti non multiplicat vota, seu obligationes, sed priorem obligationem confirmat: sicut in professione religiosa trina repetitio non multiplicat vota, & obligationes, sed primam obligationem confirmat, ratificat. Idem dicendum est de renovatione votorum quotannis fieri solitâ. Cùm igitur nõ addatur novum vinculum, fit ut dispensatio extendatur ad subsequentes confirmationes. Ratio secunda, qui postulat dispensationem fornicationis antea habitæ, non tenetur exprimere

mere numerum actuum fornicationum. Item qui cognovit sæpius eandem consanguineam priusquam delegatus exequatur dispensationem, validè dispensatur virtute dispensationis datæ. Quartò, Episcopus potest dispensare in voto non nubendi, vel non fornicandi, ita Navarrus cap. 12. num. 76 Reginaldus supra num. 32. & 334. Azorius lib. 11. cap. 19. quæst. 5. Lessius lib. 2. cap. 4. dubio 13. numer. 115. Sanchez supra a num. 50. usque ad 68. Bonacina loco citato. Ratio est, quia hoc non est votum castitatis perfectæ, sed tantùm partialis. Quintò, Potest Episcopus dispensare super perseverantiam in religione, ita Sanchez loco citato num. 75. verbi gratiâ, si quis non solùm promittit ingressum, sed etiam perseverantiam in religione licet Episcopus nequeat dispensare ingressum religionis, potest tamen circa perseverantiam Est contra Bonacinam asserentē in neutro casu posse dispensare. Ratio eius est, quia utrumque censetur votum religionis, & votum perseverandi fortius obligat, quàm votum ingrediendi.

VI. Potest Episcopus aliquo modo dispensare in voto peregrinationis ad limina Apostolorum, Ædem Lauretanam, S Jacobum Compostellanum, &c. Ut si quis vovit ire pedes, vel stipem ostiatim quærendo, potest permittere & dispensare ut incedat eques, & necessaria ad vitæ sustentationem ferat, ita Lessius citatus numer. 105. Bonacina num. 21. Reginaldus num. 332. Sanchez num. 78. & alii. Ratio est, quia sic non commutatur substantia voti, sed dumtaxat quædā circumstantia. Glossa cap. *ex multa*, Antoninus, Abbas, & alii, & cap. *quod super his*, de fide instrumenti, ubi Felinus num. 1. Angelus verb. *votum*, 4. §. 6. Navarrus in manuali cap. 12 numer. 75. & alii apud Suarem & Sayrum jam citatos, asserunt votum Terræ sanctæ esse reservatum Sedi Apostolicæ, quando sit in subsidium Terræ sanctæ, seu in redemptionem illius, & ad eam è faucibus Turcarum liberandam, ut olim faciebant Cruce signati, de quibus cap. *super his*, de fide instrument cap. *licet*, cap. *ex multa*, de voto, non autem esse reservatum si fiat votum causâ devotionis ad visitandum sanctum Domini Sepulchrū, & illa loca pia, cujusmodi sunt omnia vota, quæ hodie emittuntur. Est contra Covarruviam in cap. *quamvis*, par. 1. §. 3. num. 12. Sylvestrum verb. *votum*, 4. quæst. 3. vers. 5. Azorium parte 4. lib. 2. cap. 19. dub. 4. Franciscum Emmanuel in expositione bullæ Cruciatæ §. 9. num. 129. Gregorium lib. 6. tit. 8 part. 1. Sayrum in Clavi Regia lib. 5. cap. 11. num. 36. Suarem de Religione tomo 2. tractat. de jurament. lib. 6. cap. 21. num. 5. Ratio est, quia præfata jura hoc votum dumtaxat reservant in casu subsidii, non verò secundùm hodiernam praxim & consuetudinem, ut etiam notant Alzedo part. 2 cap. 8. num. 32. Barbosa supra alleg. 39. num. 4.

Episcopus potest dispensare in quinque votis scilicet Religionis, perpetuæ castitatis, peregrinationis ad Terram sanctam, ad limina Apostolorum, ad S. Jacobum Compostellanum, si emittantur in pœnam, verbi gratiâ, voveo, seu juro me non lusurum tali lusu, vel me non offensurū Deum tali, vel tali peccato, quod si secus fecero, ingrediar Religionem, proficiscar in Terram Sanctam, &c. ita Lessius lib. 2. cap. 40. dubio 13. n. 106. vers. 7. ubi probabilem dicit. Lopez in instruct. conscient. part. 1. cap. 44. asserens esse mentem Doctorum sui temporis. Arragonius 2. 2. quæst. 88. artic. 12. dicens esse sententiam communem Toletus in summa lib. 4. cap 18. Henriquez lib. 7. de indulg. cap. 30. §. 6. ubi dicit esse communem praxim, Franciscus Emmanuel in summa part. 2. cap. 97. & tomo 1. quæst. regul. quæst. 63. art. 7, Basilius Pontius de matrimonio lib. 8. cap. 9. num. 10. Sanctarellus tract. de Jubilæo anni sancti cap. 11. dubio 1. Trullench lib. 2. cap. 2. dubio 40. num. 1. Suarez lib. 6. cap. 23. num. 6. & cap. 26. num. 17. Sayrus cap. 11. num. 72. Ludovicus Miranda in manuali Prælat. tomo 1. quæst. 47. art. 6. Joannes à Cruce in direct. conscient. part. 2. praxi 2. art. 2. dub. 10. VII.

Sanchez

Sanchez lib. 8. disp. 10. num. 8. Ugolinus de potest. Episcop. cap. 58. §. 2. Valerius Reginaldus lib. 18. num. 337. Bonacina puncto 7. §. 4. numer. 17. Ludovicus cap. 6. dubio 9. numer. 10. Tamburinus de jure Abbatum tomo 2. disp. 18, quæst. 8. num. 36. Villalobos in summa tomo 1. tractat. 27. claus. 9. §. 3. num. 42. Alzedo part. 2. cap. 8. num. 3. Layman lib. 4. tract. 4. cap. 8. num. 9. Filliucius tomo 2, tractat. 26. cap. 9. num. 270. Alphonsus Leo de Jubilæo part. 2, quæst. 13. sect. 1. num. 85. Malderus de virtutibus tract. 10. cap. 5. dubio 10. Lavorius tract. de Jubilæo part. 2. cap. 27. num. 177. Bartholomæus à S. Fausto in thesaur. relig. libr. 3. quæst. 107. num. 4. Bossius de triplici Jubil. privileg. sect. 2. casu 10. num. 29. Trullench in exposit. bullæ Cruciatæ lib. 1. §. 7. cap. 3. dubio num. 12. contra Covarruvias in cap. *quamvis*, part. 1. §. 3. num. 12. Grassis in decis. aureis part. 1. lib. 2. cap. 28. num. 3. Azorium instit. moral. part. 1. lib. 11. cap. 19. quæst. 13. Franciscum Emmanuel in bullam. Cruciatæ §. 9. num. 124. dubio 2. Navarrum in manuali cap. 22. num. 43. Sotum lib. 7. de justitiâ quæst. 2. art. 1. ad 4. Guitierez can. lib. 22. cap. 22. num. 50. Alcocer in suâ summâ cap. 16. Ratio prima est, quia illa vota seu juramenta summo Pontifici propriè reservantur, quæ sunt simpliciter & absolutè religionis, sed vota pœnalia non sunt ejusmodi. Secunda, qui potest tollere principale, potest tollere accessorium: sed potest Episcopus dispensare in voto ludendi, igitur & in voto castitatis & religionis. Tertia, votum pœnale nõ fit cum directo affectu erga rem promissam sicut alia vota, sed potius cum animi aversione, ut scilicet vovens metu ejusmodi obligationis contrahendæ revocetur à peccato. Undè non est votum, sed promissio alicujus rei in Dei cultum præstandæ.

VIII. Potest Episcopus dispensare circa votum emissum intrandi religionem non approbatam à Sede Apostolicâ, ita Sanchez cap. 40. num. 70. Valerius Reginaldus lib 18. numer. 331. vers. 1, in voto, Lessius lib. 2. de justit. cap. 40. dubio 13. num. 205. Bartholomæus à S. Fausto in thesauro Relig. lib. 3. quæst. 96. Alphonsus de Jubil. part. 2. quæst. 10 sect. 13. num. 113. Trullench cap. 3. dubio 16. num. 3. Bonacina supra §. 4. num. 21. Bossius loco citato sect. 2. casu 19, num. 6. Ratio est quia Religio non approbata à Sede Apostolicâ non est vera religio, igitur non est votum religionis. Potest secundò Episcopus dispensare in voto assumendi seu gerendi habitum Mulierum, quos Itali Praxedes, Hispani Beatas, Nostrates Devotas appellant, ita Sanchez supra, & Barbosa supra loco citato num. 7. Potest tertiò Episcopus dispensare in voto paupertatis & obedientiæ sivè in sæculo, sivè in religione non approbatâ, ita Sanchez supra num. 73. Barbosa citatus. Ratio est, quia talia vota debent emitti pro religione approbatâ. Navarrus commun. de regul. num. 18. Secundò, ejusmodi vota debet præcedere Novitiatus integer, Grassis decis. part. 1, lib. 3. cap. 5. numer. 14. noster Lezana tomo 1. quæst. regul. cap. 2. num. 11. Tertia professio seu vota ejusmodi debent emitti in manu Prælati, ita Sanchez lib. 1. de præcept. decalogi cap. 4. num. 62. Lezana supra n. 25. Ratio est quia cum vovens qui se tradit, debeat esse aliquis, qui habeat potestatem acceptandi. Potest quartò Episcopus dispensare ingrediendi aliquam religionem ex Militaribus, exceptâ Equitum S. Joannis, vulgò Melitensium. Pro secundâ parte sentiunt Fernandez in examine Theolog. moral. part. 3. cap. 9. sect. 11. §. 17. num. 10. Acosta in bulla quæst. 73. Diana part. 1, tractat. 11. Ratio est, quia Milites Melitenses sunt Religiosi, ut docent Henriquez lib 11. cap. 8. num. 6. Zanardus in direct. Theolog. part. 2. præcep. 4. cap. 31. Bobadilla in polit. tomo 1. lib. 2. cap. 19. num. 11. Rodriguez in bulla Cruciatæ §. 9. num. 123, Corduba in summa quæst. 178. Ledesma de matrimonio quæst. 61. art. 2. ad 4. Riminaldus lib. 5. consil. 527. num. 23. & 24. A Ponte lib. 1. consil. 14, num. 3. & seq. Natta libr. 3. consil 495. Decianus in tric. criminali part. 1.

lib. 4. cap. 9. num. 36. Molina de privileg. Hispan. lib 1. cap. 13. num. 98, Vasquez constit. illust. lib. 1. cap. 105. num. 51. Lopez in instrument. part. 2. cap. 9. Bartholomæus à S. Fausto in thesaur. relig. lib. 3. quæst. 97. num. 1. contra Jacobum de Graffiis tomo 1. lib. 3. consil. 11. num. 14. & alios nonnullos. Unde per professionem hujus Religionis potest dirimi matrimonium ratum. Ita Regius casu 55. num. 5. Rebellius part. 2. lib. 3. quæst. 4. Azorius part. 1. lib. 13. cap. 6. quæst. 4. Legionensis de impedimentis matrimonii consil. 27. quæst. 2. §. 4. Secunda pars etiam propugnatur ab eodem Azorio supra cap. 3. quæst. 2, Guitierez pract. quæst. lib. 2 quæst. 11. num. 2. Parisio de rassign. benef. lib. 6. quæst. 2. num. 1. Garsia de benef. tomo 1. part. 1. cap. 4. num. 9. Gironda de gabellis part. 7. numer. 46. Molina de justitia tomo 3. disp. 625. num. 5. Lassarte de decimâ vendit. cap. 19. num. 92. Valentia tomo 3. disput. 10. quæst. 4. puncto 2. Soto lib. 7. quæst. 5. art. 3. Arragonio 2. 2. quæst. 88. art. 11. Diana supra resp. 78. Docent alios Ordines militares nõ esse propriè & simpliciter Religiones, contra Lopez in instrum. part. 2, cap. 9. Vega in summa tomo 1. cap. 85. casu 147. Bobadilla in polit. tomo 1. lib. 2. cap. 19. num. 11. Cenedo de paupertate religiosa dubio 50. numer. 9. Basilium Pontium de impedimentis matrim. consil. 27. quæst. 2. §. 4. Minchacha controvers. illust. lib. 3. cap. 105. n. 48. Belluga in speculo proh. cap. 1. rub. 7. num. 76. Medina de fac. hom. conting. lib. 4. controvers. 7. cap. 39. Avendagno in cap. præt. lib. 2. cap. 26. num. 11. Potest quintò Episcopus dispensare materiam subrogatam per dispensationem voti reli. gionis factam à Pontifice, verbi gratiâ si Sedes Apostolica dispensato injungat confessionem menstruam, vel auditionem quotidianam missæ, vel jejunium singulis hebdomadis, ita Lessius lib 2. cap. 40. dubio 18. num. 124. Sanchez disp. 9. num. 20, Bonacina supra §. 4, num. 18. vers. sexto, Henriquez cap. 30. num. 5. vers. 4. Joannes Sanc. in selectis disp. 14, numer. 14, Franciscus Emmanuel in summa tomo 2. cap. 96. Filliucius tomo 2. tract. 26. cap. 10. numer. 294. Ludovicus à Cruce cap. 6. dubio 12, num. 8. Trullench lib. 1. §. 7. cap. 3. dubio 14. num. 7. Bossius sect. 2. casu 12. Barbosa supra. Ratio est, quia votum illud reservatum fuit extinctum, & loco illius substitutum aliud, quod non est reservatum.

IX. In votis reservatis potest Episcopus dispensare, qnando est impedimentum adeundi Sedem Apostolicã, & necessitas matutandi dispensationem vororum, ita Navarrus cap. 12 nnmer. 76, Sylvester verb. *votum*, 4, quæst. 4, Henriquez libr. 6, cap. 14. num. 7. Rodriguez tomo quæst. reg. quæst. 63, num. 6. Sanchez lib. 8. de matrimonio disp. 9, num. 22, & lib. 4, moral. cap. 40, num. 34, Lessius numer. 106. Suarez lib. 6, cap. 26. num. 10. Arragonius supra art. 12, Layman lib, 4, tract. 4, cap. 8, num. 16. Ratio fundatur in epichcia, sive mente Põtificis rationabiliter præsumptâ, scilicet cum nolle tam rigorosè sibi vota reservare, sed potius contentum esse ut occurrente gravi necessitate, si ad ipsum accedi nequeat, devolvatur ad proprium Episcopum. Potestas dispentandi in voto, seu in lege Pontificia, vel absolvendi ab excommunicatione, & aliâ censurâ Papæ reservatâ, de quibus videndi Canonistæ: quibus subscribunt Avila part. 2. de censuris cap. 7. disp. 1, dubio 6, Sanchez lib. 2, de matrimonio disput, 40, quæst. 1, Henriquez lib. 6, cap. 16, num. 1. & cap. 9. num. 7, Suarez supra cap. 14. num. 10, Salas disp. 20. sect 3, num. 22, Arriaga tract. de leg. disp. 29, sect. 1, num. 6. Notant Layman & Suarez casum necessitatis dispensandi in votis trium peregrinationum esse rarum. Ratio est, quia impedimentum occurrens est ferè temporale, ac propriè non dispensationem, sed executionis dilationem postulat. At in votis continentiæ & religionis necessitas frequentius urget, ob quam Episcopus potest dispensare, maximè si voventes sint conjugati. Quoad solutos, si ex dilatione matrimonii inter ipsos usque ad responsum Sedis Apo-

stolicæ

stolicæ timeatur grave periculum incontinentiæ, scandali vel alterius damni, ut quia matrimonium alioqui dirimeretur cum magnâ sponsi, & ejus familiæ dedecore, aut sponte fortè moreretur cùm periculo animę, & prole non legitimatâ. Et in tali casu necessitatis potest Episcopus dispensare, quamvis legatus sedis Apost. sit in Provinciâ, ita Sanchez lib. 8, de matrimonio disput. 9. num. 25, & lib. 4. moral. cap. 40, num. 38, Suarez citato cap. 26. num. 10, Layman supra num. 17. contra Rodriguez part. 2, summæ cap. 100, con. 3, Arragonium citatum. Ratio est, quia legatus Pontificis licet sit à latere, jure ordinario non habet majorem potestatem dispensandi quam Episcopus. Igitur liberum est voventi in tali necessitate pro dispensatione in voto reservato recurrere ad Episcopum, vel legatum Apostolicum, etiamsi Legatus specialem commissionem habeat dispensandi in votis reservatis, vel lege ordinariâ, poterit Episcopus absolvere vel dispensare, si non sit accessus ad Papam, ita Avila supra dubio 6. §. 4, Henriquez lib. 6. pœnitent. cap. 10, num. 1, in comment. litt. D, & lib. 12, de matrimonio cap. 3, numer. 1. litt. H, contra Navarrum in manuali cap. 27, num. 90, Lessium supra dubio 13, num. 106. Sanchez supra disput. 9. & citato cap. 40, numer. 38, Suarem citat. cap. 26, num. 15. Ratio est, quia jura soli Pontifici reservant dispensationem, vel absolutionem, quæ reservatio strictæ interpretationis esse debet. Non ergò extendi debet ad Legatum, vel privilegiatum, sed cùm in casu necessitatis ad Papam accessus esse nequeat potestas devolvitur ad Episcopum ut Pastorem ordinarium, & casus Papalis fit Episcopalis. Ratio secunda, jurisdictio, quam habet Episcopus in vota & peccata reservata, quæ specialiter Papa non reservavit, est ordinaria, (licet sit concessa liberaliter à Sede Apostolicâ) quia Episcopis universaliter & perpetuò duratura cõceditur. Quid enim magis ordinarium in aliquo, quàm id, quod omnibus in eo ordine, & semper convenit. Et quid censetur extraordinarium, nisi quod uni aut alteri specialiter competit. Tertiò, id convenit Episcopo, quod bonâ fide, gravissimorum Doctorum consensu, consuetudine diturnâ, sciente Legato sibi comparavit, & silente Sede Apostolicâ exercet. At Episcopus in casibus frequenter occurrentibus, cujusmodi sunt peccatum hæresis, votum continentiæ, &c. In partibus præsertim Septentrionalibus potestatem dispensandi & absolvendi bona fide, consensu Theologorum, scientibus Legatis, silente Sede Apostolicâ sibi comparavit, igitur illâ potestate, tutâ conscientiâ, semper uti potest.

X. Quando vovens intendit efficere suum votum reservatum, idest faciendi, quod votum à nemine pollet auferri, seu quando intendit se obligare ad non postulandam dispensationem nisi à summo Pontifice, non censetur votum reservatum soli Pontifici & indispensabile ab Episcopo, ita Clavis Regia lib. 6, cap. 11, num. 76. Reginaldus lib. 18. numer. 333. Azorius part. 1. lib. 11. cap. 19. quæst. 15. Sanchez lib. 4. cap. 40. numer. 13. & 79. Suarez lib. 6. de voto cap. 21. num 25 Bonacina supra §. 4, num. 19. Ratio est, quia privata volentis intentio, nequit auferre superiori potestatem, nec privare suâ jurisdictione. Quod si vovens habeat intentionem se obligandi tantùm sub veniali, vel sub nullâ obligatione, etsi materia sit reservata, non manet reservata, sed potest dispensari vel auctoritate Episcopi, vel alterius habentis facultatem circa votâ, ita Sanchez lib. 4. cap. 40. numer. 47. Bonacina supra numer. 20. Ratio est, quia id non censetur votum perfectum. Vota autem quæ reservantur sunt perfecta.

XI. Sylvester verbo *votum*, 4. quæst. 7. dict. 4. Archidiaconus, Rosella, & alii existimant votum dandi eleemosynam indigenti, vel in pios usus certæ Ecclesiæ, vel domui hospitali non posse ab Episcopo dispensari, vel commutari. Ratio prima est is, cui facti est votum acquisivit jus in rem sibi voto promissam, non quod rei dominium acquisierit, sed quia jus habeat

petendi ut vovens votum persolvat, cap. *ex parte*, de censibus. Secunda quia in causis piis lege canonicâ jus acquiritur absenti, ita ut habeant actionem contra voventem, quâ possit agere & petere ut vovens votum reddat & exequatur. l. *illud*, C. *de sacrosanct. Eccles.* Sed alii verius censent posse relaxari vel commutari ab Episcopo, ita Sylvester loco citato, Navarrus in manuali cap. 12. num. 78. Angelus verb. *votum*. 4, quæst. 25. & 26. Cajetanus in opusc. tomo 2. tract. 11. quæst. 3. Azorius part. 1. lib. 11. c. 19. quæst. 12. Ubi notat jus in voto differre a jure promissionis, quæ fit homini. Si enim simplex promissio rata & accepta habeatur ab eo, cui fit, oritur ac exurgit actio saltem jure canonico. Item si talis promissio fiat absenti, sitque pia, actionem parit, ita ut is, cui est facta promissio jus habeat petendi, ut quis promissa præstet. Undè in hoc, locum habet prima opinio, si enim Titius eleemosynam pollicitus est certæ Ecclesiæ aut pauperi, Episcopus nequit illam promissionem relaxare vel commutare. Secùs tamen si Titius non Ecclesiæ, aut pauperi, sed votum Deo fecerit porrigendi eleemosynam certæ Ecclesiæ, vel pauperi, & hoc contendit secunda opinio. Ratio est, quia votum factum est Deo & non homini. Undè Henriquez in summa lib. 7. cap. 28. §. 4. in comm. litt. G. Ludovicus Miranda in manuali prælat. tomo 1. quæst. 47, art. 4. con. 1. Docent, quod si quis voveat Deo dare calicem hinc Ecclesiæ etiã regulari, potest ordinatione Episcopi applicari alteri Monasterio, vel pio operi. Ratio est, quia huic non est acquisitum jus Monasterio, sed Deo, potestque Dei Vicarius moderari restitutionem Deo debitam, non ita debitam homini.

XII. Quando non patet aditus ad Superiorem majorem Religionis habentem facultatem dispensandi in votis, potest Religiosus exemptus de licentia proprii superioris obtinere dispensationem ab Episcopo loci, in casibus, in quibus Episcopus loci potest cum existentibus in suâ Diœcesi dispensare. Ratio est, quia exemptio est quidam favor & privilegium concessum Religiosis, ut quietè vivant, & non vexentur ab Episcopis, sed quilibet potest cedere favori proprio, igitur potest Religiosus cedere privilegio exemptionis, petendo dispensationem ab Episcopo. Licet enim privilegium exemptionis sit concessum toti religioni, & consequenter nequeat unus cedere privilegio toti religioni concesso: tamen in iis casibus gratiosis religio censetur consentire per quandam Epicheiam, cum ex tali consensu utilitatem percipiat. Nec videatur esse deterioris conditionis, quàm cæteri Religiosi non exempti. Quemadmodum ergò Religiosi non exempti possunt obtinere dispensationem absque recursu ad Sedem Apostolicam, sic exempti poterunt ab Episcopo in cuius Diœcesi habitant, vel habitare cœperunt cum animo ibi morandi majori parte anni, vel peragendi negotium, quod ad sui expeditionem majorem anni partem postulat. Nam per ejusmodi habitationem contrahitur paræcia, & subjectio ad leges, ut docet Bonacina de legibus, puncto 6. de matrimonio, quæst. 6. puncto 8. de censuris disp. 1. quæst. 3, punct. 2. Docet ibidem plura requiri ad dispensationem, quàm ad absolutionem à censuris. Quia pro absolutione à censuris sufficit, ut sit in Diœcesi per modum transitus. Ratio est, quia non requiritur eadem subjectio ad obtinendam absolutionem censurarum, sicut ad obtinendã dispensationem, ut docet Bonacina de irregularitate disput. 7. quæst. 5. puncto 1. num. 4. Ut enim quis absolvatur à censuris sufficit ea subiectio, quæ sufficit ad suscipienda Sacramenta Eucharistiæ & Pœnitentiæ, quæ præexigunt absolutionem ab excõmunicatione, ut docent Sanchez in opere morali lib. 2. cap. 11. num. 9. & lib. 4. cap. 30. num. 39. Suarez tomo 5. disp, 41. sect. 2. & alii apud Bonacinam de irregul. disp. 7. quæst. 5.

§. 1. Pote-

## §. 1.

## *Potestas Episcopi commutandi Vota.*

I. EPiscopus habens potestatem dispensandi in votis, gaudet etiam potestate eadem commutandi, ita Sotus lib. 7. de justitiâ, quæst. 4. art. 3. Henriquez lib 7. de indulgentiis, cap. 30. num. 5. Emmanuel Sa verb. *voti irritatio*, Lessius de justitiâ lib. 2. cap. 4. disp. 11. num. 94. Layman lib. 4. de voto, cap. 8. num. 20. Sylvester verb. *votum*, 4 quæst. 3. Clavis Regia lib. 6. cap. 10. num. 15. dubio 2. Reginaldus 339. Azorius part. 1. lib. 11. cap. 10. quæst. 4. Bonacina de voto disp. 4. quæst. 2. puncto 7. §. 3. num. 10. Suarez cap. 12. numer. 11. Arragonius quæst. 88. art. 12. Arriaga de legibus disp. 29. sect. 3. Sylvius 2. 2 quæst. 88. num. 12. Amicus tomo 5. de jure & justitiâ disp. 6. sect. 2. contra Navarrum in summâ cap. 12. num. 79. Valentiam tomo 3. disp. 6. quæst. 6. puncto 7. ipsum Azorium supra Sanchez lib. 8. de matrimonio disp. 2. num. 14. & lib. 4. de voto cap. 53. num. 4. Ratio prima petitur ex D. Thomâ 2. 2. quæst. 88. art. 10. in corpore dicente minus esse votum commutare, quàm in eo dispensare, & probat ex illâ regulâ juris 53. in 6. *Cui licet, quod est plus, licet utique quod est minus*, & ex lege ff. eodem tit. *Non debet cui plus licet, quod minus est non licere.* Minus enim continetur in majori, vel ut pars in toto, vel ut species in genere, qui potest in majus, potest etiam in minus. Sed qui potest dispensare in votis, potest ex toto votum relaxare. Qui verò potest votum commutare, potest ex parte votum relaxare, igitur potestas cõmutandi continetur in potestate dispensandi, ut pars in toto. Ratio secunda cùm potestas dispensandi sit beneficium, debet amplè interpretari, igitur absolutè concessa debet extendi ad potestatem commutandi. Econtra potestas commutandi nõn extenditur ad potestatem dispensandi: eo quod cui conceditur minus non eo ipso conceditur quod majus est. Hinc qui habet potestatem testandi, multò magis codicillum facere potest, quia codicillus imperfectum est testamentum, ita commutatio voti est veluti imperfecta dispensatio, seu voti relaxatio. Nam per dispensationem vinculum voti simpliciter tollitur, per commutationem tollitur secundùm quid, eo quod ab unâ materiâ in aliam transferatur Ratio tertia, cum causæ (quas recensent Suarez cap. 17. num. 18. Sanchez cap. 46. numer. 3.) ob quas vota purè & simpliciter relaxari debeant. sed sæpè soleat adjungi commutatio dispensationi, ideò præsumendum est quod quando Pontifex aliquam facultatem dispensandi in votis concedit, talis facultas exerceatur more Ecclesiæ, scilicet cõmutando in aliud opus, licet minus. Quod si habens facultatem dispensandi potest commutationem facere in opus minus poterit etiam in æquale, si prudentia judicaverit. Etenim commutatio in minus vel in æquale non differunt, nisi ut major & minor relaxatio voti, ac proindè regula 53. juris hic locum habet.

II. Præterea quod facultas dispensandi & commutandi sint diversæ rationis, tamen una in alterâ continetur, ut minus perfecta in perfectiore. Nam potestas commutandi est potestas relaxandi ex parte: potestas verò dispensandi est potestas relaxandi ex toto, quia potestas commutandi eximit ab uno debito, obligat ad aliud. At potestas dispensandi tollit omne debitum. Esto etiam quod major scientia desideretur in commutandis quàm in dispensandis votis, potest commutari per consilium acceptum ab aliis majoris scientiæ defectum supplere. Nec obstat quod ablatâ potestate commutandi non auferatur potestas dispensandi, quia in iis, quæ pendent à voluntate & gratia concedentis. Non semper valet argumentũ à minore ad majus negativè, quia cùm sublatio gratiæ sit strictè interpretanda, potest una auferri non sublatâ alterâ, quamvis una contineatur implicitè in alterâ; quia tunc per expli-

etiam sublationem minoris gratiæ contentæ in majori, remanet major gratia limitata tantùm ad suum principalem effectum. Econtrà valet argumentum à majori ad minus affirmativè, quia cùm concessa sit amplè interpretanda, concessâ majore gratiâ, censetur concedi minor in majore inclusa, sicut qui concedit facultatem testandi censetur etiam concedere facultatem faciendi codicillum. E contrà eo ipso quod aufertur potestas faciendi codicillum, non aufertur potestas testandi, quamvis in potestate testandi contineatur potestas faciendi codicillum, ut pars in toto, quia tunc manet potestas limitata ad solum actum principalem. Sic qui dat facultatem jejunandi in ovis censetur consequenter dare facultatem in lacticiniis, sed non hoc ipso, quod quis tollit facultatem jejunandis in ovis censetur tollere facultatem jejunandi in lacticiniis. Ratio est, quia omnis prohibitio est strictissimè interpretanda, è contrà concessio gratiosè & amplè est intelligenda. Non est negandum quod quando una potestas cõtinetur in aliâ, ut pars in toto, quod sublatâ potestate, in quâ alia, ut in toto continetur alia etiam juxta regul. 39. *Cùm quid prohibetur, prohibentur omnia quæ sequuntur ex illo.* Unde sublatâ potestate dispensandi, tollitur potestas cõmutandi, quia hæc in illâ, ut pars in toto continetur, è contrà sublatâ potestate commutandi, non aufertur potestas dispensandi, quia sublatâ parte, non statim tollitur totum, cùm possit manere circa actum alterius potestatis.

III. Episcopus vel alius habens potestatem ordinariam vel delegatam debet commutare votum in opus æquale, ita Suarez lib. 6. cap. 19. num. 6. Sanchez lib. 5. moral. cap. 49. num. 13. contra Lessium libr. 2. cap. 40. dubio 11. num. 91. Vivaldum in candelabro sacram. part. 3. cap. 14. numer. 15. existimantes vota commutari posse à quocumque Confessario. Ratio prima est, commutatio & dispensatio votorum sunt actus jurisdictionis exterioris Ecclesiasticæ. Secunda, si quilibet Confessarius potest vota commutare, frustrà aliquando concederentur Confessariis privilegia specialia commutandi vota. Quando commutatio voti fit in rem manifestè meliorem & Deo gratiorem nullà alia requiritur causa, ita S. Bonaventura in 4. dist. 38. quæst. 2. art. 2. Richardus art. 8. quæst. 1. Cajetanus 2. 2. quæst. 88. art. 12. Suarez cap. 18. numer. 9. Emmanuel Sa num. 12. Navarrus cap. 12. num. 63. Sanchez cap. 50. num. 15. Azorius tomo 1. lib. 11 cap. 18. quæst. 3. Ratio prima est, quia hæc sola causa commutationis sufficit, quod per eam augeatur cultus Dei. Secunda, quia perse patet ejusmodi commutationem esse Deo gratam. Quando voti commutatio fit in opus æquale bonâ fide absque justa causâ ab habente potestatẽ, illudque opus jam peractum sit credendum illud fuisse à Deo acceptatum, ita ut vovens ad nihil aliud obligetur. Ut Episcopus commutet votum in opus æquale non requiritur executioni obstaculum sicut in dispensatione purâ vel mixtâ, sed sufficit quælibet causa propter quam attentis omnibus circumstantiis videatur commutatio voti expediens ad Dei cultum augendũ. Hæc causa rarò deest, si vovens urgeat commutationem, ut ejus fragilitati condescendat, & majori cum solatio, & animo promptiore voti sui debitum persolvat in aliâ materiâ, ad quam magis affectus est, ita Sotus lib. 7. quæst. 4. art. 3. Cajetanus supra, Lessius cap. 4. dubio 11. num. 96. Sanchez cap. 50. num. 12. Valentia citatus puncto 7. contra Sylvestrum verb. *votum*, 4. quæst. 8. Ratio est, quia differt commutatio à dispensatione voti, quod hæc obligationem voti absolutè relaxet, quæ relaxtio non censetur expedire, vel spectare ad honorem Dei, nisi aliquid impediat executionem, quia materia voti existimatur moraliter impossibilis, vel impediens majus bonum. At commutatio non omninò relaxet obligationem voti, sed transferat in aliam materiam, quod cotingit ob varias causas. Prima, ut vovens sua vota devotius expleat, & alliciatur ad frequentiora vota edenda, eo quod Ecclesia

tam

tam benignè cum eo procedit. Addunt Lessius supra num. 95. Rodriguez tomo 2. summæ cap. 100. conc. 4. Sanchez lib. 4. cap. 17. num. 72. cap. 50. num. 18. Layman lib. 4. tract. 5. cap. 8. num. 23. Quod si commutatio fiat ab Episcopo vel alio potestatem habente in opus minus, ita ut commutationi aliqua dispensatio misceatur, sufficit aliquando causa probabilis, quæ tamen non impediat executionem.

IV. Episcopus vel Confessarius privilegiatus in Jubilæo, verbi gratiâ, debet commutare votum in rem æqualem, idest, quæ attentâ qualitate voventis & aliis circumstantiis videatur æquè bona, seu ad Dei cultum & obsequium pertinens, ita Sotus suprà art. 3. Caietanus in summa verb. *votum*, cap. ult. & 2. 2. quæst. 88. art. 12. Suarez cap. 19. num. 7. Sylvester verbo *votum*, 4. quæst. 8. Toletus lib. 4. cap. 18. §. *commutare*, Sanchez cap. 50. numer. 4. Azorius tomo 1. lib. 11. cap. 18. quæst. 6. Ratio est, quia commutatio æqualitatem significat, at privilegia non sunt extendenda ultra verborum proprietatem, seu communem acceptionem, sed æqualitas debet moraliter accipi, & non mathematicè, aut scrupulosè. Quod si dubitetur an opus sit æquale, poterit commutatio bonâ fide in illud fieri, licet enim æqualitas non attingatur, cùm in moralibus humanus intellectus difficile illã certò deprehendere possit; tamen si vir prudens bonâ fide commutationẽ faciat parum ab æqualitate discedet, parvus autem defectus pro nullo reputatur, Lessius cit. cap. 40. num. 95. Rodriguez tomo 1. cap. 100. conc. 4. Medina in suâ instructione Confessariorum lib. 1. cap. 4. §. 7. E contrà contendunt Episcopum, vel alium privilegiatum posse commutare in id, quod est minus. Ratio prima est, quia parum, aut nihil utilitatis ejusmodi potestas adferret. Secunda, cùm privilegia sunt beneficia Principis non strictè & presè, sed amplè intelligenda sint. In beneficiis (inquit textus cap. *dilecti*, de donationibus) plenissima adhibenda est interpretatio. Et l. *beneficium*, ff. *de constitutionibus Principum*. Beneficium Imperatoris, quod à divinâ scilicet ejus indulgentia proficiscitur, plenissimè interpretari debemus.

V. Quamvis sæpè magis conveniat ut Episcopus commutet vota realia in realia, & personalia in personalia; tamen potest rectè commutare reale votum in personale, & personale in reale. Pro primâ parte militant Suarez cap. 19. num. 20. Sanchez lib. 4. cap. 50. num. 16. Ratio est, quia in commutatione votorum quantùm fieri potest servari debet materiæ æqualitas, idem finis & intentio voventis. Hæc autem sæpè melius servatur, si votum personale in aliud personale, v. g. votum jejunii in orationem vel cilicium, votum extruendi templum in alias fundationes pias, vel eleemosynas mutetur. Totum mixtum in onera personalia & realia, verbi causâ, votum peregrinationis pedestris in jejunium unum vel plura attento labore peregrinationis pedestris, in eleemosynas loco expensarum, quas vovens fecisset eundo & redeundo. Huic resolutioni favet cap. *magnæ*, cap. *ex multa*, cap. *quod super*, de voto. Negant tamen Angles in floribus part. 2. quæst. unic. de voto art. 8. diff. 6. cap. 44. Henriquez lib. 7. cap. 30. n. 5. Graffius part. 1. decis. lib. 2. cap. 30. num. 10. sumptus in reditu faciendos debere æstimari, contra text. cap. *magnæ*. *Expensas, quas fueras, eundo, & morando, & redeundo facturus.* Secunda pars sustinetur à Sanchez lib. 4. cap. ult. numer. 38. Layman supra numer. 25. & probatur primò ex cap. *de voto*. Ubi mixtum peregrinationis redimitur solis eleemosynis. Secundò hâc ratione in commutatione materiæ æqualitas, seu similitudo non est æstimanda physicè sed moraliter, per respectum ad gloriam Dei, & spiritualem voventis utilitatem, & consolationem, & voventis fragilitatem, & curandum nè nimis gravetur: faciendaque erit commutatio in res quas facere solet, ut Sacrum audire, Sacramenta frequentare, Rosarium, vel Officium Beatæ Mariæ, vel Psalmos Pœnitentiales recitare, ut facilius & suavius exequatur, etiam ad libitum

&

& temporis oportunitatem. Vide Lezanam verb. *legata*.

## CAPUT V.

### *Potestas Episcopalis circa pias defunctorum voluntates commutandas.*

1. QUamvis solus Pontifex Romanus possit pias defunctorum voluntates ex causâ rationabili commutare, ut patet ex Concilio Tridentino sessione 22. de reformatione cap. 6. & Clementinâ *quia contingit*, in fine de relig. domibus, tamen decernitur à nemine, etiam Apostolicâ Sede nisi ex justâ causâ fieri debere, Tamen Authores citati à Barbosa de officio & potestate Episcopi part. 3. allegat. 83. numer. 1. asserunt cum Concilio Tridentino citato capite, quod quando commutatio ultimæ voluntatis à Sede Apostolicâ fuerit obtenta, non prius executioni mandetur, nisi Episcopus loci, tanquam delegatus Sedis Apostolicæ cognoscat summariè & extrajudicialiter an nihil in precibus tacitâ veritate, vel suggestâ falsitate fuerit narratū. Imò Sylvester in summa verb. *legatum*, 4. quæst. 12, Ludovicus Beia resp. casuum conscientiæ, part. 4. casu 22. Fernandez in examine Theolog. moralis part. 4. cap. 18. §. 2. num. 4. Marcus Antonius Genuensis in practic. Eccles. quæst. 213. Comitolus resp. moral. libr. 7. quæst. 9. num. 2. Jacobus de Graffiis tomo 1. consil. lib. 3. consil. 2. num. 10. Vasquez in opusc. de testam. cap. 8. §. 5. dubio 3. numer. 104. Diana part. 2. tract. 3. miscell. resol. 26. Lucas Penna in l. *unica*, C. *de expensis ludorum*, post S. Antoninum, Tabienam, Armillam, Angelum, Bartolum & alios asserunt posse Episcopum commutare legatum in æquale, vel melius maximè cum consensu hæredum, quamvis non adsit aliquod impedimentum juris vel facti. Nec in hoc casu Episcopus contravenit voluntati testatorum sed potius interpretatur, nam sic commutando servat non explicitam, & formalem, sed interpretativam, & virtualem dispositionem testatoris. Contrarium asserunt multi ex antiquis & recentioribus, Abbas in cap. *tua nobis*, num. 4. Lupus, Imola, Bonifacius, & alii in Clement. *quia contingit*, quos refert Marcus Antonius Genuensis in praxi Archiepis. cap. 19. num. 314. quos sequuntur Moneta cap 5. num. 314. Naldus in summâ verb. *legatum* num. 39. Molina de justitiâ tract. 2. disp. 249. num. 5. Molfesius in summa tomo 2. tract. 13. cap. 5. num. 182 Bertachinus tract. de Episcopo part. 4. num. 79. Aloysius in decis. Curiæ Archiep. Neapol. part. 2. decis. 125. Guido Papa decis. 556. Capello Tholosana decis. 26. Et hanc sententiam multis rationibus probāt. Primò per textum leg. *legatum*, ff. de administr. terr. ad civitat. pertin. Secundò, quia voluntas testatoris est servanda pro lege, l *in conditionibus*, primum locum de condit. & demonstrat. & cap. *ultima voluntas*, 13. quæst. 2. Tertiò, quia sic definitum est in Clementina *quia contigit*, de Religiosis domibus, his verbis: *Cùm ea, quæ ad certum usum sunt destinata fidelium ad illum debeant, non ad alium salvâ Sedis Apostolicæ authoritate converti.* Quæ verba Clementis V. approbavit Concilium Viennense. Quibus addit Idelphonsus Perez de anniversſ. & capell. lib. 1. cap. 14 numer. 38. & cap. 22. num. 10. Anniversarium quod relinquitur pro virginibus maritandis nullo modo patitur commutationē. Marcus Antonius limitat hanc sententiam dicens Episcopum pro unâ vice commutare aliquod legatum pro aliquâ causâ, quam explicationem postea mutavit. Undè cum authoribus primæ sententiæ respondet ad Clement. *si quis contingit*, decretum illud non procedere ubi justâ commutationis causâ subest, quod patet ex eo, quod ibi bona illa collata fuerunt, ut pauperes lepra laborantes reciperentur, quod Rectores hospitalium facere inhumaniter renuebant, eos proventus in suos usus cōvertentes. Undè justè subjungitur. *Cùm tamen ea, quæ ad certum usum largitione sunt destinata fidelium ad illum debeant,*

non

*non ad alium saltem quidem Sedis Apostolicæ auctoritate converti.* Nec obstat quod Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 6. præscribat in his commutationibus justam & rationabilem ac necessariam causam, Diana post Comitolum respondet particulam illam Concilii habere vim disjungendi, & idem significare quod *vel* aut *sivè*, ut lib 2. Physic. text. 3. Aristoteles definit. *Naturam, principium motus & quietis.* Ubi particula & sumitur pro *vel*, Igitur verba Concilii Tridentini non sunt accipienda conjunctivè, sed disjunctivè, & sic Episcopus potest commutare legata vel ex necessariâ causâ, vel ex justâ pro quâ solutione intelligenda notat Diana esse duplicem causam permutandi legatum pium. Unam, quæ se tenet ex parte rei, hoc est cum in æquale aliud, vel melius fit permutatio Alteram, quæ duntaxat se tenet ex parte commutantis, hoc est ut fiat bono fine, licet non in æquale, neque in melius. Et concludit cum Navestro & Beia ad permutanda legata pia absque causâ se tenente ex parte rei, sed solum ex parte commutantis requiri auctoritatem Papæ: sed ad permutanda legata cum causâ se tenente ex parte rei, sufficere auctoritatem Episcopi, ita ut possit Episcopus mutare legatum pro ornamentis & fabricâ Ecclesiæ, in celebrationem missarum, à fortiori potest defuncti commutare, quæ facile moram non patitur, l. *legatum*, ff. *non facile*, de operibus publicis. Menchara de successione, §. 7. num. 21. Franciscus Carpius de executoribus testam. lib. 3. cap. 4. num. 33.

II. Potest etiam Episcopus minuere onus Capellæ injunctum, quod ex vel redituum diminutione, vel ex aliâ causâ adimpleri non potest, ita Felinus in cap. *cum accessissent*, numer. 19. de constit. Rochus de jure patronatus, verb. *pro eo quod*, quæst. 15. num. 33. Barbosa de officio & potest. Episcopi part. 3. alleg. 83. num 4. qui addit talem cõmutationem faciendam cum hærede vel executore propter verba Glossæ in cap. *nos quidem*, ibi, *secum*, & concurrente justâ & rationabili causâ, ita post Concilium Tridentinum sessione 22 de reformat. cap 6. Perez de Lara de capell libr. 1. cap. 12. art. 39, Quintilianus Mandolius de signatura gratiæ rubr. *commutatio ult. volunt* Marius Antoninus variar. resol. lib. 1. resol. final casu 40. Menchara supra num. 21. Ludovicus Beia respon. casuum consc. part 4. casu 22. Jacobus de confess. lib. 2. cap 69. numer. 1. Alzedo de præcellentiâ Episcop dignitat. part. 2, cap 2, num. 59. Carpus suprà cap. 4. num. 29.

III. Imò ab Episcopo legatum quodcumque pium ad certum usum relictum in alium usum posse cõmutari ob causam, quæ suo judicio videatur justa, quamvis ejusmodi legatum de jure & facto possit adimpleri, asserunt Sylvester verb. *legatum*, 4. quæst. 12. Ludovicus supra casu 22. Imo præstari posse a Cardinalibus in suis titulis, & respectu suorum subditorum, Affirmant Moneta de commut. ultim. volunt. cap. 5, quæst. 13, conc. 1. num. 452. Diana moral. resol. part. 5. tract. 2. de potest. & privileg. S. R. E. Cardinalium resol. 57. Imò si hæres nolit consentire, Episcopus potest solus ejusmodi commutationem facere, ita tenent Felinus in cap. *cum accessissent*, de constitut. Rochus de jure patronatus verb. *pro eo*, Barbosa supra numer. 6.

VI. Quod Episcopus prærequirat consensum Ecclesiæ cui legatum factum est colligitur ex l. *legatum* ff. *de usufruct. leg.* & l. *legatum*, ff. *de administ. rerum ad Civit. pertinet.* Quod si hæres contradicat. & Ecclesia consentiat Episcopo commutare volenti prævalebit consensus Ecclesiæ ad tuendã voluntatem defuncti, l. *legatum*, ff. *de administr. rerum*, Petrus de Ubaldo de canon. Episc. in 7. cap. principali, Marcus Antonius Genuensis supra cap. 19 num. 3. Quod si nec hæres, nec Ecclesia velint consentire, Episcopum id exequi posse patet ex l. *legatum*, ff. *de usufr. leg.* & l. *legatum*, ff. *de administr. rerum ad Civit. pertin.* Barbosa supra num. 6.

X. Porrò variæ sunt justæ causæ, ob quas defunctorum voluntates possunt ab Episcopo commutari. Primam afferunt Perez de Lara de anni-

vers. & capell. lib. 1. cap. 14. num. 9. Barbosa de officio & potest. Episcopi part. 3. alleg. 83. num. 7. & in cap. 6. sess. 22. Concil. Trident. Moneta tract. de commut. ult. volunt. cap. 5. num. 330. Lambert. de jure patron. lib. 1. part 1. quæst. 4. num. 12. Rochus de Curte in simili tract verbo *construxit*, quæst. 11. Joannes Bertachnius tract. de Episc. lib. 4 part. 4. numer 71. Aloysius in collect. decis. part. 3. collect. 558. vers. *tertia causa*, scilicet quando pecunia legata ad aliquem usum non sufficeret.

VI. Causa secunda est, quando usus legatus nequit adimpleri, ita Perez de Lara lib. 1. cap. 14. num. 27. Moneta cap. 5. numer. 323. Aloysius Riccius collect. 558. Guido Papa decis. 558. Molin. tract. 2. disp. 240. num. num. 7. Franciscus Carpius lib. 3. cap. 4. num. 21. Barbosa supra. Verbi causâ, si posset difficulter executioni mandari poterit Episcopus in aliud opus pium erogare, ut si relinquatur anniversarium pro missis cantandis, quæ tunc temporis cantari nequeunt ob interdictum, poterit convertere in aliud opus pium. Vel si ordinet missam anniversariam celebrari horâ undecimâ, poterit Episcopus ordinare, ut tempore verno & æstivo celebretur horâ anteriore, ita Perez de Lara de anniversar. & capell. lib. 2. cap. 10. num. 24. Quod si propter impedimentum vel difficultatem non potest impleri cum specifica forma, sed debet necessariò in alium pium usum converti, tunc Episcopi ordinationi standum est, ita Perez de Lara supra num. 27. Barbosa citatus in collect. Concil. Trident. Plures annotationes circa hanc secundam causam vide apud eundem Barbosam de officio & potestate Episcopi part. 3. allegat. 83. num. 10.

VII. Causa tertia est, si testator ordinavit, ut Monasterium in certo loco extruatur, nec ibi extrui possit, tunc potest Episcopus alium locum designare, ita cap. 3. de testam. ubi Covarruvias num. 9. Alexander consil. 73. vol. quem refert Gambarus de officio legati lib. 6. num. 223. Farinacius Rotæ Romanæ decis. 126. quem citat Aloysius Riccius in dictis collect. 558. Molinus tract. 2. disp. 249. numer. 7. vers. *unde*, Franciscus Carpe de executoribus testam. lib. 1. cap. 22. numer. 11. Franciscus Emmanuel quæst. regul. tomo 2. quæst. 125. art. 10. Homobonus de examine Eccles. tract. 9. cap. 10. quæst. 27. Unde si legatum sit factum pro construendo monasterio in loco campestri, quod Concilium Tridentinum vetat construi, Episcopus poterit commutare. Ita Alexander Raudensis Pisan. decis. 44. Aloysius Riccius in collect. decis. part. 4. collect. 1270. vers. limita 3. Barbosa supra part. 3. alleg. 83. num. 11.

VIII. Quarta causa, si legatum factum sit ad usum non ita necessarium, ut ad pingendum templum, quod ruinam minatur, tunc poterit Episcopus pecuniam destinatam non ita necessariò ad pingendum convertere in alium usum eidem Ecclesiæ magis necessarium, ita Moneta supra cap. 5. num. 354. Marcus Antonius Genuensis in praxi Neapol. cap. 19. Aloysius Riccius collect. 1270. vers. *limita sextò*, Vgolinus cap. 61. num. 5. Franciscus Leo in thesau. fori Eccles. part. 2. cap. 26. num. 48. & seq. Modern. Mat. de jurisdict. part. 4. casu 74. num. 10. & 11. Homobonus de examine Eccles. tract. 9. cap. 10. quæst. 28. Barbosa de officio & potest. Episcopi part. 3. alleg. 83. num. 12. & in Concil. Trident. cap. 6. sess. 22. num. 4. Addunt Guilelmus Benedictus in cap. *Raynutius* verb. *reliquit* num. 17. de testam. Perez de Lara lib. 10. cap. 10. num. 29. Quod si testator reliquit annuatim pro anniversario celebrando in Ecclesia quæ indiget reparatione, nec aliundè habeatur quò reparari possit, tunc auctoritate seu licentiâ Episcopi illa pecunia poterit converti per aliquod tempus in Ecclesiæ reparationem. Perez de Lara num. 30. & Barbosa subdunt eodem modo concludendum esse de pecuniâ relictâ pro ædificando sacello, ubi sunt plura alia, & templum indiget reparatione magis necessariâ. Item si testator reliquit pecuniam pro fabricandâ Ecclesiâ in civitate ubi sunt plures Ecclesiæ ruinosæ, legentes reparatione, nec sit

unde

unde ſubveniri, aut provideri poſſit. Tunc (inquit idem Perez de Lara ſupra) auctoritate Epiſcopi poterit illa pecunia converti ad reparandas antiquas Eccleſias. Idem Perez num. 27. ait, quod ſi hoc fiat auctoritate Epiſcopi, debeat haberi prævià cognitione cauſæ, & quod apud acta conſtet de utilitate. Nihilominus ſi à Romano Pontifice, ſufficit ſola voluntas. Infert caſu quo relinquatur pecunia ad conficienda ornamenta, quibus ipſa Eccleſia abundat, & eget ſalario Rectoris, tunc auctoritate Epiſcopi poteſt converti & alterari poſt factam ſaltem ſummariam ſolemnem inquiſitionem utilitatis. Vel (ut Antonius Genuenſis in pract. Eccleſ. quæſt. 213 & cap. 9. num. 5,) in alium fructuoſum & utilem conſimilem uſum ex causâ graviſſimâ, & præſumptâ mente teſtatoris veroſimiliter inclusâ.

VIII. Quinta cauſa, ſi templum paramentis novis indigeat poteſt Epiſcopus reditus alicujus capellæ pro miſſis celebrandis deputatos, cum conſenſu hæredis in emptionem illorum paramentorum convertere unâ vice tantùm, ita Aloyſius Riccius collect. 558. verſ. *quinta*, & Barboſa ſupra num. 14. Similiter poſſe Epiſcopum hæredis pro unâ vice dumtaxat & ad tempus alterare voluntatem defuncti aſſerunt Marianus Socinus tract. de oblat. libel. num. 19. Marcus Antonius Cuchus inſtitut. moral. lib. 2. tit. 9. num. 82. Guitierez conſil. 1. num. 19 Marcus Antonius Genuenſis cap. 19. num. 5. Diana reſolut. moral. part. 2. tract. 3. miſcel. reſolut. 26. Aloyſius Riccius collect. 558. verſ. *quinta* contra Monetam cap. 5. num. 332. Poterit Epiſcopus etiam pro unâ vice tantùm de cōſenſu patroni inſtituere ad beneficium patronatus non habentem requiſita per fundatorem poſita in limine fundationis. Ita Creſcentius deciſ. 1. & 7. de jure patron. apud Aloyſium Riccium collect. 1270. limit. 1. Notat tamen Barboſa ſupra numer. 15. & in Concil. Trident. cap. 6. ſeſſ. 22. num. 7. hoc non poſſe procedere, attentâ diſpoſitione Concilii Tridentini ſeſſ. 25. cap. de reformat. cap. 5. quod prohibet. Nè Epiſcopi tollant de conſenſu patroni qualitates beneficiorum in fundatione præfatorum beneficiorum appoſitas. *Quando ex beneficiorum quorumcumq; erectione ſeu fundatione, aut aliis conſtitutionibus qualitates aliquæ requiruntur, ſeu certa illis onera ſunt injuncta in beneficiorum collatione, ſeu in quacumq; aliâ diſpoſitione eis non derogetur.* Guido Papa deciſ. 556. quem refert Aloyſius Riccius collect. 1270. verſ. *quarto*, adducit pro ſextâ causâ, quando legatum non reſpicit certam perſonam & cauſam. Lapus alleg. 87. poſt num. 4. Moneta cap. 5. numer. 535. pro ſeptimâ causâ affert, quando in Eccleſia, ad cujus favorem emanavit voluntas defuncti, animadvertitur ſupina negligentia, poteſt Epiſcopus ad alium locum tranſmittere, ſeu alio modo exequi voluntatem teſtatoris. Moneta cap. 5. numer. 348. octavam cauſam ait eſſe ſi aliundè urgeat neceſſitas commutandi defunctorum voluntates ultimas, nec poſſit adiri Romanus Pontifex. Idem Moneta num. 352. ampliat procedere, quamvis tunc pateat recurſus ad Nuntium Sedis Apoſtolicæ, ſeu ad Legatum à latere, Epiſcopus poteſt ordinare, ut à deputatis ad certa bona pauperibus diſtribuenda, prius dentur iis, qui ſunt ex eadem ſtirpe, ita Menochius conſil. 391. num. 2. & de præſumpt. lib. 4. quæſt. 125. num 13.

## CAPUT VI.

### *Poteſtas Epiſcopi circa collationem Beneficiorum.*

I. POteſtatem ac juriſdictionem conferendi beneficia Eccleſiaſtica, Petro Apoſtolorum Principi collatam fuiſſe, colligimus ex cap. *ita Dominus, §. hunc enim*, diſtinct. 19. cap. fin. diſt. 21. cap. *in novo*, diſt. 21. Gomeſio in tract. *de expectativis*, numer. 10. Illa auctoritate dum Eccleſia adhuc in cunis ageret, inſtituit dignitatem & alia beneficia Eccleſiaſtica contulit, ut fusè oſtendit Bozius de ſignis Eccleſiæ, & textus cap. 1. & 2. diſtinct. 22. Selva

in tract. de beneficiis, part. 2. quæst. 22. num. 3. Nam fundatio & institutio beneficiorum Ecclesiasticorum exceptâ Apostolicâ dignitate, modusque & forma acquirendi beneficia fuit introducta jure tantùm humano seu Ecclesiastico, ita cap. 1. distin. 22. cap. *nullus*, 9. quæst. 2. Vgolinus de Simonia tab. 3. cap. 3. §. 4. numer. 1. & cap. 48. num. 2. Gonzalez ad reg. 8. cancell. §. 1. proem. num. 1. 2. 3. Moneta de commut. ult. volunt. cap. 10. n. 46. Nicolaus Garcias de beneficiis part. 5. cap. 1. num. 3. Columna de reditibus Eccles. part. 1. cap. 8. art. 12. Alphonsus Hoieda de beneficiis incompatibilibus part. 1. in præfat. num. 5. Postea Sedes Apostolica concessit Archiepiscopis & Episcopis ut quilibet posset conferre beneficia in sua Diœcesi existentia. Cap. *decreto*, cap. *qui se scit*, 2. quæst. 6. Hieronymus Gabriel consil. 197. numer. 3. & 9. Flamin. de resignat. lib. 1. quæst. 10. num. 49. Simoneta de reservat. quæst. 3. Castro Palao in opere morali tomo 2. tract. 13. disp. 2. puncto 27. numer. 1. Barbosa de officio & potestate Episcopi part. 3. allegat. 57. num. 1.

II. Jure igitur humano & Ecclesiastico, seu communi possunt Episcopi, loci Ordinarii conferre beneficia in suâ Diœcesi existentia. Ita cap. *omnes Basilicæ*, cap. *nullus omninò*, 16. quæst. 7. cap. *exigenda*, 10. quæst. 1. cap. *cõquerente*, de officio ordinarii, cap. *ex frequentibus*, de instit. cap. *cum ex injuncto*, in fine de hæred. Chokier Leodiensis de jurisdict. ordinarii in exemptos part. 4. quæst. 25. Aloysius Riccius in praxi fori Ecclesiast. decis. 394 num. 1. in praxi aureâ resol. 236. num. 1. Ugolinus de potestate Episc. cap. 10. §. 2. num. 1. Durand. decis. 442. num. 1. Alzedo de præcellentiâ Episc. dignit. part. 1. cap. 6. num. 52. Marcellus Vulpe in praxi cap. 48. numer. 2. Lotterius de re benef. libr. 2. quæst. num. 3. Rota apud Ludovicum Postium in tract. mandati de manutenendo decis. 125. num. 1. Frechila in repetit. cap. *admonet*, de renunc. num. 12. Franciscus Leo in thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 6. numer. 1. Piasecius in praxi novâ Episc. part. 2. cap. 6. num. 1. Nicolaus Garcias de benef. part. 5. cap. 1. num. 52. Gonzalez ad regul. 8. cancell. §. 1. proem. num. 21. & 22. & glossa 11. num. 38. & 39. & glossa 29. num. 1. Flamin. de resignat. lib. 1. quæst. 10. num. 49. & lib. 7. quæst. 14. num. 2. Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. *beneficium*, §. 2. Reginaldus in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. num. 29. Lælius Zechius de benef. cap. 5. num. 6. vers. *ex quibus*, Gomesius *de expectativis*, num. 13. 18. & 20. Antonius de Prætis de jurisdict. Episc. cap 1. num. 1. & 2. Stapilæus de litteris gratiæ in proemio, Milis in repertorio verb. *beneficiorum collatio*, & verb. *Episcopus fund.* Cassadorus decis. 3. num. 4. de privil. & decis. 4. num. 1. & 2. eodem tit. Seraphinus decis. 799. numer. 2. Bellamera decis. 69. num. 3. Felinus in cap. *venerabilis*, num. 31. Poteratque Episcopus conferre omnia beneficia vacantia in quolibet mense, habebantque omnes menses liberos. ita Castro Palao in opere morali tomo 2, tract. 13, disp. 2, puncto 15. Gonzalez supra §. 1, proem, num. 22. Puteus decis. 492. num. 3. lib. 2. cap. 4. decis. 214. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 3, allegat. 57. numer. 2. Quamvis beneficia vacarent extra Diœcesim, Ratio est quia collatio beneficiorum est voluntariæ jurisdictionis, quam potestatem ordinariam cõferendi beneficia Summus Pontifex precariè concesserat, postea coarctavit ut patet ex concordatis Germaniæ inter Sedem Apostolicam & Fredericum Imperatorem per constitut. Nicolai V. quæ incipit *ad sacram*, ubi alterni menses reservantur Pontificiæ collationi, scilicet Januarius, Martius, Majus, Julius, September, November, ut beneficia tam Pastoralia, quàm non Pastoralia (si vacent in his mensibus) ab ipso debeant conferri. Reliqui autem menses collatoribus ordinariis relinquuntur. Præterea permittitur, ut si post tres menses à die notæ vacationis in loco beneficii nulla dispositio seu gratia Papalis appareat, possit Ordinarius ad collationem liberè procedere. Tamen ex declaratione

ratione Gregorii XIII. in bullâ 42. *Quæ in Eccleſiam*, ſi conſtet Sedem Apoſtolicam intra tres menſes providiſſe, quamvis proviſio ad locum beneficii non pervenerit abſque culpâ proviſi, collatio Apoſtolica abſque dubio acceptanda eſt. Præter quod ſummus Pontifex de plenitudine poteſtatis ſuæ poſſit etiam derogare concordatis, ac poſt tempus trium menſium in reſervatis ſibi menſibus, imò & beneficia conferre in menſibus Ordinariorum, quamvis id præſtare nõ ſolcat abſque graviſſimâ causâ, ſicut nec ſolet præjudicare iis, quibus jus quæſitum eſt. Ita cap. *dudum*, §. *nos igitur*, & cap. *ſi à Sede Apoſtolicâ*, de præbendis in 6. Gomez *de expectativis* num. 14. Analius Germonius de indultis Cardin. §. *per quæ ſublatis*, numer. 80. & ſeq. Zechius de beneficiis cap. 2. num. 1. Georgius Branden ſuper concordata Germaniæ quæſt. 8, 12. notab. 1, Nicolaus Garcias part. 5. cap. 1. Layman lib. 4. tract. 2, cap. 10 num. 3.

III. Poſt Romanum Pontificem Epiſcopus ſeu Ordinarius eſt collator beneficiorum tam patronatorum, quàm liberorum exiſtentium in ſuâ Diœceſi, ut patet ex cap. 1. de capellis Monach. cap. *cum & plantare*, §. *in Eccleſiis*, de privileg. cap. *oum ex injuncto*, in fine de hæreticis. Ubi Abbas num. 2. monet, quod Epiſcopus fundatam intentionem habeat ſuper inſtitutione ac deſtitutione in beneficiis ſuæ Diœceſis. Si alius verbi gratiâ Patronus laicus ex conſtructione, fundatione, dotatione ſibi vindicet, debet probare jure ſpeciali id ſibi competere. Idem Layman num. 4. quod locum habet etiam in exemptis Prælatis ſimilem juriſdictionem habentibus, ita Gloſſa in cap. unic. de capell. monach. verb. *ipſis*, Abbas in cap. *in Lateranenſi*, num. 4. de præbend.

IV. Quod ſi proviſiones Romani Pontificis & Epiſcopi currant in eadem data, & die, & proviſus ab Ordinario eſt in poſſeſſione, ejus poſſeſſio eſt præferenda, ita cap. *ſi à Sede Apoſtolicâ*. Rota in una Hiſpalenſis beneficii de Villanovâ, quia cum ſemper ad favorem poſſeſſoris & rei præſumatur, §. *commodum*, inſtit. de interdict. cap. 3. de probat. cap. *cum ſint partium jura obſcura*, de regulis juris in 6. Jura apud Gonzalez §. 3, proem. num. 51. Idem quando facta eſt collatio duobus à diverſis eodem die, nec apparet qui prius fuerit facta, potior eſt conditio poſſidentis, ita Tiraquellus de jure primog. quæſt. 17. opin. 11, numer. 1, Rebuffus de pacificis poſſeſſoribus num. 297. Menochius lib. 2, caſu 48, num. 10. & in medio 4. adipiſc. num. 797. Zerola in prax. Epiſc. part. 2, verbo *beneficium*, verſ. 2, Barbola in l. 1, ff, *ſoluto matrimonio*, part. 2, numer. 4. Et ubi eſt dubium, qui debeat præferri in collatione beneficii, reſpondet Gloſſa verb. *neuter*, cap. *ſi à Sede Apoſtolica*, præferendum eſſe illum, qui prius adeptus eſt poſſeſſionem, ita ut ſi beneficium vacet circa mediam noctem diei menſis, ita ut cognoſci nequeat, an verbi gratiâ, menſis Januarius fuerit finitus & cœptus Februarius, dubitaturque an vacaverit beneficium in mente Pontificis vel Epiſcopi, pro poſſeſſore eſt judicandum, ita Gonzales ad regul. 8. cancell. gloſſa 11. num 26. Puteus deciſ. 207. lib. 3. Barbola part. 3. alleg. 57. num. 14. quod ſi in collatione Epiſcopi ſit appoſita hora, & in collatione Pontificis, tunc collatio Epiſcopi prævalebit, ita Gloſſa verbo *nec appareat*, cap. *ſi à Sede Apoſtolica*, Rebuffus tract. de pacificis poſſeſſoribus, numer. 299. Tiraquellus de jure primogen. quæſt. 17. opin. 11. num. 3. & de retractu lignag. §. 11. gloſſa 1. numer. Gomelius lib. 45. Tapri num. 148. Barboſa lib. 1. ff *ſoluto matrimonio*, part. 2. num. 10.

V. Romanus Pontifex coarctavit ordinariam poteſtatem conferendi beneficia, quam conceſſit Epiſcopo, quarum reſervationum aliæ ſunt generales, aliæ ſpeciales. Generales ſunt non pro certis beneficiis ſeu perſonis, verbi gratiâ, de beneficiis collectorum, & ſubcollectorum, officialium Curiæ, &c. Speciales autem ſunt, quæ fiunt de certis beneficiis, ſeu pro certis perſonis, ita Geminianus conſil. 12 num. 4. Melchior Lotterius de re benef. libr. 2. quæſt. 26. numer. 24.

Guilelmus Cassiodorus decis. 2. num. 3. & plures alii apud Garciam cap. 1. n. 18. Porrò illæ reservationes aliæ sunt in jure, aliæ in regulis cancellariæ, quas hic referre, non erit Episcopis utile, nè provideant de beneficiis reservatis Sedi Apostolicæ, & eorum collatio sit nulla, cap. *nomen*, 2. quæst. cap. *dudum*, & cap. *multum stupeo*, 3. quæst. 6. cap. *si eo tempore*, de elect. in 6. Primò, dispositioni Sedis Apostolicæ reservantur omnia beneficia vacantia apud illam, seu in Curiâ Apostolicâ, cap. *secundo*, cap. *statutum*, cap. *præsenti*, de præbend. in 6, & in Clement. *ut lite non contestata*, Zerola in praxi Episcopi part. 1, verb. *beneficia*, vers. *ad secundum*, & alii, quos citat Barbosa part. 3. alleg. 57, num. 19, Illud beneficium dicitur vacare apud sedem Apostolicam, & illi reservatum, quod vacavit in locis vicinis Sedi Apostolicæ, & Curiæ Romanæ, & propè eam intra duas diætas legales. ita textus cap. *præsenti*, Moneta de opin. cap. 3. numer. 18. Gonzales ad regul. cancell. glossa 43. numer. 45. Barbosa part. 3, alleg. 57. numer. 21, *Porrò legalis dieta* (inquit Azorius parte 2, lib. 6, cap. 36, quæst. 6,) continet viginti milliaria, quæ in singulos dies dinumerari Prætor jubet, cùm aliquem in judicium sistere oportet, l. *vicena millia*, ff. *si quis cautionibus*, Bonifacius cap. *si Apostolica*, eodem titulo & lib. Dicuntur etiam beneficia apud Sedem Apostolicam, seu in Curiâ vacare, non solùm quando quis moritur in illa, quæ reservatio sola est in corpore juris cap. *præsenti*, de præbend in 6. extravagant. *ex debito*, cap. 22. de elect. & extravag. *ad regiment.* extravagant. *piæ sollicitudinis*, de præbend. Sed etiam per resignationem factam in manibus Papæ, quam constat verè & realiter dici vacationem in Curiâ, etiamsi mediante procuratore alibi constituto, Joannes Andræas cap. 2. num. 7. Petrus Ancharanus num. 1. super verb. *apud Sedem*, Gemmianus num. 7. Latè Jacobus Symoneta de reserv. quæst. 28. num. 1. Melchior Lotterius libr. 2. quæst. 27. num. 33. Quare si duo Clerici Bononienses in Curiâ Romanâ, ubi etiam Episcopus Bononiensis cõmoratur, permutent sua beneficia, eò ipso vacant in Curiâ cap. *licet*, can. de præbend. in 6. Gambara part. 2. num. 67, & 147. Azorius part. 2. lib. 7. cap. quæst. 9. Plura apud Barbosam part. 3, alleg. 57. num. 23. & 24. Quod si Pontifex de beneficiis apud Sedem Apostolicam vacantibus intra mensem à die vacationis non provideat, dicto tempore elapso valebunt collationes ab Episcopo, seu Ordinario factæ, ac si nulla unquam reservatio facta fuisset cap. *Statutum*, Antonius Fabricius lib. definit forens. tit. 2, definit. 32. quod verum in vacationibus apud sedem. Nam in cæteris nullum tempus præfinitum est ad collationem beneficii, ita Æneas de Falconibus quæst. 4. princ. affect. 20. Gaspar Perusinus tract. de reserv. quæst. 5. Mensis autem de quo supra, incipit currere non à die scientiæ, sed vacationis, Glossa verbo *numerandum*, cap. *Statutum*, Antonius Fabricius tit. 2. definit. 35. Plura apud Barbosam supra num. 24. ubi in sequentibus refert quasdam limitationes.

Beneficia reservantur dispositioni Romanæ Sedis per solam appositionẽ suæ manus, licet inutiliter factam: ita ut si Pontifex alicui provideat, vel provideri mãder de aliquo beneficio, si nulla fuerit provisio, utpotè facta inhabili vel incapaci, vel ob suppreptionem, vel alium defectum, beneficium remanet Romanæ Sedi affectum, & in eo Episcopus nequit se intromittere, quamvis aliàs non fuerit reservatum, ita cap. *ut nostrum*, 56. de appell. Henriquez in summâ libr. 13. de excommunic. cap. 14. §. 2, litt. O Gonzales ad regul. 8. cancell. §. 3. proem. num. 46. & glossa 52. Nicolaus Garcias cap. 1. 138. Rebuffus in praxi tit. de reserv. numer. 30. & 34. Zechius de beneficiis cap. 3. num. 6. Barbosa num. 32. Reservantur tertiò, Sedis Apostolicæ dispositioni beneficia vacantia sede Episcopali vacante qualiscumque sint qualitatis, & speciei, ita Pius V. in bullâ, quæ incipit: *Sanctissimus in Christo Pater*, Flaminius de resignat lib. 2, quæst. 16. numer. 30, Ugolinus §. 2, num. 2. verb. VI.

*sic excipiuntur tamen*, Aloysius in praxi Eccles. resol. 333. numer. 2. Azorius part. 2, lib. 6. cap. 34. quæst. 12. vers. *Ejusdem item Pontificis extat &c.* Quartò, reservatur Sedi Apostolicæ collatio beneficiorum vacantium ob crimen hæresis, sivè habeant animarum curam, sivè non, etiamsi sint ordinis S. Joannis Jerosolymitani, vel alterius ordinis Militaris, ita bulla Pii V. quæ incipit. *Cum ex Apostolatus*, data 6. Februarii 1566. Nicolaus Garcias cap. 1. num. 81. Gonzales glossa 51. num. 10. Vgolinus §. 2. vers. *secundo*, Aloysius Riccius resolut. 333. vers. *secundò*, & in collect. decis. part. 5. collect. 169. Flaminius quæst. 16. num. 29. Castro Palao in opere morali tomo 2. tract 13. disp. 2 puncto 24 o m. 3. Barbosa part. 3. alleg. 57. n. 36. Azorius part. 2. lib. 34. quæst. 12. vers. *Pii quoque alia exstat constitutio* Quinto, reservata sunt dispositioni Romani Pontificis beneficia vacantia per privationem, idest per simoniam. Ratio est, quia est crimen, quod equivalet crimini hæresis & læsæ majestatis, ita Paulus III. in constitut. quæ incipit. *Sanctissimus*, Aloysius Riccius resol. 333 vers. *decimò*. Franciscus Leo in thesaur. fori Eccles. parte 2. cap. 5. numer. 36. Barbosa supra num. 39. Sextò. vocant & ad dispositionem Romanæ Sedis spectant beneficia collata personis prohibitis ob prosapiam suam, crimen hæresis vel apostasiæ à fide, ita Gregorius XIII. in bulla *Ecclesiis*, quam referunt Ugolinus §. 2 vers. *tertiò*. Mantica decis. 158. num. 1. Aloysius Riccius resolut. 333. vers. *tertiò*, Gonzales glossa 51. num. 103. Flaminius quæst. 16. num. 51. Azorius supra quæst. 12. vers. *Gregorius XIII. constitutionem edidit, ut beneficia collata Clericis prohibitis propter generis originem, aut hæresim, aut à fide apostasiam nullius sint momenti, & ad novam Romani Pontificis provisionem pertineant, quomodocumque eisdem Clericis fuerint collata.*

VI. Septimò, beneficia quæcumque recepta in confidentiam quæ vacant, sunt ipso jure reservata Sedi Apostolicæ per Pii IV. constitutionem, quæ incipit. *Romanus Pontifex*, & Pii V. per bullam quæ incipit, *intolerabilis*, cui subscribunt Navarrus in manuali cap. 23. numer. 10. Flaminius de resignat. lib. 2. quæst. num. 26. de confident. benef. quæst. 7. num. 79. Ugolinus §. 2. vers *septimò*, Franciscus Leo in thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 5. num. 24. Piasecius in praxi novâ Epis. cap. 5. numer. 4. Aloysius Riccius resol. 333. vers. *septimò*. Marcellus Vulpe in praxi cap. 46 numer. 11. Azorius supra vers. *Idem Pius edidit constitutionem, &c* Quod etiam intelligitur de beneficiis in quibus commissa est confidentia, & aliis quæ obtinebat confidentiarius, ita bulla Pii V. vers. *sed nec quisquam*, Flaminius quæst. 7. num. 81. Octavò beneficia parochialia, quæ collata sunt non servatâ formâ Concilii Trident. sess. 24. de reformatione cap. 18. reservavit Pius V. in bullâ quæ incipit, *in conferendis*, quam referunt Aloysius Riccius resolut. 333. vers. *octavò*, Ugolinus §. 2. vers. *octavò*, Franciscus Leo cap. 5 numer. 26. & 32. Flaminius quæst. 16. num. 32 Marcellus cap. 48. num. 10. Azorius quæst. 12. Vers. ejusdem Pii V. Forma autē servanda est prævium examen.

VII. Intra sex menses Episcopus à die, quâ novit beneficium vacare, si conferre potuit & noluit, collatio tunc ad Capitulum devolvetur, quod si intra hoc tempus negligens fuerit ad immediatum superiorem spectabit, ut ad Metropolitanum, ab hoc ad primatem, à Primate ad Patriarcham, & tandem ad summum Pontificem, cap. 2. ubi Abbas num 17, & cap. *quia diversitatem*, de concess. præben. Franciscus Leo cap. 5. num. 30. Aloysius Riccius resol. 333. vers. *sextò*, Marcellus Vulpe cap. 48. num. 12. Ugolinus § 2. vers. *sextò*, Piasecius in praxi Epis. cap. 5. num. vers. *reservata*, Zerola in simili praxi Epis. part. 1. verb. *beneficia* § 2. in princip Sed notant Azorius & Nicolaus Garzias de benef. par. 2. cap. 3. istos casus non observari. Plura apud Barbosam supra alleg. 57. num 44. Decimò beneficia omnia sunt specialiter reservata, quæ per resignationem vel obitum Apostolicâ auctoritate conferuntur, cum decreto

quod

quod provisus beneficium tunc obtentum teneatur resignare seu dimittere intra duos menses aut aliud tempus, & quod de eo per Sedem Apostolicam dumtaxat possit provideri, & similes reservationes sunt speciales pro beneficiis tunc expressis, ita Franciscus Leo cap 5. num. 31. Moneta de opin. cap. 3. numer. 44. Gonzales glossa 11. num. 69. Marcellus Vulpe cap. 48. num 13. Barbosa part. 3. alleg. 57. num. 45. Ubi addit quod dictum tempus dimittendi beneficium incipit fluere a die captæ possessionis, non verò a die provisionis. Reservata sunt undecimò beneficia vacantia defectu resignationis non publicationis, ita Gregorius XIII. in bulla *humano vix judicio*, datâ nonis Januarii 1584. apud Quarantam verb. *benefic. resignatorum publicatio*, Nicolaus Garcias de benef. part. 11. cap 3. num. 273 Flaminius de resignat lib. 11. in præfat. num. 5. Barbosa sup. num. 46. Duodecimò sunt reservata beneficia vacantia per violationem sequestri lite pendente in Curia Romanâ, Clement. unic. *§. si quis autem*, de sequest. possess Gonzales ad reg. 8. Cancell. §. 7. prorem. num. 8. Cùm enim sunt in Curiâ litigiosa sunt reservata Sedi Apostolicæ, nisi sequestrum fuerit violatum lite pendente in Rotâ per appellationem, quo casu ut circuitus evitetur, poterit auditor in odium sequestrum violantis beneficium conferre collitiganti personæ, Clement. *auditor*, de rescript. Gonzales glossa num. 14. quod est speciale auditoribus Rotæ, ita glossa verb *deputatus à nobis*, in dictâ Clement. *auditor*. Et aliis decedente (inquit Clementina 1. & 2. *ut lite pendente*,) si aliter decedat nequit ordinarius de beneficio litigioso in superstitem disponere. Ratio est quia nihil est innovandum lite pendente. Reservantur decimo-tertiò, beneficia litigiosa. Licet enim beneficium litigiosum non dicatur propriè reservatum, tamen ad effectum ut Ordinarius nequeat providere, idem importat litigium, quod reservatio, Gonzales glos. 11, num. 111. Lancellottus de attent. part. 1. cap. 3. numer. 90, & seq. Rota decis. 312. part. 2. num. 1. Quod specialiter intelligendum est in beneficiis impetratis propter crimen, beneficia non sunt litigiosa, sed persona accusata, undè beneficium collitigatoris vacans per obitum in mente Ordinarii poterit Ordinarius liberè conferre, Simoneta de reservat. quæst. 10. numer. 5. Et quoad effectum de quo supra beneficium dicitur litigiosum, quando agitatur jus reale super collatione factâ, Rota decis. 342 num. 2. apud Farinacium part. 1. Non enim beneficium dicitur litigiosum, nisi lis sit super titulo, Rota decis. 356. num. 3. in fine part. 1. apud Barbosam num. 49. Plura de hoc casu.

Decimo quartò beneficia vacantia per delictum ejus, qui offendit litigantes in Romanâ Curiâ ac eorum Procuratores, Advocatos, Notarios, Testes, verbi gratiâ, si quis quemquam præfatorum offendat, injuriâ afficiat, ipso jure vacant beneficia, & sunt Apostolicæ dispositioni reservata, ita Alexander VI. constit. 11. quæ incipit, *in eminentiâ*, apud Puteum decis. 102, & duabus seq. lib. 1. Rota decis. 161. part. 2. diversi Gonzales glos 51. num. 105. Decimo quintò reservantur beneficia eorum, qui impetrant pro seipsis beneficia cum intentione illa resignandi, vel beneficia impetrant pro aliis, ut ab eis aliquid consequantur, vel se ipsos pro aliis examini supponunt, vel annuas pensiones offerunt pro consequendis beneficiis; ut patet ex constit. 12. Pauli IV. *inter cæteras*, 27. Novembris 1557. Gonzales glossa 51. num. 107. Barbosa part. 3. alleg. 57, num. 56. Ultimò beneficia vacant quia Beneficiatus non gestat habitum Clericalem, ita Sixtus V. constit. 92. §. 2. vers. *in futurum*. Hunc casum apposui, quamvis in his partibus plurimi Ecclesiastici laicali veste utantur, & prorsus dissentaneâ statui clericali. Plures casus refert Barbosa supra citatus, tam generales, quàm speciales. VIII.

CAPUT

## CAPUT VII.

### *Potestas Episcopalis ad beneficia suscipienda.*

I. AD Episcopatum provisus per Romanam Sedem statim à promotione potest suscipere beneficia vacantia non expectatâ consecratione. Ratio prima est quia provisio habet vim electionis & confirmationis. Secunda quia ejusmodi stylus servatur in Curia: ita ut non possint revocari, ita Flaminius quæst. 1. num. 77. Vgolinus §. 2. num. 3. Anastasius Germonius de indultis Cardinal. §. *si verò*, num. 2. Paulus Gramitius ad Simonet. quæst. 27. numer. 6. Seraphinus decis. 110. num. 2. Azorius quæst. 12. cap. 16. lib. 7. part. 2.

II. E contra statim atque quis ad Episcopatum promovetur vacant ejus beneficia simplicia, Simoneta tit. de reserv. quæst. 27. Flaminius quæst. 1. numer. 76. Nicolaus Garcias cap. 6. num. 6. Mandosius quæst. 15. num. 7. Rota in Conchen. beneficii 10. Junii 1624. Barbosa part. 3. allegat. 57. numer. 71. qui multas limitationes affert. Imò Prælatus regularis in Episcopum assumptus desinit esse Prælatus, ut tenent Alzedo de præcellentia episc. dignitatis part. 1. cap. 1. numer. 46. Fr. Emmanuel in summâ tomo 4. cap. 67. num. 77. Vel (ut Villalobos in summa part. 2. tract. 35. diffic. 41. num. 5.) post ejus confirmationem. Vel potius (ut Peirinis in formul. regul. litt. C. cap. 6. num. 5.) post consecrationem, & probat ex cap. *cum ex multis*, §, *si verò*, additque electionem prælaturæ regularis spectare ad eos electores, ad quos devoluta fuisset si obiisset (nisi aliud à Sede Apostolica ordinetur) Probat secundò Peirinis in constitut. sui Ordinis tomo 1. constit. 4. Sixti IV. num. 44. cum Fr. Emmanuele quæst. regul. tomo 2. quæst. 58. art. 4. & in summa tomo 4. cap. 68. num. 10. Sanchez cap. 6 num. 32. & 33. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 3. alleg. 57. num. 73. Quia statim ac aliquis Religiosus creatus, confirmatus, vel consecratus est non gaudet amplius privilegiis religionis, potestque dimitti. III.

Excipiuntur tamen, qui promoti sunt ad Episcopatum existentem in terris infidelium, seu titularem, ita Joannes à Chokier Leodiensis ad reg. 24. cancell. num. 26. Navarrus consil. 14. de elect. numer. 3. Anastasius Germonius supra §. *si verò*, numer. 26 Nicolaus Garcias part. 11. cap. 6. numer. 24. Ugolinus part. 1. cap. 1. §. 2. num. 2. Barbosa citatus num. 74. Azorius supra cap. 16. quæst. 12. Ratio est, quia non stat per eum assequi illius possessionem: Addit Alzedo part. 1. cap. 3. num. 82. & 83, beneficia Episcopi non recepti à populo, nec percipientis fructus minimè vacare, & probat primò ex cap. *si tibi, cenesso*, & ibi glossa verb. *vacare*, de præbend. Secunda ratio, quamvis enim collatio dignitatum, vel beneficiorum facta Episcopo nulla sit, nisi ex dispensatione Sedis Apostolicæ, vel justâ causâ, cap. *cum nostris*, de concess. præbend. ubi Abbas numer. 4. 7. & 15. Lessius de justitiâ lib. 2. cap. 34. numer. 139. Nicolaus Garcias cap. 6. num. 44. Nihilominus beneficiorum simplicium collatio facta Episcopo titulari, vel qui renuntiavit Episcopatui erit valida. Ita Navarrus consil. 14. & 15. de elect. Nicolaus Garcias cap. 6. num. 45. Barbosa supra num. 76. qui sequentibus de reservatione beneficiorum & aliis ad illa spectantibus fusissimè, & doctissimè disserit.

## CAPUT VIII.

### *Potestas Episcopalis circà Hospitalia.*

I. EX ordinatione Concilii Tridentini sessione 7. de reformatione cap. 15. & sess. 25. de reformat. cap. 8. Episcopi maximè curare debent ut hospitalitatis opus diligenter ac fideliter exerceatur. Quanti enim Deus faciat hospitalitatem patet ex sacrâ historiâ tum veteris,

tam novi testamenti & Patribus S. Chrysostomo conc. 2. de Lazaro, S. Augustino serm. 70. de tempore, S. Ambrosio lib. 2. de officiis cap. 2. & lib. 3 cap. 7. Pauca hic in ejus commenda tione proponemus. Præcipua laus Abahami, Loth. Raab Jerichuntinæ, Mulieris Sareptanæ, Mulieris Sunamitidis, & in novâ lege Matthæi Zachæi, Marthæ, Magdalenæ, ab hospitalitate desumitur. Hos imitati sunt Episcopi, in quorum domos peregrini suscipiendi erant, & à viduis tractandi, ut satis insinuat Apostolus 1. Timoth. cap. 5. num. 10. Imò & ipsi fideles, qui teste Tertulliano lib. de præscript. cap. 20. tribus his Argumentis se Christianos esse testabantur scilicet communicatione pacis, appellatione fraternitatis, & contesseratione hospitalitatis. Per contesserationem intelligit Tertullianus certum aliquod signum, quasi tesseram Christianismi. quod qui portigebat Christianis (ubicumque locorum forent) benevolè excipiebatur, ut Christianus, amicus, & frater, quæ tessera sæpè mutata est à fidelibus: quia hæretici eam adulterarunt, tandemque Concilium Nicænum sanxit ut quibusdam litteris designaretur, quasi professionis Christianæ notis, π. υ. α. α. idest, πατὴρ, ὑὸς, ἅγιος, πνεῦμα. hoc est Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Hinc Lucianus refert quendam peregrinum impostorem finxisse se esse Christianum, quia satis sibi viatici esse ajebat in fidelium hospitalitate, adeò ut non tantùm ab iis alimenta reciperet, sed etiàm in viam dirigeretur. Undè qui non recipiebat vel contingebat oblatam tesseram cēsebatur à communione Catholicâ sejunctus, quemadmodum inter paganos hospitalem tesseram dissolvere censebantur, qui amicitiam dissolvebant. Legimus in vitâ S. Pachomii, quod cum hic adhuc Gentilis militaret in castris Licinii Imperatoris, ac Thebas cùm castris veniisset, & vidit hospitalitatem & charitatem Christianorum Thebanorum in commilitones suos, fidem Christianam amplexus est. Non tantùm in ipsis nascentis Ecclesiæ incunabulis hęc virtus viguit, sed etiam ante sexcentos annos, imò & præcepta fuit. Sanctus enim Burchardus Episcopus Wormatiensis, qui floruit circa annum 1020. lib. 1. decretorum cap. 94. interrog. 71, docet Episcopos dum solemniter parochias visitarent, ac de rebus gravibus inquirerent, specialiter illis inquirere incumbebat, num in parochia forent, qui hospitium recusarent peregrinis ac viatoribus ad sedvertentibus.

II. Aliis virtutibus stipendium æternum pollicetur Deus, sed hospitalitati & temporale & spirituale, & æternum concedit, Temporalis mentionem facit S. Elias, dum mulierem Sareptanam ita affatur lib. 3. Regum cap. 17. vers. 14. *Hæc dicit Dominus Deus Israel, Hydria farinæ non deficiet, nec lechytus olei minuetur, &c.* Vers. 16. *Hydria farinæ non defecit, & lechytus olei non est imminutus juxta verbum Domini quod locutus est in manu Eliæ.* Hæc Prophetæ verba vocat S. Basilius Seleucius orat. 11. non humanitate plenam, sed diffluentem. *Commotus est hac voce Prophetes, miseretur matris cum liberis fame vexatæ, videt materna viscera filiorum fame convulsa, & vocem emittit humanitate diffluentem, hæc dicit Dominus, hydria farinæ non deficiet, &c.* Pollicitationem & prophetiam effectus sequitur. *Tunc* (inquit) *pluviam promittit, nubes votis accommodat, & hydriam vertit in alimenti fontem, quantumq; dies poscebat, tantùm hydria suppeditabat, quo die messem volebat in hydriâ metebat.* Quasi diceret, videre cupis hujus hospitalitatis uberrimum effectum. Vide quomodò hydria in fontem convertatur, & cibus uno quadrantis horæ porrectus quotidie perseveret, hydria æquivaleat amplissimo agro, qui non uno anni tempore, sed omni messem producat. Accipe ad hoc intentū melliflua verba S. Ambrosii lib. 2. de Abraham Patriarcha cap. 5. *Vnius horæ hospitio vidua illa quæ suscepit Eliam, & exiguo cibo perpetuum toto tempore famis invenit alimentum, & mercedem accipit mirabilem, ut numquam de hydriâ farina deficeret.* Sanctus Chrysostomus tomo 6. in SS. Petrum & Eliam ait non

l. 3. Reg. 17. v. 14

v. 16.

S. Basil Seleuc.

S. Ambr

in

in hydrâ dumtaxat, sed in ipsâ dextrâ & sinistrâ ejusmodi messem vindemiâ factam fuisse, ita ut dextera torcularii & sinistra areæ similis facta sit. *Facta est vidua dextra torcular, & sinistra facta est area, & manipuli fructuum in ipsâ necessitate reddentes, ac propter prophetæ dicta viduam illam nutrientes, torcular & area facta est domus vidua non imber, non pluvia, non ver, non autumnus, non æstas, non ventorum vis, non temporum mutationes, sed verborum vinum ex illius Prophetæ sententia prolatum, abundantem rerum copiam vidua suppeditavit.*

S. Chrys.

III. Quod eadem hospitalitas gratiam gratis datam obtineat, patet ex promissione Christi Matthæi cap. 10. vers. 41. *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet.* Quid per mercedem Prophetæ intelligit? Euthymius, erit prophetæ & prædicatori æqualis in præmio, æqualibusque honoribus afficietur. Vel ut Cajetanus, efficietur particeps laboris, meriti, ac præmii prophetæ, dum ipsum prophetam in officio sustentat ac fovet. Cui arridet S. Chrysostomus homil. 36. in Matthæum. *Mercedem accipiet illam, quam decens est, ut is accipiat, qui prophetam recipit.* Et Sanctus Gregorius homil. 20. in Evangelia *Quia etsi ulmus fructum non habet, unam tamen cum fructibus portans hæc sua efficit, quæ bene sustentat aliena.* Vel tertiò mercedem prophetæ accipiet, idest donum prophetiæ. Id patet in Abdiâ lib. 3. Regum cap. 18. vers. 4. qui abditos prophetas sæviente persecutione in speluncis sustentavit. *Nam* (inquit Textus) *cum interficeret Jezabel prophetas Domini, tulit ille centum prophetas, & abscondit eos, & quinquagenos in speluncis, et pavit eos pane & aqua.* Et vers. 13. ipse Abdias ad Eliam. *Nunquid non indicatum est Domino meo quid fecerim, cùm interficeret Jezabel prophetas Domini, quod abscondrim de prophetis Domini centum viros quinquagenos, et quinquagenos in speluncis & paverim eos pane & aqua.* Ex quibus verbis colligo præfatos centum prophetas ab Abdiâ abditos & pastos non toto tempore famis, sed eo tantùm, quo sæviit persecutio Jezabelis, & furor Achabi in electissima Synagogæ membra animadverteret, ac præcipuè eos, qui ordinis erant prophetalis impeteret, scilicet vel paulò ante famem, vel in initio famis: quâ persecutione dimisit eos in viam securam. Quod innuit ipse Abdias. *Quid fecerim cum interficeret, &c. quod abscondrim.* Secundò, cùm Abdias hæc dixit durabat adhuc fames, nam particulæ *abscondrim, paverim*, denotant tempus longè ante præteritum, & prophetas non amplius à se abscondi nec pasci. Quid nomine panis & aquæ accipit? Dionysius ait designari quemcumque cibum & potum, qui passim in scripturis per panem & aquam designantur. Tostatus in cap. 18. quæst. 3. & 6. ait cum Josepho pastos fuisse solo pane & aquâ, quæ illis subministrabat semel pro multis vicibus, si enim debuisset, illis singulis diebus providere, & per se, vel alios asportare alios cibos maximè isto tempore famis, non ita latuissent prophetæ Domini. Mediam igitur sententiam sustineo, scilicet ordinariè pavisse eos pane & aquâ, extraordinariè verò, quando poterat clam tulisse carnes, & alia esculenta per se, & frequentius per suos ministros, ut ab omni suspitione se eximeret, statim enim proditus fuisset ab æmulis videntibus primum à rege ad specus & latibula frequenter declinantem cum cibariis. Habebat igitur ministros, aliquos devotos, quorum operâ utebatur, pascebat non vino, sed aquâ, non quia difficilius potuisset asportari, vel servari, sed quia fortè inter istos prophetas erant quidam Rechabitæ, qui à vino abstinebant. Hac studiosa ac diuturnâ hospitalitate quid Addias meruit? donum prophetiæ, ut clarè innuit Joannes 44. Patriarcha lib. de institut Monachor. cap. 15. *Igitur quia centum prophetas Eliæ discipulos paverat, accepit & ipse à Deo spiritum prophetiæ.* Cui arridet S. Hieronymus in Abdiam. *Hic* (inquit) *quia centum prophetas aluerat accepit gratiam prophetalem, & de duce exercitus, fit dux Ecclesiæ. Tunc in Samaria primum gregem paverat, nunc in toto orbe Christi pascit Ecclesias.* Quibus verbis innuere,

Mat. 10 v. 41.

S. Chrys.

3. Reg. 18. v. 4. & 13.

Joan. 44.

videtur opinioni S. Dorothæi, Epiphanii, Isidori, existimantium Abdiam illum fuisse unum ex junioribus prophetis. Vel mercedem prophetæ accipiet, quemadmodum vitam prophetæ sustentavit suâ liberalitate ac hospitalitate, ita ejus meritis vitam recuperabit. Testi est vidua Sareptana, cujus filium sanctus Elias intuitu hospitalitatis ad vitam revocavit, nam lib. 3. Reg. cap 17. vers. 20. ita conqueritur: *Domine Deus meus, etiamnè viduam, apud quam ego utcumque sustentor afflixisti, ut interficeres filium ejus.* Vers. 21. *Domine Deus meus reventatur obsecro anima pueri hujus in viscera ejus.* Dionysius. *Ista sunt verba familiarissimi amici Dei altissimi loquentis ad Deum ex summa fiducia, quasi per modum admirantis, & quodammodo veluti increpantis, quod ita tractaverit viduam bonam, cum servo Dei tam misericorditer omni die agentem.* Quasi diceret, per prophetam tuum Isaiam hortatus es divites ad liberalitatem ac hospitalitatem, cap. 58, vers. 7, *Frange esurienti panem tuum & egenos vagos, induc in Domum tuam, cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris* Huic officio charitativo promittit vers. 8. *Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam justitia tua, & gloria domini colliget te* Vers. 9. *Tunc invocabis & ipse exaudiet, clamabis & dicet, ecce adsum.* Hæc mulier pauperrima unicum panem habebat modicæ refectioni congruum, tamen mihi erogavit præter naturæ ordinē pluris faciens mihi prius quàm sibi & filio, induxit me etiam in domum suam, me licet extraneum ac ignotū non despexit, sed oculis misericordiæ respexit, & tantùm abest, ut lumine matutino ejus domum perfuderis, quin potius privasti eam unico (quem habebat) filio, qui lumen oculorum ejus, & baculus senectutis erat, tantùm abest ut eam è mediis calamitatum tenebris eripueris, quin ad extremam miseriam reduxisti. Tantùm abest ut emplastrum efficacissimum ejus plagis adhibueris quin potius vulnus lethale, imò mortem unicæ ejus proli influxisti. Nè quæso hoc oraculum inefficax reddas. His dictis vers. 22. *Exaudivit Dominus vocem Eliæ, & reversa est anima pueri in viscera ejus; & revixit.* Joannes 24. cap. 12. docet istū puerum qui primus omnium mortalium fuit ad vitam revocatus, fuisse primum ordine temporis S. Eliæ discipulum, quem Jonam nominat. *Primus ordine temporis ad vitam monasticam per Eliam vocatus fuit S. Jonas, de regione Geth, quæ est in Offir, filius illius mulieris viduæ, cui ligna colligenti in Sarepta Sydoniorum Elias obviavit; & in cujus domo latuit dum rex Achab per omnes gentes & regna eum ad mortem perquiri fecit. Hunc Jonam puerum Elias tunc resuscitavit à mortuis, cùm sustentaretur in domo matris illius. Quem ob hoc mater ex devotione tradidit Eliæ erudiendum in disciplina prophetica vitæ Monasticæ, & factus Eliæ discipulus ministravit ei.* Idem stipendium ac merces hospitalitatis refertur libr. 4. Regum cap. 4. Cùm enim S. Eliseus de more transiret per Sunam (quæ urbs erat in tribu Issachar, quam adibat vir Dei, iter de Carmelo faciens in Jericho aut Bethel, aut Galgala, invisens subjecta sibi collegia Prophetarum) insignis quædam mulier, tam opibus, quàm moribus conspicua, marito persuasit, ut cœnaculum suâ supellectile instructum præpararetur quò virum Dei, illac frequenter transeuntem hospitio exciperent. Quod ubi crebrius factum esset Eliseus jurà hospitalitatis aliquâ gratitudine ac mercede rependere volens mulierem accersitam rogat per famulum suum Giezi num regiâ aliquâ gratiâ indigeat, promittens se pro eâ obtinenda omnem operam impensurum, vers. 13. *Ecce sedulo in omnibus ministrasti nobis, quid vis, ut faciam tibi? Numquid habes negotium, & vis ut loquar regi sive principi militiæ?* Dionysius. *Si egis auxilio mei, libenter te apud regem juvabo.* Quæ cùm oblatum favorem, ut porè sibi tunc inutilem recusasset. Vers. 14. dixit Giezi. *Ne quæras, filium enim non habet, & vir ejus senex est.* Ideoque spe prolis caret, nisi divinitus ei opem ferat. Propheta Deo pro ejus fœcunditate humiliter exorato, vers. 15. *Præcepit, ut vocaret eam*

1. 3. Reg. 17. v. 20 21.

Dionys.

Isaiæ c. 58. v 7.

Joan. 4.

verf. 22.

4. Reg. 4. v. 13.

verf. 15.

*quæ*

*quæ cùm vocata fuisset & stetisset ante ostium, dixit ad eam, in tempore isto, in hac eadem hora, si vita comes fuerit habebis in utero filium.* Ideſt intra tempus quod conceptioni, geſtationiq́ue neceſſarium eſt, hoſpitalitatem mulieris aliâ iterùm mercede compenſavit. cùm enim creviſſet filius Sunamitidis, tertiumq́ue annum ageret, delatus eſt ad Patrẽ, qui cum Meſſoribus erat in agro, ubi ferventis ſolis radio percuſſus malè habere cœpit, & delatus ad Matrem. Hæc pro ſuo in unigenitum amore poſuit eum ſuper genua ſua uſque ad meridiem, & obiit: Mater exanimis concepit ſpem reſurrectionis ſtudio Eliſei, quem aditura puerulum defunctum ſuper lectulum viri Dei collocat, & diſſimulatâ morte, nè ſenex de morte unigeniti nimiùm angeretur, petiit ab eo commeatum excurrendi cum famulo & aſinâ uſque ad Carmelum. Quo impetrato perrexit ad virum Dei. Quam cùm appropinquantem vidiſſet, ex colle vir Dei, cauſæ ignarus, miſit famulum in occurſum ejus, ſciſcitatum an rectè ageretur circa ſe, aut circa virum ſuum aut prolem. Quæ verita, nè dimitteretur ex viâ, cum ironiâ, reſpondit (inquit Salianus) rectè. Vbi venit ad montem, ad pedes viri Dei advoluta eſt tota mœrore confecta. Poſtquam ſic ad pedes Dei ſe proſtravit, cùm eam Giezi amovere vellet, ait Propheta verſ. 27. *Dimitte illam, anima ejus in amaritudine eſt, & Dominus celavit me, & non indicavit mihi.* Poſtquam mulier tacita jacuit ad pedes ejus & lacrymis, ſingultibusq́ue locuta eſt, tandem ſuum mœrorem abruptâ oratione expreſſit, verſ. 28. *Numquid petivi filium à Domino meo, numquid non dixi tibi, nè illudas mi.* Quaſi diceret, ſatius fuiſſet non genuiſſe filium, quàm eo tam brevi tempore privari; non eſt hoſpitalitatis merces, quæ conceſſa ſtatim evaneſcit. Cajetanus addit mulierem credidiſſe ob præſtitam toties hoſpitalitatem mortem filii fortè ad Dei honorem, & majus ſui ſolatium, quod ex eo probatur quod puerulum defunctum collocarit in lecto peregrini. Propheta commiſeratione cõmotus erga hoſpitem ſuam jubet famulum ſuum Giezi feſtinare cum baculo ſuo, & imponere corpori defuncti. Giezi celeriter antecedit, tandem urgente muliere, ipſemet Propheta ſe itineri accingit, ingreſſus domum pergit ad cœnaculum ſuum in quo puer jacebat mortuus in lecto; tandem præmiſſis nonnullis ritibus ac orationibus, quæ ſunt alterius otii ac inſtituti, puerum ad vitam revocavit, S. Ambroſius lib. 2. de Abraham cap. 5. hanc reſurrectionem non præfatis ritibus ac precibus aſcribit, ſed hoſpitalitati. *Eliſeus defuncti pignoris reſuſcitatione donata reſolvit hoſpitii penſionem.* His præmiis majora & ampliora ſe adjecturum promittit. Chriſtus etiam porrigenti peregrino potum aquæ frigidæ, Matthæi cap. 10. verſ. 24. *Quicumque potum dederit uni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine diſcipuli, amen dico vobis non perdet mercedem ſuam.* S. Ambroſius lib. 1. cap. 3 proximè citato de hoſpitalitate differens. *Hæc* (inquit) *eſt grata hominibus & accepta Deo. Vndè Dominus Ieſus cum quicumque dederit hoſpiti calicem aquæ frigidæ cœleſtium aſſerit præmiorum non exortem futurum.* Audiamus leveri ac æqui judicis ſententiam Matthæi cap. 25. n. 34. *Venite benedicti Patris mei poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Eſurivi enim & dediſtis mihi manducare: ſitivi & dediſtis mihi bibere.* Et verſ. 41 *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis ejus. Eſurivi enim & non dediſtis mihi manducare, ſitivi & non dediſtis mihi potum.* Sanctus Chryſologus ſerm. 14. hanc ſententiam ponderans: *In cœlo* (inquit) *prima eſt eſurientis annona, prima ſtipendia pauperis tractantur in cœlo, erogatio pauperis prima divinis ſcribitur in diurnis.* De his & aliis hoſpitalitatis fructibus luculentius alibi differendũ. Nunc quod jus habeat Epiſcopus in hoſpitalium erectione & adminiſtratione expendamus. Maximè cùm Apoſtolus Timotheo & Tito inter alias virtutes hoſpitalitatem ſpecialiter commendet, ut notat S. Ambroſius lib. 1. de Abraham cap. 5. *Eſt enim non mediocris ea virtus, unde & Apoſtolus*

S. Ambr.

*stolus principaliter eam in Episcopo esse oportere gemma scriptionis docuit auctoritate, ut præsto sit advenientibus & occurrat obviam, & itinera exploret, & adsit non quærentibus, & rapiat prætergredientes* Optimè S. Doctor utitur verbo *oportere* conformiter ad monitum Apostolicum. *Oportet ergò Episcopum irreprehensibilem esse, &c. hospitalem.* Non ait expedit, congruum est; consultum est. Idem scribit Tito cap. 1. vers. 7. & 8. *Oportet Episcopum esse sine crimine, &c. hospitalem.* Idest necessaria est hospitalitas Episcopo, ideò ad eam facilius, promptius, ac generalius exercendam Ecclesia tantas opes Episcopis attribuit, & Episcopatu indignus est, qui hospitalitatem nescit exercere, quæ tam excellens est ut apud Gentiles illi præclarissimi censeantur, qui hospitũ susceptores erãt. Sic Homerus Ulyssem effert, eo quod hospitum non susceptor modò, verùm comes etiam deductor esset. Imò hospitalitatem divinitati attribuerũt veteres hospitalem Jovem appellantes, sub cujus tutela hospites esse credebantur. Virgilius libr. 1. Æneidos ita illum affatur. *Iupiter hospitibus, nam te dare jura loquuntur.* Sic lib. 2. Machab. cap. 6. locum quendam Antiochus Jovis hospitalis vocavit in Garizim, ubi Samaritani advenas, Persas & Medos excipiebant.

1. Tim. c. 3. v. 2.

Tit. c. 1. v. 7. et 8.

Virgil.

l. 2. Mac. cap. 6.

IV. Quare Princeps eloquentiæ libr. 2. de officiis non immeritò hæc pronunciat. *Rectè à Theophrasto laudata est hospitalitas. Est enim, ut mihi quidem videtur, valdè decorum patere domus hominum illustrium illustribus hospitibus itaque etiam reipublicæ ut ornamento homines exteros nos hoc liberalitatis genere in urbe nostra non egere.* Hospitalitas est ita necessaria præcipuè Episcopis, ut S. Gregorius scribens Joanni Episcopo dicat. *Hospitalitatem nesciens non fiat Episcopus.* Et S. Hieronymus Oceano. *Ante omnia* (inquit) *hospitalitas futuro Episcopo denunciatur. Si enim omnes illud Evangelii audire desiderant, hospes fui, & suscepistis me, quantò magis Episcopus, cujus domus omnium debet esse hospitium. Laicus enim unum, aut duos, aut paucos recipiens implebit hospitalitatis officium. Episcopus nisi omnes recipiat inhumanus est.* Romanos Pontifices etiam hospitalitatis officium exercuisse docet Martinus Papa I. epist. 16. *Ad Ecclesiam Romanam quisquis miserabilis homo venisset illum hospitio excepisse, omnia ad usum ei præbuisse, nec ullum repulisse, dedisseq; panem mundissimum & vinum diversum, &c.* Gregorius Papa pauperes & peregrinos hospitio & mensâ semper excipiebat, quæ actio ita fuit grata Deo, ut quemadmodum scribit S. Ambrosius supra cap. 5. de Abrahamo. *Ante ostium sedebat Abraham, sedebat in meridie, quando alii requiescebant ille hospitium explorabat adventus, meritò illi Deus apparuit ad quercum Mambre, quia fructum hospitalitatis studiosissimè requirebat, &c.* Sic Christus formam pauperis induens ad S. Gregorii mensam susceptus est, ut testatur Joannes Diaconus in vitâ S. Gregorii libr. 2. cap. 22. & 23. Sigebertus in Chronico, & Platina in vitâ Leonis IX. narrant, quod hic Pontifex circa annum 1048. ita in pauperes & peregrinos effusus fuit, ut cùm leprosum ante ædes suas inventum in lecto suo collocari jussisset; sequenti manè cum requirens minimè invenit, credidítque Christum in specie pauperis apparuisse. Existimo hospitalitatem ita Episcopis inculcari, quia sicut tempore Abraham, Loth, Job, ut notat Pineda in illud cap. 31. Job, *Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit.* Nullæ erant domus hospitales, quæ pauperes & peregrinos exciperent, nullæ viatorum cauponæ erant, nisi vir quispiam bonus & hospitalis hospitium præbuisset, viatores debuisset pernoctare in plateâ, in dio & mediâ viâ, cœli injuriis, & pertranseuntium petulantiæ expositi, maximè in regione Orientali. Sic in primitivâ Ecclesiâ plures fideles essent pauperes, nullaque forent xenodochia publica tempore persecutionis. Commendat Apostolus hospitalitatem præcipuè Episcopis, aitque esse virtutem ita illis necessariam, ut qui illa carent Episcopatu indigni sunt.

Cicero

S. Greg.

S. Hierõ.

Marti.

S. Amb.

V. At successu temporis cum Christianorum principum, & aliorum domus hospitales

hospitales erectæ sunt, officium hospitalitatis non ita videtur necessariò ab Episcopis exercendum, præcipuè ubi præfatæ ædes extructæ sunt, sed carum erectioni, promotioni ac conservationi invigilare debent. Ut more majorum domus hospitales propè Ecclesias ædificentur, vel saltem in loco magis salubri & commodo. Nomine autem ædium hospitalium intelliguntur Nosocomia, Orphanotrophia, Brephotrophia, Prochotrophia, Gerontocomia, Xenodochia, ad excipiendos egenos, pupillos, debiles, senes, peregrinos, mendicos: quorum locorum meminit Justinianus l. *sancimus*, 2. de sacrosanctis Ecclesiis. Et 13. quæst. 8. *in qualibet*, §. *sancimus*, & l. *illud*, C. *de sacrosanctis Ecclesiis*. De illis differunt Theodoretus lib. 5. Ecclesiasticæ historiæ cap. 18. Sozomenus lib. 6. Ecclesiast. histor. cap. 29. Quæ voces Græcè, Latinè significant extructas ædes ad pietatem exercendam erga pauperes, valetudinarios, pupillos, mendicos, egenos, infantes parentibus orbatos, senes, peregrinos & advenas indigentes. Jus igitur Canonicum per ædes hospitales intelligit locum ædificatum ad misericordiam & pietatem exercendam erga infirmos & egenos eos alendo & curando.

V. Hospitale duplex est, aliud sacrum, aliud prophanum. Primum constituitur cum licentiâ Episcopi, patet ex jure canonico, in quo extat titulus de Religiosis domibus auctoritate Episcopi extructis, doratis, vel deputatis ad hospitalitatem exercendam, cap. *ad hæc*, de religiosis domibus. Abbas & alii ibidem. Undè Tuschus verb. *Hospitale*, consil. 157. Si laicus instituat hæredem cum onere, ut à die obitus intra annum teneatur construere hospitale, aliàs sit ipso jure privatus hæreditate, nequit absque Episcopi licentiâ extruere. Roma 409. *quoad primum*, num. 10. verb. *quoad tertium*. A fortiori si sit Oratorium, Altare subest Episcopo, & censetur auctoritate & licentiâ Episcopi extructum, glossa in Clement. *quia contingit*, de religiosis domibus verb. *altaria* Lapus alleg. 42. in princip. verb. *ad quorum*, & in fin. vers. *ad tertium ait*, quod Episcopus deputans Capellanũ qui ministret infirmis sacramenta censetur ejus licentiâ extrui. Imò si nihil appareat erectionis auctoritate Episcopi factæ, Azorius part. 2. lib. 3. cap. 3. censet cum Federico & Lapo, Sylvestro verb. *Hospitale*, quæst. 11. vers. 5. esse locum religiosum & sacrum, præsertim si domus hospitalis nomen alicujus sancti assumpserit, ut domus hospitalis S. Michaelis, S. Lazari, S. Marthæ. Idem asserit Archidiaconus cap. *nemo*, de consecr. dist. 1. Potest Episcopus contra mentem testatoris locum in quo debeat construi mutare, & hæres tenetur exequi, Tuschus conc. 157.

VI. Quod si Episcopus noluit annuere erectioni hospitalitatis, tenetur hæres testatoris mentem assequi eo modo, quo potest, Roman. consil. 409. verb. *dico etiam*, cum Oratorio non habente formam Ecclesiæ, & tunc erit simplex & prophanum hospitale, quod quilibet potest ad nutum suum construere absque Episcopi licentiâ. Roman. consil. 477. *in casu propositæ*. Ratio est, quia oratorium privatum potest a quocumque construi, ut in eo oretur, non autem ut in eo missa celebretur, quia hoc fieri nequit absque licentia Episcopi Rom. consil. 477. num. 2 verb. *quin imò*. Tuschus verb. *hospitale*, conc. 157. verb. *Ecclesia*, concl. 23 & nos alibi. Hospitale prophanum non esse capax legatorum putat Calder. consil. 352. aliàs 23. de testam. Licet cõtrarium teneat Zabar. consil. 221. Ratio est quia cum sit licitum ei legari potest. Non potest hospitale ædificari à laico eâ lege, ut non sit locus religiosus, nec subsit Episcopo, tamen erit locus religiosus, & Episcopo suberit. Ratio est, quia nequit Laicus contraire legi, ita Tuschus supra consil. 149. Ideòque potest Episcopus compellere hæredes, ut defuncti mentem exequantur, & distribuant ea, quæ ad hospitalitatem sunt ordinata. Calder. consil. 417. aliàs 1. de religiosis domibus, præcipuè si testator voluerit ut sacerdos ei præficeretur. Tuschus supra & alii apud ipsum. Loca prophana destinata ad

hospitalitatem

hospitalitatem possunt revocari, ita Castrensis consil. 351. *Quæritur*, lib. 1, Pauperum hospitale quod non apparet religiosum vel prophanum, vel auctoritate Episcopi constructum, si habeat faciem loci Ecclesiastici judicatur & præsumitur Ecclesiasticum. Quod si careat signis loci Ecclesiastici judicatur prophanum. Federicus de Seno consil. 111. *quæstio talis*, Rom. cons. 409. *quoad primum*, in fine num. 12. verb *dico etiam*. Si Oratorium habeat campanile super tecto, cum campanâ, item si altare sit lapideum instar Ecclesiarum præsumitur locus religiosus. Calder. consil. 420. aliàs 4. de Relig. domibus, Rom. consil. 477. num. 12. Si sepeliantur defuncti Roman. consil. 477. num. 3. Ratio est, quia licet in loco prophano jure civili possit induci sepultura, secus est de jure canonico, & num. 11. Rom. ait esse locum prophanum ubi non est cœmiterium, & num. 12. vers. *quamvis enim*, dicit quod licet receptio primarum oblationum, onus baptisandi & sepeliendi non faciant Ecclesiã curatam, tamen constituunt locum Ecclesiasticum & religiosum. Item sinquiunt Antonius Butrius consil. 39. num. 19. vers. *ad novum*, Tuschus consil. 159. num. 21. Si hospitale Episcopo solvit censum. Ratio est, quia videtur signum subjectionis, & præsumitur fundatum auctoritate Episcopi, ex quo solvit censum.

VII. Concilium Tridentinum sess. 7. de Reformatione cap. 15. *Curent* (inquit) *Ordinarii, ut hospitalia quæcumque à suis administratoribus, quocumque illi nomine censeantur, etiam quomodolibet exemptis fideliter & diligenter gubernentur Constitutionis Viennensis, quæ incipit, Quia contingit, formâ servatâ, quam quidem constitutionem eadem sancta Synodus innovandam duxit & innovat cum derogationibus in eâ contentis.* Quibus verbis universaliter declarat hospitalia, & quæcumque alia loca pia sivè sint instituta auctoritate Episcopi, sivè absque, posse ab Episcopo visitari, & ita tenent Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. *hospitale*, num. 2. Marcellus Vulpe in praxi judic. fori Eccles. cap. 11. Balthasar Alcamirarus de visit. verb. & testamentorum num. 79. & verb. *aliis piis locis*, Paulus Fuscus de visit. lib. 2. cap. 13. numer. 21. Flaminius Parisius de resignat. benef. lib. 11. quæst. 3. num. 54. Josephus Mascardus de probat. conclus. 868. num. 30. & seq. Marcus Antonius variar. resolut. lib. 1. resol. 14. num. 7. vers. *si verò*, Azevedo lib. 3. num. 9, Bobadilla in suâ politicâ lib. 2. cap. 17. num. 139. Valascus consul. 105. num. 59. Nicolaus Garcias cap. 1. num. 602. Marta de jurisdictione part. 2. cap. 18. num. 2. & part. 4. casu 113. num. 30. Quamvis non fuerint erecta auctoritate Episcopi, tamen Episcopus videre potest an cuncta procedant juxta mentem testatoris; Abbas in cap. *inter dilectos*, numer. 12. de donat. Galetus in margarita casuũ conscientiæ. verb. *hospitale*, Barbosa de officio & potest. Episc. part. 3. allegat. 75. num. 7. Licet careant Ecclesiâ & altari, ita Covarruvias in cap. *tuanos*, num. 6. de testam. Navarrus consil. 3. de religiosis domibus apud Piasecium part. 2. cap. 3. numer. 33. Fuscus de visitat. lib. 2. cap. 13. numer. 21. Bobadilla in suâ politicâ lib. 2. cap. 17. num. 102. Marta de jurisdict. part. 2. cap. 18. Ratio est, quia tanquam Sedis Apostolicæ delegatus. Episcopus jus visitandi hospitalia, &c. Notant tamen Erasmus Chokier de jurisdictione Ordinarii in exemptos part. 1. quæst. 31. num. 4. Petrus de Vbaldis tract. de canon. Episc. cap. 4. vers. *quoad secundam quæst.* Piasecius in praxi novâ Episc. supra numer. 38. Marta de jurisdictione part. 2. cap. 23. Hospitale noviter erectum, cujus fundator est superstes posse visitari ab Episcopo, si habeat formam Ecclesiæ, vel sit fundatum auctoritate Episcopi. Ratio est, quia ejusmodi hospitale est domus Dei, est locus religiosus & pius cap. 2. de foro competenti cap. *adhæc*, de religiosis domibus. Marcus Antonius Genuensis in praxi Archiepisc. Neap. cap. 17. Flores variar. libr. 2. quæst. 21. num. 179. Benedictus Ægidius in repetit. lib. 1. num. 4. tit. 18. num. 962. Alphonsus Azevedo lib. 1. num. 26. tit. 1. lib. 4. & lib. 1. num. 4. tit. 18. lib. 9. novæ recopil. Zerola in

praxi

praxi Episc. part. 1. verb. *hospitale*, §. 3. dub. 2. Tuschus tomo 4. concl. 258. & 163. numer. 2. & 4. & tomo 6. littera P. concluſ. 338. Mantica de tacitis & ambiguis convent. libr. 25. tit. 6. num. 69. Rochus de visitat. verbo *hospitalis*, Gutierez can. lib. 1. cap. 35. num. 28. Mascardus de probat. conclus. 869. num. 9. Valascus consil. 105. num. 28. Felicianus de Solis, de censibus, lib. 2 cap. 3. num. 11. Menochius de recuperan. remed. 15. num. 22. Joseph Ludovicus decis. 30. num. 6. & 7. & decis. 93. num. 36. & 45. Antonius Nevites de Padilla in l. *si aquam*, C. *de servis. & aquâ*, num. 46. Tiraquellus de privileg. piæ causæ, in præfat verſ. *item relictum*, Alexander Treutaciquius variar. resolut. lib. 1. tit. de rescript. resol. 4. Brunorus à Sole in locis commun. verb. *hospitale*, num. 3. & 4. Cardosius eodem verbo numer. 3. Marta de jurisdict. part. 2. cap. 23. num. 19. & 23. Farinacius in praxi criminali part. 1. quæst. 28. num. 36. Nicolaus Garcias de benef. part. 3. cap. 1. num. 601. Ugolinus de potestate Episc. cap. 14. §. 4. num. 7. & §. 7. Vincentius de Anna sing. 90. Redoanus de rebus Ecclesiæ non alienandis quæst. 4. num. 27. & seq. & quæst. 149. num. 7. & quæst. 28. & quæst. 51. Achilles Pedrocha consil. 2. numer. 13. Hieronymus Magonius decis. 61. Carolus de Grassis de effect. Cleric. effect. 1. num. 122. Joannes Baptista Ciarlinus libr. 1. cap. 216. num. 13. Castro-Palao in opere morali tomo 2. tract. 13. disp. 1. punct. 7. num. 2. Navarrus in tract. sivè praxi elect. & var. fori tract. 2. quæst. 54. num. 12. Quamvis igitur (ut dictum est) non competat Episcopo visitatio hospitalis absque ejus auctoritate & consensu fundati, tamen illi competit ut Sedis Apostolicæ delegato ex Concilio Tridentino, & decidit Rota in Abulen. juris visitan. 28. Junii 1600. coram Cardinali Bonon. Postea Gregorius XV. editâ in lucem per Farinacium decis. 30. numer. 8. part. 2. recent. Nec refert quod testator prohibuerit nè Episcopus se intromittat, potest tamen hic compellere hæredem vel legatarium ad exe-

cutionem legatorum ad pias causas Ita Fuscus de visit. lib. 2. cap. 12. numer. 7. & 8. Ugolinus de potestate Episc. cap. 24. §. 1. num. 3. Duardus in bullâ Cœnæ lib. 4. can. 15. quæst. 17. num. 116. Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. *hospitale*, num. 2. Diana moral. resol. part. 1. tract. 2. resol 83. Ratio est quia illa clausula prohibitiva testatoris favore piarum dispositionum habetur pro non adjectâ, cap. *suanos*, Alphonsus de Leone de offic. Capellani quæst. 5. sect. 12. num. 203. Perez de Lara de capellan. & anniver. lib. 2. cap. 1. num. 16. Valascus consult. 105. num. 57. Marta de jurisdict. part. 4. casu 88. num. 14. & casu 113. num. 31. Pereira de nominat. Emphy. quæst. 19. num. 56. Barbosa part. 3. alleg. 75. num. 8, Nisi Episcopus in fundatione contentiat non visitare. Diana supra post Gonzales, Perez de Lara & alios. Undè Abbas in cap. *requisisti*, de testam. Paulus Duran. etiam post Lambertinum, Palatium, Rubeum, Bernardum Diaz ait in tractat. de condit. & modis impossibilibus part. 2. cap. 1. num. 107. non valere clausulam testatoris instituentis beneficium, vel dotantis Ecclesiam, eâ conditione, ut non subjaceat ordinationi Episcopi. Ratio est, quia talis conditio rejicienda est, ut turpis & à jure prohibita. Imò secundùm Homobonum de Ecclesiast. tract. 10. cap. 4. quæst. 13. sup. 1. Barbosam supra numer. 10. contra Dianam supra resol. 83. verſ. *tertiò explodituv Augustinus Barbosa*. Locus pius hospitalitatis sit privatim institutus intra ipsosmet instituentis ædes, si ab Episcopo licentiam postularit quærendi eleemosynam subjacet Episcopi visitationi. Ratio prima est, quia per talem licentiam Episcopus jus visitandi acquisivit. Ratio secunda, quia omnia nostra operamur, qualiter nostram interponimus auctoritatem.

In præfatis visitationibus hospitalium, quocumque nomine nuncupentur, debet Episcopus corrigere & reformare negligentiam vel dilapidationem bonorum, & ad praxim urgere voluntatem testatoris, Armendariz. in add. ad recopil. leg. Navarræ VIII.

lib. 1. tit. 6. lib. 2. numer. 74. Marta supra cap. 8. num. 5. Barbosa citat. num. 11. Potestque non tantùm corrigere & reformare ea, quæ deviant à voluntate fundatoris, sed etiam exigere rationem ab administratoribus hospitalis simul cum deputatis coram quibus solet reddi ratio, ita Armendariz supra num. 67. & Barbosa citat. Etiam advertere potest an rectores hospitalium lèprosorum, eleemosynarum, xenodochiorum negligenter se habeant in administratione non obstante quacumque exemptione. Ita Erasmus à Chokier de jurisdict. ordinar. in exemptos part. 2. quæst. 45. num. 79. post Clementinam *quia contingit*, de religiosis domibus. Barbosa supra num. 12. num. 57. 58, 59. Flores variar. lib. 3. cap. 21. num. 180. Stephanus Gratianus discept. forens. cap. 395. Aloysius in collect. decis. part. 3. collect. 714. Gonzales ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. numer. 45. & glossa 29. num. 3. Marta de jurisdict. part. 2. cap. 18. num. 6, 9. & 10. Guiterez lib. 1. cap. 35. num. 19. & seq. Rota Romana apud Farinacium decis. 255. part. 1. tom. 1, recent. Etiam singulis annis sublatis in contrarium privilegiis & consuetudinibus quibuscumque, nisi aliter expressè cautum sit in institutione & ordinatione talis Ecclesiæ seu fabricæ, ita auctores citati. Imò Aloysius Riccius in praxi fori Ecclesiast. resol. 134. in 2. edit. Barbosa supra num. 62. Potest Episcopus pluries repetere rationes, præcipuè si constet priores rationes dolosè redditas fuisse, vel si redditio non sit finalis & plena cum restitutione reliquorum. Quod si quis administrator hospitalium, vel piorum locorum videns se constitutum ad reddendam rationem suæ administrationis appelleret, licet admittatur appellatio, tamē non impedit, vel suspendit executionem. Homobonus supra quæst. 13. resol. 3. vers. *adverte*, Barbosa num. 62. ita decisum fuisse refert Zerola in praxi Episcopali part. 1. verb. *hospitale*, §. 3. vers. 6.

IX. Excipiuntur Azevedo lib. 3. num. 4. Marta cap. 18. num. 2. Perez de Lara de Capellaniis & anniversi. lib. 1. cap. 1. num. 49. Valascus consil. 105. num. 62. Georgius de Cebedo de patronatibus regiæ coronæ cap. 39. numer. 3. & cap. 42. num. 5. Hieronymus Cevallos commun. contra commun. quæst. 897. numer. 984. & de cognit. per viam violent. part. 2. quæst. 32. num. 4. Alzedo de præcel. Episc. dignit. part. 2. cap. 2. num 50. Marta de jurisdict. part. 2. cap. 18. num. 8. Barbosa supra num. 16. Hospitalia quæ sub immediatâ protectione Regum sunt. Cujusmodi celeberrimum Hospitale Ulyssiponense, de quo Cabedo supra cap. 39. Hieronymus Romanus de republicâ Christianâ lib. 5. cap. 22. Benedictus Ægidius ad lib. 1. C. de sacrosanct. Eccl. part. 1. num. 34. Pereira in tract. de manu regiâ cap. 17. de visitat. hospit. num. 11. Diana moral. resol. part. 1. tract. 2. resol. 100. Barbosa supra numer. 16. Addunt tamen Marta supra cap. 18. num. 4. & 8. Armendariz citatus numer. 71. & 72. Barbosa num. 20. Gabriel Perira de manu regiâ part. 2. cap. 17. num. 12. Diana part. 1. tract. 2. resol. 100. Joannes Baptista Ciarlinus supra cap. 65, num. 4. Quod quando hospitale est sub immediatâ protectione talis exceptionis, cognitio & decisio non spectat ad judicem sæcularem, sed ad Episcopum. Idem etiam censet noster Lezana tomo 2. quæst. regul. cap. 6. num. 11.

Quidam etiam excipiunt domos hospitales, quæ à regularibus administrantur, sed dico quamvis quoad observantiam regularem non subjiciantur Episcopo, possunt tamen ab Episcopo intuitu hospitalitatis visitari, ita Barbosa in Concil. Trident. sess. 22. cap. 8. Lezana supra num. 11. ubi referunt declaratum fuisse à Sacra Congregatione Episcopum Abulensem posse visitare quoddam hospitale de Olivedo, quamvis illius administratio pertineret ad religiosos Sancti Hieronymi. Idem Barbosa in collectaneis bullarum verb. *hospitalarius*; Lezana num. 12. referunt declaratum fuisse à S. Congregatione Episcop. & Regular. Hospitalia administrata à Fratribus sancti Joannis de Deo, non esse exempta à jurisdictione Ordinarii,

nisi

nisi dumtaxat quoad regularem observantiam.

XI. Hospitalia, quæ sunt instituta auctoritate Episcopi gaudent immunitate Ecclesiasticâ, adeò ut ad illa confugiens sit securus. Ita Franciscus de Vega in select. cap. *cum sit generale*, de foro compet. num. 45. Cialinus controvers. forens. lib. 1. cap. 116. numer. 7. Ludovicus Miranda de ordin. judic. quæst. 17. art. 7. concl. 2. Camillus Borrellus in summâ decis. sub tit. de his, qui ad Ecclesias confugiunt num. 4. Nicolaus Garcias de benef. part. 5. cap. 1. num. 61. & 62. Cardosius in praxi judicum & advocatorũ, verb. *Ecclesia*, num. 75. Azorius part. 2. lib. 9. cap. 8, Flores de Mena variar. lib. 3. quæst. 21. num. 175. & seq. Cutia Philipp. ex part. 3. §. 12. num. 1. Suarez de relig. tomo 1. tract. de locis sacris lib. 3. cap. 9. num. 9. Decianus tract. criminal. quæst. 6. cap. 24. num. 32. Farinacius in praxi criminali quæst. 28. numer. 36. Giurba cons. 10. num. 4. Valascus cons. 106 num. 43. Bobadilla in suâ Politicâ libr. 2. cap. 14. num. 80, Mascardus de probat. cons. 869. num. 18. Renatus Chopinus lib. 2. Monasticon, sivè de jure Cœnobiorum tit. 1. art, 27. Tuschus verb. *Hospitale*. concl. 163. num. 17. 18. Covarruvias lib. 2. var. cap. 20. num. 4. vers. 3. Barbosa part. 3. alleg. 75. num. 56. Antonius Menses de Padilla supra lib. 2. num. 49. Probatur ex leg. *omnia privilegia*, C. *de Episcopis, & Clericis*, apud Laurentium Clement. de pœnitent. & remissione.

XII. Rectores etiam hospitalium tam regularium, quàm aliorum, quæ licentiâ & consensu Episcopi erecta sunt gaudere privilegio fori, docent Carolus de Grassis supra effect. 1. numer. 117. Valascus consult. 105. numer. 32. Barbosa de officio & potest. Episc. allegat. 12. numer. 40. Diana tract. 1. de immunitate Eccles. resol. 66. noster Lezana tomo 2. quæst. regul, cap. 6. num. 17. Ratio est, quia etiamsi non sint regulares seu Ecclesiasticæ, tamen censendæ sunt Ecclesiasticæ eo modo, quo ipsa hospitalia Ecclesiastica sunt.

Ex illis quæ hospitalibus requirun- X
tur quartam falcidiam deduci non posse docent Gabriel lib. 4. commun. tit, *causa pia*, concluf. 2. numer. 16. Josephus Ludovicus Perusina decis. 30. num. Flores de Mena variar. lib. 2. quæst. 31. num. 190. Mascardus conc. 866. num. 12. Valascus supra consult. 105. numer. 39 Barbosa de officio & potest. Episc. part. 3. alleg. 76. num. 50. Ratio est, quia ex legatis ad pias causas nulla potest deduci falcidia. in Authent. *similiter*. C. *ad legem falcidiam*, & in corpore undè sumitur, in authenticâ *de Ecclesiasticis titul.* §. *sin autem hæres*, collat. 9. & ex l. *si quis ad declinandam ad finem*, ibi *nulla falcidia intercedente*. Patet etiam ex Tiraquello *de privileg. pia causæ*, privileg. 26. Covarruviâ in cap. *Raynal.* §. 3. num. 7. de testam. Idẽ censent Costa in cap. *si prater*, verb. *Trebellianica*, n. 13. Hugo Donellus in comment. juris civilis lib. 8. cap. 27. vers. *utrum autem*. Antonius Spinellus in speculo testamentorum glosa 8. principali numer. 92. Petrus Surdus de alimentis tit. 8. privileg. 18. num. 2. Peregrinus de fideicommiss. art. 3. num. 62. Gabriel supra tit. ad Trebell. num. 11. Cevallos commun. contra commun quæst. 155 Flores de Mena supra, Paulus Comitolus respons. moral. lib. 7. quæst. 10. num. 3. Antonius Pichardus in princip. institut. ad leg. falcidiam, Morla in emporio juris part. 1. titul. 5. in prælud. num. 27. vers. *neque*, Covarruvias supr. quæst. 54. num. 7. Marta de jurisdictione part. 4. centuriâ 2, casu 180. At legata relicta hospitalibus sunt ad pias causas ut patet.

Bona hospitalium, quæ Episcopi XIV
auctoritate instituta sunt, nequeunt præscribi minori tempore quàm quadraginta annorum, ita Cornelius consil. 119. num. 27, vol. 2. Marta de jurisdict. part. 4. centuriâ 2 casu 113. num. 14. Homobonus de examine Ecclesiastico tract. 10, cap. 4, quæst. 13, resolut. 3, vers. *quo etiam*, Novarius quæst. 54. num. 15. Barbosa supra numer. 54. Felinus cap. *de quarta*, num. 2. Joannes Balboa de præscript. prima parte quinta in principio num. 5. Padilla l. 2. num. 45. Cod. de servit.

Ratio est, quia res Ecclesiæ minori spatio quàm 40. annorum præscribi nequeunt, cap. *ad annos*, cap. *illud*, cap. *de quarta*, cum multis similibus de præscript. At eodem jure gaudent hospitalia (inquit Abbas cap. *accedentibus*, notab. 2. de privileg.) sed melius probat Barbosa ex Authentic. Ecclesiast. titul. §. *pro temporalibus*, collat 9. Ubi expressè decidit contra Ecclesias, & alia loca venerabilia (cujusmodi sunt hospitalia) solam quadraginta annorum præscriptionem opponi posse. Quod generaliter de aliis exactionibus eorum, quæ ad pias causas relinquitur sit intelligendum docent Tiraquellus piæ causæ privileg. 139 Covarruvias in reg. possess. part. 2. §. 2. num. 2. vers. *imò*, Molina de justitiâ tract. 2. disput. 72. vers. *hoc verò privilegium*, Barbosa supra num. 55. ait eodem privilegio gaudere hospitalia, quæ auctoritate Episcopi non sunt instituta. Ratio est, quia in ejusmodi hospitalibus opera pietatis exercentur. Igitur piis causis debent annumerari. Nec obstat defectus auctoritatis Episcopalis, hic enim enim tantùm efficit nè Religiosa & Ecclesiastica sint, non tamen impedit, quominus sint pia loca ex textu in dicto §. *pro temporalibus*. Ubi generaliter hoc quadraginta annorum privilegium conceditur pro omnibus præscriptionibus eorum, quæ ad pias causas relicta sunt, & sequuuntur. Barbosa supra, Fulgosius in leg. *omnes*, numer. 13. C *de sacrosanctis Ecclesiis*, contra Padillam supra lib. 2. num. 46. Valascum consul. 105. num. 43.

## CAPUT IX.

### *Potestas Episcopalis circa Collegia.*

1. Licet Collegium olim sumeretur pro congregatione & societate quorumcumque hominum, ut testantur Cicero 6. in Verrem, Plinius in epist. Seneca cap. 3. de tranquil. Suetonius in Augusto cap. 32. Livius libr. 6. de urbe. Tamen nunc vulgò sumitur pro loco, quo conveniunt aliqui ad docendum & studendum. Talibus collegiis abundasse S. Parentem Eliam asserunt sacri Scriptores tam veteres, quàm moderni. Joannes 44. Patriarcha Jerosolymitanus lib. de institut. Monach. cap. 10. scribit. quod cùm S. Prophe- Ioan. 44.
ta apud torrentem Carith latitaret. *Quidam timore Dei repleti cernentes Eliam verbo Domini tunc continere cœlum, quod pluviam non dabat super terram, ad eum tanquam veri Dei custodè accedebant occultè in solitudine Carith, ut sub ejus doctrinâ in cultu veri Dei persistere possent & idololatriam vitarent: hos itaque Deo devotos viros [illegible] secundùm formam à [illegible]tam habuit suæ vitæ monasti[illegible] primos discipulos & imitatores veros, quos etiam docuit prophetare, idest, ad laudem Dei cantica, hymnos & psalmos cum instrumentis musicis canere, &c.* Illis verbis, *habuit suæ vitæ monasticæ primos discipulos, & quos Eliam docuit prophetare, idest, ad laudem Dei cantica, &c. canere.* Patenter indicat torrentem Carith fuisse instar collegii moderni, infra explicans illud Siracidis Ecclesiastici cap. 48. *Prophetas facis successores post te.* Subdit. *Non ideò hoc dixit, ut spiritum prævidendi vel pronunciandi futura conferret: sed ideò potius, quia Elias Monachos successores post se instituit, non tantùm ad vitam monasticam observandam secundùm formam sibi à Deo traditam: sed etiam ad hoc serviturum ut in psalmis & canticis devotè Deo psallerent, & ut Deum non solùm corde & ore, sed etiam cum instrumentis musicis laudarent.* Similia habet sparsim. Collegiorum ab Eliâ institutorum etiam meminit Sanctius in cap. 17. lib. 3. Sanctius
Regum. *Quæris Abulensis quæst. 13. cur Elias ante suum discessum loca hîc commemorata lustraverit. Respondet autem id facere voluisse, quia ibi erant filiorum Prophetarum certa quædam collegia, qualia nunc sunt Religiosorum, &c.* Gordanus. *Venit de Galgalis in Bethel, Iericho & ad Iordanem suos discipulos visitans, & salutis monita illis proponens animat hoc extremo colloquio ad omnem pietatem & constantiam.* Menochius. *In Bethel, qui locus erat ab antiquo religiosus ibiq. collegium Prophe-* Gordan. Menoch.

tarum

Tirinus

*tarum, sive discipulorum Eliæ.* Tirinus in cap. 9. lib. 3. Reg. *Non una erat & certa sedes Eliæ, sed pro varia discipulorum suorum necessitate, vel solatio, nunc in Galgalis, nunc in Bethel, nunc in Iericho, ut colligitur ex lib. 4. Regum cap. 2, nunc in aliis locis degebat, sed frequentissimè in monte Carmelo, ubi & Eliseus Eliæ primarius discipulus commorari solebat, & uterque montem illum pluribus miraculis celeberrimum reddidit. Ibi Elias igne cœlesti victimas absumpsit, & 450. Sacerdotes Baal neci dedit cap. 18. Ex eodem monte bis quinquaginta milites Ochoziæ Regis eodem igne cœlesti protraxit, teste Abulensi. Eundem montem Eliseus frequentissimè adibat, ut patet lib. 4. Reg. cap. 2. & 4, nempè ut conditum istic sibi gregem discipulorum foveret, instrueret, roboraret.* Pondera hæc ultima verba. *foveret, instrueret, roboraret.* Prosequitur. *Et videtur hac in Carmelo prophetarum colonia ob frequentiorem istic Eliæ atque Elisei præsentiam, & præclariora ibi patrata miracula. Inter reliqua eorum Cœnobia principem locum tenuisse. Vnde & nomen illis adnatum Carmelitarum, quod idem nomen etiam in Evangelica lege, usque eò placuit viris fœminisq; sub nomine & auspicio B. Virginis in Ecclesia Christi huc usque magnâ vitæ sanctitate ac Religionis gloriâ militantibus, ut plurima alia ad speciem nobiliora nomina uni illi posthabenda putarint, veleam maximè ob causam, ni fallor, ut etiam ipso suo nomine palam orbi facerent sacrum hunc ordinem suum ab Elia & Eliseo disciplina, institutioneq; exordium habuisse, quod & Sixtus IV. & Iulius II. & Gregorius XIII. & Clemens VIII. & alii Pontifices suis bullis (ut Historicos & Auctores alios nunc omittam) apertè profitentur.* Expende has voces, *disciplinâ, institutioneq;* post Christi Ascensum Carmelitas collegialiter vixisse, ac in Christi disciplinâ instructos fuisse, & ad eam propagandam missos fuisse scribit Josephus Antiochenus his verbis. *Perfectorum militum Christi Apostolorum coadjutores, surrexerunt viri strenuissimi, solitarii, contemplationi dediti, sanctorum Prophetarum Eliæ & Eliseiæmulatores, qui de monte Carmelo descendentes per Galileam, Samariam & Palæstinam fidem Christi constantissimè sparserunt, quique in Virginis Mariæ honorem in Carmeli montis declivio subjacentes oratorium Salvatoris Matri specialiter servierunt.* Dionysius Carthusianus in 1. distin. 16. quæst. 2. de B. Virginis collegio. *Quotidie quoque seu tempore oportuno colebat fœliciter suum illud collegium centum viginti virginum ejus obsequio assistentium deputatum.* Quod Sanctus Elias omnimodi collegia lustrarit clarè exprimit Cornelius in 4. Regum cap. 2. ad illa verba, vers. 3. *Egressi sunt filii Prophetarum, qui erant in Bethel.* Subdit. *Erant hi discipuli Eliæ & Eliseiæ, aluerantq; Prophetarum qui quasi Religiosi totos se dabant Deo, quorum jam multa erant collegia in Galgalis, Bethel, Iericho, Carmelo, &c. ab Elia & aliis instituta, ideoq; Elias ante raptum ea hic visitavit, ut suos alumnos in vera fide, & aspero vitæ eremiticæ instituto confirmaret, ultimæq; salutis & perfectionis monita daret, & Eliseum successorem suum promulgaret, &c.* Idem habet Camartus Generalis Minimorum lib. de gestis Eliæ cap. 5. sect. 4. Idem animadvertit Dionysius ad vers. 2. cap. 2. lib. 4. Regum. *Dominus misit me in Bethel.* Sudit. *Hoc est ire jussit ad visitandum & consolandum filios Prophetarum ibi morantes.* Item in expositione morali. *Quemadmodum instante Elia translatione ivit ipse cum Eliseo, & visitavit suos discipulos. Sic Salvator passione sua instante assiduè adfuit suis Apostolis, perambulavit Iericho, & visitavit Bethaniam, &c.* Eisque multa mysteria enucleatius aperuit, ut de iis plebem imbuerent. Ut de Elia scribit Dionysius ad vers. 11. cap. citati. *Cumq; pergerent & incedentes sermocinarentur.* Hanc paraphrasim subnectens. *De divinis & pertinentibus ad salutem, ipso Eliâ Eliseum ad profectum & directionem Israelitica plebis hortante, ut filiis Prophetarum præesset.* Quod munus Eliseus & ejus successores optimè exercuerunt, ut videre est apud P. Lezanam in annalibus nostri Ordinis, & alios.

Joseph. Antioch.

l. 4. R. 2. v. 3.

l. 4. R. 2. v. 2.

vers. 11.

II.

Episcopum habere jus visitandi collegia docet Concilium Tridentinum sess. 22. de reformat. cap. 8. *Habeant* (inquit) *jus visitandi collegia quæcumque.* Ita ut ibi eadē exercere possit

videtur opinioni S. Dorothæi, Epiphanii, Isidori, existimantium Abdiam illum fuisse unum ex junioribus prophetis. Vel mercedem prophetæ accipiet, quemadmodum vitam prophetæ sustentavit suâ liberalitate ac hospitalitate, ita eius meritis vitam recuperabit. Testi est vidua Sareptana, cuius filium sanctus Elias intuitu hospitalitatis ad vitam revocavit, nam lib. 3. Reg. cap 17. vers. 20. 3. Reg. 17. v. 20 21. ita conqueritur: *Domine Deus meus, etiamnè viduam, apud quam ego ut cumque sustentor afflixisti, ut interficeres filium ejus.* Vers. 21. *Domine Deus meus reverta tur obsecro anima pueri hujus in viscera ejus.* Dionysius. Dionys. *Ista sunt verba familiarissimi amici Dei altissimi loquentis ad Deum ex summa fiducia, quasi per modum admirantis, & quodammodo veluti increpantis, quod ita tractaverit viduam bonam, cum servo Dei tam misericorditer omni die agentem.* Quasi diceret, per prophetam tuum Isaiam hortatus es divites ad liberalitatem Isaiæ c. 58. v. 7. ac hospitalitatem, cap. 58, vers. 7; *Frange esurienti panem tuum & egenos vagos, induc in Domum tuam, cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris* Huic officio charitativo promittit vers. 8. *Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur, & ambulabit faciem tuam justitia tua, & gloria domini colliget te* Vers. 9. *Tunc invocabis & ipse exaudiet, clamabis & dicet, ecce adsum.* Hæc mulier pauperrima unicum panem habebat modicæ refectioni congruum, tamen mihi erogavit præter naturæ ordinè pluris faciens mihi prius quàm sibi & filio, induxit mè etiam in domum suam, me licet extraneum ac ignotũ non despexit, sed oculis misericordiæ respexit, & tantùm abest, ut lumine matutino ejus domum perfuderis, quin potius privasti eam unico (quem habebat) filio, qui lumen oculorum ejus, & baculus senectutis erat, tantùm abest ut eam è mediis calamitatum tenebris eripueris, quin ad extremam miseriam reduxisti. Tantùm abest ut emplastrum efficacissimum ejus plagis adhibueris quin potius vulnus læthale, imò mortem unicæ ejus proli influxisti. Nè quæso hoc oraculum inefficax reddas. His dictis vers. 22. *Exaudivit Dominus vocem Eliæ, & reversa est anima pueri in viscera ejus; & revixit.* Joannes 44. cap. 12. docet istũ puerum qui primus omnium mortalium fuit ad vitam revocatus, fuisse primum ordine temporis S. Eliæ discipulum, quem Jonam nominat. *Primus ordine temporis ad vitam monasticam per Eliam vocatus fuit S. Jonas, de regione Geth, quæ est in Offir, filius illius mulieris viduæ, cui ligna colligenti in Sarepta Sydoniorum Elias obviavit, & in cujus domo latuit dum rex Achab per omnes gentes & regna eum ad mortem perquiri fecit. Hunc Jonam puerum Elias tunc resuscitavit à mortuis, cùm sustentaretur in domo matris illius. Quem ob hoc mater ex devotione tradidit Eliæ erudiendum in disciplina prophetica vitæ Monasticæ, & factus Eliæ discipulus ministravit ei.* Idem stipendium ac merces hospitalitatis refertur lib. 4. Regum cap. 4. Cùm enim S. Eliseus de more transiret per Sunam (quæ urbs erat in tribu Issachar, quam adibat vir Dei, iter de Carmelo faciens in Jericho aut Bethel, aut Galgala, invisens subjecta sibi collegia Prophetarum) insignis quædam mulier, tam opibus, quàm moribus conspicuâ; marito persuasit, ut cœnaculum suâ supellectile instructum præpararetur quò virum Dei, illac frequenter transeuntem hospitio exciperent. Quod ubi crebrius factum esset Eliseus jurà hospitalitatis aliquâ gratitudine ac mercede rependere volens mulierem accersitam rogat per famulum suum Giezi num regiâ aliquâ gratiâ indigeat, promittens se pro eâ obtinenda omnem operam impensurum, vers. 13. *Ecce sedulo in omnibus ministrasti nobis, quid vis, ut faciam tibi? Numquid habes negotium, & vis ut loquar regi sive principi militiæ?* Dionysius. *Si egès auxilio meo, libenter te apud regem juvabo.* Quæ cùm oblatum favorem, ut potè sibi tunc inutilem recusasset. Vers. 14. dixit Giezi. *Ne quæras, filium enim non habet, & vir ejus senex est.* Ideoque spe prolis careat, nisi divinitus ei opem ferat. Propheta Deo pro ejus fœcunditate humiliter exorato, vers. 15. *Præcepit, ut vocaret eam* 4. Reg. 4. v. 13.

Ioan. 4.

vers. 22.

vers. 15.

*quæ*

*quæ cùm vocata fuisset & stetisset ante ostium, dixit ad eam, in tempore isto, in hac eadem hora, si vita comes fuerit habebis in utero filium.* Idest intra tempus quod conceptioni, gestationiq́ue necessarium est, hospitalitatem mulieris aliâ iterùm mercede compensavit. cùm enim crevisset filius Sunamitidis, tertiumq́ue annum ageret, delatus est ad Patrẽ, qui cum Messoribus erat in agro, ubi ferventis solis radio percussus malè habere cœpit, & delatus ad Matrem. Hæc pro suo in unigenitum amore posuit eum super genua sua usque ad meridiem, & obiit: Mater exanimis concepit spem resurrectionis studio Elisei, quem aditura puerulum defunctum super lectulum viri Dei collocat, & dissimulatâ morte, nè senex de morte unigeniti nimiùm angeretur petiit ab eo commeatum excurrendi cum famulo & asinâ usque ad Carmelum. Quo impetrato perrexit ad virum Dei. Quam cùm appropinquantem vidisset, ex colle vir Dei, causæ ignarus, misit famulum in occursum ejus, scisciatum an rectè ageretur circa se, aut circa virum suum aut prolem. Quæ verita, nè dimitteretur ex viâ, cum ironiâ, respondit (inquit Salianus) rectè. Ubi venit ad montem, ad pedes viri Dei advoluta est tota mœrore confecta. Postquam sic ad pedes Dei se prostravit, cùm eam Giezi amovere vellet, ait Propheta vers. 27. *Dimitte illam, anima ejus in amaritudine est, & Dominus celavit me, & non indicavit mihi.* Postquam mulier tacita jacuit ad pedes ejus & lacrymis; singultibusq́ue locuta est; tandem suum mœrorem abruptâ oratione expressit, vers. 28. *Nunquid petivi filium à Domino meo, numquid non dixi tibi, nè illudas mr.* Quasi diceret, satius fuisset non genuisse filium; quàm eo tam brevi tempore privari; non est hospitalitatis merces, quæ concessa statim evanescit. Cajetanus addit mulierem credidisse ob præstitam toties hospitalitatem mortem filii fortè ad Dei honorem, & majus sui solatium, quod ex eo probatur quod puerulum defunctum collocarit in lecto peregrini. Propheta commiseratione cõmotus erga hospitem suam jubet famulum suum Giezi festinare cum baculo suo, & imponere corpori defuncti. Giezi celeriter antecedit, tandem urgente muliere, ipsemet Propheta se itineri accingit, ingressus domum pergit ad cœnaculum suum in quo puer jacebat mortuus in lecto, tandem præmissis nonnullis ritibus ac orationibus, quæ sunt alterius otii ac instituti, puerum ad vitam revocavit, S. Ambrosius lib. 2. de Abraham cap. 5. hanc resurrectionem non præfatis ritibus ac precibus ascribit, sed hospitalitati. *Elisæus defuncti pignoris resuscitatione donata resolvit hospiti pensionem.* S. Ambr. His præmiis majora & ampliora se adjecturum promittit. Christus etiam porrigenti peregrino potum aquæ frigidæ, Matthæi cap. 10. vers. 24. *Quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine discipuli, amen dico vobis non perdet mercedem suam.* S. Ambrosius lib. 1. cap. 5 proximè citato de hospitalitate differens. *Hæc* (inquit) *est grata hominibus & accepta Deo. Undè Dominus Iesus cum quicumque dederit hospiti calicem aquæ frigidæ cœlestium asserit præmiorum non exortem futurum.* Audiamus severi ac æqui judicis sententiam Matthæi cap. 25. n. 34. *Venite benedicti Patris mei possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esurivi enim & dedistis mihi manducare: sitivi & dedistis mihi bibere.* Et vers. 41 *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis ejus. Esurivi enim & non dedistis mihi manducare, sitivi & non dedistis mihi potum.* Sanctus Chrysologus serm. 14. hanc sententiam ponderans. *In cælo* (inquit) *prima est esurientis annona, primâ stipendia pauperis tractantur in cælo; erogatio pauperis prima divinis scribitur in diurnis.* De his & aliis hospitalitatis fructibus luculentius alibi differendũ. Nunc quod jus habeat Episcopus in hospitalium erectione & administratione expendamus. Maximè cùm Apostolus Timotheo & Tito inter alias virtutes hospitalitatem specialiter commendet, ut notat S. Ambrosius lib. 1. de Abraham cap. 5. *Est enim non mediocris ea virtus, unde & Apo-*

*stolus principaliter eam in Episcopo esse oportere gemma scriptionis docuit auctoritate, ut præsto sit advenientibus & occurrat obviam, & itinera exploret, & adsit non quærentibus, & rapiat prætergredientes* Optimè S. Doctor utitur verbo *oportere* conformiter ad monitum Apostolicum. *Oportet ergò Episcopum irreprehensibilem esse, &c. hospitalem.* Non ait expedit, congruum est; consultum est. Idem scribit Tito cap. 1. vers. 7. & 8. *Oportet Episcopum esse sine crimine, &c. hospitalem.* Idest necessaria est hospitalitas Episcopo, ideò ad eam facilius, promptius, ac generalius exercendam Ecclesia tantas opes Episcopis attribuit, & Episcopatu indignus est, qui hospitalitatem nescit exercere, quæ tam excellens est ut apud Gentiles illi præclarissimi censeantur, qui hospitū susceptores erāt. Sic Homerus Ulyssem effert, eo quod hospitum non susceptor modò, verùm comes etiam deductor esset. Imò hospitalitatem divinitati attribuerūt veteres hospitalem Jovem appellantes, sub cujus tutela hospites esse credebantur. Virgilius libr. 1. Æneidos ita illum affatur. *Jupiter hospitibus, nam te dare jura loquuntur.* Sic lib. 2. Machab. cap. 6. locum quendam Antiochus Jovis hospitalis vocavit in Garizim, ubi Samaritani advenas, Persas & Medos excipiebant.

1. Tim. c. 3. v. 2.

Tit. c. 1. v. 7. et 8.

Virgil.

l. 2. Mac. cap. 6.

IV. Quare Princeps eloquentiæ libr. 2. de officiis non immeritò hæc pronunciat. *Rectè à Theophrasto laudata est hospitalitas. Est enim ut mihi quidem videtur, valdè decorum patere domus hominum illustrium illustribus hospitibus itaque etiam reipublica est ornamento homines exteros nos hac liberalitatis genere in urbe nostra non egere.* Hospitalitas est ita necessaria præcipuè Episcopis, ut S. Gregorius scribens Joanni Episcopo dicat. *Hospitalitatem nesciens non fiat Episcopus.* Et S. Hieronymus Oceano. *Ante omnia* (inquit) *hospitalitas futuro Episcopo denunciatur. Si enim omnes illud Evangelii audire desiderant, hospes fui, & suscepistis me, quantò magis Episcopus, cujus domus omnium debet esse hospitium. Laicus enim unum, aut duos, aut paucos recipiens implebit hospitalitatis officium. Episcopus nisi omnes recipiat inhumanus est.* Romanos Pontifices etiam hospitalitatis officium exercuisse docet Martinus Papa I. epist. 16. *Ad Ecclesiam Romanam quisquis miserabilis homo venisset illum hospitio excepisse, omnia ad usum ei præbuisse, nec ullum repulisse, dedisseq; panem mundissimum & vinum diversum, &c.* Gregorius Papa pauperes & peregrinos hospitio & mensâ semper excipiebat, quæ actio ita fuit grata Deo, ut quemadmodum scribit S. Ambrosius supra cap. 5. de Abrahamo. *Ante ostium sedebat Abraham, sedebat in meridie, quando alii requiescebant ille hospitium explorabat adventus, meritò illi Deus apparuit ad quercum Mambre, quia fructum hospitalitatis studiosissimè requirebat, &c.* Sic Christus formam pauperis induens ad S. Gregorii mensam susceptus est, ut testatur Joannes Diaconus in vitâ S. Gregorii libr. 2. cap. 22. & 23. Sigebertus in Chronico, & Platina in vitâ Leonis IX. narrant, quod hic Pontifex circa annum 1048. ita in pauperes & peregrinos effusus fuit, ut cùm leprosum ante ædes suas inventum in lecto suo collocari jussisset, sequenti manè cum requirens minimè invenit, credidit què Christum in specie pauperis apparuisse. Existimo hospitalitatem ita Episcopis inculcari, quia sicut tempore Abraham, Loth, Job, ut notat Pineda in illud cap. 31. Job, *Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit.* Nullæ erant domus hospitales, quæ pauperes & peregrinos exciperent, nullæ viatorum cauponæ erant, nisi vir quispiam bonus & hospitalis hospitium præbuisset, viatores debuisset pernoctare in platea, in dio & mediâ viâ, cœli injuriis, & pertranseuntium petulantiæ expositi, maximè in regione Orientali. Sic in primitivâ Ecclesiâ plures fideles essent pauperes, nullaque forent xenodochia publica tempore persecutionis. Commendat Apostolus hospitalitatem præcipuè Episcopis, aitque esse virtutem ita illis necessariam, ut qui illa carent Episcopatu indigni sunt.

Cicero

S. Greg.

S. Hierō.

S. Amb.

At successu temporis cum Christianorum principum, & aliorum domus V.

hospitales

hospitales erectæ sunt, officium hospitalitatis non ita videtur necessariò ab Episcopis exercendum, præcipuè ubi præfatæ ædes extructæ sunt, sed earum erectioni, promotioni ac conservationi invigilare debent. Ut more majorum domus hospitales propè Ecclesias ædificentur, vel saltem in loco magis salubri & commodo. Nomine autem ædium hospitalium intelliguntur Nosocomia, Orphanotrophia, Brephotrophia, Prochotrophia, Gerontocomia, Xenodochia, ad excipiendos egenos, pupillos, debiles, senes, peregrinos, mendicos: quorum locorum meminit Justinianus l. *sancimus*, 2. de sacrosanctis Ecclesiis. Et 13. quæst. 8. *in qualibet*, §. *sancimus*, & l. *illud*, C. *de sacrosanctis Ecclesiis*. De illis differunt Theodoretus lib. 5. Ecclesiasticæ historiæ cap. 18. Sozomenus lib. 6. Ecclesiast. histor. cap. 29. Quæ voces Græcè, Latinè significant extructas ædes ad pietatem exercendam erga pauperes, valetudinarios, pupillos, mendicos, egenos, infantes parentibus orbatos, senes, peregrinos & advenas indigentes. Jus igitur Canonicum per ædes hospitales intelligit locum ædificatum ad misericordiam & pietatem exercendam erga infirmos & egenos eos alendo & curando.

V. Hospitale duplex est, aliud sacrum, aliud prophanum. Primum constituitur cum licentiâ Episcopi, patet ex jure canonico, in quo extat titulus de Religiosis domibus auctoritate Episcopi extructis, doratis, vel deputatis ad hospitalitatem exercendam, cap. *ad hæc*, de religiosis domibus. Abbas & alii ibidem. Undè Tuschus verb. *Hospitale*, consil. 157. Si laicus instituat hæredem cum onere, ut à die obitus intra annum teneatur construere hospitale, aliàs sit ipso jure privatus hæreditate, nequit absque Episcopi licentiâ extruere. Roma 409. *quoad primum*, num. 10. verb. *quoad tertium*. A fortiori si sit Oratorium, Altare subest Episcopo, & censetur auctoritate & licentiâ Episcopi extructum, glossa in Clement. *quia contingit*, de religiosis domibus verb. *altaria*. Lapus alleg. 42. in princip. verb. *ad quorum*, & in fin. vers. *ad tertium ait*, quod Episcopus deputans Capellanũ qui ministret infirmis sacramenta censetur ejus licentiâ extrui. Imò si nihil appareat erectionis auctoritate Episcopi factæ, Azorius part 2. lib. 3. cap. 3. cenſet cum Federico & Lapo, Sylvestro verb. *Hospitale*, quæst. 11. vers. 5. esse locum religiosum & sacrum, præsertim si domus hospitalis nomen alicujus sancti assumpserit, ut domus hospitalis S. Michaelis, S. Lazari, S. Marthæ. Idem asserit Archidiaconus cap. *nemo*, de consecr. dist. 1. Potest Episcopus contra mentem testatoris locum in quo debeat construi mutare, & hæres tenetur exequi, Tuschus conc. 157.

Quod si Episcopus noluit annuere VI. erectioni hospitalitatis, tenetur hæres testatoris mentem assequi eo modo, quo potest, Roman. consil. 409. verb. *dico etiam*, cum Oratorio non habente formam Ecclesiæ, & tunc erit simplex & prophanum hospitale, quod quilibet potest ad nutum suum construere absque Episcopi licentiâ. Roman. consil 477. *in casu propositæ*. Ratio est, quia oratorium privatum potest a quocumque construi, ut in eo oretur, non autem ut in eo missa celebretur, quia hoc fieri nequit absque licentia Episcopi: Rom. consil. 477. num. 2. verb. *quin imò*. Tuschus verb. *hospitale*, conc. 157. verb. *Ecclesia*, concl. 23 & nos alibi. Hospitale prophanum non esse capax legatorum putat Calder. consil. 352. aliàs 23. de testam. Licet cõtrarium teneat Zabar. consil. 221. Ratio est quia cum sit licitum ei legari potest. Non potest hospitale ædificari à laico eâ lege, ut non sit locus religiosus, nec subsit Episcopo, tamen erit locus religiosus, & Episcopo suberit. Ratio est, quia nequit Laicus contraire legi, ita Tuschus supra consil. 149. Ideòque potest Episcopus compellere hæredes, ut defuncti mentem exequantur, & distribuant ea, quæ ad hospitalitatem sunt ordinata. Calder. consil. 417. aliàs 1. de religiosis domibus, præcipuè si testator voluerit ut sacerdos ei præficeretur. Tuschus supra & alii apud ipsum. Loca prophana destinata ad hospitalitatem

hospitalitatem possunt revocari, ita Castrensis consil. 351. *Quæritur*, lib. 1. Pauperum hospitale quod non apparet religiosum vel prophanum, vel auctoritate Episcopi constructum, si habeat faciem loci Ecclesiastici judicatur & præsumitur Ecclesiasticum. Quod si careat signis loci Ecclesiastici judicatur prophanum. Federicus de Seno consil. 111. *quæstio talis*, Rom. cons. 409. *quoad primum*, in fine num. 12. verb. *dico etiam*. Si Oratorium habeat campanile super tecto, cum campanâ, item si altare sit lapideum instar Ecclesiarum præsumitur locus religiosus. Calder. consil. 420. aliàs 4. de Relig. domibus, Rom. consil. 477. num. 12. Si sepeliantur defuncti Roman. consil. 477. num. 3. Ratio est, quia licet in loco prophano jure civili possit induci sepultura, secus est de jure canonico, & num. 11. Rom. ait esse locum prophanum ubi non est cœmiterium, & num. 12. vers. *quamvis enim*, dicit quod licet receptio primarum oblationum, onus baptisandi & sepeliendi non faciant Ecclesiã curatam, tamen constituunt locum Ecclesiasticum & religiosum. Item (inquiunt Antonius Butrius consil. 39. num. 19. vers. *ad novum*, Tuschus consil. 159. num. 21. Si hospitale Episcopo solvit censum. Ratio est, quia videtur signum subjectionis, & præsumitur fundatum auctoritate Episcopi, ex quo solvit censum.

VII. Concilium Tridentinum sess. 7. de Reformatione cap. 15. *Curent* (inquit) *Ordinarii, ut hospitalia quæcumque à suis administratoribus, quocumque illi nomine censeantur, etiam quomodolibet exemptis fideliter & diligenter gubernentur Constitutionis Viennensis, quæ incipit, Quia contingit, formâ servatâ, quam quidem constitutionem eadem sancta Synodus innovandam duxit & innovat cum derogationibus in eâ contentis.* Quibus verbis universaliter declarat hospitalia, & quæcumque alia loca pia sivè sint instituta auctoritate Episcopi, sivè absque, posse ab Episcopo visitari, & ita tenent Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. *hospitale*, num. 2. Marcellus Vulpe in praxi judic. fori Eccles. cap. 21. Balthasar Alcamirarus de visit. verb. & testamentorum num. 79. & verb. *aliis piis locis*, Paulus Fuscus de visit. lib. 2. cap. 13. numer. 21. Flaminius Parisius de resignat. benef. lib. 11. quæst. 3. num. 54. Josephus Mascardus de probat. conclus. 868. num. 30. & seq. Marcus Antonius variar. resolut. lib. 1. resol. 14. num. 7. vers. *si verò*, Azevedo lib. 3. num. 9, Bobadilla in suâ politicâ lib. 2. cap. 17. num. 159. Valascus consul. 105. num. 59. Nicolaus Garcias cap. 1. num. 602. Marta de jurisdictione part. 2. cap. 18. num. 2. & part. 4. cassu 113. num. 30. Quamvis non fuerint erecta auctoritate Episcopi, tamen Episcopus videre potest an cuncta procedant juxta mentem testatoris: Abbas in cap. *inter dilectos*, numer. 12. de donat. Galetus in margarita casuũ conscientiæ. verb. *hospitale*, Barbosa de officio & potest. Episc. part. 3. allegat. 75. num. 7. Licet careant Ecclesiâ & altari, ita Covarruvias in cap. *tuanos*, num. 6. de testam. Navarrus consil. 3. de religiosis domibus apud Piasecium part. 2. cap. 3. numer. 33. Fuscus de visitat. lib. 2. cap. 13. numer. 21. Bobadilla in suâ politicâ lib. 2. cap. 17. num. 102. Marta de jurisdict. part. 2. cap. 18. Ratio est, quia tanquam Sedis Apostolicæ delegatus. Episcopus jus visitandi hospitalia, &c. Notant tamen Erasmus Chokier de jurisdictione Ordinarii in exemptos part. 1. quæst. 31. num. 4. Petrus de Vbaldis tract. de canon. Episc. cap. 4. vers. *quoad secundam quæst.* Piasecius in praxi novâ Episc. supra numer. 38. Marta de jurisdictione part. 2. cap. 23. Hospitale noviter erectum, cujus fundator est superstes posse visitari ab Episcopo, si habeat formam Ecclesiæ, vel sit fundatum auctoritate Episcopi. Ratio est, quia ejusmodi hospitale est domus Dei, est locus religiosus & pius cap. 2. de foro competenti cap. *adhæc*, de religiosis domibus. Marcus Antonius Genuensis in praxi Archiepisc. Neap. cap. 17. Flores variar. libr. 2. quæst. 21. num. 179. Benedictus Ægidius in repetit. lib. 1. num. 4. tit. 18. num. 962. Alphonsus Azevedo lib. 1. num. 26. tit. 1. lib. 4. & lib. 1. num. 4. tit. 18. lib. 9. novæ recopil. Zerola in

praxi

praxi Episc. part. 1. verb. *hospitale*, §. 3. dub. 2. Tuschus tomo 4. concl. 258. & 163. numer. 2. & 4. & tomo 6. littera P. concluſ. 338. Mantica de tacitis & ambiguis convent. libr. 25. tit. 6. num. 69. Rochus de visitat. verbo *hospitalia*, Gutierez can. lib. 1. cap. 35. num. 28. Mascardus de probat. conclus. 869. num. 9. Valascus consil. 105. num. 28. Felicianus de Solis, de censibus. lib. 2 cap. 3. num. 11. Menochius de recuperan. remed. 15. num. 22. Joseph Ludovicus decis. 30. num. 6. & 7. & decis. 93. num. 36. & 45. Antonius Nevites de Padilla in l. *si aquam*, C. *de servit. & aquâ*, num. 46. Tiraquellus de privileg. piæ cauſæ, in præfat verſ. *item relictum*, Alexander Treutaciquius variar. resolut. lib. 1. tit. de reſcript. resol. 4. Brunarus à Sole in locis commun. verb. *hospitale*, num. 3. & 4. Cardosius eodem verbo numer. 3. Marta de jurisdict. part. 2. cap. 23. num. 19. & 23. Farinacius in praxi criminali part. 1. quæſt. 28. num. 36. Nicolaus Garcias de benef. part. 5. cap. 1. num. 601. Ugolinus de poteſtate Episc. cap. 14. §. 4. num. 7. & §. 7. Vincentius de Anna ſing. 90. Redoanus de rebus Eccleſiæ non alienandis quæſt. 4. num. 27. & ſeq. & quæſt. 149. num. 7. & quæſt. 28. & quæſt. 51. Achilles Pedrocha conſil. 2. numer. 15. Hieronymus Magonius decis. 61. Carolus de Graſſiis de effect. Cleric. effect. 1. num. 122. Joannes Baptiſta Ciarlinus libr. 1. cap. 216. num. 13. Caſtro-Palao in opere morali tomo 2. tract. 13. diſp. 1. punct. 7. num. 2. Navarrus in tract. ſivè praxi elect. & var. fori tract. 2. quæſt. 54. num. 12. Quamvis igitur (ut dictum eſt) non competat Epiſcopo viſitatio hoſpitalis abſque ejus auctoritate & conſenſu fundati, tamen illi competit ut Sedis Apoſtolicæ delegato ex Concilio Tridentino; & decidit Rota in Abulen. juris viſitan. 28. Junii 1600. coram Cardinali Bonon. Poſtea Gregorius XV. editâ in lucem per Farinacium deciſ. 30. numer. 8. part. 2. recent. Nec refert quod teſtator prohibuerit nè Epiſcopus ſe intromittat, poteſt tamen hic compellere hæredem vel legatarium ad exécutionem legatorum ad pias cauſas. Ita Fuſcus de viſit. lib. 2. cap. 12. numer. 7. & 8. Ugolinus de poteſtate Epiſc. cap. 24. §. 1. num. 3. Duardus in bullâ Cœnæ lib. 4. can. 15. quæſt. 17. num. 116. Zerola in praxi Epiſc. part. 1. verb. *hoſpitale*, num. 2. Diana moral. reſol. part. 1. tract. 2. reſol 83. Ratio eſt quia illa clauſula prohibitiva teſtatoris favore piarum diſpoſitionum habetur pro non adjectâ, cap. *tuanos*, Alphonſus de Leone de offic. Capellani quæſt. 5. ſect. 12. num. 203. Perez de Lara de capellan. & anniver. lib. 2. cap. 1. num. 16. Valaſcus conſult. 105. num. 57. Marta de juriſdict. part. 4. caſu 88. num. 14. & caſu 113. num. 31. Pereira de nominat. Emphy. quæſt. 19. num. 56. Barboſa part. 3. alleg. 75. num. 8. Niſi Epiſcopus in fundatione conſentiat non viſitare. Diana ſupra poſt Gonzales, Perez de Lara & alios. Undè Abbas in cap. *requiſiſti*, de teſtam. Paulus Duran. etiam poſt Lambertinum, Palatium Rubeum, Bernardum Diaz ait in tract. de condit. & modis impoſſibilibus part. 2. cap. 1. num. 107. non valere clauſulam teſtatoris inſtituentis beneficium, vel dotantis Eccleſiam, eâ conditione, ut non ſubjaceat ordinationi Epiſcopi. Ratio eſt, quia talis conditio rejicienda eſt, ut turpis & à jure prohibita. Imò ſecundùm Homobonum de Eccleſiaſt. tract. 10. cap. 4. quæſt. 13. ſup. 1. Barboſam ſupra numer. 10. contra Dianam ſupra reſol. 83. verſ. *tertiò explodituꝛ Auguſtinus Barboſa*. Locus pius hoſpitalitatis ſit privatim inſtitutus intra ipſoſmet inſtituentis ædes, ſi ab Epiſcopo licentiam poſtularit quærendi eleemoſynam ſubjacet Epiſcopi viſitationi. Ratio prima eſt, quia per talem licentiam Epiſcopus jus viſitandi acquiſivit. Ratio ſecunda, quia omnia noſtra operamur, qualiter noſtram interponimus auctoritatem.

In præfatis viſitationibus hoſpitalium, quocumque nomine nuncupentur, debet Epiſcopus corrigere & reformare negligentiam vel dilapidationem bonorum, & ad praxim urgere voluntatem teſtatoris, Armendariz. in add. ad recopil. leg. Navarræ VIII.

lib. 1. tit. 6. lib. 2. nnmer. 74. Marta supra cap. 8. num. 5. Barbosa citat. num. 11. Potestque non tantùm corrigere & reformare ea, quæ deviant à voluntate fundatoris, sed etiam exigere rationem ab administratoribus hospitalis simul cum deputatis coram quibus solet reddi ratio, ita Armendariz supra num. 67. & Barbosa citat. Etiam advertere potest an rectores hospitalium lèprosorum, eleemosynarum, xenodochiorum negligenter se habeant in administratione non obstante quacumque exemptione. Ita Eraimus à Chokier de jurisdict. ordinar. in exemptos part. 2. quæst. 45. num. 79. post Clementinam *quia contingit*, de religiosis domibus. Barbosa supra num. 12. num. 57. 58, 59. Flores variar. lib. 3. cap. 21. num. 180. Stephanus Gratianus discept. forens. cap. 395. Aloysius in collect. decis. part. 3. collect. 714. Gonzales ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. numer. 45. & glossa 29. num. 3. Marta de jurisdict. part. 2. cap. 18. num. 6, 9. & 10. Guiterez lib. 1. cap. 35. num. 19. & seq. Rota Romana apud Farinacium decis. 255. part. 1. tom. 1, recent. Etiam singulis annis sublatis in contrarium privilegiis & consuetudinibus quibuscumque, nisi aliter expressè cautum sit in institutione & ordinatione talis Ecclesiæ seu fabricæ, ita auctores citati. Imò Aloysius Riccius in praxi fori Ecclesiast. resol. 134. in 2. edit. Barbosa supra num. 62. Potest Episcopus pluries repetere rationes, præcipuè si constet priores rationes dolosè redditas fuisse, vel si redditio non sit finalis & plena cum restitutione reliquorum. Quod si quis administrator hospitalium, vel piorum locorum videns se constitutum ad reddendam rationem suæ administrationis appelleт, licet admittatur appellatio, tamè non impedit, vel suspendit executionem. Homobonus supra quæst. 13. resol. 3. vers. *adverte*, Barbosa num. 62. ita decisum fuisse refert Zerola in praxi Episcopali part. 1. verb. *hospitale*, §. 3. vers. 6.

IX. Excipiuntur Azevedo lib. 3. num. 4. Marta cap. 18. num. 2. Perez de Lara de Capellaniis & anniversi. lib. 1. cap. 1. num. 49. Valascus consil. 105. num. 62. Georgius de Cebedo de patronatibus regiæ coronæ cap. 39. numer. 3. & cap. 42. num. 5. Hieronymus Cevallos commun. contra commun. quæst. 897. numer. 984. & de cognit. per viam violent. part. 2. quæst. 32. num. 4. Alzedo de præcel. Episc. dignit. part. 2. cap. 2. num. 50. Marta de jurisdict. part. 2. cap 18. num. 8. Barbosa supra num. 16. Hospitalia quæ sub immediatâ protectione Regum sunt. Cujusmodi celeberrimum Hospitale Ulyssiponense, de quo Cabedo supra cap. 39. Hieronymus Romanus de republicâ Christianâ lib. 3. cap. 22. Benedictus Ægidius ad lib. 1. C. de sacrosanct. Eccl. part. 1. num. 34. Pereira in tract. de manu regiâ cap. 17. de visitat. hospit. num. 11. Diana moral. resol. part. 1. tract. 2. resol. 100. Barbosa supra numer. 16. Addunt tamen Marta supra cap. 18. num. 4. & 8. Armendariz citatus numer. 71. & 72. Barbosa num. 20. Gabriel Perira de manu regiâ part. 2. cap. 17. num. 12. Diana part. 1. tract. 2. resol. 109. Joannes Baptista Ciarlinus supra cap. 65, num. 4. Quod quando hospitale est sub immediatâ protectione talis exceptionis, cognitio & decisio non spectat ad judicem sæcularem, sed ad Episcopum. Idem etiam censet noster Lezana tomo 2. quæst. regul. cap. 6. num. 11.

Quidam etiam excipiunt domos hospitales, quæ à regularibus administrantur, sed dico quamvis quoad observantiam regularem non subjiciantur Episcopo, possunt tamen ab Episcopo intuitu hospitalitatis visitari, ita Barbosa in Concil. Trident. sess. 22. cap. 8. Lezana supra num. 11. ubi referunt declaratum fuisse à Sacra Congregatione Episcopum Abulensem posse visitare quoddam hospitale de Olivedo, quamvis illius administratio pertineret ad religiosos Sancti Hieronymi. Idem Barbosa in collectaneis bullarum verb. *hospitalarius*, Lezana num. 12. referunt declaratum fuisse à S. Congregatione Episcop. & Regular. Hospitalia administrata à Fratribus sancti Joannis de Deo, non esse exempta à jurisdictione Ordinarii.

X. nisi

nisi dumtaxat quoad regularem observantiam.

XI. Hospitalia, quæ sunt instituta auctoritate Episcopi gaudent immunitate Ecclesiasticâ, adeò ut ad illa confugiens sit securus. Ita Franciscus de Vega in select. cap. *cum sit generale*, de foro compet. num. 45. Cialinus controvers. forens. lib. 1. cap 116. numer. 7. Ludovicus Miranda de ordin. judic. quæst. 17. art. 7. concl. 2. Camillus Borrellus in summâ decis. sub tit. de his, qui ad Ecclesias confugiunt num. 4. Nicolaus Garcias de benef. part. 5. cap. 1. num. 61. & 62. Cardosius in praxi judicum & advocatorũ, verb. *Ecclesia*, num. 75. Azorius part. 2. lib. 9. cap. 8, Flores de Mena variar. lib. 3. quæst. 21. num. 175. & seq. Curia Philipp. ex part. 3. §. 12. num. 1. Suarez de relig. tomo 1. tract. de locis sacris lib. 3. cap. 9. num. 9. Decianus tract. criminal. quæst. 6. cap. 24. num. 32. Farinacius in praxi criminali quæst. 28. numer. 36. Giurba cons. 10. num. 4. Valascus cons. 106 num. 43. Bobadilla in suâ Politicâ libr. 2. cap. 14. num. 80, Mascardus de probat. cons. 869. num. 18. Renatus Chopinus lib. 2. Monasticon, sivè de jure Cœnobiorum tit. 1. art, 27. Tuschus verb. *Hospitale*, concl. 163. num. 17. 18. Covarruvias lib. 2. var. cap. 20. num. 4. vers. 3. Barbosa part. 3. alleg. 75. num. 56. Antonius Menesses de Padilla supra lib. 2. num. 49. Probatur ex leg. *omnia privilegia*, C. *de Episcopis, & Clericis*, apud Laurentium Clement. de pœnitent. & remissione.

XII. Rectores etiam hospitalium tam regularium, quàm aliorum, quæ licentiâ & consensu Episcopi erecta sunt gaudere privilegio fori, docent Carolus de Graffis supra effect. 1. numer. 117. Valascus consult. 105. numer. 32. Barbosa de officio & potest. Episc. allegat. 12. numer. 40. Diana tract. 1. de immunitate Eccles. resol. 66. noster Lezana tomo 2. quæst. regul, cap. 6. num. 17. Ratio est, quia etiamsi non sint regulares seu Ecclesiasticæ, tamen censendæ sunt Ecclesiasticæ eo modo, quo ipsa hospitalia Ecclesiastica sunt.

Ex illis quæ hospitalibus requiruntur quartam falcidiam deduci non posse docent Gabriel lib. 4, commun. tit, *causa pia*, concluf. 2. numer. 16. Josephus Ludovicus Perusina decis. 30. num. Flores de Mena variar. lib. 2. quæst. 31. num. 190. Mascardus conc. 866. num. 12. Valascus supra consult. 105. numer. 39 Barbosa de officio & potest. Episc. part. 3. alleg. 76. num. 50. Ratio est, quia ex legatis ad pias causas nulla potest deduci falcidia. in Authent. *similiter*. C. *ad legem falcidiam*, & in corpore undè sumitur, in authenticâ *de Ecclesiasticis titul.* §. *sin autem hæres*, collat. 9. & ex l. *si quis ad declinandam ad finem*, ibi *nulla falcidia intercedente*. Patet etiam ex Tiraquello *de privileg. pia causæ*, privileg. 26. Covarruvia in cap *Raynal.* 3. num. 7. de testam. Idẽ censent Costa in cap. *si prater*, verb. *Trebellianica*, n. 13. Hugo Donellus in comment. juris civilis lib. 8. cap. 27. vers. *utrum autem*. Antonius Spinellus in speculo testamentorum glosa 8. principali numer. 92. Petrus Surdus de alimentis tit. 8. privileg. 18. num. 2. Peregrinus de fideicommiss. art. 3. num. 62. Gabriel supra tit. ad Trebell. num. 11. Cevallos commun. contra commun quæst. 155 Flores de Mena supra, Paulus Comitolus respons. moral. lib. 7. quæst. 10. num. 3. Antonius Pichardus in princip. institut. ad leg. falcidiam, Morla in emporio juris part. 1. titul. 5. in prælud. num. 27. vers. *neque*, Covarruvias supr. quæst. 54. num. 7. Marta de jurisdictione part. 4. centuriâ 2. casu 130. At legata relicta hospitalibus sunt ad pias causas ut patet. XIII

Bona hospitalium, quæ Episcopi auctoritate instituta sunt, nequeunt præscribi minori tempore quàm quadraginta annorum, ita Cornelius consil. 119. num. 27, vol. 2. Marta de jurisdict. part. 4. centuriâ 2. casu 113. num. 14. Homobonus de examine Ecclesiastico tract. 10. cap. 4. quæst. 13. resolut. 3, vers. *quo etiam*, Novarius quæst. 54. num. 15. Barbosa supra numer. 54. Felinus cap. *de quarta*, num. 2. Joannes Balboa de præscript. prima parte quinta in principio num. 5. Padilla l. 2. num. 45. Cod. de servit. XIV

Ratio est, quia res Ecclesiæ minori spatio quàm 40. annorum præscribi nequeunt, cap. *ad annos*, cap. *illud*, cap. *de quarta*, cum multis similibus de præscript. At eodem jure gaudent hospitalia (inquit Abbas cap. *accedentibus*, notab. 2. de privileg.) sed melius probat Barbosa ex Authentic. Ecclesiast. titul. §. *pro temporalibus*, collat 9. Ubi expressè decidit contra Ecclesias, & alia loca venerabilia (cujusmodi sunt hospitalia) solam quadraginta annorum præscriptionem opponi posse. Quod generaliter de aliis exactionibus eorum, quæ ad pias causas relinquitur sit intelligendum docent Tiraquellus piæ causæ privileg. 139 Covarruvias in reg. possess. part. 2. §. 2. num. 2. vers. *imò*, Molina de justitiâ tract. 2. disput. 72. vers. *hoc verò privilegium*, Barbosa supra num. 55. ait eodem privilegio gaudere hospitalia, quæ auctoritate Episcopi non sunt instituta. Ratio est, quia in ejusmodi hospitalibus opera pietatis exercentur. Igitur pijs causis debent annumerari. Nec obstat defectus auctoritatis Episcopalis, hic enim enim tantùm efficit nè Religiosa & Ecclesiastica sint, non tamen impedit, quominus sint pia loca ex textu in dicto §. *pro temporalibus*. Ubi generaliter hoc quadraginta annorum privilegium conceditur pro omnibus præscriptionibus eorum, quæ ad pias causas relicta sunt, & sequuuntur. Barbosa supra, Fulgosius in leg. *omnes*, numer. 13. C *de sacrosanctis Ecclesiis*, contra Padillam supra lib. 2. num. 46. Valascum consul. 105. num. 43.

## CAPUT IX.

### *Potestas Episcopalis circa Collegia.*

1. Licet Collegium olim sumerctur pro congregatione & societate quorumcumque hominum, ut testantur Cicero 6. in Verrem, Plinius in epist. Seneca cap. 3. de tranquil. Suetonius in Augusto cap. 32. Livius libr. 6. de urbe. Tamen nunc vulgò sumitur pro loco, quo conveniunt aliqui ad docendum & studendum. Talibus collegiis abundasse S. Parentem Eliam asserunt sacri Scriptores tam veteres, quàm moderni. Joannes 44. Patriarcha Jerosolymitanus lib. de institut. Monach. cap. 10. scribit. quod cùm S. Propheta apud torrentem Carith latitaret. Ioan. 44. *Quidam timere Dei repleti cernentes Eliam verbo Domini tunc continere cœlum, quod pluviam non dabat super terram, ad eum tanquam veri Dei custodè accedebant occultè in solitudine Carith, ut sub ejus doctrinâ in cultu veri Dei persistere possent & idololatriam vitarent: hos itaque Deo devotos viros Elias secundùm formam à Deo traditam habuit suæ vitæ monasticæ primos discipulos & imitatores veros, quos etiam docuit prophetare, ideſt, ad laudem Dei cantica, hymnos & psalmos cum instrumentis musicis canere, &c.* Illis verbis, *habuit suæ vitæ monasticæ primos discipulos, & quos Eliam docuit prophetare, ideſt, ad laudem Dei cantica, &c. canere.* Patenter indicat torrentem Carith fuisse instar collegii moderni, infra explicans illud Siracidis Ecclesiastici cap. 48. *Prophetas facis successores post te.* Subdit. *Non ideò hoc dixit, ut spiritum prævidendi vel pronunciandi futura conferret: sed ideò potius, quia Elias Monachos successores post se instituit, non tantùm ad vitam monasticam observandam secundùm formam sibi à Deo traditam: sed etiam ad hoc servituros ut in psalmis & canticis devotè Deo psallerent, & ut Deum non solùm corde & ore, sed etiam cum instrumentis musicis laudarent.* Similia habet sparsim. Collegiorum ab Eliâ institutorum etiam meminit Sanctius in cap. 17. lib. 3. Regum. Sanctius *Quærit Abulensis quæst. 13. cur Elias ante suum discessum loca hìc commemorata lustraverit. Respondet autem id facere voluisse, quia ibi erant filiorum Prophetarum certa quædam collegia, qualia nunc sunt Religiosorum, &c.* Gordanus. *Venit de Galgalis in Bethel, Iericho & ad Iordanem suos discipulos* Gordan. *visitans, & salutis monita illis proponens animas hoc extremo colloquio ad omnem pietatem & constantiam.* Menochius. *In Bethel, qui locus erat ab antiquo religiosus ibiq; collegium Prophe-* Menoch. *tarum*

Tirinus

*sarum, sive discipulorum Eliæ.* Tirinus in cap. 9. lib. 3. Reg. *Non una erat & certa sedes Eliæ, sed pro varia discipulorum suorum necessitate, vel solatio, nunc in Galgalis, nunc in Bethel, nunc in Iericho, ut colligitur ex lib. 4. Regum cap. 2, nunc in aliis locis degebat, sed frequentissimè in monte Carmelo, ubi & Eliseus Eliæ primarius discipulus commorari solebat, & uterque montem illum pluribus miraculis celeberrimum reddidit. Ibi Elias igne cælesti victimas absumpsit, & 450. Sacerdotes Baal neci dedit cap. 18. Ex eodem monte bis quinquaginta milites Ochoziæ Regis eodem igne cæleſti protrivit, teste Abulensi. Eundem montem Eliseus frequentissimè adibat, ut patet lib. 4. Reg. cap. 2. & 4, nempè ut conditum istic sibi gregem discipulorum foveret, instrueret, roboraret.* Pondera hæc ultima verba. *foveret, instrueret, roboraret.* Prosequitur. *Et videtur hæc in Carmelo prophetarum colonia ob frequentiorem istic Eliæ atque Elisei præsentiam, & præclariora ibi patrata miracula. Inter reliqua eorum Cœnobia principem locum tenuisse. Vnde & nomen illis adnatum Carmelitarum, quod idem nomen etiam in Evangelica lege, usque eò placuit viris fœminisq; sub nomine & auspicio B. Virginis in Ecclesia Christi huc usque magnâ vitæ sanctitate ac Religionis gloriâ militantibus, ut plurima alia ad speciem nobiliora nomina uni illi posthabenda putarint, vel tam maximè ob causam, ni fallor, ut etiam ipso suo nomine palam orbi facerent sacrum hunc ordinem suum ab Eliæ & Elisei disciplina, institutioneq; exordium habuisse, quod & Sixtus IV. & Iulius II. & Gregorius XIII. & Clemens VIII. & alii Pontifices suis bullis (ut Historicos & Auctores alios nunc omittam) apertè profitentur.* Expende has voces, *disciplinâ, institutioneq;*, post Christi Ascensum Carmelitas collegialiter vixisse, ac in Christi disciplinâ instructos fuisse, & ad eam propagandam missos fuisse scribit Josephus Antiochenus his verbis. *Perfectorum militum Christi Apostolorum coadjutores, surrexerunt viri strenuissimi, solitarii, contemplationi dediti, sanctorum Prophetarum Eliæ & Elisei sequaces, qui de monte Carmelo descendentes per Galileam, Samariam & Palæstinam fidem Christi constantissimè sparserunt, quique in Virginis Mariæ honorem in Carmeli montis declivio subjacentes oratorium Salvatoris Matri specialiter servierunt.* Dionysius Carthusianus in 1. distin. 16. quæst. 2. de B. Virginis collegio. *Quotidie quoque seu tempore opportuno celebrabat fœliciter suum illud collegium centum viginti virginum ejus obsequio ac regimini deputatum.* Quod Sanctus Elias omnimodi collegia lustrarit clarè exprimit Cornelius in 4. Regum cap. 2. ad illa verba, vers. 3. *Egressi sunt filii Prophetarum, qui erant in Bethel.* Subdit. *Erant hi discipuli Eliæ & Elisei, alterius Prophetarum qui quasi Religiosi totos se dabant Deo, quorum jam multa erant collegia in Galgalis, Bethel, Iericho, Carmelo, &c. ab Elia & aliis instituta, ideoq; Elias ante raptum ea hic visitavit, ut suos alumnos in vera fide, & aspero vitæ eremiticæ instituto confirmaret, ultimis salutis & perfectionis mentis armaret, & Eliseum successorem suum promulgaret, &c.* Idem habet Camarus Generalis Minimorum lib. de gestis Eliæ cap. 5. sect. 4. Idem animadvertit Dionysius ad vers. 2. cap. 2. lib. 4. Regum. *Dominus misit me in Bethel.* Subdit. *Hoc est ire jussit ad visitandum & consolandum filios Prophetarum ibi morantes.* Item in expositione morali. *Quemadmodum instante Eliæ translatione ivit ipse cum Eliseo, & visitavit suos discipulos. Sic Salvator passione sua instante assiduè adfuit suis Apostolis, perambulavit Iericho, & visitavit Bethaniam, &c.* Eisque multa mysteria enucleatius aperuit, ut de iis plebem imbuerent. Ut de Elia scribit Dionysius ad vers. 11. cap. citati. *Cumq; pergerent & incedentes sermocinarentur.* Hanc paraphrasim subnectens. *De divinis & pertinentibus ad salutem, ipse Elias Eliseum ad profectum & directionem Israelitica plebis hortante, ut filiis Prophetarum præesset.* Quod munus Eliseus & ejus successores optimè exercuerunt, ut videre est apud P. Lezanam in annalibus nostri Ordinis, & alios.

Joseph. Antioch.

l. 4. c. 2.

l. 4. c. 2. v. 2.

vers. 11.

II. Episcopum habere jus visitandi collegia docet Concilium Tridentinum sess. 22. de reformat. cap. 8. *Habeant* (inquit) *jus visitandi collegia quæcumque.* Ita ut ibi eadē exercere possit

quæ in visitatione hospitalium. Ratiõ est, quia (inquiunt Gironda de gabellis part. 7. num. 24. Azevedo lib. 10. num. 26, tit. 1. lib. 4. & l. 1. num. 3, tit. 18. lib. 9. Garcias supra part. 5. cap. 1. num. 612.) sunt loca pia instituta pro sustentatione pauperum, vel aliorum egenorum, gaudent privilegiis Ecclesiæ, & sunt de jurisdictione Ecclesiasticâ, maximè si sint fundata auctoritate Episcopi. Decianus tract. criminali lib. 4. cap. 9. num. 41. Armendariz in addit. ad recopil. legũ Navarræ lib. 3. tit. 20. de confrariis, num. 9. & alii apud Azevedo lib. 10. num 25. tit. 1. lib. 8. recopil. Resolvunt, quod si collegium, ut collegium convenitur, debet examinari an major pars sit Clericorum, quia tunc ad Ecclesiasticum forum & judicium spectat: si autem major pars sit laicorum ad sæculare (de quâ distinctione ipsemet Decianus proximè citatus dubitat) debet intelligi de collegiis omninò prophanis, ut in universitatibus, de quibus nominatim agunt, non ita tamen adaptatur collegiis Episcopi auctoritate fundatis ad pia opera, ut benè explicãt Azevedo sup. num. 27. Barbosa citatus num. 30.

III. An Collegiorum bona à solutione gabellarum eximantur disputant aliqui, & distinguunt. Vel (inquiunt) bona collegiorum relicta sunt ad pios usus pro missis scilicet, vel pauperibus alendis, &c. Vel in prophanos usus expenduntur, ut in convivia, ludos, & similia. In priori casu eximuntur à solutione gabellæ. Hanc distinctionem affert Petrus Nunniz de Avendanno de exequendis mandatis, part. 2. cap. 14 num. 32. post Baldum Lazarte de decimâ venditionis in addit. cap. 18. num. 9, Gabriel, Garcias, Gironda, Salazar de gabellis, Azevedo ad l. 1 tit. 18. lib. 9. recop. Gutier. de gabellis quæst. 97. num. 18. Et partim sequitur Molina de justitiâ tomo 3. disp. 671. Curia Philip. part. 2. lib. 1, cap. 14, Præfatæ distinctionis fundamentum est quod priori casu illa collegia sint pia, ac proindè Ecclesiastico privilegio gaudere debeant ex generali regulâ textus l. *omnia*, 34. C. *de Episcopis & Clericis*, Ex quâ colligitur pia loca gaudere privilegiis Ecclesiasticis. Barbosa supra num. 34. post alios proponit exemplum de collegiis Salmanticæ, & alibi institutis pro pauperibus & scholasticis alendis. Porrò hanc exceptionem collegiorum à solutione Gabellæ, Barbosa extendit ad collegia etiam absque Episcopi auctoritate fundata.

IV. Quod Collegia seu Universitates beneficio restitutionis in integrum gaudeant, docet Barbosa supra num. 40. Ratio est, quia Respublicæ, Civitates, castra, villæ, &c. bona sua habent sub alienâ curâ, & per administratores gubernantur, l. *Respubl.* C. *ex quibus causis majores*, l. *Rempublicam* C. *de jure repub.* l. 11. Augustinus Berous num. 131. Marcus Mantica numer. 33. Abbas num. 15. in dict. cap. 1. de restitut. in integrum. Mauritius de restitut. in integrum, cap. 417. Sfortia quæst. 3. art, 9. 10. 11. Pereira verb. *minoribus*, num. 16. Morla tit. 5. num. 9. vers. 11, & alii citati à Bernardo Alphano collect. 650. Sed Collegia & Universitates reipublicæ æquiparantur, l. 2. §. *quibus*, ff. *quod universitatis nomine*. Prosequitur & distinguit post alios Sfortia supra quæst. 3. art. 12. Plura apud Barbosam num. 41. quod ab eorum administratoribus possit exigere rationem, patet ex Barbosa supra num. 57. & seq.

V. Studentes sunt subditi Episcopo loci in quo student, quoad Sacramenta Pœnitentiæ & Eucharistiæ, verbi gratiâ, studentes Parisiis Archiepiscopo Parisiensi, studentes Coloniæ Colonienſi Archiepiscopo, &c. Idque ex consuetudine generali Ecclesiæ, vel ex interpretativâ voluntate Sedis Apostolicæ, ita Bonacina de censuris disp. 1. quæst. 3. puncto 2. num. 5. Henriquez in summâ lib. 14. cap. 20. §, 5. Barbosa de officio & potest. Episcopi part. 2. alleg. 39. num. 5. Homobonus de examine Eccles. tractat. 12. cap. 4. quæst. 16. resol. 4. Naldus in summa verb. *absolutio à peccatis*, numer. 9. Novarius conc. 2. numer. 2. Duardus in bullam Cœnæ lib. 3 §, 2, quæst. 11. num. 19. Marchinus tract. 1. part. 9. diffic. 5. num. 1, Floronus de casibus reservatis part. 1. cap. 4.

§. 7.

§. 7. num. 10. Bossius tract. de triplici jubil. privilegio sect. 1. casu 10. §. 6. num. 113. Trullench in expositione bullæ cruciatæ lib. 2. cap. 3. dub. 4. numer. 6. Nicolaus Garcias part. 11. cap. 10. numer. 139. Zerola in praxi Episcopi part. 1. verb. *Vicarius*, §. 18. dub. 4. Sanchez de matrimonio lib. 3. disp. 23. num. 12. & in præcepta decalogi lib. 2. cap. 11. num. 8. 9. & 17. Suarez de Pœnitent. tom. 4. disp. 20. sect. 2. num. 3.

VI. Quemadmodum potest Episcopus dispensare in voto & juramento sui subditi in suâ Diœcesi domicilium habentis, ita potest dispensare in voto scholaris, qui in studio commoratur & in loco studii habitat, quamvis non habeat domicilium, ita Henriquez lib. 3. de pœnitent. cap. 14. §. 1. Sanchez de Matrimonio lib. 3. disp. 23. num. 11. & duobus seq. Lessius de justit. lib. 2. cap. 40. dubio 13. numer. 103. contra Abbatem in cap. *nullus*, num. 4. de Parochis, Angelum, Tabienam, Sylvestrum verb. *domicilium*. Suarez lib. 6. tract. de voto cap. 11. num. 11. Ratio est quia hic non requiritur domicilium, sed sufficit habitatio majore parte anni, ut Episcopus possit dispensare in votis, & administrare Pœnitentiæ & Eucharistiæ Sacramenta, sivè necessaria, ut Sacramenta Confessionis & Eucharistiæ, sivè voluntaria, cujusmodi est Sacramentum Confirmationis.

## CAPUT X.

### *Potestas Episcopalis circa Monasteriorum erectionem, & Regularis reformationem, & nullitatis emissæ Professionis declarationem.*

I. NOva Monasteria erigi non posse absque Diœcesani Episcopi licentiâ prius obtentâ statuit Concilium Tridentinum sess. 25. de regularibus cap. 3. in fine his verbis. *Nec de cætero similia loca erigantur sine Episcopi in cujus Diœcesi erigenda sunt licentiâ prius obtentâ.* Idem resolvunt Erasmus à Chokier de jurisdictione Ordinarii part. 1. quæst. 36. & part. 2. quæst. 45. num. 36. Miranda in manuali prælatorum tomo 1. quæst. 33. art. 1. conc. 3. Barbosa in citatum textum & de officio & potestat Episcopi part. 2. alleg. 26. num. 3. Dionysius Venerii, Leyna in examine Episcop. lib. 6. cap. 10. Campanile in dubiis juris canon. rub. 12. cap. 13. num. 80. & 81. Aloysius in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. part. 1. decis. 182. numer. 4. & part. 2. decis. 75. Joannes à Cruce de statu Relig. lib. 2. cap. 8. Ugolinus de potestate Episcop. cap. 20. Piasecius in praxi Episc. part. 2. cap. 3. numer. 47. Fr. Emmanuel tomo 1. quæst. regul. quæst. 23. art. 7. Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. *Monachi*, §. 1. & 2. Hieronymus Rodericus in compendio quæst. regul. resolut. 55. numer. 3. Tamburinus de jure Abbatissarum disput. 33. quæst. 1. num. 2. Ex nostris Lezana tomo 4. quæst. regul. verb. *Monasteria*, num. 2. Probatur primò ex textu in cap. *nuper*. de privileg. lib. 6. & in cap. *cum olim*, glossa verb. *revocari*, Rota apud Farinacium decis. 745. part. 2. recent. Ratio favet, quia cum Episcopus habeat jurisdictionem immediatam & ordinariam in suâ Diœcesi, sitque pastor illius, debet providere ut gregi suo subministrentur ad salutem ovium suarum necessaria, cujusmodi sunt verbum Dei, Sacramenta Confessionis & Communionis, Confraternitates, lucrum indulgentiarum, quæ per Religiosos præcipuè Mendicantes suppeditari possunt. Undè si in uno oppido Parochus non sufficiat, potest Episcopus permittere erectionem unius monasterii ad subveniendum populo in præmissis. Si in uno oppido sit monasterium in extremâ parte loci, & ad eum non sit facilis accessus populo ad officia Christianæ religionis audienda, recipienda sacramenta extrà tempus Paschale, ob distantiam, & infirmitatem potest Episcopus dare facultatem aliud monasterium erigendi, ut hi pari gratiâ gaudeant, ac alij.

Undè Sacra Synodus Tridentina II. nullam

nullam mentionem Magistratuum, vel Dominorum temporalium, non enim, ait. *Nec de cæterò similia loca erigantur*, sine Magistratus, vel Domini temporalis, in quorum oppido vel ditione *erigenda, sunt licentiâ prius obtentâ*, sed absque *Diœcesani Episcopi potestate*. Quæ cùm absolutè collata sit ab Ecclesiâ nequit eam partialiter, vel totaliter cedere in favorem cujusquam temporalem jurisdictionem habentis absque consensu Ecclesiæ, seu Sedis Apostolicæ. Ratio prima est quia ejusmodi jus seu auctoritas Episcopalis est, quasi quoddam fidei commissum, quod Episcopus nequit minuere vel illi renunciare, nisi accedat consensus dictæ Ecclesiæ, seu Sedis Apostolicæ. Secunda, quia ejusmodi cessio seu contractus est quædam species alienationis boni Ecclesiastici, quam Ecclesia strictissimè prohibet, ita Bonacina de alienatione bonorum Ecclesiast. quæst. unic. puncto 3. num. 1. Quaranta in summa bullæ verb. *alienatio*, num. 15. & 16. & alii. Et minus admittenda & toleranda est quàm boni temporalis cum spiritnali, sit nobilius & perfectius temporali, pluris æstimandum; & consequenter minus amovibile. Tertia, ejusmodi potestatis spiritualis translatio, cessio, abdicatio, seu contractus Episcopi cum quocumque alio vergit in præjudicium successorum, qui ad ejusmodi consensum præbendum, & alia jura seu bona Episcopalia tam spiritualia, quàm temporalia abdicandà adigentur. Quarta, sequeretur non posse a Prælatis Ecclesiasticis mitti missionarios Religiosos in partes & regiones infidelium & hæreticorum, nec permittere ut ubi collegialiter vivant invitis Dominis temporalibus, cujus contrarium testantur historiæ Indicæ, &c. de quibus Deo juvante tomo 6. hujus operis disseremus. Quinta ratio, imò sequeretur Præsules in terris Christianorum esse deterioris conditionis ac minoris auctoritatis quàm in terris infidelium.

III. Quod Congregationes sivè sæculares, sivè regulares, seu Capitula nequeant inducere ad cessionem faciendam, vel contractus ineundos, ac observandos inviolabiliter de non admittendis Monasteriis in aliquo loco suæ Diœcesis, nisi consentientibus prefatis Congregationibus & Capitulis. Patet primò, quia talis cõditionalis promissio seu contractus est ex parte Episcopi diminutio suæ potestatis ab Ecclesiâ collatę, ex parte contrahentis cum ipso usurpatio ejusdē potestatis. Secundò, quia hoc pacto innuitur Episcopum non pollere eâ prudentiâ ad regimen suæ Ecclesiæ & gregis necessariâ ab Apostolo 1. ad Timoth. cap. 3. vers. 2. commendatâ tam seriò, quæ inter alia in eo consistit, ut vineæ suæ sufficientem operariorum numerum adhibeat, juxta illud ejusdem Apostoli Actor. cap. 20. vers. 26, *Attendite vobis & universo gregi*. Tacitè (inquam) Episcopum imprudentem esse arbitrantur, quandoquidem in negotio non ita arduo (cujusmodi est nova monasterii erectio) administros illi adscribant, qui non tantùm consultivum, sed etiam decisivum suffragium ferant. Tertiò, ejusmodi obligatio seu ligamen potius contentionis, quàm pacis & concordiæ inter Episcopum & alios contrahentes causa esse potest. Quartò, potius cõemptum quàm respectum Episcopo debitum generare potest. Quintò, cùm Episcopi suam auctoritatem fovere, ac omni studio propugnare debeant, hoc pacto insigniter permittunt minui, lædi, deprimi. Sextò, si unus Episcopus abdicet se uno jure, alter altero, brevi Episcopalis gradus ac jurisdictio spoliabitur suis tàm temporalibus quàm spiritualibus bonis, ut experientiâ compertum est, etiam in parochis qui jura parochialia exigere negligentes vel cedentes suis parochianis aut dominis, ab iis sensim quasi à tineis corroduntur, et nonnisi litium materiam relinquant successoribus contra quos repetentes bona & jura antiqua parochialia allegatur inveterata consuetudo vel præscriptio famosis, comminatoriis, calumniosis libellis taxantibus parochos inhumanitatis, & inquietudinis. Septimò, novi in aliquibus regionibus nonnullos Episcopos zelosos volentes reformare ac retractare quosdam

abusus

abusus introductos in præjudicium dignitatis ac auctoritatis Episcopalis, & ad disciplinam Ecclesiasticam & canones reducere suam Diœcesim, fuisse provocatos ad Senatus laicos & tribunalia sœcularia. Et quâvis secundùm jus & canones possit ac debeat instituere Vicarios Generales in Pontificalibus, gratiosis & contentiosis, necnõ Archidiaconos, ut suo nomine respectivè Pontificalia exerceant, ad confessiones excipiendas admittant, in bannis matrimonialibus dispensent, causas Ecclesiasticas, seu clericales in suo districtu celebrent, &c. Nihilominus non habet per hæc manus ligatas, sed semper est Dominus sui juris & auctoritatis, potestque omnia munia obire ad libitum absque prætatorum Vicariorum & Archidiaconorum consensu, ut constat experientiâ. Sicut licet Sedes Apostolica creet Episcopos, Legatos, Nuncios, cum potestate obeundi munia suis dignitatibus annexa, tamen potest exercere ea omnia, quæ Episcopus in sua Diœcesi, Legatus in suâ legatione, Nuncius in districtu suæ nunciaturæ. Quamvis Rex instituat Proreges, Gubernatores, Duces, Senatores, Consiliarios, tamen eorum functiones ad libitum obire potest, etiam ipsis invitis. Cœterùm jus dandi licentiam ad erigendum Monasterium in Diœcesi aliquâ, ita annexum est dignitati & officio Episcopi, ut Vicarius Generalis nequeat illam licentiam concedere absque speciali mandato Episcopi, ita Tamburinus de jure abbatissarum disp. 33. quæst. 1. num. 4. Larea decis. gravat. 97. num. 16. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 26. num. 3. Quod mandatum potest revocari & tolli per contrariã ejusdem Episcopi voluntatem, sicut & ejus jurisdictio, ita Ugolinus de officio Episcopi cap. 4. §. 6. num. 4. vers. 12. Sbroz lib. 2. quæst. 32. numer. 5. Antonius Gabriel commun. l. 2. tit. de jure jurando conc. 1. numer. 14. Calderinus consil. 2. de officio Vicarii, Philippus Franch. in cap. 1. num. 5. de officio Vicarii lib. 6. Barbatus in cap. *quoniam*, num. 37. de officio delegati, Abbas in cap. 1. num. 5. *nè sede vacante*, Purpur. in l. *more*, 5. num. 101. & 102. de jurisdict. omnium judic. Ripa in cap. 1. num. 44. de judic. Bertachinus de Episcop. part. 7. lib. 4. tit. de Vicario Episcopi num. 14. Archidiaconus num. 190. Rebuffus tit. de Vicario Episcopi, Cuchus institut. moral. lib. 2. tit. 8. numer. 135. D. Barbosa in l. *quia tale*, 14. num. 87. ff. solut. matrimon. Jacobus Laurent. de judic. suspecto cap. 4. num. 7. Scotus lib. 8. respons. resp. 4. num. 6. Augustinus Barbosa de officio & potest. Episc. part. 3. alleg. 54. numer. 145. Azorius institut. moral. part. 2. lib. cap. 3. 45. quæst. 14. Valer. Zuela tomo 2. consil. 101. num. 9.

IV. Imò etiam revocare potest quamvis juraſſet se non revocaturum, ita Sbroz lib. 3. quæst. 3. num. 3. Valenzuela tomo 1. consil. 101. num. 10. Antonius Gabriel commun. lib. 2. de jure jurando comm. num. 14. Augustinus Barbosa de offic. & potest Epis. part. 3. alleg. 54. num. 147. & 171. & alii. Probatur primò ex Clement. ult. *de procurat.* & Clement. *etsi principalis*, verb. *per electionem*, ubi Cardinalis num. 10, de rescript. Ratio horum est, quia res per quascumque causas nascitur, per easdem dissolvitur, cap. *omnis res de regularibus*, in 6. maximè si animadvertat præfatâ concessione abuti, vel suam auctoritatem minui. Undè illo mandato (etiam per juramentum firmato) revocato, potest ipso inscio & inconsulto aliquod Monasterium ædificandum admittere, & aliud negotium spectans ad suam potestatem & jurisdictionem; quamvis pollicitus fuerit se nihil horum præstiturum ipso inscio & inconsulto, ita omnes auctores citati.

V. Idem philosophandum est de quibuvis aliis communitatibus sivè Ecclesiasticis sœcularibus, sivè regularibus, & Capitulis. Primò quia Concilium Tridentinum supra statuit Monasteria non posse erigi sine Episcopi (in cujus Diœcesi erigenda sunt) prius obtentâ licentiâ. Ratio est, quia cùm ex dictis soli Episcopo immediatè incumbat cura animarum, debeatque providere, ut nihil illi desit

quoad sustentationem spiritualem, illius est illi competentem numerum dispensatorum committere. Nec refert quod pollicitus fuerit, suamque promissionem juramento firmaverit, se nullum Monasterium admissurum ipsis inconsultis vel invitis. Potest revocare talem contractum juramento firmatum, præsertim si animadvertat præfato juramento suam potestatem Episcopalē lędi ac minui. Primò, posse secum dispensare in promissione factâ patet, quia ex dictis supra „potest in suis legibus dispensare. Dispensatio facta etiam sine causâ valida est, quamvis præfatæ leges fuerint conditæ in Synodo Diœcesanâ. Quod etiam possit revocare promissionem factam & firmatam juramento, ex eo liquet, quia potest revocare leges conditas juramento, ita Sanchez, Basilius Pontius supra cap. 1. §. 1. & cap. 3.

VI. Quoad Regulares, quomodò, & in quibus casibus possit Episcopus commutare pia legata ex causâ rationabili etiam Monasteriis facta docet Bonacina de contractibus disp. 3. quæst. ult. puncto ult. numer. 30. 31. & 32. post Henriquez Armillam, Tabienam, Sylvestrum, Angelum, Emmanuelem Sa, à quibus noster Lezana tomo 4. quæst. reg. verb. *Legata*, num. 32. 33. & 36. discedit. Ratio est, quia Concilium Trident. sess 25. cap. 4. de reformatione statuit, quod *Contingit sæpè in quibusdam Ecclesiis, vel tam magnum Missarum celebrandarum numerum ex variis defunctorum relictis impositum esse, ut illis prosingulis diebus à testatoribus relictis, nequeat satisfieri, vel elemosyna pro illis celebrandis adeò tenuem esse, ut non facile inveniatur, qui velit huic se muneri subjicere, unde pereunt pia testantium voluntates, & eorum conscientias, ad quos prædicta spectant onerandi occasio datur. Sancta Synodus cupiens hæc ad pios usus relicta, quo plenius & utilius potest impleri, facultatem dat Episcopis, ut in Synodo Diœcesana, itemq; Abbatibus & Generalibus, ac diligenter perfectâ, possint pro suâ conscientiâ in prædictis Ecclesiis, quas hac provisione indigere cognoverint, statuere circa hæc quidquid magis ad Dei honorem & cultum, atque Ecclesiarum utilitatem viderint expedire, ita tamen, ut eorum semper defunctorum commemoratio fiat, qui pro suarum animarum salute legata ea ad pios usus reliquerunt.* Navarrus in manuali cap. 25. num. 138. Barbosa de officio & potest. Episcopi part. 2. alleg. 29. numer. 15. post Rodriguez in summa part. 1. cap. 252. concl. 13. num. 17. Henriquez lib. 9. cap. 2. num. 6. in comment. litt. P. Mirandam in manual. prælat. tomo 1. quæst. 41. Riccium in praxi fori Eccles. Molfesium & alios asserunt Episcopum extra Synodum id præstare posse.

VII. Episcopus habens à Sede Apostolicâ privilegium reducendi onera missarum suæ Diœcesis, illud extendere possunt ad onera Missarum Regularium, ita ut possit ea reducere, si verba privilegii non restringant, ad onera dumtaxat clericorum sœcularium. Ita Bordonus resolut. 25. numer. 23. noster Lezana tomo 2. quæst. regul. cap. 11. numer. 6. & tomo 4. verb. *Missa*, num. 31. Ratio est, quia ejusmodi onera spiritualia commissa Religiosis ex propriâ significatione vocabuli, dicuntur onera Diœcesis habentis privilegium, igitur illud etiam ad Religiosos extenditur.

VIII. Regulares sunt subditi Episcopis quoad susceptionem Ordinum majorum, ita noster Lezana post alios tomo 3. quæst. regul. verb. *Episcopus*, quoad regulares. num. 15. & tomo 4. verb. *Ordines sacri*, num. 11. Hic notat privilegium Innocentii VIII. datum quibusdam Abbatibus Cistercien sibus (quos refert tomo 2. cap. 2. num. 37.) conferendi suis subditis ordines Subdiaconatus, Diaconatus, revocatum esse à Concilio Tridentino, cui arridet Sanchez opusc. moral. tomo 2. lib. 7. dubio 18. num. 10.

IX. Episcopus potest visitare Ecclesias & Monasteria non exemptorum, sed sibi subditorum. Ita noster Lezana tomo 3. quæst. regul. verb. *Episcopus quoad regulares*, num. 2. Quod si sint à jurisdictione Episcoporum exempti tunc licet nequeat eos regulariter; tamen visitare potest horum Ecclesias quæ habent curam animarum, imò & ipsos

ipsos Regulares, qui talem curam exercent in iis, quæ ad dictam curam & administrationem Sacramentorum pertinent. Ita noster Lezana tomo 1. quæst. regul. cap. 11. num. 7. & 9. & tomo 2. cap. 5. num. 49. & tomo 4. verb. *visitator regularis*, num. 17. Visitare potest Ecclesias parochiales Canonicorum Regularium monasterio unitas, ut declaravit Sacra Congregatio apud Armendariz ad recop. legum Navarræ lib. 1. tit. 6. Novarium in lucernâ regul. verb. *visitatio*, num. 14. Noster Lezana tomo 4. verbo *visitator regularis*. Visitare etiam potest Regulares beneficiis simplicibus servientes, ita Sacra Congregatio apud Sellum in selectis Canon. cap. 6. num. 28. Novarius supra numer. 15. noster Lezana jam citatus. Potest etiam visitare Confraternitates laicorum erectas in Ecclesiis regularium nonobstante quâcumque contrariâ consuetudine, ita Lezana tomo 2. cap. 15. num. 27. & tomo 4. verb. *visitator regularis*, numer. 27. Scilicet quoad ea dumtaxat, quæ spectant ad Confratres, ita Sacra Congregatio apud Barbosam de jure Ecclesiastico, lib. 1. cap. 14. numer. 30. Novarius in lucernâ regul. verb. *visitare*, num. 2. Lezana tomo 2. & 4. citatis. Potest insuper Sacella & Altaria visitare, quæ in Ecclesiis regularium erectæ sunt, quoad ea quæ administrationem Confratrum concernunt, ita Sacra Congregatio apud Barbosam de jure Ecclesiastico lib. 1. cap. 14. num. 30. Novarium supra num. 4. & 8. Aldanum in compend. Canonic. resol. lib. 5. tit. 7.

X. Præfata respectivè visitatoribus Monialium, imò Monasteria Monialium Sedi Apostolicæ subjecta visitantur ab Episcopis, ut Sedi Apostolicæ delegatis, ita Concilium Tridentinum sess. 25. de regularibus cap. 9. his verbis. *Monasteria Sanctimonialium sancta Sedi Apostolicæ immediatè subjecta, etiam sub nomine Capitulorum sancti Petri, & sancti Ioannis, vel alias quomodocumque nuncupentur, ab Episcopis tanquam dictæ Sedis delegatis gubernentur, nonobstantibus quibuscumque. Quæ verò à deputatis in Capitulis Generalibus, vel ab aliis regularibus regantur, sub eorum curâ & custodia relinquantur.* Vide Novarium supra, nostrum Lezanam tomo 4. verb. *visitator regularis*, num. 18. Barbosam, Armendariz. Imò in iis quæ spectant ad claustram Moniales subjectas Regularibus, tenet noster Lezana tomo 1. cap. 25. num. 49. tomo 3. verb. *Episcopus quoad regulares*, num. 13. tomo 4. verbo *visitator regularis*, 18.

XI. Quamvis monasteria tam virorum quàm Monialium subjecta Episcopis, ab his immediatè ac directè gubernêtur, & ab iis ordinationes regularê disciplinam ac reformationê concernentes recipere teneantur: tamen etiam exemptis utriusque sexus indirectè eaidem præscribere potest Episcopus. Id præstitit Serenissimus Ernestus Archiepiscopus Elector Colonienſis, Episcopus Leodiensis, &c. animadvertens nonnullos abusus in Monasteriis suarum Diœceseon passim longè, latèque irrepsisse, ad eos tollendos, disciplinamque fovendam, ac quantum fieri potest restaurandam, quædam decreta edidit pro Diœcesi Colonienſi, quæ postmodùm in Synodo Leodiensi publicata fuêre, ac ut exempta Monasteria ad eorum observantiam adigerentur auctoritate Apostolicâ firmare curavit diplomate Pauli V. Quædam horum decretorum recentebimus hic magis scitu necessaria. *Paulus Papa V. Venerabilis Frater Apostolicam benedictionem. Singularis tuus regularis disciplina, ac religionis conservandæ zelus promeretur, ut ea quæ desuper à te decreta, & sancita esse cognovimus Apostolicæ firmitatis munimine roboremus. Cùm itaque (sicut tuo nomine nobis nuper expositum fuit, tu ad nonnullos abusus in Religiosorum ad regularem vitam ingressu in tuâ Diœcesi ingentes tollendas, & religionis vigorem, quoad fieri potest, in viridi observantiâ manutenendum, statuta ac decreta quædam condideris hujusmodi sub tenore, videlicet: Ernestus Dei gratiâ electus & confirmatus Archiepiscopus Colonienſis, &c. Quia varia audiuntur querelæ, quod in primo actu, & in ipso religiosæ vitæ tyrocinio, necnon in professionibus in monasteriis utriusque sexus*

regularium multæ ac magnæ fiunt expensæ, tam in sumptuosorum prandiorum, quàm vestimentorum & supellectilis, quo recipiendorum cellulæ adornantur, ac munerum causâ, quæ superioribus dari consueverunt, undè quamplurimis ad vitam Monasticam alioquì idoneis media frequenter præcluduntur, quominus ad tantum sanctum institutum pervenire possint. Illis quoque si admissi sunt, si fortè vitam monasticam minus sibi convenire experiantur, quod non rarò accidit, & loco cedere velint, libertas recedendi adimitur, propterea quod ob solemnitatem ejusmodi prandiorum, & aliorum actorum circa investitionem habitorum, qui hominibus laicis professionis formam exhibent sine apostasiæ & infamiæ nota id facere nequeunt, tum etiam quod ob sumptus nimis magnos, qui recuperari nequaquam possunt, magnam partem patrimonii sui, & alimentorum in sequentem vitam necessariorum perdiderunt.

XII. Detestabilis etiam corruptela quædam monasteria invasit, quæ Conventuales etiam professi, seu professæ ex hac vita decedentes condere, & Abbatibus, vel Abbatissis, seu aliis Superioribus Monasterii sui certam quandam pecuniæ summam relinquere pro solemnioribus sequiis, sivè etiam pro annuis obitus sui memoriis peculium, ex quo Conventus refectio aliqua detur deputare & assignare tenentur, vel si id factum non fuerit, tota supellex quæ in demortui cella relicta in hunc usum vendi & distrahi debet, alioqui defuncti animæ hujusmodi charitatis officiis & justa nequaquam persolvuntur, quæ quidem instituto vitæ monasticæ repugnant, ipsos Conventuales præter proprietatis vitium, quod hac ratione incurrunt, per omnem vitam suam in congreganda hujusmodi pecunia solicitos ac distractos faciunt amicos, etiam, à quibus eam extorquere coguntur, valdè gravant.

XIII. Hinc statuimus, & ordinamus, ut in primo actu, quo qualiscumque persona religioni alicui primo destinantur, & habitum assumunt, sive etiam ante, vel post illum actum ante professionem nullum omninò instituatur prandium, nulla superioribus, vel aliis quibuscumque dentur, nec per ipsos recipiantur dona, aut cellarum fenestræ, imagines, vel tabulæ pictæ, statuæ, cistæ, promptuaria armaria, sacrarum reliquiarum thecæ, capsulæ, neque aliud quiddam, quo novitii, vel novitiæ cella potius adornatur, quàm rebus necessariis instruitur.

Si quæ tamen sacræ vestitionis & professionis, ultra communem & quotidianam portionem ex consuetudine religionis in monasterio existentibus ab antiquo data fuerit refectio, eam quidem non intendimus per hoc statutum adimere, sed ita moderari volumus, ut pro singulis Religiosis hujus Monasterii, non amplius quàm dimidius florenus Colonienſis, sive duodecim albi in sumptum ejusmodi refectionis à parentibus aut amicis Monasterio numerentur. XIV.

Sacræ Religioni investienda virgo, absque omni pompâ, & superbo vestitu, absque ullo comitatu parentum vel amicorum, puerorum, aut puellarum ex ipsis penetralibus Monasterii, & habitu, quo in schola Monasterii constituta, vel aliàs antea diebus solemnioribus consueverat ad sacram communionem accedere in publicum vestienda procedat, &c. XV.

Die sacræ Professionis, non alii invitentur ad convivium, quàm qui vel sanguine, vel summo alio necessitudinis vinculo professionem edituro, aut edituræ conjuncti sunt, qui sine aperta ingratitudinis notâ, & gravi offensione non invitari possunt. Hac tamen conditione, ut plures non admittantur, quàm duodecim. Procul hinc arceantur exquisitæ dapes, absint argentea atque aurea vasa & pocula, nulla admittatur instrumentalis vel vocalis musica, nulla ducantur chorea, neque ulli conjunctis manibus in orbem ducti circuitus: sed sint frugalia omnia, sit spiritualis lætitia, & in Deo, divinisq; colloquiis recreentur, atque ante vesperas, quæ ultra horam tertiam ne differantur, finienda. Secundò autem die multò minus tertio, aut sequentibus, nullus amicorum convivandi causâ fit accessus, nec in esculentis aut poculentis novi aliqui in Monasteriis sumptus fiant, ullaveè repotia, aut anniversaria professionis convivia, &c. XVI.

Si plures in eodem monasterio ejusdem cursus fuerint novitii, aut novitiæ, si non distinctis diebus, sed uno eodemq; tempore XVII.

pore simul professionem faciant, & unâ, atque eadem operâ, unoq; sumptu tempus, molestia & sumptus redimantur.

XVIII. *Nemini religionem, seu vitam Monasticam professo, aut professæ, liceat testamentum condere, peculium colligere, superioribus, vel aliis quibuscumque certam pecuniæ summam post mortem relinquere, vel pro solemnibus exequiis, vel pro annuis obitus sui memoriis, vel similibus causis quidquam deputare, vel assignare, &c.*

XIX. *Cùm cupias prainserta Statuta, seu decreta à te edita pro majore eorum firmitate, & firmiori observantiâ Apostolicâ auctoritate confirmari, tuo nomine nobis fuit humiliter supplicatum, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur te specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis suspensionis & interdicti, aliisq; Ecclesiasticis censuris & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causâ latis, si quibusdã quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati prainserta statuta, seu decreta à te edita, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis regularium præpositorum consilio, Apostolicâ auctoritate tenore præsentium approbamus ac confirmamus, illisq; omnibus & singulis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus supplentes omnes & singulos, tam juris quàm facti defectus, (si qui intervenerint) in eisdem, tibiq; ut statuta & decreta supra inserta inviolabiliter observari facere possis & valeas: Concedimus & indulgemus, nonobstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon quorumcumque Monasteriorum, Conventuum & Ordinum, etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate aliâ roboratis, Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, & confirmatis, & approbatis, quibus omnibus & singulis eorum tenores pro expressis habentes hac vice dumtaxat harum serie specialiter & expressè derogamus, cæterisq; contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die 6. Junii Pontificatus nostri anno tertio.*

Cùm Leodii quidam Religiosi nomine Coquini, odiosi ac infames forent, Serenissimus Maximilianus Henricus modernus Episcopus diplomate Apostolico Innocentii X. instar Patris nostri Elisei aquas amaras Jerichuntinas in dulces, seu eorum Xenodochium in Monasterium Virginum Anglicanarum extorrium pari zelo commutavit.

XX. Regulares mutare nequeunt monasterium ab uno loco in alium absque novâ licentiâ Episcopi Diœcetani, ita Aloysius Riccius in decis. Curiæ Archiepiscop. Neapol. decis. 168. part. 4. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 2. allegat. 26. numer. 8. Cardinalis Tusc. hus litt. M. concl 195 num. 1. Larea decis. 97. numer. 25. Flavius Cherubinus in compen. Bullarii tomo 3. bullâ 99. Portellus in dub. regul verb. *Monasterium*, num. 5. & 7. Diana resolut. moral. part. 3. tract. 1. resol. 146. Emmanuel Rodriguez quæst. regul. tomo 1. quæst. 23. art. 7. Hieronymus Rodericus in compendio quæst. regul. quæst. 55. num. 4. Probatur ex textu cap. unico de excessibus Prælat. in 6. Ubi Bonifacius VIII æqualiter & pariformiter loquitur de monasteriorum mutatione, & de erectione, constructione, sive novâ ædificatione ibi, seu hactenus recepta mutare, ut explicat Laurentius de Franchis in controvers. inter Episcopos & Regulares pag. 311 in respons. ad 2. quomodò Regulares nequeant sæcularium confessiones excipere, nisi sint approbati ab Episcopo, &c. diximus supra.

XXI. Quoad declarationem professionis nullæ, hæc statuit Sacra Synodus Tridentina sess. 25. de Regularibus cap. 19. *Quicumque Regularis prætendat se per vim & metum ingressum esse Religionem, aut etiam dicat ante ætatem debitam professum fuisse, aut quid simile, velitq; habitum dimittere quacumque de causâ, aut etiam cum habitu discedere sine licentiâ superiorum, non audiatur nisi intra quinquennium tantùm à die professionis, & tunc non aliter nisi causas, quas prætenderit, deduxerit coram superiore*

Concilii Trident.

*riore suo & ordinario. Quod si ante habitum sponte dimiserit nullatenus ad allegandū quamcumque causā admittatur: sed ad Monasterium redire cogatur, & tanquam apostata puniatur. Interim verò nullo privilegio suæ religioni iuvetur.* Quod decretum elucidant Navarrus tomo 4. de regul. numer. 73. & 77. Diana moral. resol. part. 3. tract. 2. resol. 62. Azorius institut. moral. part. 1. lib. 12. cap. 4. quæst. 10. Lessius de iustitia. lib 2. cap. 41. dubio 7. numer. 63. Hieronymus Rodericus in compen. quæst: regul. resol. 101. numer. 68. & seq. Emmanuel Roder. quæst. regul. tomo 3. quæst. 17. art. 16. & seq. multique alii apud Barbosam part. 3 alleg. 104. numer. 8. Quibus adde nostrum Lezanam tom. 1. quæst. regul. cap. 2. numer. 7. & 8. tomo 3. verb. *causa judicialis Reg* num. 9. & verb. *Episcopus quoad regulares*, num. 11. & 12. & tomo 4. verb. *novitii & novitiæ regul.* verb. *possessio regularium*, num. 21. Ita copulativè nullitas professionis debet decerni ab Ordinario & Superiore regulari, ut si Superior regularis declaret se solo professionem nullam & Religiosum ejiciat è Monasterio, teneatur illum admittere, & revocare, ita Aloysius Riccius in praxi aureâ resol. 20. Barbosa supra num. 14. & 15. Ratio est, quia ejusmodi declaratio facta à superiore regulari est contra formam Concilii. Multæ cautæ sunt & variæ propter quas professio sive expressa, sive tacita, nunc post Concilium Tridentinum, irrita & nulla declarari possint.

XXII. Prima si ingressus in religionem non sit voluntarius, hanc causam adumbravit vocatio Eliſei, nam libr. 3. Regum cap. 19. vers. 19. *Profectus Elias reperit Eliseum filium Saphat arantem in duodecim jugis boum, &c. Cùmq; venisset Elias ad eum misit pallium suum super eum.* Vers. 20. *Qui statim relictis bobus cucurrit post Eliam, & ait, osculer oro patrem meum & matrem meam, & sic sequar te.* Vers. 21. *Dixitq; ei, vade & revertere, quod enim meum erat feci tibi.* Actio Eliæ non fuit coactiva, sed (inquit Dionysius) *Ad sequendum Eliam Eliseus motus fuit à Spiritu sancto.* Et in morali. *Nam hi quos tangis & incendit Spiritus sanctus, relictis carnalibus affectibus & peccatis festinant ad Dominum. &c.* Lyranus etiam attribuit vocationem Eliſei motui Spiritus sancti. Post Bonacinam, Layman, Thesaurum, & Rotæ decisionem, Lezana docet metum & vim debere esse gravem. Primò, quia in jure metus levis non ponderatur. Secundò, matrimonium carnale non irritatur per metum levem, igitur nec spirituale cujusmodi est professio. Per metum gravem accipit metum mortis, vel mutilationem, atrocem cruciatum, diuturnum carcerem, longum exilium, servitutem, stuprum in viro, vel fœminâ, amissionem status honorifici, ut habetur §. *quod metus causa*, & C. *eodem*, & in 1. decretal. eodem titulo, vel amissionem omnium bonorum, aut notabilis partis, sine quibus nequit homo commodè & honoratè vivere. Vel metus infamiæ juris vel facti, quæ difficulter possit abstergi. Nam fama opibus nobilior est, juxta illud Proverb. cap. 20. *Melius est bonum nomen, quàm divitiæ multæ.* Vel excommunicationis injustæ. Nam justa potest caveri sublatâ cōtumaciâ. Metus etiam gravis dicitur, si timeantur etiam hæc mala propriis liberis, quia pro naturæ affectu parentes magis in liberis terrentur, ut patet in l. *sisti quidem*, 8. in fine, §. *quod metus causa.* Lessio lib. 2. de justitiâ cap. 17. num. 35. Quidam asserunt cum Navarro, Rodriguez, & aliis apud Sanchez lib. 4. de matrimonio disput. 6. num. 17. Dianam part. 3. tract. 2. resol. 92. Metum reverentialem censeri gravem qui annullet professionem, sed Sanchez supra disput. 7. num. 5. 6. 7. & tomo 1. in decalogum libr. 4. num. 8. Layman, Lessius, Thesaurus probant ex decisione Rotæ, aliis juribus & doctoribus solum metum reverentialem non sufficere, nisi sit conjunctus cum metu incurrendæ gravis ac diuturnæ offensionis, cum asperitate vultus, verborum tractationis, & præcipuè metu substractionis rei neneceſſariæ, seu congruæ sustentationis, ejectionis de domo, gravibus minis, vel importunis & inculcatis precibus.

3. Reg. 19. v. 19

v. 20.

v. 21.

Dionys.

Secundâ

XXIII. Secunda causa est defectus libertatis, seu quod idem est, conditio servilis, verbi gratiâ, si servus emittat professionem absque licentiâ Domini sui, ita noster Lezana tomo 1. quæst. regul. cap. 2. num. 21. & cap. 24. numer. 20. & tomo 4. verb. *professio regul.* num. 14. & alii. Ratio est, quia servus non est sui juris, sed Domini, sicque nequit se dare religioni, ut fit in professione, undè si servus aliquam religionem ingressus à Domino repetatur erit illi restituendus cum iis quæ secum attulit, ita Sylvester verb. *religio.* Quod si servus aliquam religionē ingrediatur domino sciente, & non repetatur intra triennium, nequit peracto triennio repeti à Domino, ita Lezana supra cap. 2. num. 21. Probaturque ex cap. *si quis incognitus*, Ratio est, quia Dominus censetur tacitè cōsensisse, ita citatus Lezana post S. Antoninum part. 3. tit. 16. cap. 3. §. 4. Sanchez lib. 3. de præcept. decalogi num. 44. & 49. Quod Eliseo Monasticam vitam amplectendi non obfuerit defectus libertatis patet, quia non erit mancipium & servus, sed utrumque parentem habebat, nec illis invitis, ac insciis Eliam secutus est, quandoquidem illi dixerit lib. 3. Regum cap. 19. vers. 20. *Osculor, oro, Patrem meum & Matrem meam, & sic sequar te.* Dionysius. *Da mihi licentiam valedicendi parentibus meis.* Subdit Lezana cap. 21. numer. 20. post Sylvestrum, & Mirandam, quod si fraudulenter professus sit in religione, ut probando per testes falsos se esse liberum, quamvis reddendus sit domino suo ob datam rationem, tamen verè manebit Religiosus, ac religioni obligatus, quantum est ex suâ parte. Ratio est, quia ad hoc se adstrinxit prout potuit. Quod si ex malitiâ, vel negligentiâ Religionis sit professus, Monasterium Domino satisfacere debet, juxta prudentis viri æstimationem, ita Miranda in manuali quæst. 17. art. 1. Lezanâ cap. 24. num. 20.

3. Reg. 19. v. 20

XXIV. Tertia causa, defectus anni integri Novitiatus, qui Novitiatus sumendus est à momento in momentum, ita ut si quis susceperit habitum die primâ Januarii post meridiem, nequit anno sequenti facere professionem eâdem primâ die Januarii ante meridiem, ita Portellus in dubiis regularibus verb. *Novitiatus annus*, 48. Lezana tomo 1. cap. 2. num. 10. & tomo 4. verbo *Professio Relig.* num. 9. Annum novitiatus debere esse continuum docent Sanchez lib. 5. decalog. cap. 4. num. 31. Bonacina de clausurâ quæst. 2. puncto 10. diffic. 2. §. 2. num. 3. Suarez tomo 3. de Religione lib. 5. cap. 15. num. 3. S. Eliseum à tempore vocationis suæ semper adhæsisse sancto Eliæ ordinis propheticiac monastici institutori, patet ex lib. 3. Regum cap. 19. vers. 21. *Consurgensq; abiit & secutus est Eliam & ministrabat ei.* Dionysius. *Non delicata cibaria præparando, sed jub obedientiâ tanti Vatis vivendo.*

l. 3 Reg. 19. v. 21

XXV. Quarta causa est defectus ætatis scilicet 16. annorum completorum, ita Campanile in diversis juris canon. rubr. 12. cap. 11. num. 1. Diana part. 3. tract. 2. resol. 57. Aloysius Riccius in praxi fori Eccles. resol. 656. in 1. edit. & alii, & præcipuè noster Lezana tomo 1. cap. 2. num. 10. & cap. 24. num. 22. tomo 3. verb. *ætas*, num. 5. & verb. *annus*, numer. 9. & tomo 4. verb. *professio regularis* num. 11. Quod Eliseus disciplinam Elianā amplexus sit in ætate maturâ, patet ex lib. 3. Reg. cap. 19. vers. 19. *Profectus indè Elias reperit Eliseum filium Saphat arantem in duodecim jugis boum, & ipse in duodecim jugis boum arantibus unus erat.* Quando vocatus est Eliseus erat annorū 28. & cum Elias raptus est, erat Eliseus annorū 40, ut notat Cornelius post alios.

l. 3. Reg. 19. v. 19

XXVI. Quinta, defectus occultus super quo protestatio fit novitio, quod si illum habeat & celet professio sit invalida, ita Thesaurus in praxi part. 2, verb. *professio*, cap. 3. Suarez tomo 4. de religione lib 2. cap. 1. numer. 29. Vecchius in praxi disp. 14. dubio 15. & disp. 4. dub. 1. Diana part. 4. tractat. 4. resol. 188. Bordonus resol. 8. numer. 10. Noster Lezana tomo 1. quæst. regul. cap. 2. num. 23. & cap. 24. num. 26. tomo 4. verb. *professio regularis*, num. 18. Eliseum omni canonico defectu caruisse constat, primò ex eo quod Deus illum ungi præcepit.

cepit. Secundò, ex eo quod erat adolescens laboriosus. Tertiò, ex eo quod in lege veteri aliquo morbo laborantes apti non erant ad ministerium tabernaculi, multò minus ad statum propheticum & monasticum amplectendum. Quartò, S. Elias eum in suum successorem pro regimine cœtus Prophetarum non elegisset. Ejus capacitatem innuit Joannes 44. Patriarcha Jerosol. lib. de institut. Monach. cap. 23. *Videns itaque Elias discipulum suum Eliseum suo spiritu plenum novit eum à Deo factum idoneum ad regendum suos discipulos filios prophetarum, propter quod totius religionis per eum institutæ commisit illi tunc regimen ac magisterium.* Et infra explicans illa verba lib. 4. Regum cap. 2. vers. 15. *Requievit spiritus Eliæ super Eliseum & venientes, scilicet filii prophetarum, in occursum ejus adoraverunt eum pro Eliâ in principum eorum Patrem & Magistrum, quem videbant habitu Eliæ & spiritu dotatum.*

Joan. 44.

l. 4. Reg. 2. v. 15.

XXVII Sexta, defectus usus rationis, sivè per dementiam, sivè per furiam, aut quid simile, ita Sylvester verb. *religio*, quæst. 2. Bonacina tract. de censurâ quæst. 2. puncto 10. difficult. 2. §. 1. Ratio est, quia hoc defectu impeditur libera voluntas ad vota emittenda & exercitia religiosa necessaria. Eliseum usus rationis fuisse compotem constat ex duplici spiritu Eliæ illi collato. Secundò, ex regimine ordinis prophetici. Tertiò, nihil in totâ vitâ ejus apparuit, quod dementiam, furiam, vel minimam imprudentiam denotaret.

XXVIII Septimâ, defectus sexus convenientis monasterio, in quo fit professio, verbi gratiâ, si fœmina in monasterio virorum profiteretur, ita Navarrus lib. 1. consil. tit. de ætate & qualitate consil. 8. num. 1. & libr. 3. de regul. consil. 47. numer. 1. Henriquez lib. 14. de regul. cap. 8. num. 6. noster Lezana tomo 1. cap. 2. num. 20. & tomo 4. verb. *professio regul.* numer. 14. & alii. At S. Eliseum receptum in cœtum propheticum fuisse sexus masculini patet ex libr. 3. Reg. cap. 19. vers. 16. ubi Deus præcipit Eliæ. *Eliseum autem filium Saphat, qui est de Abelmeula unges prophetam pro te.* S. Isidorus, S. Epiphanius, S. Hieronymus, Adrichomius, Salianus, Cornelius asserunt in ortu Eliseï mugiisse unum è vitulis aureis quos conflavit Jeroboam, & illius mugitum auditum fuisse Jerosolymis, & ex eo quendam Sacerdotem conjectasse eâ die natum esse puerum, qui futurus esset exterminator sculptilium ac idolorum.

l. 3. Reg. 19. v. 16.

Octava, defectus auctoritatis, seu XXIX. potestatis in acceptante ad professionem. Ita Sanchez lib. 1. in præcepta decalog. cap. 4. num. 62. Rodriguez tomo 2. quæst. 17. num. 7. Emmanuel Sa verb. *religio*, num. 65. & cum aliis noster Lezana tomo 1. cap. 2. num. 25. & cap. 18. num. 66. tomo 4. verb. *professio regul.* nnm. 13. Ratio est, quia sicut professio includit traditionem potentis se tradere religioni, ita etiam debet esse aliquis habens potestatem acceptandi secundùm jus commune. At S. Eliam polluisse potestate acceptandi & recipiendi ad religionem propheticam patet ex lib. 3. Reg. cap. 19. ubi Deus dat illi potestatem ungendi Eliseum vers. 16. *Eliseum autem filium Saphat, qui est de Abelmeula unges prophetam.* Vide Joannem 44. supra cap. 13.

l. 3. Reg. 19. v. 11.

Concilium Tridentinum determi- XXX. navit tempus quinquennii ad reclamandum seu allegandum nullitatem professionis, quæ nullitas probari debet conjunctim coram ordinario illius loci ubi monasterium existit, in quo est professus, & coram proprio superiore locali regulari monasterii in quo emisit professionē. Ita Novarius in lucernâ reg. verb. *nullitas*, Armendariz in addit. ad recopil. legum Navarræ lib. 7. num. 38. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 3. allegat. 104. num. 12. Eliseum nullo modo reclamasse contra vocationem suam & monasticam & propheticam vitam ex eo liquet quod ejus evocatio ab aratorum turba ad monasticum institutum facta est anno Domini 3127. Josaphati 7. Achabi 11. Azariæ 7. Templi 105. ante Christum 926. At Duodecim annis postea scilicet anno mundi 3139. Josaphati 19. Joram

filii

filii Achab 1. Amariæ 2. Templi 117. ante Christum 914. protestatus est Eliseus se non recessurum ab Eliâ. Cùm enim Elias proximus raptui lib. 3. Reg. 19. v. 19 4. Regum cap. 2. vers. 4. diceret. *Sede hic quia Dominus misit me in Iericho, at ille ait: Vivit Dominus, & vivit anima tua, quia non derelinquam te.* Et cum vers. 6. iterùm dixit Elias. *Sede hic, quia Dominus misit me usque ad Iordanem, qui ait, Vivit Dominus, & vivit anima tua, quia non derelinquam te.* Salianus *Erat is ab antiquo religiosus locus, ibidemq; aliud Prophetarum collegium habitabat, intelligens autem Eliseus non præceptionẽ eam esse, sed adhortationem, nè is hunc itineris laborem susciperet, neque ignarus divini consilii juxtajurando affirmat se eum nõ derelicturũ.* Sic ab ejus obedientiâ non recessit, sed potius sui amoris in ipsum testimonium exhibuit. Undè cum vidit Eliseus Eliam ad currum igneum esse raptum ac sursùm elatum exclamavit lib. 4. Regum cap. 2. vers. 12. *Pater mi, Pater mi.* Chaldæus, *Magister mi Magister mi, currus Israel & auriga ejus.* Ideſt, rector non tantùm populi Israelitici, sed etiam cœtus Monastici ac Prophetici. Et ut significaret se velle perpetuò observare disciplinam monasticam, & habitum ejus gestare vers. 13. *Levavit pallium Eliæ quod ceciderat ei.* Quod Tostatus existimat fuisse cilicinum ex pilis camelorum, ut fuit vestis S. Joannis Baptistæ: at Serarius, Cornelius, & alii verisimilius censent fuisse ex pelle ovinâ, undè Septuaginta vertunt. *Et tulit Melotem Eliæ quæ ceciderat super eum.*

XXXI. Fieri debet reclamatio nullitatis professionis retento habitu religionis, aliàs reclamans non exaudiatur, ita Miranda in manuali prælat. tomo 4. quæst. 17. art. 6. Franciscus Leo in thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 1. numer. 42. Azorius instit. moral. part. lib. 12. cap. 4. quæst. ult. Barbosa sup. num. 13. noster Lezana tom. 1. quæst. regul. cap 2. num. 8. Si scilicet absque causa habitum dimiserit, & non reassumpserit, quod intelligitur de foro exteriori, non interiori, si causa subsit aliter faciendi, Navarrus commun. 4. de regul. num. 77. Bonacina de clausulis quæstion. 2. puncto 10. diffic. 3. noster Lezana iam citatus Qui autem cessante scandalo & alterius præjudicio dimittit habitum, & fugit è carceribus ante reclamationẽ, & priusquam causas nullitatis suę professionis deducat coram Ordinario & Superiore regulari, sciens, vel justè credens suam professionem esse invalidam, non peccat mortaliter coram Deo, & in foro conscientiæ, nec jubetur quoad formam exterius pœnas subire in Concilio Tridentino latas in eum, qui justâ causâ non interveniente dimisit habitum, illo dimisso reclamavit, ut contingere potest in eo qui non possit habere licentiam eundi ad reclamandum, nec ire nisi habitu dimisso, vel non permittitur causas nullitatis tuæ professionis coram Ordinario & Superiore proponere. Ita Barbosa supra num. 14. post Navarrum asserentem se vidisse multos Romæ, qui prius dimisso habitu, & postea reassumpto benignè sunt exauditi. Idem centet Diana moral. resolut. part. 3. tract. 2. resol. 53. Suarez de relig. tomo 3. lib. 7. cap. 3. num. 14. Gratianus, Villalobos, Portellus, Campanile apud Barbosam jam citatum. Ita necessaria est Ordinarii & Superioris regularis declaratio juxta Concilii Trident. dispositionem, ut si superior localis solus professionem nullam declaret, & Religiosum emittat è Monasterio, illum revocare tentatur ad monasterium, quia egit contra formã & decretum Concilii, & factum nullum erit, ita Aloysius Riccius in praxi aureâ resol. 29. Barbosa sup. num. 15. & ita censuit sacra Congregatio in Januario 1618. Existimant Bonacina supra puncto 10. diff. 4. num. 4. Armendariz in addit. ad recopil. legum Navarræ lib. 2. tit. 18. lib. 7. de Religione num. 19. Flaminius de resignat. lib. 13. quæst. 5. num. 46. Cevallos commun. quæst. 500. Hieronymus Roder. Portellus, elapso quinquennio ad reclamandum contra professionẽ per vim vel metum factam non competere restitutionem, nec reclamantẽ exaudiendum, quos excludendos penitus non putat Barbosa supra num. 18. si suam sententiam intelligant

de restitutione petendâ, & reclamatione faciendâ coram Ordinario. Quamvis Clemens VIII. statuerit professionem emissam ab iis qui annos probationis minimè fecerant in Monasteriis seu Domibus regularibus ad id designatis, vel ab Apostolicâ Sede approbatis esse invalidam, tamen Urbanus VIII. in bullâ, quæ incipit *Religiosos viros*, 2. Aprilis 1631. Ordinariis locorum ubi ejusmodi Monasteria sunt, seu eorum Præfectis injungit, ut præfatos Religiosos omnes & singulos recipiant ad professionem rursus emittendam sine novo anno probationis ex speciali benignitate Sedis Apostolicæ. At quomodo ejusmodi facultas moderata, seu revocata fuerit ab eodem Pontifice ob periculum relaxationis regularis, &c. Vide nostrum P. Lezanam tomo 2. quæst. regul. cap. 8. num. 25. tomo 1. cap. 24. num. 24. & tomo 4. verbo *novitii & novitiæ*, num. 2. & sequentibus.

## CAPUT XI.

### *Potestas Episcopalis circa Confraternitates.*

I. PEr Confraternitatem intelligo quasdam fidelium congregationem ad pias & devotas actiones exercendas auctoritate seu consensu Episcopi institutas. Hæ piæ, Ecclesiasticæ & religiosæ dici possunt cap. *de Xenodochiis*, tit. *de Religiosis domibus*, & cap. *ad hæc*, eodem tit. Licet personæ ipsę confratrum non sint dicendæ Ecclesiasticæ, cùm nec habitum, nec statum mutent, nisi specialiter ita se Deo devoveant, ut ratio Ecclesiasticæ personæ postulat. Quod ad veram confraternitatem novam instituendam prærequiratur consensus Ordinarii loci, & litteræ ejus testimoniales, quibus commendentur Christianæ charitatis officia quæ confraternitas erigenda exercere cupit, & consuevit, docet Gavantus in manuali Episcop. verb. *Confraternitas*, numer. 1. Imo cum alii confraternitati aggregatur, Gavantus numer. 3, Lezana tomo 2. quæst. regul cap. 15. num. 9. & 19. Et patet ex declaratione Sacræ Congregationis Episcoporum & Regularium quâ cavetur nè Clerici Societatis Jesu, & Religiosi Ordinis sancti Dominici instituant confraternitates novas sæcularium, absque licentiâ Episcopi. Idem Lezana supra numer. 9. post Barbosam in collectaneis bullarum, verb. *confraternitas*.

II. Cùm quælibet confraternitas habeat quædam statuta debent prius ab Episcopo Diœcesano examinari, & pro ratione loci approbari, moderari, corrigi, scilicet illæ, quæ ab instituentibus, seu aggregantibus dictas confraternitates edita sunt, non verò de illis quæ ipsæ confraternitates pro suo bono regimine post suam erectionē contexuerunt, ita Lezana sup. n. 12. Item prohibent canone promulgari gratias & indulgentias communicatas alicui confraternitati, nisi priùs recognoscantur ab Episcopo seu Ordinario loci, qui adhibitis duobus de Ecclesiæ Capitulo juxta S. Concilii Tridentini decretum promulganda decernat. Ita Gavantus in manuali Episc. verb. *confraternitas*, numer. 4. ubi notat Lezana tomo 2. quæst. reg. cap 15. numer. 14. expresè, quod confraternitates non possint uti prædictis gratiis & indulgentiis absque præfatâ recognitione Ordinarii, imò quod nequeant illas promulgare absque hac recognitione. Insuper Officiales & Ministri confraternitatū licet possint excipere eleemosinas juxta modum & formam per Ordinarium loci præscribendam, tamen prædictæ eleemosynæ nequeunt expendi nisi in reparationem, & ornatum Ecclesiarū dictarum confraternitatum, aut alios pios usus arbitrio Ordinariorum, ita Lezana supra num. 15. Quod si virtute privilegiorum dictarum confraternitatum possint eligi Confessarii, si sint sæculares debent esse approbati ab Ordinariis locorum, si regulares debent approbari à dictis locorum Ordinariis respectivè, & à suis Superioribus. Lezana num. 16.

III. Multa sunt decreta generalia confraternitatum, ea dumtaxat referemus

mus, quæ auctoritatem Episcopi cõcerõunt. Primum, non licet etiam regularibus instituere confraternitates cum usu saccorum absque facultate Episcopi, ita sacra Congregatio 6. Decembris 1616. Gavantus in manuali Episcoporum verb. *Confraternitas*, num. 2. Lezana num. 22. Quod electio officialium ad confratres, confirmatio ad Episcopum spectat, exceptis illis confraternitatibus, quæ existunt sub immediatâ potestate Regum, habent sacra Congregatio 11. Augusti 1617. Barbosa in collectaneis bullarũ verb. *electio*, Gavantus supra num. 11. Lezana citato loco. Ut Episcopus propiciat ut officiales nihil emolumenti percipiant, nec sibi eligant successores, ita eadem sacra Congregatio 24. Aprilis anno 1585. Gavantus supra num. 13. Lezana eodem numer. 22. Ut Episcopus prohibeat in Oratoriis confratrum retineri Eucharistiæ Sacramentum, eadem S. Congregatio 21. Martii anno 1594. Gavantus num. 21. Lezana supra. Posse tamen in præfatis laicorum Sodalitatibus ex causâ & licentiâ Ordinarii decidit S. Congregatio apud Barbosam in collectaneis bullarũ verb. *Confraternitas* Non posse etiam à confratribus orationem 40. horarũ instituere in sacellis absque licentiâ Episcopi, statuit Sacra Congregatio 20 Augusti anno 1601. Gavantus supra num. 23. Lezana loco citato Denique ut Episcopus prohibeat institui confraternitatem in Ecclesiâ monialium ordinavit S. Congregatio Episcoporum & Regularium 6. Novembris anno 1595. Gavantus in manuali Episc. verb. *monialium clausura*, num. 15.

IV. Quando ejusmodi confraternitates ad processiones publicas accedere cõsueverunt, possunt ad eas cogi, ut colligitur ex quadam declaratione Sacræ Congregationis apud Barbosam in collectaneis bullarum, verbo *confratres*, aliàs nequeunt cogi ab Episcopo, ut patet ex rescripto Sacræ Congregationis Concilii ad Episcopum Scalensem apud Gavantum verbo *processio*, num. 13. & Quarantam verbo *precedentia*, in fine. *Reverendissime Domine, uti Frater. Quamvis thesaurarii, Magistri, & Confratres Sanctæ Mariæ Annunciatæ magis conscientiæ suæ ac pietati satisfecissent, si amplitudini tuæ eos ad publicas processiones vocanti morem gessissent, cum tamen ad eas accedere detrectaverint, neque id amplitudini tuæ compertum, neque ullis propterea censuris dissimulari, atque imo dari debuerunt, quas sectus accessisset, alii responderunt Illustrissimi Patres Sacri Tridentini Interpretes. Itaque interdictum hac de causa latum protinus tollas oportet, ac de cætero à similibus compulsionibus omnino absistas. Deus amplitudinem tuam incolumem servet. Romæ 6. Maii 1597.* Quod si ad publicas processiones accedant, incedant ante regulares, ut declaratum fuisse refert Barbosa in collectan. bullarum verb *confraternitas*, Lezana supra numer. 24. Quod si contraternitates contendant de præcedentiâ, quid possit Episcopus, vide Avendanno *de exequendis mandatis*, part. 1. cap. 1. num. 25 Cevallos commun. contra comm. tomo 4. quæst. 897. Gutierez lib. 1. canon. cap. 35. Cœterùm judicium stare debere pro possessorio resolvit ex Baldo & Boerio Joannes Garcias de nobilit. glossa 35. numer. 59. Item quod antiquiori, nobiliori comperat locus honorabilior, & si ab eo deturbetur, fiat illi injuria, quam de facto potest propellere, centent idem Garcias de expens. cap. 8. Lara in l. *si quis à liberis*, numer. 25. ff. *de liberis agnosc.* Circa modum orandi, procedendi, habitum, vel quid simile observandum à confratribus, quomodò ejusmodi confraternitates stare debeant judicio Episcopi docent Gratianus March. decis. 342. numer. 24. Diana moral. resol. part. 2. tractat. 1. Marcellus Vulpe in praxi judic. fori Eccles. cap. 11. num. 10. Navarrus consil. 3. de foro cõmpet.

V. Confraternitates posse ab Episcopo visitari statuit Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 8. Barbosa de officio & potest. Episc. alleg. 72. num. 3. alleg. 75. num. 2. & alii ab eo citati, exceptis iis, quæ sunt sub immediatâ regum protectione, habet Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 8. Barbosa supra alleg. 75. num. 16, 17.

& 19. & alii ibidem. Ad lit tamen Diana part. 1. tract. 2. resol. 100. Barbosa supra num. 20. has confraternitates sub regum protectione constitutas posse ab Episcopo visitari quoad decentiam divini cultus & ornamentorum. Item posse ab Episcopo visitari confraternitates erectas in Ecclesiis regularium nonobstante quâcumque contrariâ consuetudine decrevit Sacra Congregatio Episc. & Regularium 17. Julii 1615. Lezana supra numer. 27. Marta de jurisdict. part. 4. casu 113. num. 7. & alii. Imò & capellas prout spectant ad confratres, declaravit S. Congregatio apud Barbosam supra verb. *confraternitas*, Lezanam proximè citatum. Posse etiam compellere confratres laicos ad reddenda computa referunt Gratianus decis. 188. Petrus Benintendis decis. 13. Parisius consil. 34. vol. 4. Salzedo de consuetudine cap 8 numer. 20. Rota decis. 574. num. 6. in. part. 1. divers. Vincentius Carocius de exceptionibus except. 44. num. 65. & 66. Aloysius Riccius in praxi var. resol. cap, 303. num. 1.

VI. Si statutum ab Episcopo approbatum, & legitimâ consuetudine introductum ut aliquid detur in receptione alicujus confratris servari debet (inquiunt Sanchez tomo 1. consil. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 23 num. 8, Lauretus de Francis in controvers. Episcop. & Regul. Lezana supra numer. 30.) modò non detur per modum pretii, quia sic redoleret Simoniam: est enim Simoniacum dare pretium pro re spirituali. At confraternitates habent multa jura spiritualia, ut privilegia, indulgentias, gratias, sed in dictâ receptione detur per modum elemosynæ, vel alio titulo, verbi gratiâ pro alendis pauperibus infirmis, redimendis captivis, &c. Modò ad id obligentur illi dumtaxat qui possunt solvere, nè paupetes excludantur à piis operibus quæ fiunt, & participatione bonorum spiritualium quæ confertur in illis confraternitatibus. Navarrus de orat. in miscellan. 6. de psalterio & rosario numer. 1. & 4. Sylvester verb. *confraternitas*, num. 2. Lezana tom. 2. quæst. reg. cap. 15. n. 30.

Confraternitates auctoritate Episcopi institutas gaudere privilegio fori & consequenter nihil ipsarum alienari posse resolvunt post Lambertinum, Menochium, Sfortiam, Gutierez can. quæst. lib. 1. cap. 35. num. 23. Lezana supra num. 4. Maximè quando confraternitates sunt unitæ seu affixæ alicui Ecclesiæ, Capellæ, seu Altari. Ratio est, quia sunt verè bona Ecclesiastica, Bonacina de contractibus disp. 3. quæst. 8. num. 21. Barbosa alleg. 75. num. 31. Lezana supra numer. 4. Ac proindè quæ earum dominio incorporantur, sunt de foro Ecclesiæ, cap. ultimo de foro Eccles. Ita ut non solùm visitatio & coactio administratorum, ut debitæ executioni mandent institutoris voluntatem spectet ad Ecclesiasticos judices. Sed etiam ipsorum processuum & causarum cognitio super eisdem bonis juxta regul. text. in cap. *quanto*, de judic. & ibi Doctores communiter, & text. in cap. *ad nostram*, de rebus Eccles. & in cap. 1. de restitut. in integrum cum similibus de quibus Tuschus tomo 4. lib. 4. conc. 447. & conc. 450. Satis fusè, quod scilicet quoties agitur de re, quam constat esse Ecclesiasticam, vel quod magis est Clerici, indistinctè cognitio spectat ad judices Ecclesiasticos, at confraternitates de consensu Episcopi institutæ sunt ejusmodi, ut patet ex dictis. Dixi *consensu Episcopi*, quia confraternitates absque consensu Episcopi institutæ, confratres illarum gaudere privilegio fori negat noster Lezana supra num. 4. Item excludit congregationes prophanas, quæ neque auctoritate Episcopi, neque ad pias causas vel actiones exercendas sunt institutæ, cujusmodi sunt congregationes Mercatorum, Artificum, Causidicorum, &c. Ita verò confraternitates auctoritate Episcopi erectæ subjiciuntur Episcopo, ut sicut possunt compelli ad rationem reddendam, Cenedo pract. & can. quæst. lib. 1. quæst. 22. numer. 10. & 14. Ita per eum cogi ad recipiendum, vel rejiciendum aliquem ex eorum cœtu Bobadilla in suâ politicâ lib. 2. cap. 14. numer. 141. Ita in compensationem bona prædictarum confraternitatum VII.

tatum

tatum eximuntur à solutione gabellarũ. Molina tomo 3. de justitia disp. 671. Barbosa de officio & potest. Epis. alleg. 75. num. 35. Non posse etiam præscribi contra illarum confraternitatum bona ante 40. annos, sed gaudere beneficio restitutionis in integrum docet Sfortia tract. de restitut. in integrum part. 1. quæst. 3. num. 37. Novarrius tract. sine praxi elect. & var. fori select 2. quæst. 54. num. 4. Ratio est, quia Ecclesiæ competit beneficium restitutionis in integrum cap. *ubi*, Beroius num. 1. & 3. Mantua num. 3. & 4. & in cap. *auditis*, de restitut. in integrum, cap. 1. tit. eodem, lib. 6. Ubi Monachus Clement. unica eodem tit. glossa 1. in l. *respub.* C. *ex quibus causis*, Menchara *usu frequenti*, cap. 9. numer. 3. Pereira in l. *si curatorem*, verb. *minoribus*, num. 60. Morla in emporio juris tit. 5. in præludi num. 9. vers. 6. Molina de justitia tract. 1. disp. 574. numer. 1. & 2. Arqui nomine Ecclesiæ comprehenprehenduntur loca pia cujusmodi sunt confraternitates. Nec refert, quòd in jure nihil reperiatur de illis cautum sicut de Ecclesia, eadem ratio militat pro utrisque. Deinde privilegia Ecclesiarum cujusmodi est beneficium restitutionis censentur omnibus locis piis cõmunicata, l. *omnia privilegia*, C. *de Episcopis & Clericis*. Quare quoad juris effectus pio loco & Ecclesiæ æquiparantur, ut patet ex cap. *requisiti*, vers. *secus autem*, ibi *aut aliis piis locis de testament.* Et communiter Doctores, de quibus Roman singul. 272. Molina disp. 574. num 2. & alii quos referunt Caldas Pereira supra verb. *minoribus*, num. 63. Sfortia citatus quæst. 3. num. 16.

VIII. Quidam extendunt hanc communicationem beneficii in integrum ad confraternitates quæ sunt institutæ absque auctoritate Episcopi dicentes omnem piam causam gaudere hoc hoc privilegio ut jure minoris restituantur, ita Joannes Andræas, Archidiaconus; Dominius in cap. 1. de restitut. in integrum, lib. 6. & alii veteres apud Tiraquellum de piâ causâ, privileg. 138. Costa in cap. *si prater*, vers. *ipsis pauperibus*, num. 4. Quibus subscribunt Caldas l. *si curatorem*, verb. *minoribus*, num. 64. Sfortia supra quæst. 3. numer. 26. Novarius de variar. fori sect. 2. quæst. 56. num. 16. & speciatim de hospitalibus & confrater. Baldus & Paulus Castrensis l. *Orphanatrophos*, C. *de Episcopis & Clericis*. Præcipuum eorum fundamentum est l. *Orphanotrophos*, & generalis conclusio quam colligunt ex l. *omnia*, quod pia loca gaudent privilegiis quę Ecclesiis conceduntur. Item hoc privilegium restitutionis non ita Ecclesiis conceditur, ut aliis denegetur, in quibus idem favor & miserationis ratio reperitur. Alii negant hoc privilegium restitutionis in integrum esse concessum confraternitatibus institutis absque facultate Episcopi, ita Ancharanus cap. *auditis*, num 9 de restit. in integrum, Gabriel commun. lib. 6. tit. *de piâ causâ*, concl. 1. num. num. 21. & conclus. 2. num. 16 Gutierez can. lib. 1. cap. 35. numer. 14. Caldas Pereira verb. *minoribus*, num. 63. Valascus consul. 105. numer. 44. Sfortia quæst. 3. num. 45. Barbosa alleg. 75. num. 42. & alii Ratio est; quia quamvis ejusmodi confraternitates sint piæ, non sunt tamen Ecclesiasticæ vel religiosæ, eo quod non sint Episcopi auctoritate institutæ. At nulli beneficium restitutionis piis causis indistinctè à jure conceditur, sed dumtaxat Ecclesiis; ac locis Ecclesiasticis & Religiosis. Undè respondent l. *omnia*, tantùm procedere in hospitalibus institutis auctoritate Episcopi, ut ex communi opinione explicat Valascus consil. 105. num. 12. ad l. *Orphanotrophos*, respondent Ancharanus cap. *auditis*, numer. 9. Marta de jurisdict. part. 4. casu 113. num. 25. Mascardus concl. 869. num. 9. eodem modo quo Valascus.

CAPUT

## CAPUT XII.

*Potestas Episcopalis est circa Canonicam Portionem, quartam Decimarum, Jus Cathedraticum, & Charitativum subsidium.*

I. CAnonicam portionem ad spiritualem Episcopi potestatem reduco, quia est instituta & approbata à Canonibus, Miranda in manuali Prælatorum tomo 2. quæst. 4. art. 1. Debita Episcopo ab omnibus Ecclesiis suæ Diœcesis de legatis aut relictis eisdem, Miranda supra art. 1. Sylvester in summa verb. *canon. portio*, num. 1. ratione spiritualis oneris, quod Episcopus sustinet in administratione sui Episcopatus instar legitimæ aut patrono debitæ in bonis filii aut liberti. Episcopus enim est pater & patronus spiritualis. Tamburinus de jure Abbatum tomo 1. disput. 15. quæst. 16. num. 1 Barbosa de officio & potest. Episc. alleg. 86. num. 1. noster Lezana supra num. 2. Vel canonica portio est recognitio superioritatis spiritualis, vel communicatio inter Episcopum & Ecclesias sibi subjectas præsertim ratione curæ & pabuli spiritualis, quod illis porrigit de recognitione superioritatis. Vide cap. *conquerente*, cap. *quarta*, cap. *auditis*, de præscript. de communic. cap. *requisisti*, vers. *secus*, de testam. de curâ & pabulo spirituali cap. *cælesti pabulo*, de sepult. Abbas cap. *officii*, 14. num. 6. de testam. & Lapus de canon. portione part. 2. num. 1. Per Episcopos etiam intelligi eos qui habent in Ecclesiâ jurisdictionem quasi Episcopalem tenent Petrus Ubaldus tract. de canon. Episc. cap. 1. num. 4. Barbosa supra num. 8. noster Lezana citatus num. 5. Ratio est, quia canonica portio est debita ratione jurisdictionis, quam etiam isti habent, Innocentius cap. 1. de statu Monach. Ubaldus, Barbosa, Lezana supra.

II. Ecclesia exempta, habens Capellas, vel populum non exemptum tenetur pendere Episcopo canonicam portionem, ita cap. *ex ore*, de privileg. Innocentius ibi, Joann. Andreas cap. *nostro* de sepult. Lapus de canon. portione part. 2. quæst. 4. §. *quia*, num. 6. vers. *secundò quæritur*, Ubaldus eodem tract. cap. 4. quæst. 5. 8. 9. 10. & 11. Barbosa alleg. 86. num. 14. Tamburinus de jure Abbatum & Prælatorum, tam regularium, quàm sæcularium Episcopis inferiorum tomo 1. disp. 16. quæst. 13. noster Lezana numer. 6. Erasmus à Chokier de jurisdict. Ordinarii in exemptos part. 4. quæst. 6. art. 5. Non autem illa Ecclesia vel plebs, quæ est immediatè subjecta Sedi Apostolicæ, seu exempta, Barbosa supra num. 10. & seq. Lezana num. 6. & alii ab iis citati.

III. Potest etiam Episcopus exigere canonicam portionem ab hospitali etiam religiosorum, si fit auctoritate Episcopi constructum, ita Miranda supra art. 3. post Sylvestrum Lezana n. 6. Casus à quibus Episcopus possit exigere canonicam portionem, & non possit, recensct Barbosa num. 2. & seq.

IV. Quarta decimarum in primitivâ Ecclesia dabatur Episcopo pauperi, & erat medietas oblationum, quæ fiebant matrici Ecclesiæ cap. *antiquus*, 30. quæst. 1. Successu temporis tantùm ex parochialibus tertiam oblationum, decimarum, tributorum, & frugum habuit Episcopus, cap. *de his*, cap. *decernimus*, dist. 20. quæst. 1. cap. *constitutum*, 16. quæst. 1. Jure recentiori quarta tantùm debetur Episcopo ex omnibus decimis Ecclesiarum sui Episcopatus absque ullo onere fabricæ, ex cap. *conquerente*, de offic. ordinarii, cap. *de quarta*, de præscript. Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. *decima*, §. 10. Franciscus in thesauro fori Ecclesiastici part. 2. cap. 14. numer. 32. Barbosa alleg. 86. num. 34. Suarez de religione tomo 1. de divino cultu cap. 28. num. 9. Propter cõjunctionem, ac universalem curam, quam habet Episcopus in Ecclesiis subjectis, Innocentius cap. *requisisti*, de testamentis, Moneta tract. de decimis cap. 7. quæst. 2. num. 14. Tyndarius eodem tract. num. 71. Barbosa

num. 34.

num. 34. Potestas Episcopi postulandi quartam decimarum fundatur in jure communi, Moneta, Tyndarius, & alii apud Barbosam supra. Quinam ab ejusmodi decimatione eximantur referunt Azorius instit. moral. part. 1. lib. 7. cap. 36. quæst 9. Barbosa num. 35. & seq. Lezana verb. *decima*, numer. 2. & alii ab his citati.

V. Cathedraticum, seu Synodaticum debitum potest exigere Episcopus ob honorem cathedræ Episcopalis cap. *conquæritur*, de offic. ordinar. cap. *pastoralis*, de donat. Belletus disp. Cleric. part. 1. tit. *de Clerico debitore*, §. 15. num. 7. vers. *appellatur*. Vel quia solet solvi in Synodo cap. *olim de censibus*, Hostiensis cap. *conquerente*, numer. 12. Belletus supra, Lotterius lib. 1. quæst. 21. num. 54. Gratianus discept. forensium tomo 4. cap. 620. numer. 1. Barbosa num. 4. qui cum aliis refert quando, & quantum possit exigere.

VI. Episcopus, Archiepiscopus, Patriarcha, seu primas potest petere charitativum subsidium quando reditus propriæ Ecclesiæ non sufficiunt pro oneribus incumbentibus cap. *ex parte de censibus*, Bellencinus tract. de charitat. subsid. quæst. 14. Guido Pâpa decis. 371. Azorius institut moral. part. 2. lib. 9. cap. 24. quæst. 2. Aloysius Riccius in collect. decis. part. 1, collect. 52. Belletus disq. cleric. part. 1. tit. *Clerico debitore*, §. 12. num. 6. Appellatur subsidium, quia quemadmodum actio subsidiaria datur, quando deficit propria & specialis, ut in §. fin. instit. ad legem Aquil. & in §. fin. ubi glossa instit. de interdict. Ita subsidium charitativum hic dicitur, seu charitatis auxilium ad quod suppeditandum possunt cogi divites maximè Clerici subsistente manifestâ & rationabili causâ, ita Abbas Hostiensis, Joannes Andræas, Butrius in cap. *cum Apostolus*, de censibus, Lapus alleg. 20. quæ incipit, *si vacante*, Xammar de officio judicis part. 1. quæst. 14. num. 81. Rendina in promptuario recept. sentent. tit. 38. num. 12. aliique ab eo citati. Addit Lapus citatus Episcopum posse propter hoc Clericos excommunicare, quod probat ex Clement. *frequens*, de excess. Prælat. Addunt Abbas Hostiensis, Innocentius, Ancharanus, & alii in cap. *cùm Apostolus*, de censibus, Alexander de Nevo consil. 58. num. 5. Boerius decis. 136. num. 1. & 2. Episcopum posse per censuras compellere sibi subditos ad solvendum charitativum subsidium. Auditores Rotæ in novis decis. 425. aliàs 23. quæ incipit, *item extra Rotam petebatur consilium*, censent Episcopum posse in suâ Diœcesi publicare edictum, ut ubicumque Clericus habens beneficium non solverit ei charitativum subsidium infra certum tempus sit excommunicatus. Nec obstat quod Episcopus videatur esse judex in propriâ causâ contra l. 1. C. *Nèquis in suâ causâ*. Respondeo id non procedere ratione notorii & manifesti, Alexander Trentacinquius variar. resolut. lib. 2. tit. de judic. resol. 3. num. 6. Barbosa in l. *si de vi*, num. 143. ff. *de judic.* Deinde potest Episcopus esse judex in causâ propriâ, subsistente ad dignitatem & honorem Ecclesiæ causâ manifestâ & rationabili cap. *Romana*, de pœnis, Aloysius Riccius in decis. Curiæ Archiepis. Neapol. part. 1. decis 144. Marta in votis novissimè decis. voto 57. num. 23. Surdus consil. 59. Zerola in praxi Episc. part. verb. *Episcopus* Trentacinquius supra num. 7. Ratio est, quia Episcopus est sic ut judex cõpetens in causâ suæ Ecclesiæ, Marcus Antonius variar. resol. lib. 1. resol. 48. num. 8. Sbrozius de offic. Vicar. lib. 3. quæst. 60. De Graffiis decis. 4. numer. 1. & seq. Cassad, decis. 6. num. 1. de privileg. Maranta de ordine judic. part. 4. verb. *secular vel Ecclesiast.* num. 26. Navarrus consil. 21. num. 17 de sentent. excomm. Puteus decis. 210 num. 3. part. 2. Imò secundum Belletum disq. Cleric. part. 1. tit. *de Clerico debitore*, §. 12, num. 34. Caputaquium decis. 228. part. 1. Potest Episcopus pro ejusmodi subsidio charitativo relaxare executionem nonobstante appellatione.

VII. Episcopus electus, & confirmatus nondum consecratus potest exigere subsidium charitativum, ita Bellencinus tractat. de charitativo subsidio

quæst. 9.

quæst 9. Azorius institut. moral. part. 2. lib 9. cap. 14. quæst. 5. Ratio est, quia hic actus non est ordinis, sed jurisdictionis cap. *conquerente*, Alexander de Nevo consil. 57. num. 2. Belletus §. 12. num. 8. Barbosa alleg. 87. numer. 26. aiunt Episcopum habere potestatem exigendi hujusmodi subsidium congregato Capitulo & Clero cum charitate & humanitate exponendo causam suæ indigentiæ, & hortando quod cum quilibet debeat proximo suo in necessitate succurrere à fortiori sibi subveniendum esse.

VIII. Inter causas rationabiles hæ præcipuè recensentur; Prima pro suâ consecratione, ita Aloysius Riccius supr. collect. 51. Laurentius de Franchis in controvers. inter Episcop. & Regul. quæst. 70. vers *prima*, Belletus supra §. 12. num. 4. Boerius decis. 134. numer. 1. 2. & 7. Purpuratus consil. 129 num. 1. vol. 1. Grammaticus decis. 88. Secunda pro solutione debitorum, quæ Episcopus contraxit pro tuendo jure suæ Ecclesiæ, quando multa & gravia sunt debita, nec aliundè possunt commodè solvi, ita Hostiensis in summâ tit. *ut Ecclesiastica beneficia*, §. 2. & in tit. de censibus, §. *ex quibus causis*, Butrius & Imola in cap. *conquerente*, Piasecius in praxi novâ Episc. part. 2. cap. 2. num. 11. Azorius part. 2. lib. 9. cap. 14. quæst. 4. Boerius decis. 134. num. 2. Menochius casu 178 num. 5. Belletus §. 12. num. 4. vers. *secundo*, Barbosa num. 30. Tertia, si Episcopus magnas expensas fecerit in negotiis cõmunibus pertractandis ita Innocentius in cap. 1. de statu monach. Azorius supra cap. 14. quæst. 4. vers. *secundo*, Barbosa supra num. 30. Quarta, si lites magnæ in bonis Ecclesiæ moveantur, Belletus supra §. 12. num. 4. vers. *sexta*, Franciscus Marcus quæst. 473. num. 1. Barbosa loco citato. Quinta, si Episcopus magnã emptionem fecerit pro fabrica suæ Ecclesiæ, vel aliâ re concernente magnam illius utilitatem, vel conservationem Oldradus consil. 104. circa propositam quæstionem, Menochius de arbitr. casu 78. art. 8. Belletus supra §. 12. num. 4. vers. *quarta*, Bartholomæus Bellencinus tract. de charitativo subsidio quæst. 19. Hostiensis supra, Brentius & Imola cap. *conquerente*, Azorius supra quæst. 4. vers. *tertio*. Sexta, si Episcopus debeat adire Papam, Cæsarem, vel Regem ob suæ Ecclesiæ vel Diœcesis, vel Ecclesiæ universalis utilitatem, ita Innocentius in cap. 1. circa fin. de statu Monach. Hostiensis, Butrius, Imola cap. *conquerente*, Paulus Cardinalis & Ancharanus Clement 1. de excessibus Prælat. Bellencinus supra quæst. 20. Franciscus Marcus quæst. 472. num. 3. Belletus supra numer. 4. vers. *tertia*, Lauretus de Franchis supra quæst. 71. vers. *tertia*, Azorius citatus vers. *quarto*, Barbosa num. 32. Septima, si Episcopus visitaturus sit limina Apostolorum, ut jusiurandum emittat, juxta formam cap. *Ego N.* in fine, de jurejurando & constit. Sixti V. & cap. *eaqua*, de censibus, Bellencin. quæst. 20. vers. *vel quando*, Zerola in praxi novâ Episc. num. 11. Azorius quæst. 4. vers. *tertia* Barbosa supra num. 33. Octava, si Episcopus debeat proficisci ad Concilium Provinciale, nec habeat ad faciendas expensas cap. 1. de statu Monach. Butrius, Panormitanus ibi, Baldus in l. *si quis ad declinandum*, cap. *de Episcopis & Clericis*, Abbas in cap. *conquerente*, & cap. *dilectus*, de officio ordinar. Quaranta in summa bullarii verb. *Concilium Provinciale*, num. 8. Bellencinus supra quæst. 21, Jacobus de Graffiis lib. 5. art. 5. Piasecius num. 11. Belletus §. 12. num 4. vers. *tertia*, Marcus Antonius in praxi Archiep. Neap. cap. 71. numer. 8. Azorius supra quæst. 4. vers. *sexto*, Barbosa num 34. Nona, à fortiori, si vocatus debeat proficisci ad Concilium generale juxta id, quod haberur cap. *placuit*, distinct. 18. ut notant Innocentius & Joannes Andreas in cap. *grave*, de præb. Azorius loco citato. Decima, si Episcopus necessarias impensas alicujus momenti fecerit in adventu Cæsaris, Regis, Principis, præsertim si ab eo habeat regalia, modò Clericos & Ecclesias in hoc non oporteat gravare vel compellere, ita Archidiaconus & Hugo in cap. *unico*, 16 quæst. 3. Bellencinus quæst. 21. Belletus §. 12. numer. 4. vers. *septima*,

Lauretus

Lauretus de Franchis quæst. 71. vers. *quinta*, Azorius quæst. 4. vers. *septimo* Barbosa supra num. 35. Undecima, quando formaliter Ecclesias visitat, ita Abbas in cap. *conquerente*, num. 2. vers. *decimo-tertiò*, Socinus de visitatione lib. 1. quæst. 13. in princip. quæst. 6. Boerius decis. 143. Belletus §. 12. num. 4. vers. *quarta*, Barbosa supra num. 35. Duodecima, Episcopũ posse etiam exigere subsidium charitativum si expensas alicujus momenti fecerit ad solvendam annatam, solet solvi, cùm Antistites promoventur, item ad suam electionem in Curiâ Romanâ prosequendam docẽt Bellencinus quæst. 16, & probat ex cap. *cupientes*, §. *ad hæc*, & §. *si verò*, de elect. in 6. & glossa ibidem. Sic etiam Cassaneus in Consuetudinibus Burgundiæ, vers. *item etiam secundò*, & Cardinalis cap. *cum Apostolus*, de censibus quæst. 7. ait consuetudine esse receptum, ut Prælati semel exigant hoc subsidium in principio promotionis suæ, & modò communiter tantùm petant quantùm solvunt in Curiâ Romanâ pro primis fructibus, quandoque minus. Illis arridet S. Antoninus part. 3. tit. 20. cap. 2. §. 10. vers. *secundùm etiam*, de charitativo subsidio. Limitat tamen Ægidius de Gony in suo tract. quæst. 5. num. 40. & seq. dicens ex consuetudine receptâ, posse peti, non verò ex jure. Decima-tertia, Episcopus maximè jurisdictionem temporalem habens, ut in Germaniâ si moveatur bellum sivè offensivum, sivè defensivum contra Turcas, & alios infideles Christiani nominis hostes. Si enim gabellæ, Tributa, & subsidia pro causis supra nominatis, & Apostolus Roman. cap. 13. vers. 7. dicat. *Reddite ergò omnibus debita, cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal, &c.* Sotus lib. 4. de justitiâ quæst. 6. art. 6. Navarrus in manuali cap. 17 num. 200. Etiam doceant ante omnem judicis sententiam quæcumque tributa justè imposita solvenda esse in conscientiâ ab iis, quibus imposita sunt, quia (inquit Sanchez tomo 1. consil. moral. lib. 2. cap. 4. dubio 1.) tributa ista non sunt pœnæ, sed sunt quasi præmium, auxilium Principum pro labore, quem sustinent in conservandâ republicâ, & aliter facientes teneantur ad restitutionem, Sylvester in summâ verb. *gabella*, 2. num. 21. & 22. Navarrus supra, Lezana tomo 3. verb. *gabella*, num. 2. Quantò magis quando agitur de conservatione fidei & reipublicæ Christianæ.

IX. Difficultas est quinam ad ejusmodi subsidia charitativa solvenda teneantur. Respondemus subditos teneri, ita cap. *cum Apostolus*, §. *prohibemus*, de censibus, & maximè a Clero, & Ecclesiis suæ Civitatis, & Diœcesis cap. *conquerente*, de offic. ordinarii, Navarrus consil. 10. in antiq. alias 5. in novis sub tit. de censibus, Sayrus in Floribus decis. 10. Non tamen tenentur exempti, ita Cardinalis Clement. *frequens*, §. *nonnulli*, in 3. oppositi. Prælat. ubi Petrus & Paulus de Ancharano in vers. 8. not. Bellencinus quæst. 32. Chokier de jurisdictione ordinarii in exemptos part. 4. quæst. 9. per totam, Azorius supra quæst. 6. vers. *item non potest*, Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 87. numer. 47. Quinam autem ejusmodi exemptionem allegare possint, vide auctores citatos, item privilegia particularia exemptorum, & clausulas eorum. Aliquando enim tantùm important exemptionem à jurisdictione, aliquando etiam ab omnibus quæ sunt de lege Diœcesanâ; inter quæ numeratur subsidium charitativum, ità Chokier supra num. 21. Bellencinus quæst. 32. num. 8. Barbosa num. 47. Aliquando exempti habent populum non exemptum, Chokier numer. 2. Bellencinus quæst. 31. num. 5. vers. *& portabilis*, Barbosa citatus. Aliquando in privilegio exemptionis apposita est clausula vulgaris, & æquivalens. *Volumus autem quod Ecclesia, vel Clerus hujusmodi exempta, vel exemptus cum charitate priori cum Episcopo suo remaneat*, ita Abbas consil. 101. quæ incipit, *Omnipotentis Dei postulato suffragio*, vol. 1. Chokier part. 1. quæst. 9. & parte 4. quæst. 9. num. 3. Bellencinus quæst. 32. Barbosa loco citato. Tantùm dicam Religiosos Mendicantes non posse compelli ad ejusmodi subsidia & contributionem quorum-

cumque onerum, præcipuè solvenda iis, qui nec spiritualem, nec temporalem, nec directam, nec indirectam in ullâ re jurisdictionem habent in illos. Pro Conventibus & Religiosis nostri Ordinis, accipe verba Sixti IV.
Sixtus 4. in bulla quæ incipit, *Dum attentâ meditatione pensamus, &c. Primò litteras Innocentii IV. & Clementis IV. & Innocentii VI. & Alexandri IV. per quas dicti Ordinis B. Dei Genitricis Mariæ de Monte Carmeli Professoribus concedatur, quod ad solutionem collectarum, seu exactionum quarumlibet, vel vicesimæ cogi à nemine valeant, & in præfatis Clementis IV. & Alexandri IV. Romanorum præfatorum Pontificum, etiam Prædecessorum nostrorum litteras præditas in ea parte, in quâ concedunt dictis Fratribus, ut de novalibus eorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colunt, ac de hortis, virgultis, & piscationibus eorum nullus ab eis decimas exigere præsumat ad quascumq; bona dictorum Fratrum, & quæcumque opera, quæ etiam sub censuris alterius quotæ, vel subsidii etiam charitativi, aut datii, vel pedagii, vel gabellæ, seu alio quovis nomine indicerentur, etiam per Apostolicæ Sedis Legatos, locorum ordinarios, vel Clerum aut populum, vel seculares Principes, & Dominos temporales, & alios quoscumq; exigerentur, quamvis etiam Apostolicâ auctoritate, necnon ad quascumque decimas etiam, quas vulgus papales appellat, & Apostolica Sedes pro Christianæ fidei defensione, aut aliis imminentibus si persæpè necessitatibus indicit. Extendimus ac decernimus dicti Ordinis Professores, etiam decimæ & onera hujusmodi per quoscumque exemptos etiam Mendicantium Ordinum Professores solvi mandentur, cum quibusvis etiam derogationum derogatoriis, ac fortioribus, & efficacioribus clausulis ad decimarum & onerum hujusmodi solutionem non teneri, & in illorum solutione cessando, censuras & pœnas aliquas non incurrere, nisi præsentibus, non per generales, aut alias clausulas specialem mentionem importantes, sed aliàs fit derogatum. specificè earum de verbo ad verbum inserto &c.* Primò eximit illos à solutione notâ collectarum seu exactionum quarumlibet. Quod si impositio facta est à potestate seculari, imponentes sunt excommunicati, cap. *non minùs*, & cap. *adversus*, de immun. Eccles. & aliis juribus quæ referuntur à nostro Lezana tomo 3. verb. *gabella*, quoad regulares num. 5. & 23. Filiucio tract. 14. num. 43. Barbosa de officio & potest. Episc. allegat. 50. numer. 27. Et quidem excommunicatione Papæ reservatâ in Bullâ Cœnæ casu 18. & Lezana verbo *Bulla Cœnæ*, num. 46 Bonacinâ, Filiucio, Ugolino, Duardo, Alterio, & aliis Bullæ Cœnæ expositoribus. Quod si ejusmodi exactiones & collectę imponantur à Sedis Apostolicæ legatis, nullæ sunt ex citatâ bullâ & Ferreto tract. de gabellis, & vectigalibus numer. 564. Comitolo lib. 1. respons. moral. quæst. 95. Portello in dubi is regul. verb. *Tributum*, Hieronymo Rodriguez in compendio resol. 63. num. 29. Suarez de legibus lib. 5. cap. 13. & de censuris disp. 21. sect. 2. num. 99. De exemptione à decimis, novalibus propriis manibus aut sumptibus laboratis, & de hortis, virgultis, piscationibus. Vide eundem Lezanam tomo 1. quæst. regul. cap. 3. num. 14. & 15. & tomo 2. cap. 1. numer. 32. & tomo 3. verb. *decima quoad regulares*, num. 2. 3. & 4. de subsidio charitativo, Lezana in mari Prædicatorum circa §. 35. per decimam Papalem; idem Lezana in mari magno Carmelitarum circa §. 46. num. 306. Decimam partem fructuum de beneficiis Ecclesiasticis, quam summi Pontifices reservare solebant ad sublevandas Ecclesiæ necessitates, & ad expeditionem belli contra infideles, cujusmodi est modernum bellum contra Turcas & colligitur ex verbis bullæ citatæ. *Necnon ad quascumque decimas, etiam quas vulgus Papales appellat, & Apostolica Sedes pro Christianæ fidei defensione, &c.* Motivum præcipuum hujus exemptionis Apostolicæ suggerit Sixtus IV. *Dum attentâ* (inquit) *meditatione pensamus, quod venustissima, & omnium virtutum floribus insignita Virgo Dei Genitrix gloriosissima, &c. produxit sacrum ordinem B. Mariæ de Monte Carmeli à Sede Apostolicâ approbatum, quem ejusdè gloriosissimæ Dei Genitricis, semperq; Virginis*

*Virginis Mariæ, specialis titulo voluit insigniri.* Alterum motivum est. *Vt ob ejus Virginis reverentiam Ordo iste à Christi fidelibus meritò peramplius veneraretur, ipsique fideles propterea ejusdem Virginis Mariæ adiuti suffragiis æternæ retributionis præmia facilius consequi mererentur.* Quibus verbis innuit præfatum Ordinem, & ejus alumnos à charitativo subsidio & aliis oneribus eximisse, tum ut excitarentur fideles ad majorem B. Virginis venerationē, tum ut suffragiis B. Virginis adiuti beatitudinem facilius assequerentur. Tertium motivum suggerit dum ait, ideò dicti ordinis personas Sedi Apostolicæ acceptas esse, ac sub Sedis Apostolicæ & Ecclesiæ Romanæ protectione immediatè existere: Quia, *inter cæteros regularium Ordinum Professores in armamento Catholicæ fidei militantes tanquam Religionis speculum & exemplar charitate fulgentes sunt.* Quartum motivum subiicit, dum ait. *Sanctorum Prophetarum Eliæ & Elisei, & aliorum Patrum qui montem sanctū Carmeli iuxta Eliæ fontem inhabitarunt successionem hæreditariam tenentes fructus quoque uberiores, quos dictus facer Ordo in agro militantis Ecclesiæ, in propagatione religionis & fidei orthodoxæ hactenus produxit utiliter & produxit, ac in futurum producturum indubitanter speramus, paternâ charitate intuemur dignum potius, quin imò & debitum reputamus nos ad illa nostros dirigere debere cogitatus, &c.* Quasi diceret, ideò à subsidio charitativo, & aliis oneribus illum ordinem immunem esse volumus, quia sicut Eliæ & Elisei successores & hæredes sunt, ita speramus illos iisdem armis in agro Ecclesiæ militantis fortius dimicaturos, quam innumeri exercitus armatorum, ut experti sumus in Eliâ, Eliseo, & aliis, quorum operâ, studio, & oratione idololatriâ & hæresis deleta est.

*Eccles. c. 58. v. 1.* De Eliâ Ecclesiasticus hæc pronunciat cap 48. vers. 1. *Surrexit Elias quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat.* Vers. 6. ita illum affatur. *Qui dejecisti reges ad perniciem, & confregisti facilè potentiam ipsorum, & gloriosos de lecto suo.* Vatablus. *Qui adduxeris reges ad interitum, & de sede suâ gloriosos, eorumq; potentiam infregeris.* Nam cum Jezabel cultum Baalis invexisset in Israel, ac illum foverent Achab, Ochozias, & Joram filii ejus, eos omnes perdidit Elias, ut patet lib. 3. Regum cap 21. vers. 23. lib. 4. Regum cap. 1. vers. 17. & cap. 9. vers. 24. & 32. de Eliseō idem Syrach ides vers. 13. *In diebus illis non pertimuit principē & potentia nemo vicit illum.* Idcirco Eliseus prophetavit ac prædicavit verum Dei cultum, omnimodumque idololatriæ excidium tentavit, ita intrepidè, ut regum idololatrarum ac impiorum offensam, minas, cædes non veritus fuerit. Nam vocatus ad castra trium Regum, duorum scilicet impiorum Joram filii Achab, & regis Edom, ac Josaphat pientissimi regis, sit & aquæ defectu laborantium, ejusque opem deposcentium, liberè dixit ad Joram lib. 4. Regum cap. 3. vers. 14. *Quid tibi & mihi est, vade ad Prophetas patris tui & matris tuæ, &c. Vivit Dominus exercituum in cujus conspectu sto, quod si non vultum Josaphat regis Iuda erubescerem, non attendissem quidem te, nec respexissem.* Quasi diceret, te ipreviſſem, nec dignatus fuissem tibi aliquod responsum dare, multò minus in gratiam tui aliquod oraculum edere, quia relicto & spreto Deo vero idola colis. Deum præsentem habens tuam præsentiam non vereor, tamen in gratiam Josaphat Regis Juda Deum meum consulam. Vide idem mare magnum numer. 100.

*l. 3. Reg. 21. v. 23* *l. 4. Reg. 1. v. 17 & cap 9 v. 24. et vers. 32. Eccl c. 48 v. 13.*

*l. 4. Reg. 3. v. 14.*

Simile indultum Ordini S. Dominici concessum est, ut patet ex eorum mari magno. ubi Sixtus IV. hæc habet. *Inualgentes vobis, ut ad præstantiorem procurationem Legatorum prædictæ Sedis, vel Nuntiorum ipsius, seu Diœcesanorum locorum, aut exactionum, vel collectarum, seu subsidiorum, vel provisionum quarumcumque teneamini, nec ad eas solvendas per litteras dictæ Sedis, aut Legatorum aut Nunciorum ejusdē, seu Rectorum terrarum Ecclesiæ Romanæ impetratas, seu in posterum impetrandas cujuscumque tenoris fuerint in perpetuū compelli possitis, nisi dictæ Sedis litteræ impetrandæ, plenam & expressam de indulto hujusmodi, & dicto ordine fecerint* X. Sixtus 4.

*mentionem.* Quid vocabula hæc, *precationum, exactionum, collectarum, subsidiorum, provisionum*, significent. Diximus supra, videndi etiam noster Lezana in explicatione maris magni Prædicatorum, §. 35.° & alii ab eo citati.

XI. De exemptione Eremitarum Sancti Augustini clarissimè etiam ac luculenter fit mentio in eorum mari magno. *Innocentius prædecessor* (inquit Sixtus IV.) *concedit dictis Fratribus, ut de novalibus eorum, quæ propriis manibus ac sumptibus colunt, ac de hortis, virgultis, piscationibus, eorum nullus ab eis decimas exigere præsumat ad quæcumque bona dictorum Fratrum, & quæcumque onera, quæ etiam sub cujusvis alterius quotæ, vel subsidii etiam charitativi, aut datii, pedatii, vel gabellæ, seu alio quovis nomine indicerentur, & per Apostolicæ Sedis Legatos, locorum Ordinarios, vel Clerum aut populum, vel sæculares Principes, vel Dominos temporales, aut alios quoscumque exigerentur, quamvis etiam Apostolica auctoritate, necnon ad quascumque decimas, quas vulgus Papales appellat, & Apostolica Sedes pro fidei Christianæ defensione, aut aliis imminentibus ei persæpè necessitatibus indicit, extendimus. Et decernimus dicti Ordinis Professores, etiamsi decimæ & onera ejusmodi per quoscumque exemptos etiam Mendicantium Ordinum Professores solvi mandentur, cum quibusvis etiam derogationum derogatoriis, ac fortioribus, & efficacioribus clausulis ad decimarum & onerum hujusmodi solutionem non teneri, & in illorum solutione cessando, censuras & pœnas aliquas non incurrere, nisi præsentibus, non per generales, aut alias clausulas specialem mentionem importantes, sed aliàs sit derogatum, specificè earum de verbo ad verbum inserto tenore.* Quomodò secundùm dispositionem juris communis hæc exemptio competat aliis Mendicantibus, fusè deducit noster Lezana in mari magno Eremitarum S. Augustini §. 34. num. 107.

XII. Eandem explicationem habent verba maris magni Minorum. *Fratres prædictos & illorum domos, ac eis legata, & relicta, aut aliàs in illorum favorem dispositæ in concessione & mandatis hujusmodi decernimus & volumus non includi, nisi de ipsis fratribus & præsenti decreto ac voluntate nostrâ, non per generales clausulas, quæ etiam specialem mentionem importare viderentur, sed vera & specifica mentio fiat in eisdem. Indultum verò ejusdem Clementis Prædecessoris de decimis non solvendis ad quæcumque bona dictorum Fratrum, & quascumque decimas, etiam quas vulgus Papales appellat, & Apostolica Sedes pro Christiana fidei defensione, aut aliis imminentibus persæpè necessitatibus indicit & quæcumque alia onera motu & scientiâ prædictis extendimus, &c.* Ex occasione noster Lezana in elucidatione hujus privilegii tres cõclusiones proponit §. 43. Prima an Fratres Minores tam de familiâ, quàm reformati, sint capaces legatorum, quæ unicâ solutione, seu præstatione adimplentur. Secunda, an sint capaces annuorum redituum perpetuorum, licet illa relinquantur adiecto perpetuo onere celebrationis Missarum. Tertia, an possint recipere legatum annui reditus perpetui factum fratribus, seu potius Ecclesiæ, & Sacristæ Fratrum Minorum non ad ipsorum victum, sed ad certum divini cultus usum, ut ad frumentum vel vinum necessaria materiæ consecrationis, oleum pro lampadibus, ornamenta altarium & calices. Quas explicat clarè, breviter, & doctè. Privilegia concessa à Pontificibus, seu mare magnum Minimorum datum à Julio II. anno 1506. Kalendis Augusti omitto, quia simile est mari magno Prædicatorum. Deindè de eorum privilegiis, Peirinis, Passarellus agunt.

Tantùm huc adducam exemptionem PP. Societatis à Gregorio XIII. anno 1578, quam antea concesserat Paulus III. apud Laertium Cherubinum constit. 48. quæ incipit, *Licet*, & Pius IV. cujus mentionem facit in bullâ quæ incipit, *Pastoralis officii cura, &c. Pro potiori cautela universam Societatem prædictam, omniaq; & singula ejus, domos etiam probationis, & collegia ubilibet consistentia, præsentia & futura, eorumq; personas, fructus reditus, & proventus etiam bonorum* XIII. Greg. 13.

*Ecclesiasticorum, sæcularium & regularium quorumcumque illis pro tempore unitorum, aliasq; res & bona quæcumque à quibusvis decimis etiam Papalibus Prædialibus, personalibus, quartis, medietatibus & aliis fructuum partibus subsidiis etiam charitativis & aliis ordinariis oneribus etiam pro expeditione contra infideles, defensione patriæ, aliàs quomodolibet, etiam ad Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum instantiam pro tempore impositis, etiamsi in illorum impositione caveretur, & quod nulla prorsus exemptio cuiquam adversus illa suffragaretur, &c.* Illa verba, *etiam pro expeditione contra infideles*, æquivalent privilegio Carmelitico nostro Ordini & Augustiniano concesso, *pro Christiana fidei defensione, aut aliis imminentibus ei persæpè necessitatibus indicit.* Idem ferè motivum Sedes Apostolica habuit præfata privilegia indulgendi Prædicatoribus, Minoribus, Augustinianis, Minimis, ac Societati JESU. De hac ita loquitur Gregorius XIII. *Pastoralis officii cura nobis meritis licet imparibus ex alto commissa nos admonet, ut nostræ provisionis efficiatur ministerio, quod ea, quæ religiosis quibuslibet, præsertim sub Sacratissimi Nominis JESU, totius humani generis redemptoris vexillo, ad illius honorem & gloriam, proximorumq; spirituale profectum, ac orthodoxa fides defensionem & propagationem in terris militantibus ab Apostolicâ Sede providè concessa reperiuntur sublatis quibuscumque impedimentis, suos, ut par est, debitos effectus perpetuis futuris temporibus sortiantur.* Quasi diceret, ideò illos singularibus privilegiis exornamus ac dotamus, quia totos conatus conferunt ad honorem & gloriam Dei augendum, proximorum spirituale profectum promovendum, ac in terris militant pro fidei defensione & propagatione.

## CAPUT XIII.

### *Potestas Episcopalis est circa Pastores, Beneficiatos, & Canonicos.*

I. INtentum meum non est referre ac discutere privilegia, jura & statuta particularia quarundam Ecclesiarum Cathedralium, Collegiatarum & Pastoralium, eorumque praxes ac consuetudines diversas. Nam in Civitate Leodiensi sunt octo Collegia. Collegium 60. Nobilium Canonicorum Cathedralis sancti Lamberti Martyris, Collegium S. Petri cum 30. Sancti Martini 30. Sancti Pauli 30. Sanctæ Crucis 30. Sancti Joannis Evangelistę 30. S. Dionysii 30. & S. Bartholomæi 30. In Ædę Sacrâ divi Lāberti sunt Canonici S. Materni. & tancti Ægidii, aliàs parvæ Mensæ, quorum singula quibusdam prærogativis ac moribus gaudent. Salvis igitur quibuscumque privilegiis & juribus particularibus, tantùm hic referam, quę jura communia Canonicis & Pastoribus præscribunt, & juxta illa Episcopi potestatem in Canonicos & Parochos. Neminem igitur lædere, nec ullius privilegium improbare, seu impugnare intendo.

II. Qui dignitatem, Canonicatum, vel portionem in Ecclesiis maximè Cathedralibus obtinent, cujuscumque qualitatis sint, tenentur Episcopo solemniter celebranti, vel Pontificalia exercenti assistere, ac vestibus sacris induti eidem ministrare, & officia eisdem dignitatibus, Canonicatibus, & portionibus in decantatione Missæ, Evangelii, Epistolæ, & similium functionum exercitio juxta Sacrorum Canonum, cujusque Ecclesiæ particularem ordinationem, & præsertim Concilii Tridentini sess. 24. de reformatione cap. 12. *Episcopo celebranti, seu Pontificalia exercenti assistere, ino servire, &c.* Quod si aliquis legitimo impedimento detentus ea per se ipsum persolvere non poterit, tunc alios ejusdem tamen ordinis & gradus, non autem inferioris dignitatis, Concilii Trident.

nempè alias dignitates, Canonici Canonicos, portionarii respectivè portionarios in suâ quisque hebdomadâ, nè graduum & ordinum prærogativa confundatur, deputare debebit, idque per Episcopum oportunis remediis etiam hujus decreti vigore providendum censuit Congregatio sacrorum Rituum ad instantiam Capituli & portionariorũ Ecclesiæ Abulensis apud Nicolaum Garciam de beneficiis parte 3 cap. 2. num. 145. Barbosam de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg 53. num. 138. Congregatio Concilii censuit ult. Januarii 1601. Canonicos accedere debere ad cubiculum Episcopi quoties ipse non privatim, sed pontificaliter cum cappâ in diebus festivis & solemnioribus voluerit descendere, ut assistat vel horis divinis, vel Missæ sacrificio, multòque magis si ipsemet sit celebraturus, in reditu verò usque ad ostium domus Episcopi, Episcopo præcedente, ipsisque sequentibus comitari debere. In diebus autem feriatis, quando privatim venit in Ecclesiam celebraturus, aut aliquid aliud acturus, debere etiam nõnullos ex Canonicis accedere ad ostium Ecclesiæ & Episcopum comitari, idipsumque in reditu observandum. Præcepit Sacra Congregatio servandam esse consuetudinem illam, quæ est in Ecclesia Cathedrali Seguntinensi, in quâ Capitulum per Magistrum cæremoniarum deputat aliquos, qui adsint Episcopo pontificaliter celebranti, &c. Quod etiam in aliis quibusdam Diœcesibus observatur. Item eadem sacra Congregatio statuit, ut Episcopo rei divinæ peragendæ causâ cum cappâ Pontificali, comitantibus Canonicis, unus ex dignioribus de Capitulo in portâ primariâ Ecclesiæ porrigat aspersorium cum osculo. Cum vero privatim adit Ecclesiam tunc ex suis familiaribus unus aquam ad aspergendum, ut est consuetudo, Episcopo porrigat. Ad ipsum vero Episcopum spectat, ut assistionis horam intimet, nè divina extra suas horas fiant, aut cives scandalisentur, & simul ac Episcopus fuerit in Choro horæ inchoentur.

III. Potest Episcopus Canonicis sibi inservientibus indulgere, ut in absentiâ præbendarum seu portionum suarum fructum percipiant, ita Moneta de distribut. quotid. part. 2. quæst. 8. num. 2. Gonzalez glossa 6. num. 255. Valerius Reginaldus in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 3. num. 54. vers. *quarta*, Quaranta verb. *residentia*. Stephanus Gratianus discept. foren. cap. 166. num. 20. Bonacina de horis canonicis disp. 2. quæst. 5. puncto 2. §. 2. num. 4. Azorius institut. moral. part. 2. lib. 7. cap. 4. quæst. 3. vers. *sexta causa*. Probatur ex cap. *ad audientiam* extra. de clericis non residentibus, & cap. *ex parte*. 2. eodem titul. Rota in una Placentinâ fructuum 14. 1550. apud Puteum decis. 294 Ratio est, quia Beneficiarii residentes possunt percipere fructus. Isti autem fictione juris præsumuntur residentes, cap. *ad audientiam*, tit. *ibi*, cum absentes censeri non debeant, sed præsentes, qui secum pro tuo & ipsius Ecclesiæ servitio commorantur cap. *de cætero*, cap. *ad audientiam*, de clericis non residentibus. Et hoc procedit (inquiũt Doctores) licet sit in Ecclesiâ statutum juratum, & à Sede Apostolicâ approbatum, ut Canonici absentes fructibus priventur. Isti enim fictione juris censentur præsentes, & consequenter ex vi statuti fructibus privari non debent, ita Panormitanus cap. *de cætero*, Navarrus consil. 1. & 2. de clericis non resident. Garcias de benef. part. 3. cap. 2. num. 382. Gonzalez ad regul 8. cancel. gloss. 6. numer. 257. Moneta de distribut. 2. part. quæst 8. num. 6. Hoieda de incompatibil. benef. part. 1. cap. 17. num. 29. & alii apud ipsos, quibus subscribit Bonacina supra. Et hoc jure ac privilegio utitur noster Serenissimus Episcopus & Princeps tum in suâ Diœcesi Colonienſi, tum Leodiensi, &c. Quod intelligi debet non tantùm ex Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, sed etiam Collegiatæ sivè in urbe, sivè extra urbem erectæ, Bonacina supra num. 5. Ratio est, quia cap. *de cætero*, nulla fit exceptio vel distinctio, sed absolutè sermo est de Canonicis. Imò cum ibi non sit sermo de numero Canonicorum. Nonnulli Doctores existimant

stimant Episcopum posse plures, quàm duos adhibere, modò non sint Canonici Cathedralis Ecclesiæ, cujus tantùm duos Canonicos Episcopus ad suum ministeriũ assumere potest, cap. *ad audientiam*, item modò sint ejusdem Diœcesis, Bonacina supr. num. 6. Probatur ex cap. *ad audientiam*, & ratione, quia nõ præsumuntur absentes, cùm inserviunt Episcopo & suæ Ecclesiæ. At Canonicus alienæ Diœcesis non censetur inservire suæ Ecclesiæ, nec præsumitur præsens. Item modò sint propriè Canonici, non autẽ Mansionarii seu Assisii, qui non sunt Capitulares, ita Rota Romana in una Calaguritana fructuum, 18. Martii anno 1588. quam citat & sequitur Gonzales citatus, num. 262. contra Joannem Andræam cap. *ad audientiam*, Imolam, Ancharanum & alios apud Gonzales num. 161. Bonacina sequens Gonzales hanc rationem adducit, numer. 7. Jura loquuntur de Canonicis, igitur non est facienda extensio ultra propriam verborum significationem, præsertim in materiâ, quæ tendit in diminutionem divini cultus. Mansionarii autem seu Portionarii absentia minuit cultum divinum in Ecclesia. Addit tamen Bonacina Episcopum posse Mansionario ex causis, quas in tractatu de beneficiis ex Tridentino sess. 23. cap. 1. de refor. recenset, posse concedere facultatem non residendi, illumque secum in servitia Ecclesiæ necessaria adhibere. Quod possit Episcopus in suum servitium adhibere Canonicos, etiam Doctorales & Magistrales, seu si Doctoralem & Magistralem præbendam habeant, ita Aloysius Riccius in collect. decis. part. 6. collect. 2444. vers. *secundò nota*, Bonacina supra num. 4. Canonicos etiam Episcopus mittere potest ad visitanda limina Apostolorum suo nomine, vel si ipse proficiscatur illuc, ut se comitentur. Barbosa supra numer. 159. & alii ibidem.

IV. Canonici alterno modo iter facientes ad limina Apostolorum lucrantur quotidianas distributiones, ita Moneta supra part. 2, quæst. 8, numer. 23. Nicolaus cap. 2. num. 349. Armendariz in addit. ad recopil. leg. Navarræ lib. 2. tit. 23. lib 2. §. 2. de resident, vel absentia num. 62. tit. 62. Franciscus Leo in thesaur. for. Eccles. part. 3. cap. 2. num. 23. Homobonus de Eccles. tract. 11. cap. 9. quæst. 21. resol. 1. Aloysius Riccius in praxi rerum fori Eccles. decis. 498. resol. 389. num. 3. Garcias de benef. part. 3. cap. 2. num. 349 Sanctarellus variar. resol. quæst. 11. numer. 14. Quamvis etiam Præbendati non sint de capitulo, ita Sanctarellus & Garcias supra, Bartholomæus à S. Fausto lib. 3. quæst. 52. Castro Palao in opere morali tract. 7. de orat. disp. 3. num. 9. §. 3. numer. 4. Barbosa de officio & potest. Episcop. part. 3. allegat. 53. num. 159.

Potest exemptos Canonicos Epis- V.
copus obligare, ut coram se & Capitulo fidei professionem emittant, quam referunt Piacesius in praxi Epis. part. 2. cap. 5. numer. 25. Quarantà verb. *fidei professio*, Franciscus Leo in Thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 10. num. 23. Lavorius variar. lucubrat. tomo 1. tit. 4. cap. 16. numer. 41. Et quidem intra duos menses, Navarrus consil. 9. de jurejurando, Sayrus in summa Trinit. decis. 1. Aloysius collect. 579. part. 3. Petrus Ledesma in summa part. 2. tract. 1. cap. 4. concl. 10. diffic. 5. Vgolinus de potest. Epis. cap. 1. §. 16. num. 2. Sanchez in præcept. decalogi lib. 2. num. 2. Antonius Ricciulus de jure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium lib. 1. cap. 13. num. 14. Garcias supr. cap. 3. num. 21. refert ita censuisse S. Congregationem.

Potest Episcopus cogere habens Canonicatum & Parochialem in duabus Diœcesibus & non residens in Parochiali de consensu illius Ordinarii, resideat in Canonicatu per bullam Pii V. apud Garciam cap. 2. numer. 184. Armendariz supra num. 15 Quod si Canonicatum & Parochialẽ habens resideat in parochiali, ex dictâ bullâ Pii V. distributiones quotidianas integras lucratur, si Canonicatus tantùm consistat in distributionibus non habens præbendam, si utrique nequeat servire. Quod si ambobus servire possit lucrabitur dumtaxat

VI.

juxta

juxta servitium quod præstabit, ita Armendariz loco citato num. 65. & 66. Garcias cap. 2. num. 114. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 3. alleg. 53. num. 129.

VII. Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 12. *Præterea obtinentibus in eisdem Cathedralibus aut Collegiatis dignitates Canonicatus, Præbendas, aut portiones, non liceat vigore cujuslibet statuti, aut consuetudinis, &c. ultra tres menses ab eisdem Ecclesiis quolibet anno abesse, salvis nihilominus earum Ecclesiarum constitutionibus, quæ longius servitii tempus requirunt, alioqui primo anno privetur unusquisque dimidiâ parte fructuum, quos ratione etiam præbendæ ac residentiæ fecit suos, &c.* Ad absentiam autem trium mensium à Concilio concessorum, non debet assignari absentiæ causa, nec peti licentia à Prælato, modò omnes Canonici eodem tempore non absint, nè Ecclesia debito suo servitio destituatur, sed tantùm illa quarta, quæ videbitur arbitrio Episcopi, vel Capituli, ita Franciscus Leo fori Eccles. part. 3. cap. 2. num. 21. & 22. Aloysius Riccius resol. 99. num. 4. & 5. Armendariz loco citato num. 24. & 36. Nicolaus Garcias cap. 2. num. 315. Galetus in margarita casuum conse verb. *Canonicus*, Sanctarellus variar. resol. quæst. 4. num. 28. Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. *privatio*, §. 2. dubio 4. Barbosa supra alleg. 53. num. 118. Possunt, imò debent Episcopi providere nè in ejusmodi mensibus festum Natalis Domini, Paschatis, aut similis solemnitas occurrat, ita decisum referunt Garcias cap. 2. num. 316. Armendariz loco citato num. 38. Zerola verb. *privatio*, §. 4. dub. 2. Sanctarellus quæst. 4. num. 20. Castro-Palao in opere morali tract. 7. disp. 3. puncto 9. §. 1. numer. 9. Barbosa sup. 119.

Concilium Trident.

VIII. Archidiaconus potest plus abesse quàm Canonici ob visitationem ei incumbentem, potestque pro tempore dictæ absentiæ lucrari fructus sui Archidiaconatus, non tamen lucratur distributiones quotidianas, ita decisum referunt Garcias ad cap. 2. numer. 332. Moneta art. 11. numer. 63. Ceuedo quæst. 1. num. 36. & 74. Armendariz lib. 1. tit. 6. lib. 6. de visit. num. 81.

IX. Episcopum posse dispensare cum bigamo ad ordines minores primam tonsuram, canonicatum, seu aliud beneficium simplex, docent D. Thomas in 4. dist. 27. quæst. art. 3. Paludanus ibi, quæst. 4. art. 3. concl. 4. Durandus quæst. 3. Glossa verb. *dispens.* in fine in cap. 2. de bigamis, Angelus de floribus Theol. part. 1. ubi de matrim. quæst. 1. art. ult. diffic. 1. Jacobus de Graffiis in aureis decis. lib. 4. cap. 27. num. 38. Petrus de Ledesma de matrimonio, quæst. 66. art. 5. Henriquez lib. 12. cap. 6. §. 11. Borgasius de irregul. part. 5. tit. *de bigamis*, num. 8. Sayrus de censuris lib. 6. cap. 6. num. 11. Avila eodem tract. part. 7. disp. 7. dubio 4. Ludovicus Miranda in manuali prælat. tomo 2. quæst. 8. art. 2. concl. 2. Sanchez lib. 7. disp. 86. num. 11. Paulus Comitolus respons. moral. libr. 1. quæst. 106. num. 5. & 6. Joannes de la Cruz in direct. part. 2. de irregul. dubio 1. Alzedo in praxi Episc. part. 2. cap. 6. num. 52. Cevallos commun. quæst. 558. Ex nostris Corneio tract. 5. de irregul. disp. 10. dubio 1. & 2. Quam sententiam non improbat Lezana tomo 3. quæst regul. verb. *bigamis*, num. 41. sed ait in praxi non esse tenendam, non tantùm ob decretum Concilii Tridentini sess. 23. cap. 17. de reformatione in fine, sed etiam propter declarationem Sacræ Congregationis, quam ex Garcia refert Bonacina de censuris disput. 7. quæst. 2. puncto 5. num. 15. & Barbosa in collect. bullarum verb. *bigamus*. Circa habilitationem ad beneficia & dignitates ac officia Ecclesiastica consequenda potest dispensare Episcopus cum illegitimo in beneficiis simplicibus, ita Barbosa in compendio & probat. ex cap. penult. de elect. & cap. 1. Vbi Doctores de filiis Presbyterorum lib. 6. Idem probat de officio & potest. Episc. part. 2. alleg. 39. num. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. Duodecimus casus in quibus potest dispensare Episcopus in irregularitate. Primus est, ex reiteratione baptismi Secundus, ex duobus ordinibus eodē die susceptis. Tertius,

ex

ex ordine furtivè susceptо. Quartus, in susceptione ordinum sine dimissoriis. Quintus, in celebratione post susceptos ordines per saltum. Sextus, in administratione ordinis malè susceptі. Septimus, in susceptione ordinis ab Episcopo, qui renunciavit Episcopatui, vel dignitati, vel centuris irretito, schismatico, hæretico, deposito, vel degradato, modò delictum sit occultum. Octavus in administratione ordinum, quos non habebat. Nonus, in Simoniâ contractâ. Decimus in promotione ante ætatem legitimâ, & celebrante. Undecimus, in illegitimitate proveniente ex delicto occulto. Duodecimus, ex hæresi occultâ exteriori. De aliis dispensationibus fusius infra disseremus. Videantur Canonistæ apud Barbosam de officio & potest. Episc. part. 3. alleg. 53. in fine, egregiam ac succulentam monitionem S. Caroli Borromæi ad Canonicos.

## §. 1.

## *De Parochis.*

1. POtest Episcopus cogere parochos, ut in suis parochiis residеant. Probatur ex cap. *quia nonnulli*, & cap. *conquerente*, ubi glossa & in cap. *relatum*, cap. *tuæ fraternitatis*, de clericis non residеnt. Quibus accedit Concilium Tridentinum sessione 6. de reform. cap. 1. & sess. 7. de reformat. cap. 3. hujus accipe verba. *Quia nonnulli modum avaritiæ non ponentes, dignitates diversas Ecclesiasticas, & plures Ecclesias parochiales contra sacrorum Canonum instituta nituntur accipere, ut cum unum officium vix implere sufficiant stipendia sibi vindicent plurimorum. Ne id de cætero fiat, districtius inhibemus. Cum igitur Ecclesia, vel Ecclesiasticum ministerium committi debuerit, talis ad hoc persona quæratur, quæ residere in loco, & curam ejus per seipsum valeat exercere. Quod si aliter actum fuerit, & qui receperit, quod contra sacros canones accepit, amittat, & qui dederit, largiendi potestate privetur.* Illis verbis, *quæ residere in loco, & curam per se ipsum explere valeat.* Innuit parochum non debere vagari vel abesse, sed adesse animabus sibi commissis. Quam residentiâ, ac vigilantiam iterum inculcat Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 1. *Curatis inferioribus, & aliis quibuscumque, qui beneficium aliquod Ecclesiasticum curam animarum habens, obtinent, Sacrosancta Synodus decernit & decernit, ita tamen ut quandocumque eos, causâ prius per Episcopum cognitâ, & probatâ abesse contigerit, Vicarium idoneum ab ipso Ordinario approbandum cum debitâ mercedis assignatione relinquant, discedendi autem licentiam in scriptis gratisq; concedendam ultra bimestre tempus nisi ex gravi causâ non obtineant. Quod si per edictum citati et non personaliter contumaces fuerint, liberum esse vult ordinariis per censuras Ecclesiasticas & sequestrationem & subtractionem fructuum, aliisq; juris remedia, etiam usque ad privationem compellere, nec executionem hanc quibuscumque privilegio, licentiâ familiaritate, exemptione, etiam ratione cujuscunque beneficii patione, statuto etiam juramento, vel quacumque auctoritate confirmato, consuetudine etiam immemorabili, quæ potius corruptela censenda est sine appellatione, aut inhibitione etiam in Romanâ Curiâ, vel vigore Euganiane constitutionis suspendi, posse. Postremo tam decretum illud sub Paulo III. quam hoc ipsum in Conciliis Provincialibus & Episcopalibus publicari S. Synodus præcipit. Cupit enim, quæ adeò ex pastorum munere, animarumq; salute sunt, frequenter omnium animis, mentibusq; infigi, ut in posterum Deo juvante, nullâ temporum injuriâ, aut hominum oblivione, aut desuetudine aboleantur.* Mentem Sacræ Synodi de verbo ad verbum retuli, ut Parochi videant, quàm seriò commendetur illis cura animarum illis creditarum. De personali eorum residentia Petrus de Bollo in œconomicâ canonicâ class. 2. cap. 3. §. 3. Et ne singula perpendam, unicũ hoc sufficiat quod nomen pastorum illis speciatim tribuitur, *Cupit enim, quæ adeò ex pastorũ munere, &c.* Quasi diceret, quemadmodum pastorum munus prætentiam postulat, ita & parochorum. Et quemadmodum pastor nequit commodè

Concilii Trident.

Concilii Trident.

ablens oves suas pascere, ita nec pastor plebem sibi commissam, ideoque residentia ejus jure divino præcepta est. Quo enim jure imperatur finis, eodem etiam media, quæ ad illum requiruntur, imperantur. Hanc residentiam confirmant verba Christi Joannis cap. 10. vers. 3. *Oves vocem ejus audiunt, & proprias oves vocat nominatim, & ducit eas.* Syriacus. *Oves audiunt vocem ejus, & oves suas nominibus suis.* Arias. *Vocat juxta nomen suum.* Id est se præbet videndum & audiendum, videndum per exemplum, audiendum per verbum doctrinæ: videndum per administrationem sacramentorum, audiendum psallentem, celebrantem. Vide S. Cyrillum Alexandrinum lib. 7. in Joannem vers. 4. *Cum proprias oves emiserit ante eas vadit, & oves illum sequuntur, quia sciunt vocem ejus.* Et per Vatem Regium psal. 79. vers. 1 *Qui deducis velut ovem Joseph.* Hebr. *Qui ducis*, vel *dux es.* Si præcedit, cur sequitur? si sequitur, cur præcedit? Præcedit exemplo, sequitur cōpellens verbo exhortationis. Uno verbo illis adest vigilantiâ. Qualis esse debeat illa pastorum vigilantia docet Beda in Esdram lib. 3. cap. 17. *Doctorum spiritualium est sæpius nocte surgere ac solerti indagine Matris sanctæ Ecclesiæ quiescentibus cæteris inspicere, ut vigilanter inquirant qualiter ea, quæ vitiorum bellis sordidata, sive dejecta sunt castigando emendent, & erigant.* Consequenter invehitur in parochos & alios curam animarum habentes, qui suarum Ecclesiarum oves parum curant ac sibi indulgent. *Relicto* (inquit) *veritatis magisterio communi cum cæteris ignaviâ torpent, ac temporalibus curis inserviunt.*

Isa. 10. v. 3.

Beda.

11. Ad hanc vigilantiam Deus S. Prophetam Eliam hortari videtur, dum illum monet, ut derelicto torrente Carith pergat in Sareptam Sidomoniorum. *Surge & vade in Sareptâ Sidonionorum.* Libr. 3. Regum cap. 17. vers. 9. *Et manebis ibi, præcepi enim ibi mulieri viduæ ut pascat te.* Cur jubetur relinquere torrentem Carith, ubi pascitur à Deo per corvorum ministerium, ut proficiscatur in Sareptam, ut ibi pascatur à muliere viduâ, pau-

3. Reg. 17. v. 9.

pere & ad extremam famis & inopiæ angustiam redactâ, & morti proximâ. Decrātnè corvi quotidiani provisores ac œconomi? minimè. Quod si defuissent poterat Angelū mittere qui de mensâ Jezabel vel aliundè quotidianā sumeret portionē, facilius quā corvus, ut legimus cap. 19. eidem Prophetæ, & Danieli contigisse? Cur ergò Deus Eliæ hanc peregrinationem injungit? Respondet S. Chrysostomus ideò à Domino Eliam peregrinari jussum esse, ut populo fame laboranti compareretur, diversas provincias peragrare præcipitur, ut oculis cerneret ad quas populus redactus esset angustias, & illi tandem condoleret. *Nesciebat Elias quomodò apud alias nationes res se haberet, cùm in uno loco sederet, neque orbis terrarum calamitatem cernere posset.* Non minus ingeniosè Sanctus Basilius Seleucius in orat. 11. *Ut Deus vidit Eliam inexorabilem corvi ministerio jubet abstinere, utq; à sententia per vim deducat, cibo privat.* Et paulò post. *Ut eum nihil remittentem vidit, & esuritionis violentiam sententiæ rigore pervincentem, aut potius ut impiorum supplicia visit Eliæ in deliciis esse eum loco mutare jubet, urget profectionem in Sarepta, & eum ad mulierem viduam mittit, qui voce creaturam pluviâ viduaverat.* Vix Elias mundo afflicto condoluisset, ac succurrisset, si in torrente Carith semper latitasset. Quare ut communis calamitatis participem efficeret, ac ut citò ad misericordiam commoveret, jubet illum regiones etiam exteras lustrare, ut perspectæ huic plagæ universali quāprimū de auxilio terendo prospiciat, ut Parochi & alii superiores moneantur non sibi indulgere, suis cōmoditatibus corporis incumbere in uno loco inhærentes, sed relictâ domo rusticâ vel suburbanâ veniant in civitatem, singula suæ Diœcesis compita, loca, domos perlustrent, pauperum casas non refugiant, nec declinent, sed ad illas deflectant, ibi oleum misericordiæ multiplicent infirmos visitando, mœstos consolando, debiles roborando, ignorantes docendo, uno verbo cunctos pabulo spirituali reficiendo.

S. Chrys.

S. Basil. Seleuc.

Hujus

III. Hujus vigilantiæ ſibi commendatæ memor Elias libr. 4. Regum cap. 2. verſ. 2. priuſquam in cœleſtes auras per turbinem raperetur, præcipua ſuæ juriſdictionis loca perluſtravit, ita enim ſuum diſcipulum Eliſeum affatur. *Dominus miſit in Bethel.* Ideſt, cum tot prophetarum cunei meæ curæ crediti ſint, de jure divino mihi incumbit eos inviſere, & quid apud ipſos agatur inveſtigare. Hâc viſitatione peractâ rurſus ait Eliſeo, verſ. 4. *Dominus miſit me in Iericho*, quâ pariter inſpectâ, verſ. 6. *Dominus* (inquit) *miſit me ad Iordanem.* Non humano, ſed divino actus imperio priuſquam in cœlum raperetur, illarum urbium collegia inviſit, ut eorum alumnos inviſeret, excoleret, & ad pietatem ac religionem informaret, promoveret. Neque enim in cœlum rapiendus poterat ad tam beatum iter melius ſe diſponere, quàm illa Prophetarum gymnaſia ſuæ fidei, doctrinæ ac tutelæ credita obeundo. Undè verſ. 3. *Egreſſi ſunt filii Prophetarum, qui erant in Bethel, &c.* Cornelius. *Erant* (inquit) *diſcipuli Eliæ, Eliſæi, aliorumq; prophetarum, qui quaſi viri religioſi ſe totos dabant Deo, quorum multa jam erant collegia in Galgalis, Bethel, Iericho, Carmelo, &c. ab Eliâ, & aliis inſtituta, ideòq; Elias ante raptum ea hic viſitavit ut ſuos alumnos in veră fide, & aſpero vitæ eremiticæ inſtituto confirmaret, ultimaq; ſalutis & perfectionis monita eis daret, & Eliſeum ſuum ſucceſſorem promulgaret.* Idem habet Salianus graphicè referens exhortationem Elianam ad diſcipulos. Quibus arridet Joannes 44. Patriarch. Jeroſol. lib. de inſtitut. monach. cap. 22. *In ſuburbanis quarundam civitatum & villarum terræ promiſſionis, maximè autem in Galgala & in Bethel, & Iericho & in Samariâ habuerunt cuneos religioſorum virorum, filiorum prophetarum, ſicut legitur in libro regnorum apud quos manebant, dum ad villas & civitates veniebant.* Et cap. 23. *Legitimè itaque adminiſtratâ religione per eum inſtituta agnovit Elias per divinam revelationem, quod Deus volebat eum ab hoc mundo elevare per turbinem ignis in paradiſum voluptatis.* Quaſi diceret, ideò in paradiſum voluptatis effertur quia religionem ſuam legitimè adminiſtravit, ſubditos nunc inſtruendo, nunc conſolando, &c. non per alium, ſed per ſe, nec dignus foret, qui raperetur, niſi ſuos viſitaſſet, & viſitando docuiſſet, & ad eos majorem perfectionem adhortatus eſt.

IV. Paternis Eliæ veſtigiis inhærens Eliſeus. *Suſcepto* (inquit idem Joannes 44. cap. 24) *regimine prophetici religionis per Eliam inſtitutæ ſollicitus fuit Eliſeus cuneos Monachorum filiorum prophetarum ſigillatim viſitare, quos cupiens conſolari de abſentiâ Eliæ, operabatur coram eis ſigna & virtutes, nè in vacuum videretur gratiam Dei recepiſſe, tum ut per hoc eis oſtenderet ſe gerere vicem Eliæ, tum etiam ut ſic eos ſolidaret in perſeverantiâ vitæ Monaſticæ, &c.* Infra, poſtquam duo urſi de proximo ſaltu egreſſi laceravêrunt quadraginta duos pueros ſancto Eliſeo illudentes. *Filii Prophetarum illic commorantes viſo hoc ſigno cum gaudio & honore receperunt Eliſeum in patrem eorum & magiſtrum. Abiit autem Eliſeus in montem Carmeli viſitans & conſolans filios Prophetarum habitantes ibi, apud quos non diu manſit, quia deſiderabat prius cæteros filios prophetarum viſitare, & tandem in montem Carmeli redire. Pergens ergò indè Samariam viſitavit filios Prophetarum illic habitantes.* Et cap. 25. *Eliſeus ſummâ cum diligentiâ creditos ſibi Monachos filios Prophetarum regebat quos ſuo exemplo & magiſterio inducebat propter regnum Dei melius conſequendum ad perfectionem inquirendam ſecundùm formam vitæ monaſticæ per Deum traditam Eliæ, quibus etiam de craſtino non ſollicitis providebat in vitæ neceſſariis, non ſolùm per humanam induſtriam, imò interdum miraculosè ſupra naturalem potentiam, &c.* Timeant Paſtores nè à cœleſtis patriæ ingreſſu arceantur, qui in curandis ovibus tam ſocordes ſunt.

V. Hanc porrò vigilantiam paſtoribus variis figuris ſanctus Propheta commendare voluit. Tantam domus Sunamitidis hoſpitæ ſuæ curam gerebat ut cum eam eminus vidiſſet accerſitam rogavit, num quâ re Prophetæ operâ vel gratiâ egeret apud regem



l. 4. Reg. 2. v. 2.

verſ. 4.

v. 3. Cornel.

Ioan. 44.

*l.4. Reg. 4. v. 13. v. 26.* lib. 4. vers. 13. *Nunquid habes negotium, & vis ut loquar Regi, sivè principi mi itia.* Vers. 26. cum ex monte eandem appropinquantem vidisset vir Dei caulæ ignarus misit iterùm Giezi ministrum suum in occursum ejus, ut scisciteretur, an recta & prospera essent circa ipsam, circa virum suum & pusionem. Vers. 28. *Rectè nè agitur circa te, & circa virum tuum, & circa filium tuum.* Quia postquam mœrorem, singultus, & lacrymas aliquomodo temperavit, innuit latius futurum sibi si filium non genuisset, quam eo tam brevi tempore potiri, speraſse se beneficium ultra oblatum & concessum diutius duraturum, sed se deceptam, omniaque sua desideria & gaudia filio moriente concidisse. Hic Propheta pietate commotus, præcipit filio suo Giezi, ut sumpto baculo suo festinet & illum imponat corpori defuncti pueri, si fortè velit Deus uti eo instrumento ad miraculum, ut olim virgâ Moysis, nuper Eliæ pallio ad aperiendum Jordanem. Giezi celeriter antecedit, vers. 31. *Posuit baculum super faciem pueri, & non erat vox, neque sensus, reversusq; est in occursum ejus, & nuntiavit ei dicens, non surrexit puer.* Hoc audito Vates Sunam usque progreditur, vers. 32. *Ingressus est domum &c.* Vers. 33. *Ingressus clausit ostium super se, & super puerum, & oravit ad Dominum, & ascendit, incubuit super puerum, posuitq; os super os ejus, oculos suos super oculos ejus, & manus suas super manus ejus, & incurvavit se super eum, & calefacta est caro pueri, at ille reversus deambulavit in domo semel atque iterum, & ascendit, & incubuit super eum, & oscitavit puer septies, aperuitq; oculos.* Cur Propheta pueruum hunc ad vitam revocans tot ritibus præsens utitur, modò ab omnibus recedit, modò deambulat, modò puero incumbit, modò surgit, modò ori os, modò oculis oculos, modò manus manibus applicat, modò incurvat se super puerum, priusquam calefiat caro pueri, & ad vitam revocetur, redivivus matri restituatur? *Mirum est* (inquit Hugo Cardinalis in cap. 5. Proverbiorum) *de quibusdam, qui remotis voluns mortuos resuscitare, cum etiam Dominus neminem suscitasse legatur, nisi præsens. Vndè non sufficit Eliseo misisse Giezi ad puerum suscitandum, imò & ipse statim subsecutus est, & præsens puerum suscitavit.* Quasi diceret, Prælatus, & quilibet alius Pastor, qui mortuos, vel morientes; ac debiles subditos suscitare volunt, non ita facile eos suscitant, cùm ab iis distant, quàm cùm illis adsunt: utantur suâ potestate quantum voluerint, applicent baculum auctoritatis, non resurget puer, subditi non corrigentur, non calefient ad devotionem, charitate non flagrabunt, sed semper tepidi, imò frigidi remanebunt. At si Eliseus superveniat, ingrediatur domũ, cubiculum, abditaque domus penetret, incurvetut super puerum, os ori, oculos oculis, manibus manus applicet; deambulet, calefiet puer, aperiet oculos, oscitabit septies revivisset. Idest si Pastor, si Prælatus Ecclesiasticus accedat, videat, alloquatur, osculetur, complectatur, spes resurrectionis erit. Audi Mellifluum Bernardum serm. 1. in Cantica. *Misit propheta puerum, tulit baculum, & nec-dum est vox neque vita. Non surgo, non suscitor, nec excutior de pulvere in spem si non propheta ipse descendat, & osculetur me osculo oris sui.* Nisi ipsemet partim in sede suâ quiescendo, partim vicos, plateas, domos sui districtus lustrando proprias oves nominatim alloquatur, & cum iis agat, semper jacebunt, luporum furori erunt obnoxiæ. Theophilactus in Joannem cap. 10. *Pastor cognoscitur ab illis, quas visitatione dignatur.* Notat oportunè Hugo Card. neminẽ à Christo ad vitã fuisse revocatum, nisi cum illis adesset. Neminem absens resuscitavit. Ubi & quando Lazarum, filium viduæ Naim, filium Principis Synagogæ ad vitam revocavit? Quando illis adfuit, Joannis cap. 11. vers. 38. *Jesus venit ad monumentum, erat autem spelunca, & lapis superpositus ei.* Vers. 39. *Ait Jesus tollite lapidem.* Vers 41. *Tulerunt ergò lapidem, &c.* Vers. 43. *Voce magnâ clamavit, Lazare veni foras, & statim prodiit qui erat mortuus.* Cur Christus petit ubinam sepultus sit? cur illuc pergit? cur mandat tolli lapidem, cum

1. Bern.

Theoph.

Joan. 11. vers. 34.

Hugo Cardin.

cùm jam cadaver fœteret? cur clamans ait Lazare veni foras? ut innuat quantùm Parochi ac superioris præsentia conferat ad facilitandam peccatoris obdurati ac infordescentis in suis offensis resurrectionem. S. Chrysostomus homilia 16. *Ad illorum se infirmitatem demittit, & ad peccatorum confessionem provocat.* Iste Christi ad tumulum accessus, ista demissio, iste singultus, iste fletus denotat assiduam pastoris vigilantiam effectu carere nō posse. Hujus præsentiæ momentum apprimè cognoscens Architynagogus Matthæi cap. 9. vers. 18. affatur Christum. *Domine filia mea modò defuncta est, sed veni impone manum tuam super eam & vivet.* Cur non postulat, ut illam ad vitam revocet, sed tantùm ut ei manum imponat? Quia viderat vel audierat Christum per manuum impositionem alibi, maximè in Capharnaum plurimis infirmis sanitatem restituisse, eademque manus impositione sperabat filiæ suæ idem beneficium conferendum, seu potius probè sciebat quod ubi Christus adest ibi misericordiæ suæ viscera effundit, ita Lucæ cap. 7. vers. 14. ut filium viduæ Naim redivivum redderet matri suæ. *Accessit et tetigit loculum, & ait adolescens tibi dico surge.* Ubi manum Christi ac vocem percepit, seu potius Christum sibi adesse, vers. 15. *Resedit qui erat mortuus & cœpit loqui, & dedit illum Matri suæ.* Sanctus Bonaventura has tres actiones perpendens, scilicet recessum, sermonem, & redditionem. *Resedit* (inquit) *per contritionem, qua elevat caput à terra, surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.* Psalm. 126. vers. 2. *Cœpit loqui per confessionem: redditus est matri Ecclesiæ per satisfactionem: quia satisfacere est debitum reddere, non tantùm Deo Patri, sed etiam Matri Ecclesiæ.*

Luc. 7. v. 14. v. 15. S. Bonaventura.

VI. Non ingratum erit Parochis aliisq; superioribus edoceri à Principe. lib. 2. Paralipomenon cap. 17. fertur quod Rex Josaphat, Eliæ & Elisæus coævus, maximis divitiis abundans, & ab universis honore affectus, non intumuit, sed totam curam ac sollicitudinem, totum studium ac laborem impendit ad regnum suum obeundum ac perlustrandum, vers. 5. *Confirmavit Dominus regnum in manu ejus, & dedit omnis Juda munera Josaphat, fuitq; ei infinitæ divitiæ & multa gloria, &c.* Vers. 7. *Tertio autem anno regni sui, misit de principibus suis, &c.* Vers. 9. *Docebantq; populum in Juda, habentes librum legis Domini, & circuibant cunctas urbes Juda, atque erudiebant populum.* Dionysius ibi. *In quo patet magna bonitas & devotio regis hujus, qui non solum legibus civilibus ac positivis, sed etiam divinis plebem suam instruxit, rexitq; quo glorioso exemplo utinam & Principes Christiani debitè ædificentur.* Addit Josephus lib. 9. antiq. cap. 2. hunc regem non per alios dumtaxat, sed etiam seipso regnum suum perlustrasse universos ad pietatem instruēs, Jerosolymam (quæ erat totius synagogæ Athenæum) singulari studio ac vigiliantiâ ad legis observantiam excoluisse. *Dicebat enim* (inquit Josephus) *rectum judicium constitutum esse debere in ea civitate, in quâ templum Dei & tabernaculum erat Imperatoris.* Imitabatur regem David qui omnes regni sui status, omnes familias à maximâ ac nobilissimâ usque ad minimam ac vilissimam studiosissimè perlustrabat, Psalm. 100. vers. 3. *Perambulabā in innocentiâ cordis mei in medio domus meæ.* Titelmannus ibi, ita elucidat. *Ecce ego ex munere gratiæ tuæ studebam conversari in medio familiæ meæ cum innocentiâ, justitiâ, & simplicitate, quasi pater in medio filiorum, quasi dominus in medio servorum, quasi pastor in medio ovium, singulas attendens & considerans singulis prospiciens domesticis meis, singulisque superintendens quantum opus erat, ut suâ quisque administratione justè fungerentur, neque malum ullum pateret in domo ac familiâ meâ, pro quo non emendando gererem sollicitudinem.* Ad vers. 4. *Non proponebam ante oculos meos rem injustam facientes, prævaricationes odivi.* Hanc paraphrasim subdit *Cavi mihi sedulò, nè rem injustam, sive ullam injustitiam menti meæ proponerem ad eam perficiendam opere, ne de ulla cogitatione perficiendâ, sive adversus Deum, sive adversus hominem iniquitate aut injustitiâ, neque solum ipse*

l. 2. Par. 17. v. 5.

Dionys.

Psal. 100 vers. 3. Titelm.

*volui mala non facere, verùm etiam in aliis odiebam peccatum, & transgressores legis Dei mei odio habui, non quidem ipsam illorum personam, sed prævaricantium vitia, ita ut quantùm in me esset illis obsisterem mala agentibus, & impedirem mala eorum proposita, nè possent ea perficere, pro mea autem virtù ad bonum inducerem.* Plura in explanatione verbuum sequentium, quibus ostendit indefessam Davidis diligentiam, vigilantiam, sollicitudinem ergà suos subditos. Discant à Davide, à Josaphato, ab Eliâ Pastores & Prælati non extra domum, idest parochiam, & ditionem suam evagari, sed in suâ statione morari, non molliter cubando, ignaviter sedendo, totis noctibus dormiendo, stertendo, diurnis verò horis commessationibus, potibus, lusibus, aliisque corporis voluptatibus indulgendo; sed promptè, sollicitè spiritualia alimenta suis subditis ministrare. Discant non aulas Principum & Regum curias ambitionis gratiâ frequentare, non exercere venationes, vanas perambulationes, non in curribus & equis per plateas incedere ad inanem apparatum, non mercimoniis aut aliis negotiis prophanis intendere ad turpe lucrum, sed in innocentiâ cordis sui omnes vitiorũ pestes procul ablegare, vel penitus abscinderè, aut curare. Uno verbo nullam segnitiem in zelo animarum, & honoris Dei demonstrare. Accipe verba Titelmanni in annotationibus psalmi citati. *Oportet namq; eum, qui præsidet regno, sive Communitati, sive domui, aut cuilibet tandem Congregationi, non in angulo aliquo domus desidere, non in abdito cubilis semper latere conclusum, non in molli strato otiosum sternere, non ad opiparam mensam in cœnaculo amœno accumbentem deliciari, cutemq; sic in deliciis curare: sed in medio sibi credita domus perambulare, tanquam qui sit rationem redditurus de omnibus quæ in domo sibi creditâ aguntur.* Specialiter de Episcopis differens ait. *Propter quod ab Apostolo dictum est Roman. cap. 12. Eum qui præest præsse debet in sollicitudine, & aptissimo vocabulo Ecclesiastici Patres eos, qui Dominico gregi præficiuntur Episcopos duxerunt nominandos, videlicet, ut ex ipsâ sui nominis appellatione incumbens sibi sollicitudinis onus agnoscerent, ejusq; sedulò admonerentur. Siquidem ἐπίσκοπος Græcè, Latinè significat superintendentẽ, vel supercontemplantem, aut superconsiderantem, quod ejus sit intendere & invigilare gregi commisso; & diligenter considerare nè quid ipsorum culpâ alicubi depereat, quomodò pastoris officium est servare oviculas nè pereant. Intendere autem debent tantò sollicitius, quantò non corporum sed animarum positi sunt custodes. Unde per eundem Apostolum subjectis ovibus dicitur Hebr. cap. 13. Obedite præpositis vestris & subjacete eis, ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri.* Consequenter explicat illa verba Davidica *Perambulabã in medio domus tuæ,* hoc modo. *Eum enim qui præest in medio domus oportet perambulare, omnium enim gerat curam necesse est, & diligenter prævidendum est illi, nè ulla usquam ovis, vel ex hac parte, vel ex illa parte depereat, propter quod in medio illum oportet ambulare, ut æquè propinquus atque expositus sit omnibus, ut ex æquo omnibus absque personarum acceptione invigilet, nõ solos curet divites, nõ solùm intendat iis, qui sunt in Ecclesiâ, sive familiâ præcipui, sed infimis etiam atque vilissimis. Æquè enim pauperis & divitis, nobilis & ignobilis anima reputetur ab eo, cùm in judicium advenerit, justus judex, qui æquali potentiâ, sapientiâ, & bonitate singulorum animas condidit, cui omnes æquè sunt magni pretii, ut potè qui finxit sigillatim corda filiorum hominum.* Deindè expendit cur Pastor dicatur in medio ambulare. *Pastor in medio ambulare dicitur, adversarius autem per domus circuitum, quemadmodum Petrus Apostolus ait 1. epist. cap. 5. Adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem devoret. Et alibi psalm. 11. In circuitu impii ambulant. Diabolus ergò, & qui ex parte ejus sunt in circuitu gregis circumambulant, ut noceant. Bonus autem Pastor in medio gregis & domus perambulat, ut ex omni parte circumeuntes adversarios repellat, & nullibi illis quantùm quidem in ipso fuerit nocendi concedat aditum.* Idem Interpres summoperè optat ut cuncti

qui

qui aliis præſunt tam in temporalibus quàm ſpiritualibus, tam in ſæculo quàm in Eccleſiâ Dei Davidicum exemplum ſequantur. *Vtinam hac noſtra tempeſtate iſtud tam præclarum Prophetæ exemplum imitentur Principes populorum: maximè autem Eccleſiarum Prælati. Vtinam magis aſſueſcerent ad perambulandum in medio domus ſuæ. Vtinam à perequitandis campis, & ſylvis percurrendis prorſus abſtinerent. Vtinam non in angulis, in cubilibus otioſi deſiderent, magis autem in debita ſollicitudine medium domus ſuæ, imò domus Dei, quemadmodum ex officio illis incumbit, ut perambularent, procul dubio non ita multæ paſſim animæ miſerè deperirent, quot nunc cernimus ante oculos maximo perdi numero, dum ex omni parte circuiens hoſtis ad nocendũ ſemper vigilat. Bona autem pars eorum, quorum erat lupis obſiſtere ſomnum grævem in cubilium penetrabilibus dormiunt, nihil minus quàm de commiſſâ ſibi domo ſolliciti.*

1. Eodem zelo incenſus has de Paſtorum curâ & ſollicitudine Doctorum & ſacrorum Canonum reſolutiones ac Epiſcopi poteſtate in præfatos Paſtores exarare cogitavi. Paſtoris officium ita reſidentiam jure divino poſtulat, ex Concilio Tridentino ſeſſ. 23. cap. 1. & Scripturâ Layman lib. 4. tomo 2. cap. 6. ex cap. *conquerente*. Rebuffus tract. nomin quæſt. 9. numer. 27. Sanctarellus variar. reſol. 4. num. 45. Valer. Reginaldus in praxi fori pœnitent. libr. 30. tractat. 3. num. 294. verſ. *ſi objicias*. Ut Epiſcopus poſſit illum cogere ad habitandum in domibus propriæ Eccleſiæ, quam ſi non habeat, intra parochiæ limites, ut deciſum referunt Nicolaus Garcias de beneficiis part. 3. cap. 2. num. 179. Armendariz in addit. ad recopil. legum Navarræ lib. 1. tit. 23. lib. 2. §. 2. de reſidentiâ vel abſentiâ parochorum, num. 150. Quod ſi Eccleſia Parochialis ſit in loco quem minor pars parochianorũ inhabitat, & major procul in oppidis, Parochus tenetur propè templum habitare, indèque ſuccurrere iis, qui procul habitant juxta antiquam loci conſuetudinem, per cap. 4. ſeſſione 21. referunt deciſum Garcias ſupra numer. 179. Armendariz etiam num. 148. Barboſa de officio & poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 53. num. 71. Quamvis in Parochiâ forent tantùm trés vel quatuor incolæ, Barboſa citatus numer. 72. Quando ſunt duæ Eccleſiæ æquè principaliter unitæ, Epiſcopus poteſt paſtorem cogere, ut in digniori reſideat, quod ſi non conſtet, quæ ſit dignior, in frequentiori. Quod ſi una fuerit intra, & altera extra urbem; reſideat in eâ quæ eſt intra, ut deciſum referunt Garcias num. 179. & Armendariz num. 142. Quibus ſubſcribit Barboſa ſupra num. 73. Non cenſeri debet parochus pro reſidente, ſi Parochialis Eccleſia diſtet tantùm tribus vel quatuor milliaribus à Civitate, & parochus in Civitate habitet, accedens ad ſuam Eccleſiam tantùm diebus Dominicis & Feſtivis, ut deciſum eſſe ſcribunt Garcias citato loco; Armendariz num. 145. Bonacina variar. tract. 5. diſp. 5. puncto 1. num. 4. Barboſa ſupra num. 74. Nec Sacerdos docens Grammaticam poteſt obtinere parochialem Eccleſiam tantùm diſtantem à Civitate ultra duo milliaria, quamvis Parochiæ diebus feſtis velit intereſſe, Garcias ſupra, Sanctarellus variar. reſol. 4. num. 33. Armendariz citatus, num. 147. Barboſa num. 75. Addunt Aloyſius Riccius in praxi deciſ. 502. in primâ edit. & reſol. 393. numer. 2. in ſecundâ. Sanctarellus ſupra quæſt. 4. num. 23. Barboſa numer. 76. Quod deficiente Magiſtro Grammaticę in Civitate nequit in eâ habitare relicto idoneo Vicario & approbato cum congruo ſtipendio in parochiali, licet ſolemnibus diebus interſit, Garcias num. 179. Armendariz num. 146. Barboſa numer. 76. tenent quod Epiſcopus poſſit compellere parochos ad reſidendũ nonobſtante conſuetudine reſidendi in loco à Parochiâ diſtanti per ſex milliaria, quamvis (inquiunt Garcias num 179. Armendariz num. 153. & 154. Barboſa num. 79.) collatio paſtoralis ſpectet ad inferiorem vel Abbatem Regularem, Garcias cap. 2. numer. 81. Armendariz num. 122. Barboſa numer. 77. Sanctarellus variar. quæſt. 3. numer. 25. Aloyſius in praxi

fori

fori Eccles. decis. 501. in primâ edit. & resol. 393. in secunda edit. Gonzales ad reg. 8. cancel. gloss. 6. numer. 251. Henriquez consil. 23. numer. 4. Docent post Concilium Tridentinũ obtinentibus parochialem Ecclesiam studendi licentiam & studiorum causâ in absentiâ fructus percipiendi non dari Episcopus potest & debet obligare ad residentiam cum, qui obtinuit Ecclesiam baptismalem cui incumbit sola cura baptisandi omnes infantes oppidi, & existentes sub curâ Archipræsbyteri, ita Armendariz num. 178. Barbosa num. 80. Ratio est, quia est tanquam coadjutor Ecclesiæ parochialis, præsuppositò quod Archipræsbyter in Ecclesiâ præter Baptismum reliqua sacramenta administret. Potest item Episcopus obligare ad residentiam personalem Capellanos & Coadjutores Rectorum parochialium institutos auctoritate Apostolicâ, ita decisum referunt Gonzales ad reg. 8. cancel. gloss. 5. §. 9. num. 17. Piasecius in praxi Episc. part. 2. cap. 3. num. 27. Campanile in diverf. juris canon. rub. 7, cap. 6. numer. 104. Armendariz num. 1. Galetus in margarita casuum conscien. verb. *residentia*, Moneta de opin. cap. 4. quæst. 8. num. 167. Ugolinus de potest. Episc. cap. 15. §. 3. num. 3. vers. *postremò*, Aloysius Riccius resol. 393, ampl. 5. Sanctarellus variar. quæst. 4. num. 17. Barbosa supra num. 78. Ratio est eandem obligationem habent, quam ipsi Rectores, spectat ad Episcopum deputare donec provideatur de rectore ita Armendariz lib. 1. rit. 8. lib. 7. de Episcop. numer. 86. Barbosa supra, num. 81.

VIII. Qui obtinet Canonicatum & Pastoratum ubicumque sit, potest & debet Episcopus obligare eum ut resideat in parochiali, nec propter hoc privari debet Canonicatu, sed dumtaxat amittit quotidianas distributiones, ita post Armendariz supra num. 197. Barbosa num. 83. Qui residet in Parochiali quæ non multum distat ab Ecclesiâ Collegiatâ, in quâ obtinet Canonicatum, Episcopus potest permittere, ut diebus ferialibus accedat ad Ecclesiam Collegiatam & ibi divinis officiis interesse ac inservire, modò suæ Parochiali Ecclesiæ inserviat diebus & horis debitis ac congruis, & nihil omittat eorum quod officium parochiale exigit, ita Armendariz supra num. 195. Barbosa citatus numer. 84. Potest item Episcopus uti operâ parochi in visitatione vel alio ministerio suæ Diœcesis pro tempore duorum mensium, modò relinquat idoneum vicarium. ita Possevinus de officio Curati cap. 1. num. 12. Garcias supra num. 42. in primâ declar. Barbosa supra num. 86. Armendariz supra num. 166. Non excusatur à suâ residentiâ pastorali Parochus officiũ Inquisitoris exercens. Decisum referunt Aloysius Riccius resol. 303. numer. 4. Gonzales glosa 6. num. 265. & gloss. 43. num. 164. Sanctarellus variar. quæst. 11. num. 4. Barbosa supra num. 87.

Parocho habenti inimicitiam cum Domino loci, ubi situm est beneficium pastorale, vel simplex: si Episcopus cognoscat inimicitias esse veras, & graves, & ortas absque parochi vel beneficiati culpâ, sivè sit Pastor, sivè sit Præsbyter, dare potest illi aliud beneficium extra territorium & jurisdictionem illius Domini, & habitare in alio viciniori & tutiori loco, ac abesse à suo beneficio per annum, modò Episcopus substituat idoneum vicarium, seu œconomum cum stipendio congruenti ex ejus fructibus deprompto: ita decisum referunt Galetus in Margarita casuum conscientiæ verb *residentia*, Salzedo ad Bernard. in pract. cap. 53. in addit. lit. C, Armendariz num. 182. 185. & 184. Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. *privatio*. §. 4. dubio 1. Aloysius in praxi fori Eccles. resol. 645, in 2. edit. Barbosa supra num. 89. Quod si Episcopus animadvertat quod intra annum inimicitiæ non extinguantur, & pastoris, seu beneficiati culpâ causandæ vel cõtinuandæ sint inimicitiæ potest privari beneficio, si autem inimicitiæ crescant absque parochi causa, alius annus dari potest. ita Armendariz supra num. 134. Barbosa num. 89. Imò eandem gratiam ad plures annos donare debet si pastor litiget, IX.

&c

& proceſſum habeat cõtra dominum vel ſuos parochianos; vel illis affines, amicos pro recuperandis bonis fabricæ, paſtoratus pauperum, &c. Imò debet pro eorumdem bonorum recuperatione allaborare & præfatum paſtorem ita moleſtatum manutenere.

X. Poteſt Epiſcopus cogere parochum etiam non oriundum in parochia, & infirmum ob aeris intemperiem, ut habitet in ſuâ parochiâ non obſtante quod relinquat vicarium approbatũ: imò etiam tempore peſtis, vel alterius morbi cõtagioſi poteſt obligare ad reſidentiam. Ita Cardinalis Palcottus in Archiepiſ. Bonon. part. 7. ſer. 5. Melchior Gallec. tract. de paroch. obligat. Ripa de peſte num. 147. Joſeph ab Ortu in ſpeculo parochorum cap. 1. quæſt. 1. Rutilius Benzonius in ſpeculo Epiſcop. & Curat. lib. 1. diſp. 1. Marcus Antonius Cuchus inſtitut. moral. tit. 19. num. 34. Joannes Chapeaville Leodienſis de neceſſitate & modo adminiſtrandi ſacramenta tẽpore peſtis. Reginaldus lib. 4. cap. 25. num. 336. n. 548. & 357. 246. & 360. Tabiena verb. *Epiſcopus*, quæſt. 5. Lezana tomo 1. quæſt. reg. cap. 18. n. 12. & tomo 4. verb. *reſidentia*, n. 1. Sanchez lib. 6. in decal. cap. 3. n. 55. Bannez 2. 2. q. 33. art. 3. dub. 4. conc. 4. Malderus 2. 2. quæſt. 26. art. 5. Valentia 2. 2. diſp. 3. quæſt. 4. art. 3. Bonacina diſp. 3. de primo præcepto decalogi quæſt. 4. puncto 4. num. 5. Suarez tomo 4. diſp. 44. ſect. 3. Barboſa de officio & poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 53. num. 91. Caſpenſis tomo 2. tract. 17. de charitate diſp. 3. ſect. 6. numer. 41. Cardinalis Lugo de pœnitentia diſp. 22. ſect. 1. §. 1. n. 10. Hujus propoſitionis ratio fundatur in lege boni paſtoris à Chriſto omnium paſtorum principe præſcripta, ut ſi ſalus gregis id poſtulet vitâ corporalẽ pro ejus còrporali vitâ exponat. Sic Patres ac Interpretes exponunt illud Joannis cap. 10. verſ. 11. *Bonus Paſtor ponit animam pro ovibus ſuis.* Syriacus & Arias. *Pulcher paſtor animam ſuam ponit pro ovibus ſuis.* Ratio ſecunda eſt, quia ſtrictius obligantur paſtores quàm alii: ſed alii, qui non ſunt proprii paſtores tenentur in neceſſitate extremâ ſpirituali ſubvenire proximo etiam cum propriæ vitæ periculo, verbi gratiâ baptiſare puerum jam morientem abſque baptiſmo, ut cum communi ſententiâ docent Valentiâ ſupra, Suarez de charitate diſp. 9. ſect. 2. num. 3. Tannerus 2. 2. diſp. 2. dub. 4. numer. 62. Coninck de fide diſp. 25. dubio 7. num. 88. & alii quos refert Lorcâ. Imò ſimili extremâ neceſſitate occurrente tenentur alii, qui non ſunt. Paſtores ſacramentum pœnitentiæ adminiſtrare (inquit Lugo ſupra) ergò à fortiori, Paſtores animarum tempore peſtis nequeunt deſerere oves, ſed tenentur illis ſacramenta adminiſtrare ad minus ſacramentum baptiſmi & pœnitentiæ etiam cum propriæ vitæ periculo, non tantùm ex debito charitatis, ſed etiam juſtitiæ: imò nõ tantum in extremâ ſed etiam in gravi neceſſitate, ita Valentia ſupra, punctο 3. poſt 4. aſſertionem, Bonacina diſp. 3. de primo præcepto decalog. quæſt. 4. puncto 4. num. 5. Reginaldus lib. 4. cap. 45. num. 336. 348. & 357. Lugo ſupra num. 10. niſi alios idoneos miniſtros ſubſtituerit inquit Caſpenſis ſupra & Cornelius in cap. 10. Joannis. Sic Chriſtus optimus Paſtor pro ovibus ſuis vitam profudit in redemptionis lytrum & pretium. Accipe verba aurea S. Petri Ravennatis ſerm. 40. *Ideò pro te Paſtor animam morte probat quia cum videt ovibus imminere diſcrimen, cùm gregem defenſare non poſſit, mavult mori antequam mali de ſuis ovibus quid videat.* Petrus Chryſol. Cui arridens Sanctus Chryſoſtomus in pſalm. 113. *Hoc maximè oſtendit principem, quod ſcilicet ſuorum curam gerat, eiſq; provideat ac proſpiciat, ideò dicebat Chriſtus, Paſtor bonus, non dixit honoratur & colitur, ſed animam ſuam ponit pro ovibus ſuis. Hoc eſt principatus, hoc eſt paſcendi ſcientiâ, ſua negligere, & eorum quos regit curam gerere.* S. Chryſ. Ideſt verus paſtor omnia ſua, imò ſeipſum corporaliter negligit, ut ovibus ſpiritualiter proſpiciat. Non quærit oves deglubere, nec ab illis honorari, ſed omne ſuum ſtudium, omne ſuum commodum, omnem vitam ſuam impendit, ut omnes ſerventur, ſalvæ & ſecuræ evadant. Sic omnes Apoſtoli

*Ioan. 10 verſ. 11*

(excepto unico Joanne) pro ovibus ac fidelibus sibi commissis mortem oppetierunt, ac martyrium subierunt. Sic omnes ferè Pontifices Romani à Sancto Petro usque ad sanctũ Sylvestrum per 300. annos pro ovibus ac Ecclesiâ sanguinem fuderunt, & ut ad intentum loquamur tempore Valeriani Imperatoris cùm Alexandriæ gravissima pestis grassaretur, qui laborantibus peste ministrarunt in eo officio defuncti sunt Martyrii laureâ dignos esse censuit Dionysius illius civitatis Episcopus, Tympi in speculo signo 46. Fusius & elegantius Fagundez in quinque Ecclesiæ præcepta part. 3. lib. 3. cap. 3. S. Carolus Boromæus præcipuum sanctitatis specimẽ dedit dum propriâ manu peste corruptis sacramenta ministravit.

XI. Si Parochus adeò infirmus sit, ut in domo parochiali curari nequeat, vel defectu medicorum, vel pharmacorum, tunc Episcopus potest absentiam prorogare ad tres vel quatuor menses, & permittere ut in locis vicinioribus moretur sanitatis recuperandæ gratiâ; interea ordinarius potest constituere vicarium idoneum cum congruâ portionẽ ex reditibus parochi, ita decisum fuisse referunt Armendariz supra num. 132. Garcias cap. 2. num. 179. in 4. declarat. Barbosa supra num. 90. Praxis Episcop. part. 1. verb. *residentia*, §. 7. & 9. Quod si Parochus senio confectus officium suum obire nequeat, debet institui vicarius idoneus cum congruâ assignatione portionis ex reditibus ipsius parochi, ut colligitur ex Concilio Tridentino sess. 23. de reformat. cap. 1. & asserunt Armendariz supra numer. 130. Barbosa num 91. Ratio est quia licet Episcopus debeat dispensare cum decrepitis & infirmis, tamen curare debet ut eorum residentia suppleatur per vicarios idoneos cum congruo stipendio. Et quamvis sit datus ei coadjutor ob infirmitatem, tamen debet residere in loco, ubi est sita Ecclesia parochialis, ita post Garciam cap. 2. num. 178. Armendariz num. 129. Barbosa part. 3. alleg. 53. num. 91. Potest parochus etiam nullâ cogente necessitate absque temporis limitatione sibi assumere vicarium ex approbatis ab ordinario ad hoc ut sacramenta administret quasi adjutor & aliqua ministeria generaliter impleat, ita tamen ut pastor ipse laboret. *Viatur* (inquit Possevinus cap. 4. num. 10.) *Capellano, non ut homine, qui portet pondus diei & æstus, sed ut socio laboris, &c.* Non debet parochus à ministerio cessare, si vult esse dignus stipendio & mercede (inquiunt Vasquez in opusc. tit. de benef. cap. 4. art. 1. §. 2. dubio 1. num. 133. & 155. & Barbosa proximè citatus.)

Nec ista residentia parochi stricto jure accipienda est quasi debeat manere in suâ parochiâ ut in compedibus, inquiunt Jacobus de Graffiis, Possevinus supra cap. 1. num. 6. Barbosa num. 92. Sed censebitur residere quamvis per breve tempus absit, vel non deserviat personaliter, ita post Archidiaconum & Geminianum Zerola in praxi Episcop. part. 2. verb. *residentia*, §. 4. Barbosa num. 92. Perez de Lara de anniversar. & capellan. lib. 2. cap. 8. num. 10. & seq. quibus num. 25. subdit. *Et licet residere dicatur, qui continuò moratur, ut notat Archidiaconus in cap. licet, canon. de elect. in 6. tamen ex eo quod aliquis aliquibus diebus diverserit, non dicitur non residere moraliter intelligendo, &c.* Et ratio est, quia non censetur abesse qui statim reversurus est, l. *postliminium*, §. *captivus*, l. *nihil*, §. *de captivis & post limin. revers.* è contra non dicitur venisse, qui statim abiit, ut ex multis juris effectibus notant Tiraquellus l. *si unquam*, verb. *susceperit liberos*, num. 176. Rebuffus in praxi part. 3. de permut. num. 112. & in concord. Galliæ rub. de collat. §. 1. gloss. in verb. *etsi residentiam deseruerit*, quos refert Dionysius Paulus Lopiis de verâ quatuor sedium patriarchalium erectione cap. 9. num. 31. & confirmat auctoritate Concilii Tridentini sess. 23. de reformat. cap. 1. vers. *quoniam*. Illi arridet Gonzales ad regul. 8. cancell. glossa 43. numer. 5. Quemadmodum continui commensales vocantur, qui se absentant ob negotia animo revertendi, Simon. de reservat. benef. quæst. 35. num. 12 Sic absens à parochiâ animo XII.

revertendi

revertendi, illam non amittit, cap. *si quis*, de sepult. in 6. Mascardus de probat. conc. 145. Quæres quanto temporis spatio abesse potest, ut residere censeatur? Thomas Sanchez de matrimonio lib. 3. disp. 31. numer. 11. colligit ex cap. *si quis inclero*, 7. quæst. 1. ait posse abesse per spatium trium hebdomadarum. Valerius Reginaldus in praxi fori pœnitent. lib. 1. cap. 6. sect. ult. num. 51. excludit integrum spatium trium hebdomadarum. Possevinus cap. 1. num. 19. restringit ad octo dies. Quare parochus ruralis qui venit singulis hebdomadis ad civitatem, ut visitet parentes, & cum eis moratur uno die, Ludovicus Beia in respons. cas. conscient. part. 4. cas. 21. existimat non peccare mortaliter nec obligari ad restitutionem fructuum, modò (inquit Barbosa n. 92.) Sacerdotē, seu Sacellanum pro casibus occurrentibus constituat. Quod si absque causâ legitimâ, & Episcopi licentiâ in scriptis habitâ non residcat, ita Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 1. *Eadem omninò etiam quoad culpam, amissionem fructuum & famæ de Curatis inferioribus, &c. Sacrosancta Synodus declarat & decernit, ita tamen ut quandocumque eos causâ prius per Episcopum cognitâ & probatâ abesse contigerit vicarium idoneum ab ipso Ordinario approbandum cum debitâ mercedis assignatione relinquant.* Garcias supra cap. 2. num. 35. Armendariz num. 164. Barbosa num. 95. Eusmodi licentiam debere esse expressam, Possevinus supra cap. 1. num. 28. & 29. resolvit post Azorium ordinarios Episcopo inferiores, cujusmodi sunt Abbates & similes, necnon Capitulum sede vacante, si gaudeant jurisdictione quasi Episcopali posse talem licentiam concedere. Toletus lib. 5. cap. 5. Lessius de justitia lib. 2. cap. 34. dub. 29. num. 159. Sanctarellus variar. quæst. 4. num. 2. Alzedo part. 2. cap. 9. num. 40. Possevinus cap. 2. num. 21. Ugolinus de potest. Episc. cap. 15 §. 5. num. 2. Barbosa supra num. 95. opinantur contra Navarrum in manuali cap. 25. numer. 121. Sanchez de matrimonio libr. 3. disp. 31. num. 11. Azorium instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 4. quæst. 9. & 10. Franciscum Leonem in thesauro cri Eccles. part. 3. cap. 1. num. 19. & 21. Parochum non posse abesse duobus mensibus à Concilio concessis inscio & non prænonito Episcopo. Ratio est, quia non debet discedere nisi causâ cognitâ & probatâ ab Episcopo & licentiâ in scriptis habitâ & gratis cōcedendâ. *Discedendi autem licentiam* (inquit Concilium Tridentin. cap 1.) *in scriptis gratisq; concedendam ultra bimestre tempus nisi ex gravi causâ non obtineant.* Atque ita decisum fuisse referunt Garcias cap. 2. num. 23. in primâ declarat. part. 9. cap 2. num. 295. in 2. dubio. Armendariz supra num. 155. Barbosa num. 96. asserentes posse Episcopum edere constitutionem nè parochi possint abesse ultra duos dies, & quidem sub pœnâ pecuniariâ arbitrariâ, quæ dimidiam non excedat, Id tamen prohibere nequit sub pœnâ excōmunicationis latę sententiæ, ut decisum fuisse referunt Garcias cap. 2. num. 23. in 2. declarat. Armendariz supra num. 156. Barbosa num. 97. Nec parochus satisfacit si postulans licentiam, juret se habere gravem causam, quam non expediat manifestare, ita Garcias cap. 2. num. 37. Armendariz num. 165. Barbosa num. 98. ait se vidisse ita decisum. Quod si parochus obtineat licentiam allegato mendacio, & fructus absentiæ percipiat, tenebitur eos restituere, ita Sanctarellus quæst. 4. num. 16. Possevinus cap. 1. num. 24. Azorius part. 2. lib. 6. cap. 10. quæst. 3. Barbosa num. 99. Ratio est quia ad justitiam absentiæ Concilium requirit primò justam causam. Secundò ejus approbationem, ut absens fructus percipiat. Cùm igitur causa allegata sit falsa, licentia erit inutilis, eo quod tota ratio percipiendi fructus dependeat à justa causa. Quod si quis absit ex rationabili, & non postulaverit licentiam, non tenetur ad restitutionē fructuum ob non petitam licentiam, ita Lælius Zechius de casibus reservatis calu 3. num. 3. Barbosa num. 100. Quod si subita necessitas occurrat, quâ nec parochus Episcopum possit adire, nec Episcopus Papam, vel

Concilii Tridentini.

Metropolitanum ad impetrandam licentiam, licet utrique abesse absque superioris facultate, ita Selva post Hostiensem, Joannem Andræam Abbatem. Azorius part. 2. lib. 7. cap. 4. quæst. ultim. Ratio prima est, quia subita necessitas cùm sit gravis non patitur moram. Secunda, quia Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 1. excipit in Episcopis cum absentia inciderit propter aliquod munus & officium Reipublicæ Episcopatibus adjunctum. Accipe ejus verba. *Cujus* (inquit) *absentiæ, quoniam causæ sunt notoriæ, & interdum repentinæ, nè eas quidem significare Metropolitano necesse erit.* Et tandem concludit. *Adeundem tamen Metropolitanum cum concilio provinciali spectabit judicare de licentiis à se, vel à suffraganeo datis, & videre, nè quis eo jure abutatur, & ut pœnis canonicis errantes puniantur.* Idem à pari dicendum est de Parochis.

Concilium Trident.

XIII. Cùm quis abest absque licentiâ, amittit tantùm fructus pro ratâ temporis quo abest, nec componi potest restitutio debita fructuum malè perceptorum obtinentibus bullam cruciatæ, vel vigore aliorum privilegiorum & facultatum obtentarum. Ita resolvisse Concilium aiunt Garcias cap. 2. num. 27. Armendariz num. 158. Quibus subscribit Barbosa num. 102. Sed debet Episcopus applicare fructus non residentium fabricæ Ecclesiæ parochialis, licet non indigeat, nec pauperes intra illius limites repetiantur, ita Garcias cap. 2. num. 31. Armendariz num. 160. Barbosa numer. 103. Ratio est, quia potest in dies indigere saltem quoad ornamenta, Alzedo part. 2. cap. 9. num. 38. Armendariz num. 161. Garcias cap. 2. num. 32. Barbosa numer. 104. asserunt procedentem adversus parochos non residentes per subtractionem debere observare eadem intervalla, & eandem rationem, quæ Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 1. statuit contra Episcopos non residentes, dum in pœnam omissæ residentiæ vult subtrahere partem fructuum, quos sibi arrogarunt. In executione autem faciendâ super illis fructibus perceptis non tenetur observare eadem intervalla.

XIV. Quod Episcopus possit & debeat remediis congruis & oportunis cogere parochos ad residentiam statuit Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 1. Et ibi prius tribus declarationibus etsi non redierint censuris plecti, ac beneficiis privari colligitur ex cap. 2. cap. *relatum*, cap. *ex parte*, cap. *qualiter*, de clericis non residentibus. Nemo enim privari debet, nisi prius ad residentiam monitus fuerit (inquit Tuschus litt. R. concl. 254. num. 6.) quia monitio est de jure communi, Alexander de consil. 1. lib. 7. imò requiri plures monitiones resolvunt Alexander consil. 1. in princ. verb. *& plures etiam monitiones*, lib. 6. alleg. not. in cap. *ex tuo*, de clericis non residentibus, Tuschus numer. 6. Priusquam igitur parochus privetur, debet præcedere monitio. Secundò pœna censurarum. Tertiò subtractio fructuum, & cuilibet pœnæ debet præscribi terminus sex mensium; alioquin si sententia privationis feratur, nulla erit, si non servetur hæc forma præscripta à Concilio, ut decidit Rota in unâ Salamantinâ die 5. Decembris 1567. & reperitur decis. 27. Cardinalis Seraphini. Quamvis enim (ut notat Piasecius in praxi Episc. part. 2. cap. 4. num. 96.) tantùm fiat mentio de Episcopo, qui ob non residentiam potest privari beneficio, servato tamen ordine juris, scilicet processu per monitiones, censuras, sequestrationem, & subtractionem fructuum, aliisque juris remediis: tamen id etiam potest intelligi de parocho, cùm idem onus illi incumbat, scilicet cura animarum. Quod si ignoretur ubi sit parochus citari debet tribus separatis monitoriis valvis Ecclesiæ affixis, ita Conc. Trid. sess. 23. cap. 1. *Eadem omninò* (inquit) *etiam quoad culpam, amissionem fructuum & pœnas de curatis inferioribus, & aliis quibuscumque, qui beneficium aliquod Ecclesiasticum curam animarum habens obtinet.* Barbosa numer. 105. Pro cujus elucidatione aliqui casus explicandi sunt. Primus si in absentia à principio justa fuit inserta monitio Episcopi, ut redeat intra tempus, alioqui

qui privabitur; non est necessaria alia monitio, si non fuit inserta; necessaria est talis monitio vel citatio, ita Barbosa post Joannem Andræam in cap. *quoniam frequenter*, numer. 52. *ut lite non contestante*. Secundus, si temerè recesserit, & locus recessus innoteſcat, facilisque sit accessus ad ipsum, debet legitimè ut redeat ad Ecclesiam suam intra tempus cōveniens secundùm locorum distantiam, & temporis qualitatem præfigendum ab Episcopo. Quod si non redierit, vel causam justam suæ diuturnæ absentiæ non allegarit, poterit ab Episcopo privari suâ Ecclesiâ, ita cap. *inter quatuor*, & cap. ult. de clericis non resid. Post ejusmodi executionem personaliter executam & effluxum tempus in illâ expressum non debet Episcopus aliud expectare, sed statim potest procedere ad spoliationem, & alterum promovere, ita Seraphinus 1346 numer. 5. vers. *nam si præcessisset*, Mantica decis. 67. num. 5. Tertius casus, quando Parochus impedit nè in loco noto moneatur, quod talis abest probetur, probari debet per edictum & ea citatio eundem effectum producet ac si personaliter fuisset citatus, ita cap. *quoniam frequenter*, §. *porrò*, ubi Baldus numer. 2. *ut lite non contest.* Quartus casus, quod si locus ubi sit Parochus planè ignoretur, nec possit personaliter citari, tunc succedit dispositio text. in cap. *ex tua*, de clericis non resident. potestque citari in Ecclesia, & per sex menses expectari, quibus elapsis non verò antea, spolietur, qui sex menses debent numerari post lapsum ultimi peremptorii, ita Barbosa supra post Abbatem consil. 67. num. 2. vers. *post quartum lapsum*, part. 1. Sufficit declaratoria ab Episcopo prolata ob non residentiam, nec est necessaria pronunciatio positiva super privatione, ita Barbosa supra post Manticam decis. 67. numer. 8.

XV. Parocho igitur abesse non licet à suâ Ecclesiâ nisi ob quatuor causas à Concilio Tridentino sess. 23. cap. 1. de reformatione assignatas, de quibus supra & infra, ubi de beneficiatis, & cum ob causam justam abest, sive annuente Episcopo, sivè non, debet aliquem idoneum Vicarium substituere admissum in illo Episcopatu, qui Sacramenta administret, ita Cōcilium Tridentinum cap. 1. citato. *Vicarium idoneum relinquat ab Ordinario approbandum*. Vide Possevinum supra cap. 1. num. 19. Non debet tamen substituere Vicarium si causâ urgente & non patiente dilationem per aliquot dies discedat, nec habeat quem ad Episcopum mittat pro facultate obtinendâ & substituendo vicario, ut supra diximus cum Azorio, imò secundùm Barbosam supra part. 3. allegat. 53. numer. 106 Licebit Parocho abesse per duos vel tres dies feriales, si rationabiliter judicaverit, verbi gratiâ, nullum in suâ parochiâ infirmari, quamvis nullum substituat vicarium. Ratio est, quia consuetudo lex optima legum interpres, etiam apud timoratos est, ita ut si Parocho rationabiliter absente aliquis in parochiâ moriatur absque Sacramentorum perceptione, non peccabit, ita Possevinus sup. cap. 1. num. 6. Barbosa loco citato. Ratio est, quia rationabiliter abfuit. Quod si repentè occurrat incommodum, causa legitimâ, vel periculum instans urgens discessionem, & adsit infirmus & Parochus careat, quem substituat ad conferenda sacramenta necessaria, nec possit infirmus commodè expectare Sacerdotem aliundè accersendum, Parochus tenetur potius subire quodvis periculum & damnum, quam ægrotum deserere, ita Lessius de justitia lib. 2 cap. 34. dubio 29. num. 159. Layman in Theolog. morali libr. 4. tract. 2. cap. 6. Vasquez de benef. cap. 4. art. 2. dubio 1. Cardinalis Zapata in discursu de obligatione in cōscientiâ, & justitiâ, quæ Prælati tenentur conferre dignitates & beneficia personis, quæ intendant ac proponant residere part. 1. consil. 2. numer. 2. Possevinus cap. 1. numer. 11. & 16. Bcia part. 4. casu 28. vers. *ad id*, Barbosa loco citato. Ratio est, quia Parochus non satisfacit quandoque suæ obligationi, nec vere & formaliter censetur residere, si absque legitima causa per se Sacramenta non adminiſtraverit

straverit, quamvis alium suo loco substituerit, quod etiam procedit licet sit consuetudo conferendi sacramenta per vicarium. ita Joannes Major in 4. sent. dist. 24. quæst. 7. & ex Concilio Rhemensi cap. 11. refert Adam Concentius lib. 6. politic. cap. 45. §, 8. Cardinalis Cajetanus in summa peccatorum verb. *Beneficium Ecclesiasticum*, concluſ. 2, Barbosa supra. Henricus de Bottis tract. de Synodo Episcopi concl. 10. num. 49, qui hæc pronunciat. *Attento etiam quod non valet consuetudo, quod quis in beneficio curato possit deservire per vicarium, ut dicunt Geminianus & Cardinalis in cap. frustra, distin. 8. Ripa in cap. Cum, M. Ferrariensis num. 41. de constitut. & lib. 1. respons. cap. 14, numer. 33. Peccat enim mortaliter regulariter Curatus in non residendo, quia facit contra naturalem justitiam, quia tenetur ipsemet ex susceptо officio gerere onus Christi curam.* Videat Lector quid dicat Navarrus consil. 21. de cleric. non residentibus, cui Layman lib. 4. tit. 2. cap. 6. subscribere videtur.

XVI. Parocho defuncto Episcopus habitâ ejus obitus notitiâ, si opus sit, potest Ecclesiæ parochiali idoneum vicarium instituere cum congrua fructuum portionis assignatione, ut onera Ecclesiæ ferat, donec sit provisum de Parocho. Accipe verba Concilii Tridentini sessione 24. cap. 18. *Expedit maximè animarum saluti à dignis atque idoneis Parochis gubernari. Id, ut diligentius, ac rectius perficiatur statuit sancta Synodus, ut cum parochialis Ecclesiæ vacatio, etiamsi si cura Ecclesiæ vel Episcopo dicatur, & per unum vel plures administretur, etiam in Ecclesiis patrimonialibus, seu receptivis nuncupatis, in quibus consuevit Episcopus uni vel pluribus curam animarum dare, quos omnes ad infrascriptum examen teneri. Mandat per obitum vel resignationem etiam in curiâ, seu aliter quomodocumq; contigerit, etiamsi ipsa parochialis Ecclesia reservata vel affecta fuerit generaliter vel specialiter, etiam vigore privilegii, seu indulti in favorem S. E. R. Cardinalium seu Abbatum, vel Capitulorum, debeat Episcopus statim habitâ notitiâ vacationis Ecclesiæ, si opus fuerit, idoneum in eâ vicarium, cum congruâ ejus arbitrio fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de rectore provideatur.* Vide Jacobum de Graffiis in aureis decis. lib 2. cap. 26. numer. 28. Filliucium tract. 11. de benefic. cap. 4. Alzedo de præexcellent. Episc. dignit. part. 2. cap. 9. num. 17. Castro-Palao in opere morali tomo 2. tract. 13, disput. 3. puncto 2. Lotterium de re benefic. lib. 2. quæst. 31. num. 12. Barbosam part. 3. alleg. 60. num. 1. Lambertinum de jure patronatus lib. 2. part. 2. quæst. 1. num. 29. Franciscum Leonem in thesauro fori Ecclesiast. part. 2. cap. 18, numer. 52. Borguinum decis. 11, num. 53. part. 3. Aloysium in praxi fori Eccles. decis. 575. in prima edit. & resol. 495. in secundâ edit. Nec potest impediri à collitigantibus etiam interpositâ appellatione ab electione œconomi, ita Aloysius Riccius jam citatus, Borguinus decis. 37. num. 51. & 52. part. 2. Vinianus in praxi jurisp atron. part. 2. lib. 8, cap. 8.

Nomine vicarii, qui ab Episcopo XVII.
potest deputari, intelliguntur etiam Parochi viciniores, vel etiam hebdomadarii, vel diurni. Ita Nicolaus Garcias de benef. part. 2. cap. 2. num. 13. Castro-Palao supra disp. 3. puncto 2. num. 2. Asserit tamen Joannes Massobrius in suâ praxi habend. concursum requis. 1. dubio 1. & 2. debet constitui Vicarius in qualibet Ecclesia parochiali vacante sivè de jure, sivè de facto tantùm, & sivè per obitũ, sivè per simplicem resignationem, aut privationem vacent, adeò ut illa verba Concilii (*si opus fuerit*) non importent arbitrium & quasi negligentiam, sed nudum modum providendi vel per Vicarium, vel per ministrum aliquem mercenarium, ita post Lotterium quæst. 31. num. 14. Barbosa num. 2. Hujusmodi autem institutio vicarii nõ debet differri usque ad tres dies à die notæ vacationis, ita Joannes Antonius Massobrius in sua praxi habendi concursum requis. 1. dubio 26. Barbosa supra. Portio autem arbitraria debet attendi ad qualitatem

personæ

personæ, beneficii, & loci juxta quam Episcopus se conformare debet, ita Massobrius supra dubio 25. Garcias de benef. part. 9. cap. 2. numer. 15. Castro-Palao puncto 2. num. 4. Barbosa supra num. 2. Quod inferiores qui non habent jurisdictionem quasi Episcopalem cum facultate congregandi Synodum nequeant deputare ejusmodi vicarium, Armendariz in addit. ad recopil. legum Navarræ lib. 1. tit. 18. lib. 7. de Episcopis num. 86. ait fuisse decisum. Quem sequuntur Garcias cap. 2. numer. 8. Franciscus Leo in thesauro fori Ecclesiast. part. 2. cap. 18. numer. 52. Lotterius libr. 2. quæst. 31. num. 12. & 13. Germonius de indult. Cardinal. §. *quibusvis*, numer. 18. Barbosa supra num. 3. Quod probat sui experientiâ. Ratio prima est, quia commendare Ecclesiam, seu Beneficium nequit inferior Episcopi, quamvis privilegio, consuetudine, vel præscriptione habeat jus conferendi. Ratio secunda, quia cum hoc sit concessum à Concilio ipsis Episcopis, nequit Prælatus Ecclesiæ Collegiatæ licet exemptæ non habens jurisdictionem Episcopalem, vel saltem quasi Episcopalem facere hanc commendationem, ita cum Flaminio, Garcia, Azorio, Flori de Mena & aliis resolvit Barbosa part. 3. alleg. 59. numer. 12, & alleg. 60. numer. 5. Sacra Congregatio apud Monetam de distribut. quotid. part 1. cap. 5. num. 50. ait decisum fuisse in terminis à S. Congregat. in suppressione præbendarum, si beneficium pastorale juris-patronatus Ecclesiæ vacaverit in mensibus Apostolicæ Sedi reservatis, Episcopus nullâ habitâ ratione patronorum, potest edicta concursus proponere idoneum eligere, ac Romam mittere cum fide ipsiusmet Episcopi instituendum à Sede Apostolicâ, ut fit in aliis parochiis quæ non sunt juris-patronatus, ut decisum fuit, teste Piacesio in praxi novâ Episc. cap. 5. num. 17. Gonzales glossa 6. num. 116. Aloysius Riccius resol. 351. vers. *amplia sexta*, Barbosa supra allegat. 60. num. 16, Salgado de protect. regiâ tomo 1. part. 3. cap. 9. numer. 99. Quamvis Ecclesia Parochialis spectet partim ad patronum Ecclesiasticum, partim laicum, ita Mandosius in regul. 1. cancell. quæst. 10. numer. 2. Covarruvias pract. cap. 36. num. 5. Ludovicus Gomez in cap. 1 num. 47. in fine de rescript. in 6. Et ita decisum referunt Garcias cap. 2. numer. 278, Gonzales glossa 6. num. 135. Aloysius Riccius in praxi fori Eccles. decis. 420. in 1. edit. & resol. 357. num. 3. in 2. edit. Franciscus Galetus in margarita casuum consc. verb. *juris patronatus*, Massobrius in praxi prælud. 7. dubio 25. num. 2. Barbosa supra num. 17. Castro Palao puncto 2. §. 5. num. 3. Lotterius lib. 2. quæst. 31. num. 133. Beltraminus in annot. ad Gregorium XV. decis. 498. Joannes Franciscus Ferentilius ad Burrat. decis. 23. vers. *& hoc procedit.* Idem tamen Barbosa loco citato priorem opinionem retractat, quamvis gravibus auctoritatibus innixam, maximè quia Sacra Congregatio Concilii in unâ Pisana die 3. Februarii anno 1628. declaravit in collatione Ecclesiæ Parochialis juris-patronatus mixti ex Ecclesiastico & laico formam examinis per concursum non esse necessariam, hanc declarationem referunt Vivianus in suâ praxi juris-patron. lib. 10. cap. 1. num. 34. Barbosa de officio & potest. Parochi cap. 2. numer. 126. Melchior Phebos decis. 214. tomo 2. Responsiones ad fundamenta contraria videndæ apud Gabrielem Pereira de manu regiâ part. 1. cap. 7. numer. 32.

XVIII. Quando vacat Ecclesia Parochialis juris-patronatus Laici non debet fieri examen per concursum, sed sufficit quod Examinatores Synodales examinent & judicent de idoneitate deputati à patronis, ita decisum fuisse referunt Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. *parochia*, §. 7. Lælius Zechius de republ. Eccles. cap. 28. de Parocho num. 6. Flaminius de resignat. lib. 8. quæst. 9. numer. 111. Piasecius in praxi novâ Episc. part. 2. cap. 5. num. 18. Ugolinus de potest. Episc. cap. 50. §. 3. vers. *tertiò*, Lessius de justitia lib. 2. cap. 34. num. 58. & 81. Gonzales ad regul. 8. Cancell. gloss. 6. num. 134. Aloysius Riccius

In praxi fori Eccles. resol. 357. num. 1. Garcias de benef. part. 9. cap. 2. num. 255. Cauro-Palao supra disp. 3. puncto 2. §. 5. num. 2. Alzedo de præcell. Episc. dignit. part. 2. cap. 9. numer. 2. Massobrius supra requis. 7. dubio 25. num. 4. Barbosa supra numer. 18. Quod si plures præsententur soli præsentati per concursum examinari debent, & qui ab examinatoribus magis idoneus judicatus fuerit, eum eligat Episcopus, & non alium instituat, ita decisum fuisse scribunt Aloysius Riccius supra resol. 357. numer. 2. Massobrius requisit. 7. dubio 25. num. 5. Garcias cap. 2. num. 257. Lotterius quæst. 31. num. 130. Ugolinus supra, Piasecius in praxi novâ Episc. cap. 5. num. 18. vers. *veniente* Gonzales supra glossa 6. numer. 138. Hercules Marescottus variar. lib. 1. cap. 52. num. 11.

XIX. Quando fit permutatio beneficii simplicis & pastoralis prærequiritur examen, non autem quando fit permutatio Ecclesiarum parochialium, nisi adsit magna inæqualitas numeri parochianorum, vel permutantes non fuerint examinati quando beneficium parochiale adepti sunt, tunc examinandi sunt sine concursu, ita Filliucius tract. 41. cap. 4. num. 137. Castro-Palao supra §. 5. num. 5. Aloysius Riccius in praxi fori Eccles. decis. 419. in 1. edit. & resol. 356. in 2. edit. Nicolaus Garcias part. 9. cap. 2. num. 165. Lælius Zechius de republ. Eccles. cap. 28. de Parocho num. 6. Barbosa supra alleg. 60. num. 23. Flaminius quæst. 9. num. 95. Ugolinus cap. 50. §. 3. cap. *septimò*, Thomingius decis. 129. Quando Parochialis Ecclesia est subjecta, vel subjecta Monasterio, vel de ejus mensâ, quamvis concursu non conferatur, sed Monasterium nominet, tamen illum Episcopus confirmat, ita Castro-Palao §. 5. num. 9. Farinacius decis. 102. part. 1. tomo 1. ait id decisum fuisse in unâ Tiraonensi juris præsentandi die 23. Mari anno 1588. & in unâ Ulixbonensi juris conferendi die 2 Decembris anno 1605. Quid sit beneficium de mensâ Monasterii docet Farinacius tomo 1. part. 2. decis. 204. Examini Episcopi subjiciuntur. Vicariæ perpetuæ parochialium unitarum quamvis non conferantur concursu, sed tantùm præsententur & nominentur ab *iis* quorum dignitati, vel Ecclesia Parochialis est unita & annexa, ita decrevit Pius V. in constitut. quæ incipit. *ad exequendum*, data Kalendis Decembris 1567. & sustinent Filliucius in quæst. moral. tomo 3. tract. 41. cap. 4. num. 147. Gonzales ad regul. 8. Cancell. glossa 5. §. 3. numer. 53. & 54. Lotterius de re benef. lib. 2. quæst. 31. numer. 22. Matthæus Burattus decis. 214. num. 1. & decis. 303. num. 10. & decis. 391. num. 1. & 2. Jacobus Cavalerius decis. 595. num. 4. refert Galetius in margarita casuum conscient. verb. *vicarius*, 3. cum Ugolino cap. 50. §. 3. vers. *octavo*, Castro-Palao §. 5. num. 10. Nicolao Garcia cap. 2. num. 289. Aloysio Riccio in praxi fori Eccles. resol. 308. num. 1. vers. *secundò*, quos sequitur Barbosa alleg. 60. num. 32.

## §. 2.

## *De Beneficiis simplicibus.*

I. CONcilium Tridentinum sess. 24. de reformatione cap. 17. differens de Beneficiis Ecclesiasticis simplicibus, hæc statuit. *Sancta Synodus debitam regendis Ecclesiis disciplinam restituere cupiens, præsenti decreto, quod in quibuscumque personis quocumque titulo, etiamsi Cardinalatus honore fulgeant, mandat observari. Statuit, ut in posterum unum tantùm beneficium Ecclesiasticum singulis conferatur, quod quidem si ad vitam ejus, cui confertur honestè sustentandum non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, &c. dummodo utrumque personalem residentiam non requirat, eidem conferri.* De hujus decreti materiâ & explicatione differunt Cardinalis Tuschus tomo 1. litter. B. concl. 61. Navarrus in manuali cap. 23. numer. 124. & de horis Canonicis cap. 22. num. 52. & consil. 14. in antiquis, vel consil. 11. in novis, Vega in summa part. 1. cap. 36. casu 23. & duobus

Concilii Trident.

ſeq. Franc. Emmanuel in ſumma tomo 1. cap. 31 num. 2. & 6. Salzedo ad Bernard. in practic. cap. 48, alias 49. litt. C, verb. *quamvis ſimpliciæ*, Flaminius de reſignat. libr. 5. quæſt. 6. num. 115. & ſeq. Petrus Ledeſma in ſumma part. 2. tract. 7. cap. 1. concl. 12. diffic. 5. Ludovicus reſponſ. caſuum conſcien. part. 4. caſu 26. Zerola in praxi Epiſc part. 2, verb. *incompatibilia* §. 2. Molfeſius in ſumma Theologiæ moralis tract. 6. cap. 9. Aloyſius in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ. 236. part. 4. Azorius inſtitut. moralium part. 1. lib. 2. cap. 12. & lib. 5. cap. 19. verſ. *conſuetudo, quâ quis in eadem Eccleſia*, & part. 2, lib. 3. cap. 7. quæſt. 4. & cap. 8. quæſt. 6. quæſt. 3. cap. 10. quæſt. 4. cap. 11. quæſt. 23. Armendariz in addit. ad relop. leg. Navarræ lib. 4. tit. 7. de benef. incompat. arr. 1. num. 30. Ugolinus de poteſtat. Epiſc. cap. 14. §. 2. Barboſa de officio & poteſt. Epiſcopi part. 3. alleg. 62. numer. 1. Nicolaus Garcias de benef. part. 11. cap. 5. numer. 268. & ſeq. Fulchus de viſit. lib. 7. numer. 8. Valerius Reginaldus in praxi fori pœnitent. tractat. 3. num. 283, Maſſobrius in praxi habendi cõcurſum requiſit. 7. dubio 16. 17. 18. Marcellus Vulpe in praxi judic. fori Eccleſ. cap. 48. num. 57. Notant Flaminius lib. 5. quæſt. 6. numer. 116. Aloyſius Riccius ſupra deciſ. 236. num. 2. part. 1, Ugolinus citatus § 2. num. 1. Barboſa allegat. citatâ Concilium non excludere etiam Cardinales.

IV. Quod ſi primum beneficium ad Beneficiatum honeſtè ſuſtentandum non ſufficit, poteſt Epiſcopus ſecundum beneficium conferre, vel alius ipſo annuente. Ratio eſt, quia cùm Concilium Tridentinum permittit aliud beneficium ſimplex conferri ei qui unum habet ſufficiens ad ſuſtentationem vitæ, clarè innuit id ad Epiſcopum pertinere. Ita declaravit Sacra Congregatio apud Ugolinum ſupra §. 2. num. 2. Garciam cap. 5. numer. 310. Lælium Zechium de reipubl. Eccleſ. tit. de beneficiatis. Armendariz ſupra numer. 32. & ſeq. Marcellum Vulpe in praxi judic. fori Eccleſ. cap. 48. num. 58. Maſſobrium in praxi habendi concurſum requiſ. 7. dubio 16. Barboſam de officio & poteſt. part. 2. alleg. 33. num. 21. & part. 3. alleg. 52. num. 5. Ratio eſt quia quando Canon permittit fieri & perſonam non præſcribit, ac determinat, innuit id ad Epiſcopum ſpectare. Nam aliquando datur expreſsè & in ſpecie Epiſcopo facultas diſpenſandi legem inquit cap. *ſanè*, de Clericis conjugatis, & cap. penultimo in fine de elect cap. *cum ex eo*, 34. de elect. in 6. & cap. 1, de ætate & qualitate eodem lib Et aliqui Summiſtæ in gloſſ. 1. & 3. cap. *ſi Clerici*, §. *de adulteriis*, *de judiciis*. Aliquando autem eadem poteſtas conceditur tacitè, ſeu virtualiter, verbi gratiâ, cùm lex dat perſonaliter facultatem diſpenſandi his verbis, *poſſit diſpenſari*, *vel liceat*, *&c. conferri*, non adjiciendo per Sedem Apoſtolicam, vel Romanum Pontificem pro ut in ſpecie cap. 2. *de eo*, *qui cognovit*, cap. *poſtulaſtis*, 7. ubi gloſſa 3. & Doctores de Clerico excommunicato, & cap. penult. juncta gloſſa ult. de pœnis, Cardoſius & alii verb. *diſpenſatio*. Ratio eſt, quia fruſtra conceditur diſpenſatio Sedi Apoſtolicæ, quæ habet de jure poteſtatem diſpenſandi cap *propoſuit*, de conceſſ. præbend. Igitur facultas illa debet intelligi prælatis inferioribus data cap. *nuper*, verſ. *in ſecundo*, ibi *non retinuit*, ibidem *eo ipſo*, gloſſa ult. cap, penult. *de pœnis*, ubi cùm textus dicat certos hæredes non poſſe aſſequi prælationis honorem & ſubjiciat hæc verba, *niſi cum eis fuerit miſericorditer diſpenſatũ*, ait ex quo textus, non determinat poteſtatem eſſe penes Epiſcopum. illi ſubſcribunt Abbas num. 5. Cardin. & Henric. in fine. Idem docet Gloſſa verb. *diſpenſatum*, in cap. *poſtulaſti*, de Cler. excommun. miniſt. ubi textus reſolvit excommunicatos non poſſe retinere beneficia, ſubdens *niſi cum eis fuerit miſericorditer diſpenſatum*, ait (cum non exprimat à quo) illam poteſtatem competere Epiſcopo, ita reſolvunt Abbas num. 8. Henriquez lib. 14. de excommun. cap. 19. numer. 2. & alii apud Sanchez de matrimonio lib. 8. diſp. 5. numer. 1. de la Vega de

telect. cap. *etsi Clerici*, §. *de adulteris*, num. 42. de judic. Undè secundùm Flaminium supra lib. 5. quæst. 6. numer. 116. post Navarrum, Hoiedam, Bertachinum, & alios peccant mortaliter qui habentes ad honestam vitæ sustentationem plura beneficia accumulant, quibus favet Glossa verbo *retinere*, in cap. *dudum*, in secundo de elect. Si quis beneficio sufficienti curet sibi conferri alterum beneficium sufficiens, Nicolaus Garcias cap. 5. num. 283. in 2. declar. Armendariz supra num. 30. tenent primum beneficium vacare, & ita decisum referunt. Non tamen ipso jure vacare asserit Flaminius de resign. lib. 3. quæst. 1. num. 138. sed per sententiam Episcopi, vel alterum potestate pollentem, ut alterum relinquat, observat Navarrus consil. 27. in antiquis, 13. in novis sub tit. de præbend. ita ut illi electio relinquatur cap. *referente*, cap. *præterea*, de præbend. Rota decis. 474. part. 1. Aloysius Riccius in praxi aurea resol. 100. Joannes Mohedanus decis. 14. de præbend. Durandus decis. 248. num. 2. Ratio est, quia Synodus Tridentina non inducit nullitatem adeptionis, sed incompatibilitatem respectu retentionis. Si tamen sit magna beneficiorum multitudo, tunc beneficia, seu beneficium vacant ipso jure Flaminius lib. 3. quæst. 1, numer. 139. Quæ sit autem magna multitudo beneficiorum, declarat idem Flaminius numer. 142. Et quamvis Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 17. dicat. *Liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, &c. eidem conferre, &c.* Non impedit, quin habenti simplex beneficium insufficiens non possit conferri beneficium parochiale. Primò, quia ut decisum fuit 28. Junii anno 1594. Beneficia curata aliis beneficiis annexa transeunt in naturam simplicium, &c. Secundo, quia est vis in eo quod utrumque non postulet residentiam pastoralem, ita Garcias part. 11. cap. 5. numer. 304. Hoieda part. 2. cap, 2. num. 1. Barbosa supra num. 4.

III. Potest annuente Episcopo habenti pensiones Ecclesiasticas sufficientes ad sustentationem conferri aliquod beneficium, ita Gonzales ad regul. 7. Cancel. glossa 5. §. 5. num. 14. Azorius part. 2. lib. 8. cap. 10. quæst. 8. & cap, 12. quæst. 9. Barbosa supra numer. 7. Primò quia (inquiunt Azorius & Gigas quæst. 50.) Canones & jura non prohibent, quominus utrumque habeatur. Secundò, quia pensio non est beneficium Ecclesiasticum. Tertiò quia licet beneficiarius censura affectus non percipiat fructus beneficii ex cap *pastoralis*, in cap. *studeat*, dist. 50. Archidiaconus in cap. *adhæc*, dist. 32. Hostiensis in summa tit. de sentent. excommunic. §. *quis sit effectus*, sed pensio debetur ex fructibus, nihilominus censuris innodatus minimè excusatur à solvendâ pensione. (Nam (ut ait Bartolus à Gigante citatus in quæst. 64. num. 4.) Sacerdotes excommunicati qui fructus beneficiorum non percipiunt debent pendere censum, quia coguntur onera sustinere, licet non percipiant. Accipe verba Bartoli. *Sicut qui sub culpa sunt in urbe, quamvis suorum bonorum fructus non percipiant, debent nihominus onera solvere.* Et Baldi. *Si nobilis ob delictum nobilium privilegiis spoliatur, debet nihominus onera sustinere, & solvere collectas, quas cæteri nobiles solvere coguntur.* Excommunicati igitur, licet commodis priventur, non tamen liberantur ab oneribus. Cæterùm præfatam resolutionem decisum fuisse referunt Garcias cap. 5. num. 310. vers. *quarto*, Armendariz supra numer. 37. Episcopus potest conferre secundum beneficium obtinenti primum sufficiens juxta valorem verum, & honestam ipsius possidentis sustentationē, si tempore, quo secundum beneficium confertur, primum non sufficiat propter onus pensionis impositæ super tali beneficio, modò provisus post factam sibi collationem non consenserit pensioni. Ita resolutum scribunt Garcias cap 5. num. 310. dubio 3. Massobrius. requis. 7. dubio 17. Armendariz supra numer. 37. dubio 3. Undè Barbosa num. 8. post Hoiedam de incompatib. benef. part. 1. cap. 19. num. 1. Flaminium lib. 3, quæst. 6, num. 191. Bertachinum verbo *beneficiorum sufficientia*, existimat, quod licet communiter observetur ut retinean-

tur

neantur duo vel plura beneficia quorum unum non sufficiat ad victum, tamen ejusmodi communis observantia non excusat retinentem plura beneficia sufficientia à peccato mortali. Ratio est quia hæc consuetudo est contraria juri naturali, rationibus, & juribus. Secunda, quia consuetudo non excusat retinentem à reatu pœnæ & culpæ, & aliis temporalibus pœnis (inquit idem Barbosa num. 8.) & ante illum Tiraquellus de pœnis tempor. cap. 24. num. 4. & seq. Sanctus Antoninus 2. part. 3. tit. 3. cap. 1 Animadvertit tamen iterùm idem Barbosa supra num. 10. cum Hoieda part. 2. cap. 1. num. 3, Aloysio Riccio decis. 236. num. 5. part. 4. Azevedo consil. 2. numer. 1. Flaminio libr. 3. qæst. 1. num. 141. Cenedo ad decret. collect. 150, num. 2. Perez de Lora de Capellan. lib. 2. cap. 7. numer. 12. Zerola in praxi Episc. part. 1, verbo *beneficium*, §. 7. Stylum Curiæ esse, ubi duo, tria, vel quatuor beneficia non sufficiunt posse aliud simplex cõferri donec omnia simul commodè Clericum alant ac sustentent. Primò, quia idem juris esse videtur, cùm tria vel quatuor beneficia sufficiunt, ac quando unum non sufficit. Secundò, quia Pius V. & Gregorius XIII. & sequentes Pontifices sæpius contulerunt eidem beneficiato plura beneficia simplicia non requirentia residentiam. Idem præstitit Gegorius XV. & successores eodem jure usos fuisse testatur experientia, ita ut etiam Prælati inferiores conferant beneficia, & non examinant an sint pinguia, vel tenuia.

IV. Episcopi possunt instituere præsentatos à Patronis, quamvis tertium vel quartum habeant beneficium, ita Lambertinus de jure Patronatus part. 1. lib. 1. art. 7. num. 15. Barbosa numer. 10, negantes dispositionem Cõcilii Tridentini sess. 24. cap. 17. locum habere in beneficiis juripatronatus. Illos sequitur Massobrinus in praxi habendi concursum requis. 7. dubio 18. dicens id fuisse decisum, Armendariz supra num. 57. & confirmatur ex Durando decis. 228. num. 12. Undè Lambertinus testatur se fuisse institutum in 37. beneficiis, quorum maxima pars erat patronatuum Clericorum & laicorum. Id tamen limitant Barbosa supra & Garcias de beneficiis part. 11. cap. 5. numer. 286. illud decretum Concilii Trident. locum habere in beneficiis juripatronatus, nisi fundatio declaret posse simul cum aliis retineri. De sufficientia beneficii Ecclesiastici ad sustentationem non potest assignari certa regula (inquit Barbosa supra num. 1.) Ratio est, quia quod respectu unius dicitur magnum, respectu alterius potest est parvum, quare concludit hoc relinqui arbitrio judicis æstimandum per regulam juris l. 1. ff. *de jure deliber.* & cap *de causis*, §. *illis etiam*, de off. deleg. & spectandam esse qualitatem personarum, temporum, & locorum docent Menochius de arbitr. casu 216. Garcias cap. 5. num. 320. Reginaldus tract 3 num. 285. Zerola in praxi Episc parte 1. verbo *beneficium*, §, 7. concl. 8, Flaminius lib 5. quæst. 6. num. 131. & seq. Gonzales ad regul. 8. Cancell. glosa 15. num. 39. Barbosa proximè citatus, Massobrius in praxi habendi concursum requis. 7. dubio 14. Addit Prosper de Augustino in addit. ad Quarantam verb. *beneficiorum resignationes.* Causa octava ad judicandam beneficii sufficientiam non debere attendi bona patrimonialia ipsius beneficiati. *Respondeo* (inquit) *negativè stante communi opinione, quæ scilicet habet, posse Clericum conservare proprium patrimonium, ejusq; fructus, & beneficii reditus in proprios usus impendere, in quam sententiam præter alios consentiunt Innocentius & Abbas in cap. Episcopus, de præbend. Felinus in cap. postulasti, de rescriptis, Franciscus Sarmiento in tractat. de reditu Eccles. part. 1. cap. 1, num. 18. Covarruvias in capitul. 1. num. 2. de testam Navarrus in apolog. lib. de redditibus Ecclesiast. quæst. 1. monit. 30. eamq; post responsiones ad aliquas objectiones, quibus communis hæc sententia improbatur, firmat Alphonsus Hoieda in dict. capitul. 19. num. 45. in quo animadvertendum est differentiam esse, an quis possit honestè, & sic sine penuria vivere, & an possit* Prosper ab Aug.

*decenter & commodè vivere juxta gloss. notabil. in cap. 1. §. sanè vers. absque penuriâ. Vbi Franciſc. & Gemin. de ſtatu regulari in 6. Quam etiam ſequitur Panorm. in cap. 1, num. 4, de inſtit. & in capitul. poſtulaſti, notabil. 2. de reſcriptis, ipſamq; ſolemnem in hoc prædicat Navarrus in d. miſcell. 62. num. 8, aſſerens illud dici ſufficere ad vivendum, ita ut non dicatur mendicare. Et ſecundum hunc intellectum ex mente ipſius Navarri loco citato ad effectum, ut quis poſſit ad Ordines ſacros promoveri ex diſpoſitione Concilii Tridentini ſeſſ. 21. de reformatione cap. 12, Beneficium quinquaginta aureorum communiter ad honeſte vivendum pro ſufficienti haberi, non autem ad commodè & decenter vivendum ſecundùm terminos, in quibus loquimur. Idem confirmat Pariſ. ubi ſupra num. 155.* Hæc ille.

V. Potest Episcopus dispensare, ut ut quis teneat duo beneficia simplicia difformia sub eodem tecto, si unum non sufficiat ad vitam Clerici sustentandam, ita Navarrus consil. 18. numer. 1, de præbend. Franciscus Leo in thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 8. num. 55. Molfesius in summa Theolog. moral. tract. 6. cap. 9. num. 46. Azorius part. 2. lib. 3. cap. 50. quæst. 6, & lib. 6. cap. 11, quæst. 2. & 4, & cap. 12. quæst. 6. cap. 13, quæst. 6. Barbosa part. 3. alleg. 62, num. 17. Ante eos Joannes Andræas, Panormitanus in cap *litteras*, Federicus consil. 115, Sylvester verbo *beneficiū*, 4, Abbas consil. 926, vol. 2, dubio 2. num. 1. Felinus in cap. *ex parte*, de concess. præbend. num. 30, Lapus in alleg. 116. num. 5. Misis in repertorio verb. *beneficia plura* vel *præbenda*, Rebuffus in praxi benef. titul. *de non promotis intra annum*, num. 76. & in tord. in rubricâ de mandato Apost. part. 1. §. 1, Imola in cap. *litteras*, de concess. præben. Ancharanus, Franc. & Geminian. in cap. 1. de consuetud. in 6. & ibi glossa in verbo *nisi unicum*. Ratio est, quia jus commune nō prohibet, ita ut justis ex causis possit eidem tribuere in eadem Ecclesia dignitatem vel personatum, officium vel beneficium habens curam animarum, & simul unum Præstimonium, vel Capellaniam, vel Altaro, aut Canonicatum, vel portionem simul & unum altare, vel Capellam aut unam dignitatem & Canonicatum. Item Canonicatum cum uno Præstimonio vel Capellaniâ: vel unum Præstimonium & unam Capellaniam, modò unum non sufficiat ad Clericum cōmodè sustentandum, ut dictum est. Nec Concilium Tridentinum sess. 7. cap. 4. de reformatione est contrarium, quia ibi tantùm loquitur de vacatione beneficiorum quomodolibet incompatibilium, quæ contra sacros Canones aliquis recipere vel retinere præsumeret, non autem prohibet retentionem beneficiorū aliàs incompatibilium in quibus Episcopus potest dispensare. Imò duo similia modò non postulent personalem residentiam docet Perez de Lara de anniversi. & capellan. lib. 2. cap. 7. & 13. Quem sequitur Barbosa supra n. 13. Quod si duo beneficia postulent residentiam non potest Episcopus conferre. Ratio est, quia divinus cultus magis minuitur, & Ecclesia necessariis ministris destituitur, verbi gratiâ, si duo Canonicatus eidem conferantur Ecclesia duorum Canonicorum consilio, operâ, & ministerio privatur. Quod incommodum vitatur in beneficiis dissimilibus, ut si unus in eadem Ecclesiâ dignitatem & Canonicatum simul obtineat, utroque enim officiò & munere fungi potest (inquiunt Joannes Andræas, Imola, & alii in cap. *litteras*, de concess. præbend.) quos sequitur Azorius part. 2. lib. 6. cap. 12. quæst. 6. Tunc autem censetur beneficium sub eodem tecto quoad propositum, quando est fundatum in Capellâ, Claustro, Cœmiterio, seu ambitu contiguo Ecclesiæ, ita Nicolaus Garcias supra cap. 5, num. 259. Gonzales ad regul. 8. Cancell. glossa 10. numer. 32. Navarrus consil. 46 de præbend. Quod ex privilegio & consuetudine possit quis in una Ecclesiâ duplici officio fungi, verbi gratiâ Thesaurārii & Canonici, & ideo duplices lucrari distributiones declaravit S. Congregatio apud Nicolaum Garciam cap. 5. numer. 245. Armendariz supra num. 25. Barbosam

num. 21.

num. 21. Ratio eſt, quia eas obtinet diverſo jure, cùm inter dignitates ſuppleat numerum dignitatum, & inter Canonicos ſuppleat numerum Canonicorum, nec egeat ſubſtituto. Nec huic conſuetudini derogat Concilium Tridentinum ſeſſione 24. cap. 17. ut decidit S. Congregatio apud Nicolaum Garciam cap. 5, num. 246. & ſeq. Armendariz num. 26. Barboſam loco citato.

VI. Etſi illitterati, qui ſcribere & legere Latinè neſciunt, ſint incapaces beneficii, & collatio illis facta ſit invalida & irrita, Gloſſa cap. 1. diſtinct. 36, & cap. *præcipimus*, diſtinct. 34. Navarrus de orat. miſcell. 40. num. 8. & miſcell. 33. num. 7, Rebuffus tract. de pacif. poſſeſſ. num. 215. aliàs 260. Leſſius lib. 2. de inſtitut. cap. 34. numer. 129. Flaminius de reſign. lib. 4. cap. 11. num. 19. & lib. 5. quæſt. 3, num. 76. Carolus de Graſſis de eff. Cler. in prælud. num. 71. Azorius inſtitut. moral. part. lib. 6. cap. quæſt. 3, & ſeq. cap. 26. quæſt. 11. Barboſa part. 3. alleg. 63. num. 1. Caſtro-Palao in opere morali tomo 2. tract. 13. diſp. 4. puncto 6. num. 6. & 9. Hoieda de incompatib. benef. part. 1 cap. 24. numer. 29. & alii in cap. *illitteratus*, diſtinct. 36. cap *pœnitentes*, diſtin. 55, Tamen qui non ſunt penitus illitterati, ideſt carent ſcientiâ neceſſariâ ad beneficium accipiendum, ſi acquirant beneficium illa proviſio non eſt ipſo jure irrita, ſed poteſt irritari. Ratio eſt, quia Concilium Tridentinum ſeſſione 7. cap. 3. decernit. *Inferiora beneficia Eccleſiaſtica præſertim curam animarum habentia perſonis dignis & habilibus, quæ in loco reſidere, ac per ſeipſos curam ipſam exercere valeant, &c. conferantur, aliter facta collatio ſive proviſio omninò irritetur.* Non dicit irrita ſit, ſed *irritetur*. Quo verbo concedit Concilium Tridentinum facultas ſuperiori cognoſcendi an proviſus careat ſufficienti ſcientiâ, interim dum ejuſmodi ſcrutinium non fit proviſio irrita non cenſetur, nec ut quis dicatur dignus & litteratus neceſſaria eſt litteratura eminens & excellens, ſed (inquit Rota deciſ. 23. num. 3. part. 1.) ſufficit ſi proviſus non ſit rudis & ignarus. Porrò illitteratus, qui aliàs eſt honeſtæ vitæ poteſt ob cauſam tolerari in obtento beneficio, ſi ex longo uſu & experientiâ probetur, quod rectè exerceat omnia, quæ ad ſuum officium ſpectant, vel ſi perfecta charitas defectum ſcientiæ ſuppleat (inquiunt Campanile in diverſ. juris canon. rub. 5. cap. 5. numer. 3.) Poteſtque Epiſcopus tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus coadjutorem vel vicarium pro tempore dare, & ei aſſignare partem fructuum pro victu ſufficiente, vel aliter providere. Id patenter declarat Concilium Tridentinum ſeſſione 21, de reformatione cap. 6. *Quia* (inquit) *illitterati & imperiti Parochialium Eccleſiarum rectores ſacris ſunt minus apti officiis, & alii propter eorum vitæ turpitudinem potius deſtruunt, quàm ædificent, Epiſcopi etiam tanquam Apoſtolicæ Sedis delegati, eiſdem litteratis, & imperitis, ſi aliàs honeſtæ vitæ ſunt coadjutores, aut Vicarios pro tempore deputare, partemq. fructuum eiſdem pro ſufficiente victu aſſignare, vel aliter providere poſſint, quacumque appellatione & exemptione remotâ.* Scilicet quoad effectum ſuſpenſivum, ſed non devolutivum, ità Zerola in praxi Epiſc parte 1. verbo *parochia* § 7. Valerius Reginaldus in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 30. num. 172. Gonzales ad regul. Cancell. gloſſa 5. §. 9, num. 29, Franciſcus Leo in praxi fori Eccleſ. part. 2. num. 71. Nicolaus Garcias de benef. part. 4. cap. 5, num. 7. Aloyſius Ricciusin praxi fori pœnit. deciſ. 374 in primâ edit. & in ſecundâ reſol. 494. Barboſa num. 6. Quod hoc poſſit Epiſcopus etiam in Parochis exemptis ob identitatis rationem tenet Zerola iam citatus. Quod etiam dato coadjutore poſſit Epiſcopus cogere Parochum ut reſideat, deciſum fuiſſe à S. Congregatione Cardinalium aiunt Garcias cap. 5, numer. 8, Gonzales §, 8, num. 30, Piaſecius in praxi novâ Epiſc. part. 2, cap. 3, numer. 27, Ugolinus de poteſtate Epiſc. cap. 15. §, 3. & cap. 53. numer. 3, Caſtro-Palao in opere morali tomo 2, tract. 13, diſput. 1, puncto 9, num. 12, Barboſa ſupra numer. 8. Quaranta in

Concilii Trident.

summa Bullarii verbo *residentia*, vers. *præter Summistas.* Potest etiam cogere præfatum coadjutorem, ut resideat, ita Aloysius Riccius resol. 494. num. 14. Franciscus Galetus in margarita casuum conscient. verb. *residentia*, 1. Barbosa num. 9.

VII. Quod si Ecclesiæ vel beneficii rector senio sit confectus. vel morbo non perpetuo, nec incurabili laboret, sed factus sit inutilis, vel habeat aliquod impedimentum ad officium suum obeundum, potest Episcopus dare coadjutoriam temporalem, & revocabilem, quæ loco illius ministret, & obeat officium, ita cap. *de rectoribus*, cap. *ex parte*, & cap. *final.* de Clerico ægrot. cap. 1. eodem titul. in 6. cap. 1. de supplem. neglig. prælator. eodem lib. Concilium Tridentinum sessione 25. cap. 7. de reformat. vers. *Quod si quando Ecclesia Cathedralis aut Monasterii urgens necessitas, aut evidens utilitas postulet Prælato dari coadjutorem, is non aliàs cum futurâ successione detur, &c.* Gambara de officio & potest. Legati de latere lib. 5. tit. *de coadjutoribus*, numer. 1. Gonzales §. 19. num. 31. Nicolaus Garcias cap. 5. num. 5. Barbosa supra numer. 11. Quod si ab Episcopo vel Legato detur coadjutor perpetuus consentiente infirmo, debebit Episcopus decernere alimenta ex bonis beneficii, ita Abbas in cap. *tua nos*, in fin. de Clerico ægroto, Gambara tit. *de coadjutoribus*, numer. 16. Barbosa loco proximè citato. Nec repugnat textus cap. *tua nos*, de Clerico ægroto, ibi *ab administrationis officio debet removeri.* Respondet Garcias cap. 5. num. 6. & alii intelligi dumtaxat quoad exercitium. Textus enim ille agit de leproso, qui ob scandalum & horrorem removeri potest ab exercitio administrationis. Vide Flaminium de resignat. libr. 5. quæst. 6. num. 17. Quod auctoritate Episcopi certa redituum portio coadjutori sit assignanda. Probat Azorius part. 2. libr. 8. cap. 6. quæst. 1. ex cap. *nisi essent*, de præbend. ad finē, ubi apertè dicitur. *Vt ad præstationem 40. librarum non dignitas Prioratus, sed persona Prioris maneat onerata, nè fortè circa proventus aliqua videatur facta sectio Prioratus: ita quod Priore defuncto successor ipsius ad præstationem 40. librarum minimè teneatur.* Et in cap. *de cætero*, de transact. Cùm dictum esset per transactionem absque Episcopi auctoritate factum non posse Ecclesiæ censum vel pensionem imponi, benè tamen Episcopi consensu; subjungitur. *Sed census absque Episcopali auctoritate, qui præst Ecclesiæ, sed hoc pratextu solutus. vitam ejus, qui solverit non excedit.* Undè quidquid dicat Gambara, pensio per Episcopum constituta ad successorem in beneficio non transit; cum beneficium non sit tali pensione obligatum alteri, sed beneficiarius. Sic Ancharanus, Cardinalis, Imola, in cap. *nisi*, glossa, & Annon. in cap. *audivimus*, de colluf. detegendâ. Nec obstat id quod habetur cap. *veniens*, & cap. *de cætero*, de transact. scilicet ad pensionem solvendam successorem non cōpelli, eo quod non fuerit auctoritate superioris imposita. Igitur (ut colligit Gambara) si esset auctoritate superioris scilicet Episcopi constituta transiret ad successorem. Ad hoc dico in illo capite tantùm fieri mentionem pensionis licet absque auctoritate cōstitutâ, quæ si non repugnet, non est ab Episcopo improbanda, sed vitam ejus, qui solvere debebat, non excedit: quia non est pensio ipsi beneficio sed ipsi beneficiato ægroto, seu, vel illitterato imposita, & afficit talem personam. Non minus probabiliter existimant Gambara tit. *de coadjutoribus*, num. 10. & 11. Azorius part. 2. cap. 2. lib. 3. quæst. 9. Aloysius Riccius resol. 494. num. 11, coadjutorem substitutum Parocho infirmo debere vivere & sustentari ex facultatibus Ecclesiæ, ex cap. *de rectoribus*, & *Clerico ægrotante*, ita ut si reditus Ecclesiæ beneficiato ægrotanti, & coadjutori non sufficiant, Glossa cap. *de rectoribus*, jam citato, censet alimenta esse potius subministranda adjutori, quàm beneficiato infirmo, & patet ex cap. *tua nos*, de Clerico ægrotante. Quod ordinat necessaria tantùm beneficiario infirmo deberi, & consequenter reliquos proventus beneficii liberos adjutori reservandos.

Sed

Sed Abbas putat ex æquo & bono beneficiatum infirmum esse adjutori præferendum, & populum auctoritate Episcopi cogendum ut necessaria adjutori suppeditet, si aliundè nequeat se sustentare. Ratio est, cùm enim beneficium exiguos ac tenues reditus habeat, jure compellitur Clericos ut suo labore & industriâ victū, quærat cap. *Clericus victum*, dist. 92. & cap. 1. de celebrat. missæ. Si igitur adjutor Parochi ex Ecclesiæ redditibus vivere nequeat, populus jure compelli potest, ut vitæ necessaria ei suppeditet, cum ejus obsequio sit mancipatus. Huic opinioni ut veriori subscribunt Aloysius Riccius supra num. 11. & Barbosa loco citato numer. 15. Quod si beneficiarii infirmitas talis sit, ut nec spiritualia, nec temporalia possit administrare, tunc auctoritate Episcopi administratio generalis spectat ad adjutorem, qui datâ portione commodâ adjutori, & sibi reservatâ portione congruâ, impendat reliquos fructus beneficii in pios usus. Et de hoc casu meminit cap. *tua nos*, si autem morbus sit talis, ut impediat dumtaxat administrationem spiritualium, tunc spectat ad beneficiatum generalis administratio redituum, qui sibi retinendo necessariam fructuum portionem, justam ac debitam adjutori dabit, ut habetur cap. *de rectoribus*, ut notant Azorius supra quæst. 10. Barbosa num. 13.

## §. 3.

## *De Beneficiorum unione, quæ ab Episcopi auctoritate dependet.*

I. VNione beneficiorum aliquando unum fit, ex cap. *decimas*, 16 quæst. 1. Aliquando unum alteri subjicitur, & unitum seu accessorium gaudet privilegiis principalis cui unitur, cap. *recolentes*, de statu monach. Aliquando neutrum alteri subjicitur, sed æquè principaliter dominantur, ita Rebuffus in praxi titul. *de unionibus benef.* num. 11. 12. 13. 14 Fillucius tract. 41. de benef. cap. 3. num. 121. Gambara de officio & potest. legati à latere, tit. *de officio & potest. legati, in vivendo.* Castro-Palao in opere morali tomo 2. tractat. 13. disp. 6. puncto 12. §. 1. num. 2. Sanchez in præcept. decal. tomo 2. lib. 7. cap. 29. num. 146. Nicolaus Garcias de benef. part. 11, cap. 2. numer. 7. Petrus Gregorius de benef. cap. 20. num. 2. Barbosa de officio & potest. Episc part. 3. alleg. 66. num. 2. Azorius institut. moral. part. 2, lib. 6. cap. 28. quæst. 2. Hic tertius modus unionis probatur ex cap. 1. *nè Sede vacante*, cap. *& temporis*, 16. quæst. 1. cap. *Monaster.* de relig. domibus, cap. *postquam*, 16. quæst. 1. Ejusmodi uniones non à quolibet fieri possunt in perpetuum vel ad tempus ob Ecclesiarum necessitatem vel utilitatem, sed ab eo qui legitimâ superioris auctoritate pollet, ita Rebuffus supra num. 1. Joannes Baptista Caccialupus tract. de unionibus art. 1. Ugolinus de officio & potest. Episc. cap. 52. numer. 2. Castro-Palao in opere morali tomo 2. tract. 13. disp. 6. num. 12. §. 1. Barbosa de officio & potest. Epis. part. 3. alleg. 66. numer. 1. Azorius part. 2. lib. 6. cap. 28. quæst. 1. Probatur ex Concilio Tridentino sessione 24. de reform. cap. 13.

II. Uniones beneficiorum seu Ecclesiarum fieri possunt ab Episcopo Diœcesano ob causas legitimas stando in jure communi antiquo, ita Lotterius de re benef. libr. 1. quæst. 28. num. 111. Sanchez in præcepta decalogi tomo 2. lib. 7. cap. 29. numer. 147. Nicolaus Garcias supra cap. 2. numer. 62. Fuschus de visit. lib. 2. cap. 2. numer. 16. Alzedo de præcellentiâ Episcop. dignit. part. 2. cap. 9. num. 48. Barbosa supra num. 3. Azorius supra quæst. 6. Ita decidit Rota decis. 133. num. 5. part. 2. divers. Probatur ex cap. *sicut unire*, de excessibus Prælat. cap. *exposuisti*, de præbend. cap. *consultationibus*, cap. *pastoralis*, de donat. Dixi Diœcesano, quia nequit unire beneficia alterius Diœcesis, Azorius supra, Joannes Baptista Coccinus decis. 449. num. 3. Barbosa num. citato. Probatur ex cap. *quod translationem*, de offic. Legati. Ad ejusmodi unionē componendam

componendam non est opus, ut Episcopus sit consecratus, sed sufficit quod sit confirmatus, ita Sanchez supra cap. 29. num. 147. Barbosa citatus, Marianus Socinus in cap. *sicut unire*, art. 3. numer. 53. & 54. quæst. 10.

III. Episcopus potest unire, non tantùm sæcularem Ecclesiam sæculari, beneficium beneficio sæculari, sed etiam religioni, ita Clemens II. de rebus Ecclesiæ non alienan. ubi Cardin. in princip. num. 4. not 4. & num 11. quæst. 7. Ancharanus num. 4. not. 4. Imola num. 2. & 3. not. 2. & 3. Bonifacius num. 3. Doctores in cap *consultationibus*, Marianus Socinus in cap. *unire*, art. 4. quæst. 4. numer. 61. & 62. Selva de benef. part. 3. quæst. 11. num. 126. Sanchez supra cap. 29. num. 148. Azorius cap. 28. quæst. 19. Calderinus consil. 5. num. 1. de rebus Eccles. non alienand. Dixi *unire*, non *dare*, quia differt donatio, quod per illam concedantur reditus, vel bona Ecclesiæ, ut in proprios usus convertantur, verbi gratia, si una Præbenda, vel Capellania Canonicis detur ut in proprios usus transferant, vel si una Ecclesia, ut ex redditibus vel bonis ipsius in alterâ certæ Præbendę instituantur, seu beneficia erigantur ex Abbate cap. *suggestum*, de jure patron. cap. *exposuisti*, de præbend. Vel cum prædia unius alteri conceduntur ad proprios usus ipsius, & ejusmodi donationes ad minùs requirunt consensum Capituli (inquit Azorius parte 2. lib. 6. cap. 28. quæst. 19.) vel Patroni, si Ecclesia vel Capellania sit subjecta juri patronatus cap. *filiis*, 16. quæst. 7.

IV. Episcopus præfatam unionem, seu conjunctionem præstare potest, licet beneficia, quæ uniuntur sint reservata à Pontifice, & ejusmodi unio non afferat præjudicium expectanti auctoritate Apostolicâ illa beneficia, proindèque hæc unio effectum non sortietur nisi defuncto expectante, vel privato illo beneficio, ita Abbas cap. *sicut unire*, num. 7. Ancharanus ibi num. 5. Cardinalis num. 3. quæst. 3. Marianus Socinus art. 4. quæst. 6. num. 65. Rebuffus tit. *de unione benef.* num. 31. Sanchez supra cap. 29. numer. 150. Seraphinus decis. 1078. numer. 5. Hoieda de incompatibil. benef. part. 2. cap. 3. num. 7. Boerius decis. 346. ad finem, Gambara de auctoritate legati lib. 5. tit. *de potest. legati, in unien.* lib. 63. Eusè Beltraminus ad Gregorium XV. decis. 419. numer. 7. Pro cujus explicatione duos casus proponam. Primum quando Romanus Pontifex simpliciter sibi reservavit collationem alicujus beneficii, tunc potest Episcopus illud simpliciter unire, ita Nicolaus Garcias supra cap. 2. num 91. Barbosa citatus num. 7. Et resolvit Rota decis. 4. & 6. de rebus Eccles. non alienand. in antiq. Ratio est, quia reservatio non tangit aliud quam collationem, quæ sicuti non impedit unionem beneficii, sic nec impedit unio collationem fieri, cum eodem tempore possit beneficium conferri absque præjudicio unionis, & uniri absque præjudicio collationis, cap. *consultation.* de donat. & ideò hoc casu stat unio, sed ejus effectus suspenditur, donec reservetur reservatio, ita & non aliter. Casus secundus est, quando Pontifex non reservavit sibi simpliciter collationē, sed quamcumque dispositionem illam auferendo expressè ab Episcopis, & hoc casu ordinarius nequit unire, ita Abbas cap. *sicut unire*, numer. 7. Lotterius de re benef. lib. 1. quæst. 29 num. 42. & 43. Barbosa citato loco. Dixi supra *ab Episcopo Diœcesano*, quia beneficia, quæ suæ dispositioni, seu jurisdictioni non sunt subjecta, nequit unire. Ita Rebuffus tit. *de unionibus*, numer. 22. Sanchez cap. 29. numer. 151. Hoieda cap. 3. numer. 7. Barbosa supra num. 9.

Archiepiscopus potest tantùm unire beneficia suæ Diœcesis, non verò suorum Suffraganeorum, ita post Azorium part. 2. lib. 6. quæst. 7. Sanchez cap. 29. num. 156. Hoieda cap. 3. num. 7. Rebuffum tit. *de unionibus*, num. 29. & 30. Marianum Socinum in cap. *sicut unire*, art. 3. quæst. 4. numer. 35. Barbosa supra num. 13. Ratio est, quia potestas est jurisdictionis ordinariæ, quam Archiepiscopus dumtaxat habet in suâ Diœcesi, non

verò

verò in Ecclesiis suffraganeorum, & colligitur ex cap *sicut unire*. Eorum Capitulum Sede vacante potest unire ea beneficia, modò per illam unionem nihil detrahatur jurisdictioni Episcopali, ita Clement. 1. de statu Monach. Azorius part. 2. lib. 6. cap. 20. quæst. 5. Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. *unio*, §. 7. Marcus Antonius Genuensis in praxi Archiep. Neapol. cap. 85. num. 25. Marianus Socinus cap. *sicut unire*, art. 3. num. 40 quæst. 6. Caccialupus de unione Eccles. art. 3. num. 19. Gaspar Perusinus de unionibus cap. 5. num. 26. Rebuffus de unionibus numer. 36. Hoieda cap. 3. num. 7. vers. *similiter capitulum*, Antonius Ragucius de voce canonic. in Capitulo quæst. 16. Quaranta in summa bullar. verb. *Capitulum sede vacante*, quæst. 9. vers. *quæ conclusio*. Contra Lotterium quæst. 28. num. 140. Cuchum lib. 2. tit 9 numer. 857. Dices nequit Collegium conferre, igitur nec conjungere duo beneficia. Respondet Azorius, non sequi, nam Episcopus nequit conferre beneficia quæ spectant ad jus & potestatem ordinarii inferioris, & tamē potest illa conjungere. Item beneficium nondum vacans conferre nequit. Non est igitur ejusdem juris collatio cum unione. Nam cōferre est voluntatis & liberalitatis, at conjungere utilitatis, vel necessitatis. Quia Ecclesiæ non connectuntur nisi id postulet utilitas vel necessitas, Vicarius generalis Episcopi unire potest beneficia de consensu & speciali mandato Episcopi, ita Marcus Antonius Genuensis variar. resol. resol. 109. numer. 1. Lotterius quæst. 28. num. 118 Narbona de appellat. de Vicario ad Episcopum part. 1. num. 223. Gratianus discept foren. cap. 278. num. 35. Sanchez cap. 28 num. 123. Aloysius Riccius in praxi for. Eccles. decis. 492. in primâ edit. aliàs resol. 383. in secundâ edit. & Neap. decis. 198. numer 5. part. 4. Nicolaus Garcias cap. 2. numer. 69. Franciscus in thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 31. num. 16. Sbroz de officio Vicarii lib. 2. quæst. 115. & 116. Hoieda de incompatibil. benef. part. 2. cap. 3. num. 7. vers. *non est etiam omittendum*, Antonius Cuchus lib. 2 institut. Canon. tit. 8. num. 116. Rebuffus tit. *de unionibus Eccles.* num. 37. & tit. *de formâ Vicariatus*, num. 102. Marianus Socinus in cap. *sicut unire* art. 3. numer. 43. & seq. Barbosa supra num. 10. Azorius citatus cap. 28. quæst. 10. ita ut (inquit idem Azorius) eo ipso quod habet facultatem conferendi beneficia non habeat etiam uniendi. Ratio patet ex dictis.

VI. Nonnullæ conditiones requiruntur ad præfatas uniones ab Episcopo ritè faciendas. Prima est justa causa, seu necessitas, aut utilitas Ecclesiæ, ita Rebuffus tit. *de unionibus*, num. 38. Nicolaus Garcias cap. 2. numer. 108. Sanchez cap. 29. num. 161, Azorius part. 2. lib. 6. cap. 28. quæst. 4 num. 13. Barbosa supra num. 15. Probatur ex cap. *expositi*, de præbend. & in cap. 1. de rebus Eccles. non alienand. lib. 6. Necessitas est, quando beneficium cui unio facienda est, est ita exiguum, ut reditus non sufficiant ad alendū ministrum. ita Barbosa sup. & probat primò ex cap. *expositi*, ibi *de redditibus præbendarū suarum nequeunt sustentari*. Secundò, ex Concilio Tridentino sessione 21 de reformation. cap. 5. *Possunt Episcopi etiam tanquam Apostolicæ sedis delegati juxta formam juris, sine tamen præjudicio obtinentium facere uniones perpetuas quarumcumque Ecclesiarum Parochialium & Baptismalium, & aliorum beneficiorum curatorum, vel non curatorum, cum curatis propter earum paupertatem*. Tertiò ex Rotâ coram Cardinali Seraphino decis. 1078. num. 4. Secunda conditio, si Ecclesia sit ab hostibus devastata, vel desolata, ita Azorius supra quæst. 4. & 13. Barbosa supra numer. 15. & probatur ex cap. *de religiosis domibus*. Tertia, ob populi detrimentum, Barbosa proximè citatus probat. ex cap. *ad audient.* lib 2. & cap. *final.* eodem tit. Quarta, quando Ecclesiæ sunt vicinæ & pauci parochiani restant aliis defunctis, ita Azorius & Barbosa sup. Probat. ex cap. *& temporis*, 16. quæst. 1. cap. ult. vers. *hostilitatis*. Maximè si æquè commodè possit regi ab uno, ac à duobus. Utilitas censetur quando

ob tenuitatem fructuum non reperiuntur Clerici idonei ad deserviendum, ita Azorius & Barbosa supra. Et probatur ex cap. *exposuisti*, & cap. 1. *Nè sede vacante*, ibi, *Nè plus faviſſe personæ quàm Ecclesiæ videremur.* Quod si servatâ juris formâ unio facta sit ab Episcopo sine causâ, vel ex falsâ causâ, non est ipso jure irrita, sed irritanda ope exceptionis. Ita Azorius, Rebuffus, Marianus Socinus, & plures alii apud Sanchez cap. 29. num. 175, contra Nicolaum Garciam cap. 2. num. 113. & 117. Burſatum consil. 185. num. 13. lib. 2. Causæ unionis veræ non præsumuntur, quamvis Episcopus eas interat in unione, & affirmat esse veras, sed juvans se unione, debet illas probare, ita Barbosa supra post Nicolaum Garciam num. 120. Quod si Episcopus vel Legatus in ipsâ unione declaret se adhibuisse causæ cognitionem & solemnitates requisitas, & invenisse causas esse veras, standum est ejus assertioni, & præsumendum est pro unione, donec probetur contrarium, quamvis processerit parte non vocatâ, quia forsan tunc nullus aderat qui deberet vocari, ita Joannes à Chokier Leod. ad regul. 13. Cancell. num. 27.

VII. Secunda conditio ad unionem ritè faciendâ est, ut citentur omnes quorum interest in unione faciendâ, idest qui jure vocari debent, ita Rebuffus tit. *unionibus*, num. 43. Hoieda cap. 3. numer. 9. Henriquez consil. 99. in 6. Nicolaus Garcias cap. 2. numer. 203. Aloysius Riccius in thesauro fori Eccles. decis. 488. in primâ edit. aliàs relol. 377. num. 3. in 2 edit. & iterum decis. 491. in 1. edit. aliàs 382. num. 1. in 2. edit. Sanchez cap. 29. num. 163. Seraphinus decis. 1078. Lotterius quæst. 28, num. 166. & seq. Barbosa supra num. 17. Azorius cap. 28. quæst. 14. Per interesse habentes non intelliguntur rectores, seu possessores beneficii, seu ejusmodi defensores, maximè quandò unio post rectoris mortẽ debet sortiri suum effectum, ita Clement. *fin.* verb. *quod rector*, ubi glossa verb. *vocatus*, de rebus non alien. Ancharanus ibi numer. 5. Cardinalis quæst. 1. num. 7. Rota decis. 133. num. 14 part. 2. Joannes à Chokier ad reg. 13. Cancell. num. 28. Seraphinus 1078. numer. 3, Nicolaus cap. 2. num. 24. & num. 203. Aloysius in praxi fori Eccles. resolut. 382. Lotterius quæst. 28. num 171. & seq. cap. 29. num. 171. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 3. alleg. 76. numer. 26. Dices, illa unio affert præjudicium rectori. Impedit enim nè cum alio possit permutare, vel renunciare beneficio in gratiam alterius. Respondet Barbosa jam citatus post Azorium cap. 28. num. 12. Rebuffum ad regulam 21. Cancell. de unionibus gloss. 11. num. 9. & 10. Hoiedam cap. 3. numer. 9. Illud præjudicium non esse considerationè dignum. Primò, quia permutatio vel resignatio illa pendet à voluntate superioris, & est modus extraordinarius comparandi beneficia, qui modus debet cedere communi utilitati, ob quam fit unio beneficiorum. Secundò Quia ex ejusmodi resignatione nullum vel modicum præjudicium infertur illi cui facta est unio, cùm non rarò contingat resignatarium mori ante resignantem, ut notant Flaminius de resignat. lib. 2. quæst. 9. numer. 8. Stephanus Gratianus discept. forens. cap. 278. num. 29, Jacobus Puteus decis. 347. num. 5. lib. 2. in novis. Barbosa supra. Nec per interesse intelliguntur populi, inquiunt Azorius supra Barbosa jam citatus, Nicolaus Garcias cap. 2. num. 219. Ubi 220. asserit resolutum in Gerunden. union. die 20. Martii 1600. Sed possunt intelligi Parochiani, quia illorum interest habere bonum Pastorem, ita Barbosa sup. Intelligitur etiã Abbas, si Ecclesia vel beneficium illi subjiciatur, ita Marius Socinus cap. *sicut unire*, art. 4. quæst. 5. num. 62. vers. 5. Intelligitur Prælatus inferior, ita Marinus Socinus jam citatus, & Barbosa num. 18. Intelliguntur Clerici constituentes Capitulum cum Prælato inferiore, ita Marinus Socinus supra art. 6. num. 95 concl. 4. Intelliguntur præcipuè Canonici Ecclesiæ Cathedralis Clement. *si uni*, de rebus Ecclesiæ non alienan. cujus consensus requiritur, ita Sanchez cap. 29. numer. 167. Azorius & Barbosa

Barbosa supra. Quod si etiam compulsi consentire renuant, & subsit justa unionis causa, potest ipsis invitis fieri, præsertim à Sede Apostolicâ, ita Rebuffus glossâ citatâ 11. num. 3. Azorius supra. Ratio est, quia ex Clementinâ requiritur tantùm cõsiliũm Collegii, inquiunt Auditores Rotæ decis. 166. in novis, Boerius in decis. Burdegal. num. 345. Secundò, quia Episcopus est in hoc Sedis Apostolicæ delegatus, Navarrus consil. 10. de off. delegat. Zerola in praxi Episc. part. 2. verb. *unio*, §. 9. Si tamen Ecclesia sit juris patronatus ad unionem ab Episcopo faciendam requiritur consensus Patroni, ita Barbosa supra num. 29. Cui arridet cap. *per suggestum, de jure patronat. monast.* 16. quæst. 7. Rebuffus supra, num. 28. gloss. 11. num. 6. Covarruvias pract. cap. 36. num. 11. Navarrus consil. 3. numer. 2. de jure patronat. in antiq. Azorius supra. Aloysius Riccius in praxi fori Eccles. decis. 486. in primâ edit. aliàs resol 377. num. 1. in secundâ edit. num. 5. Stephanus Bertrandus consil. 37. vol. 4. Lambert. de jure patron. lib. 3. quæst. 6. art. 2. Boerius decis. 345. num. 4. Marius Socinus cap. *sicut unire*, art. 6. concluf. 8. num. 98. Barbosa supra numer. 19. Ratio est, quia ejusmodi unio præjudicat juri præsentandi, quod patrono competit. Et ideò ut ea unio sit rata requiritur consensus patroni.

VIII. Monet Barbosa numer. 32. in hâc materiâ illud maximè animadvertendum, quod licet Episcopus nequeat unire beneficium juris patronatus insciis & spretis patronis, cap. *cum debitus*, de jure patron. Franciscus Leo part. 2. cap. 31. num. 13. Marcus Anton. lib. 1. resol. 109. num. 2. Flamin. de resign. lib. 2. quæst. 4. num. 11. Barbosa supra num. 32. Caputaq. decis. 346. part. 3. Nihilominus potest Episcopus unire beneficium liberum beneficio juris patronatus, ut apud Farinacium decis. 222. part. 2. decidit Rota in Firmanâ altaris die 9. Junii anno 1608. Ratio est, quia non reperitur jure cautum quod Episcopus nequeat unire beneficium liberũ beneficio juris patronatus. Secundò quia (inquit Barbosa post Rebuffum tit. *de unionibus*, num. 4. & 5. Hoiedam de incompatib. benefic. part. 2. cap. 3. num. 6. Petrum de Perusio de unionibus cap. 4. num. 28.) Facultas uniendi competens ordinariis refertur ad omnia beneficia, quæ non est de jure restricta, nisi dumtaxat quoad Ecclesias Cathedrales & diversarum religionum, idem Petrus de Perusio cap. 6. num. 2. ait observandum esse, quod dum jura loquuntur de unione Ecclesiarum, non distinguunt de qualitate ipsarum, sed simpliciter & absolutè dicunt unam Ecclesiam posse alteri uniri, & quod talis unio beneficii liberi ad beneficium patronatus possit fieri, ut supponere videtur Concilium Tridentinum session. 25. cap. 9. *Insuper* (inquit) *accessiones per viam unionis facta de beneficiis liberis ad Ecclesias juris patronatus etiam laicorum, &c.* Ubi revocat illas uniones quæ non sunt fortitæ effectum, quâcumque auctoritate etiam Apostolicâ fuerint concessæ, ponderatque illa verba, *quacumque auctoritate etiam Apostolicâ*, quæ secundùm Calderinum in Clement. 1. in fine de senten. & re judic. cùm sit implicativa & extinctiva apertè comprehendit uniones factas ab ordinariis. Dices, Ordinarius nequit concedere Laico jus patronatus super beneficio libero, ex Abbate consil. 106. num. 4. & consil. 28. lib 2. Lambertino tract. de jure patron lib. 1. part. 1. art. 4. quæst. 10. num. 4. Rocho in simili tract. verbo *pro eo quod de Diœcesan.* quæst. 16 Respondet Barbosa supra num. 33. id non procedere quando Episcopus ex causâ facit de beneficio liberum patronatum. Cui favent Abbas consil. 106. Rochus, Lambertinus, præcipuè si unio facta sit ob exiguitatem redituum beneficii patronatus, ex Rebuffo tit. *de unionibus*, num. 39. Barbosa supra. Qui respondet secundò, aliud esse, quod Episcopus possit concedere jus patronatus super beneficio libero, aliud quod possit unire beneficium liberum beneficio juris patronatus. Hujus discriminis ratio est, quia in primo casu beneficium liberum reducitur ad servitutem. At in secundo casu

Concilii Trident.

post unionem beneficium unitum non habetur amplius quasi beneficiū, sed quasi prædium beneficii, cui unitum fuit, ita ut supprimatur ejus nomen & titulus, ut decidit Rota decis. 758. numer. 6. part. 1. decis. 113. numer. 16. part. 2. divers. decis. 199. numer. 5. decis. 710. numer. 2. part. 2. Coccinus decis. 328. num. 1. Valaicus consult. 14. numer. 1. Lotterius lib. 1. quæst. 28. num. 98. Flores ad Gamm. decis. ultim. Gonzales ad regulam 8. Cancell. glossa 1. §. 7. Falminius de resignat. benefic. lib. 2. quæst. 8. numer. 3. & lib. 3. quæst. 1, numer. 120. & libr. 12. quæst. 5. num. 47. Nicolaus Garcias cap. 2. numer. 12. & alii plures apud Puteum decis. 6. de unionibus. Ratio est, quia tantùm attenditur qualitas & natura beneficii principalis, non verò annexi ita glossa verb. *Ecclesias*, in Clement. *per litteras*, de præbend. Ubi Cardinalis quæst. 17. Imola num. 9. Bonifacius num. 20. Abbas num. 5. Secundò, quia unitum accipit naturam, consuetudines, & privilegia principalis, cui annexum est, ex glossa verb. *unire*, & cap. *& tempore*, quæst. 16. glossa verb. *uniendo*, cap. 1. *ne Sede vacante*, Gonzales ad regul. 8. cancell. supra §. 7. numer. 2. Barbosa l. *quia talon.* 95. in fine ff. *soluto matrimonio*. Porro quod Episcopus possit dispensare cum illegitimo ad beneficium, cui unita Parochialis, tenet Barbosa de officio & potestate Episcopi alleg. 66. num. 44. post Rebuffum tractat. citato quæst. 16. numer. 27. Geminianum in cap. 1. numer. 12. de filiis præsbyter. Campanile in divers. juris canon. rub. 11. cap. 13. numer. 83. Joannem Mariam Belletum disquis. Cleric. part. 1. titul. *de discipl. Clericali*, §. 3. numer. 34. Stephanum Gratianum discept. forens. cap. 273. num. 47.

## §. 4.

## *Præbendarum ad pauciorem numerum reductio ab Episcopo dependens.*

PRælatos regularium non posse supprimere beneficia Regularium suarum Ecclesiarum, nec sæcularia in illis aut aliis existentia, quamvis habeant in illis jurisdictionem quasi Episcopalem, resolvunt Moneta de distribut quotid. quæst. 1. cap 12. num. 135. Barbosa de officio & potest. Episc. alleg. 66. numer. 13. Prælatos sæculares jurisdictionem quasi Episcopalem habentes non posse beneficia supprimere. etiam in casibus, in quibus possunt Episcopi in suâ Diœcesi, tenent Moneta tract. de commut. ultim. volunt. cap. 12. numer. 124. Nicolaus Garcias cap. 2. num. 75. & seq. Barbosa supra num. 11. Vicarium Episcopi vel Capituli sede vacante id etiam præstare non posse etiam in casibus, in quibus Episcopus &c. Asserunt Moneta sup. cap. 12. num 129. Sbroz de vicario Episc. lib. 2. quæst. 116. numer. 9. Barbosa jam citatus. Non posse supprimi beneficia à Capitulo sede vacante vigore Concilii Tridentini sess 24. cap. 15. *In Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiis insignibus, &c.* Asserunt Moneta cap. 12. num. 117. & quæst. 5. numer. 29. Cuchus instit. moral. lib. 2 tit. 9. num. 87. Azorius instit. moral. part. 3. lib. 3. cap. 38. quæst. 9. Barbosa allegat. 67. num. 3. Joannes Franciscus Pavinus. Ratio est, quia per unionem beneficium quod unitur alteri supprimitur, vel extinguitur, vel alienatur: sed Capitulum nequit supprimere, extinguere, vel alienare beneficium, ergò. Secundò, per unionē talem minuitur potestas Episcopalis. Episcopus enim tantùm ad unum beneficiū jus haberet, cùm antea haberet ad duo, si tamen per unionem factam à Capitulo de potestate Episcopi nihil detrahatur, posse fieri admittit Azorius, & sic intelligendos putat Imolam, & Cardinalem in Clement. 1. de

ſtatu Monach. & alios. Poſſe tamen unire Sede vacante modò illa unio juriſdictioni Epiſcopi nihil detrahat, tenent Rebuffus tit. *de unionibus* Hoieda de incompatib. beneficior. part. 2. cap. 3. num. 7. verſ. *ſimiliter Capitulum*, Joannes Baptiſta Caccialupus de unionibus Eccleſiarum art. 3. num. 9. Gaſpar Peruſinus de unionibus cap. 5. num. 26. Marianus Socinus in cap. *ſicut unire*, art. 3. numer. 40. Azorius part. 2. lib. 6. cap. 28. & alii, quos refert & ſequitur Sanchez in præcepta decalogi tomo 2. libr. 7. cap. 29. numer. 155. Quibus ſubſcribunt Antonius Ragucius, Nicolaus Garcias, Quaranta, Antonius Genuenſis, Zerola apud Barboſam part. 3. alleg. 56. num. 11.

II. Non poteſt Vicarius generalis Epiſcopi beneficia unire, niſi ſpecialiter ſibi ab Epiſcopo committatur. Reſolvunt Rebuffus in praxi tit. *de unionibus benef.* num. 37. & tit. de *forma Vicariatus* num. 102. Hoieda de incompatibilit. benef. part. 2. cap. 3. num. 7. Cuchus lib. 2. de juſtit. Can. tit. 8. num. 106. Franciſcus Leo in theſauro fori Eccleſ. deciſ. 492. alias 383. Sbroz de officio Vicarii lib. 2. quæſt. 115. & 116. Nicolaus Garcias de beneficiis part. 11. cap. 2. num. 67. & 68. Raguſius de jure Canonicorum in capitulo quæſt. 16.

Cum nomine unionis beneficiorũ ſeu Eccleſiarum intelligatur annexio & hæc tribus modis fieri poſſit. Primò ſi ex duobus beneficiis unum fiat, vel ex duabus Parochiis cap. *decimas*, 16. quæſt. 1. Secundò, ſi una Eccleſia alteri ſubjiciatur, & unita ſit acceſſoria, fruetur privilegiis principalis, cui unitur, cap. *recolentes*, de ſtatu Monachor. Tertiò, ſi duo beneficia vel Eccleſiæ æquè principaliter uniantur. Caſtro-Palao, Gambara, Nicolaus Garcias, Sanchez, Petrus Gregorius, Azorius, Hoieda, Filiucius, Rebuffus apud Barboſam de officio & poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 66. num. 2. Stando in jure communi antiquo poteſt Epiſcopus unire beneficia & Eccleſias ſuæ Diœceſis ob legitimas cauſas, ita Lotterius de re benef. lib. 1. quæſt. 28. num. 111, Rota deciſ. 133. num. 5. part. 2. diverſ. Azorius, Nicolaus Garcias, Sanchez, Alzedo, Tuſchus, Rebuffus apud Barboſam ſupra num. 3. Probatur ex cap. *ſicut unire*, de exceſſibus Prælat. cap. *expoſuiſti*, de prębendis, cap. *conſultationibus*, cap. *Paſtoralis*, de donationibus, Clementina *ſi una*, de rebus Eccleſiæ quæ unio fieri ab eo dumtaxat poteſt de beneficiis ſuæ Diœceſis, ita Coccinus deciſ. 449. num. 3. prætatam unionem facere poteſt Epiſcopus confirmatus, licet necdum conſecratus, ita Socinus cap. *ſicut unire*, art. 3. numer. 53. & 54. quæſt. 10. Sanchez ſupra cap. 29. numer. 147. Barboſa part. 3. alleg. 66. num. 3.

IV. Epiſcopus poteſt non tantùm unire Eccleſiam ſæcularem ſæculari, ſed etiam Eccleſiam ſeu beneficium non exemptum ſuæ Diœceſis alicui Religioni, ita Azorius inſtitut. moral. part. 2. lib. 6. cap. 28. quæſt. 19. Sanchez in præcepta decalogi tomo 2. lib. 7 cap. 29. num. 148. Selva de beneficiis part. 3. quæſt. 11. numer. 126. Calderinus conſul. 5, num. 1. de rebus Eccleſ. non alienand. Marianus Socinus cap. *ſicut unire*, art. 4. quæſt. 4. num. 61. & 62. Doctores in cap. *conſultationibus*, gloſſa verb. *denotentur*, per textum ibi in Clement. 2. de rebus Eccleſ. non alien. Ubi Cardinalis in principio num. 4. not. 4. & numer. 11. quæſt. 7. Ancharanus num. 4. num. 4. Imola num. 2. & 3. not. 2. & 3. Bonifac. num. 3. Licet collatio beneficii ob negligentiam Epiſcopi foret devoluta ad Papam poſſet illud unire Epiſcopus, ita Sanchez ſupra cap. 7. num. 149. Marianus Socinus ſupra numer. 67. Boerius deciſ. 346. Butrius in cap. *ſicut unire*, numer. 10. Abbas ibi num. 6. & Ancharanus numer. 5. Addit Rota in Oſcen. canonicatus 1. Februar. 1593. coram Cardinali Seraphino, & inter ejus deciſiones deciſ. 1011. numer. 2. & Barboſa ſupra num. 6. Poſſe etiam uniri beneficia ab Epiſcopo licet vigore concordiæ eorum collatio ſpectaret ad Capitulum. Poteſt etiam unire quamvis illa beneficia ſint reſervata à Pontifice modò ex ejuſmodi unione non noceatur expectanti auctoritate Apoſtolicæ

stolicæ illa beneficia, proindèque hæc unio non habebit effectum, nisi defuncto expectante, vel privato illis beneficiis, ita Sanchez supra cap. 29. num. 150. Seraphinus decis. 1078. Hoieda de incomp. benef. part. 2. cap. 3. num. 7. Boerius, Rebuffus, Gambata, Marianus, Socinus apud Barbosam supra num. 7. Id probant Abbas in cap. *sicut unire*, Ancharanus num. 5. Cardinalis n. 3 quæst. 3. Etiam probat Beltraminus ad Gregor. XV. decis. 419. num. 7. posse ab Episcopo uniri quando Pontifex sibi simpliciter reservavit collationem alicujus beneficii. Ratio est, quia reservatio tangit dumtaxat collationem: at hæc non impedit beneficii unionē, sicut unio non impedit collationem, cùm beneficium possit esse codē tempore collatum absque præjudicio unionis, & unitum sine præjudicio collationis cap. *consultationibus*, de donat. Et tunc stabit quamvis suspendatur ejus effectus donec reservatio consummetur: sivè unio fiat ante reservationem, sive post, ita Rota decis. 4. & 6. de rebus Ecclesiæ non alienand. in antiquo cum aliis per Nicolaum Garciam supra cap. 2. num. 91. Bonacinam supr. Quod si Pontifex non simpliciter sibi reservavit collationē, sed quamcumque aliam dispositionem, illam auferendo ab Episcopo, hoc casu Episcopus non potest unire, ita Lotterius de re benef. lib. 1. quæst. 29. num. 42 & 43. Bonacina supra num. 7. Abbas in cap. *sicut unire*, num. 7.

V. Ad unionem beneficiorum ab Episcopo, vel aliis Prælatis ritè faciendam requiritur primò causa justa, seu necessitas aut utilitas Ecclesiæ, ita Azorius part. 2. lib 6. cap. 28. quæst. 4. & 13. Nicolaus Garcias supra cap. 2. numer. 108. Sanchez supra cap. 29. numer. 161. Rebuffus tit. *de unionibus*, num 38. Barbosa supra num. 15. Probatur ex cap. *expositi*, de præbend. & in cap. 1. de rebus Ecclesiæ non alienand. lib. 6. Necessitas oritur ex insufficienti reditu ad alendum ministrum, ita Concilium Tridentinum session. 21. cap. 1. de reformatione. *Propter eorum paupertatem*, inquit. Ita censuit Rota coram Cardinali Seraphino decis. 1078. num. 4. & conformiter ad cap. *expositi*, de reditibus præbendarum suarum nequeunt sustentari. Vel oritur quando Ecclesia sic est ab hostibus destructa ac desolata cap. 2. *de Religiosis domibus*. Vel ex populi detrimento, cap. *ad audientiã*, lib. 2. cap. fin. eodem tit. Vel ex vicinià Ecclesiarum, & paucitate gregis, ita cap. *& temporis*, 16. quæst. 2. Utilitas verò provenit, quando ex fructuum tenuitate non inveniuntur clerici ad deserviendum, cap. *expositi*, cap. 1. *nè sede vacante*, ibi, *nè plus favisse personæ quam Ecclesiæ videremur*. Unde unio nulla est si fiat sine causâ, vel ex falsâ causâ, licet sit secuta juris forma, ita Nicolaus Garcias supr. cap. cap. num. 113. Bursatus consil. 185. num. 13. lib. 2. Ratio est. quia subreptio vitiat ipso jure unionem, ita Barbosa supra num. 16. contra Sanchez, Rebuffum, Azorium, Socinum. Quod si ordinarius in unione asserat se adhibuisse cognitionem causæ, & solemnitates requisitas, ac invenisse causas esse veras, Joannes à Chokier Leodiensis ad regul. 13. Cancellariæ num. 27. existimat præsumendum esse pro unione donec probetur contrarium, quamvis parte non auditâ processerit, quia nullus fortè aderat, qui vocari deberet.

Ad unionem faciendam secundò VI.
citandi sunt ii, quorum interest, ita Barbosa supra num. 17. post Seraphinum, Lotterium, Aloysium Riccium, Nicolaum Garciam, Azorium, Henriquez, Hoiedam, Rebuffum. Probatur ex Clementinâ *unicâ* §. *ad hæc*, de statu Monach. Rota decis. 133. num. 4. part. 1. divers. Undè si Ecclesia sit subjecta Abbati, vel alii inferiori prælato, debet Episcopus habere ejus cōsensum. Barbosa supra num. 18. post Marianum Socinum. Quod si sit juris patronatus præexigitur consensus patroni. Idem Barbosa numer. 19. post Navarrum, Covarruviam, Boerium, Marianum Socinum, Aloysium Riccium, & alios. Ratio est, quia hæc unio fieri debet absque ullius præjudicio, Sanchez tamen cap. 29. numer. 168. & 170. resolvit satis esse si consensus patroni subsequatur. Non

tamen

tamen requiritur consensus rectoris, seu possessoris beneficii, si præcipuè sortiatur dumtaxat effectũ post obitũ ejus, imò nec defensoris beneficii, ita Joannes à Chokier ad regul. 13. Cancel num. 28. cum Lotterio, Nicolao Garcia, Seraphino, Ancharano, Cardinali, probatur ex Clement. *fin.* vers. *quod si rector*, Glossa verb. *vocatus*, de rebus Eccles. non alienand. Dices illa unio nocet rectori, quia impedit permutationem vel resignationem, respondet Azorius supra cap. 28. quæst. 12. cum Rebuffo & Hoieda ejusmodi præjudicium non esse considerabile: quia ejusmodi permutatio vel resignatio pendet à voluntate superioris. Secundò, quia utilitas communis præferenda est. Tertiò quia potest resignatarius citius mori quàm resignans, ita Barbosa supra numer. 20. post Stephanum Gratianum, Flaminium, ita decidit Rota decis. 38. num. 5. part. 1. recent. Nec plebs, sed parochiani vocari debent (inquit Barbosa, quia horum interest habere bonum pastorem.

VII. Ad præfatam unionem faciendam prærequiri consensum Ecclesiæ Cathedralis censet Azorius supra cap. 28. quæst. 12. cum Farinacio, Nicolao Garcia, Hoieda, Seraphino, Rebuffo, Tuscho, Probatur ex Clement. 2. de rebus Eccles. non alienan. Clement. *nè in agro*, de statu monachor. Sufficit tamen si postea accedat consensus, ita Stephanus Gratianus discept. forens. cap. 178. num. 30. Azorius supra quæst. 12. cum Boerio, Nicolao Garcia, Sanchez, Rebuffo, probatur ex cap. *cum nos*, cap. *cura*, de jure patron. Quod si extet consuetudo contraria Episcopus non requirit consensum Capituli, ita Petrus Gregorius de benef. cap. 20. num. 6. cum Nicolao Garcia, Fuscho. Quod si talis unio fiat alicui dignitati, vel præbendæ, solius Capituli requiritur consensus, non autem Apostolica auctoritas, id probat Barbosa num. 24. ex Rotâ decis. 188. num. 4. part. 1. divers. Idem asserunt Aloysius Riccius Stephanus Gratianus, Gonzales, Nicolaus Garcias. Consensum defectus Capituli à solo Capitulo posse opponi tenet Stephanus Gratianus discept. forens. cap. 278. numer. 30. ex Rotâ decis. 133. num. 10. Potest Episcopus statuere ut beneficium sæculare ab ipso Religioni unitum regatur à Religiosis, ita Barbosa supra numer. 31. Uidè plura de ejusmodi unionibus apud auctores citatos & alios.

## §. 5.

## *An filii possint Beneficia suorum parentum aliquo modo obtinere.*

FIlii legitimi Clericorũ possunt adipisci Beneficia quæcumq, in eadem Ecclesiâ, in quâ genitores habuerunt, vel etiam habent, ita Hostiensis in summa tit de filiis præsbyterorum num. 5, Calderinus consil. unic. eodem tit. Felinus cap. *in nostra* num. 13. vers. *tertium corolarium*, de rescriptis. Rebuffus tit. de dispensat. ex defectu natalium num. 37. Barbosa de officio & potest. Episcopi part. 3. alleg. 65. num. 16. Non tamen eadẽ quæ Patres obtinuerant, sed diversa in iisdem Ecclesiis, ita Castro Palao in opere morali tomo 2. tract. 13. disp. 4. puncto 2. Barbosa qui citat Azorium part. 2. lib. 6. cap. 14. quæst. 16. Cui opinioni favere videtur Concilium Tridentinum sess. 25. de reformatione cap. 15. his verbis. *Qui non ex legitimo nati sunt matrimonio*, quæ continent expressam facultatem dari legitimis, ut possint adipisci beneficia in eâdem Ecclesia, ubi parentes alia possident. Argumentum enim à contrario optimè concludit. Præcipuè tamen legitimos filios Clericorum paterna beneficia immediatè possidere non posse, sed mediatè. Patet primò ex cap. *transmissa*, & cap. *ad extirpandas*, de filiis præsbyt. Secundâ ratione, quia quod repugnat Scripturæ, Patribus, & Canonibus in Ecclesiâ tolerare non licet. At immediata adeptio beneficiorum paternorum repugnat sacris codicibus, ut patet ex planctu Isaiæ cap 3. vers. 2. ubi propheta illud deplorat, extremæ ruinæ I. Concilij Trident.

ruinæ Ecclesiasticæ signum ponit. *Apprehendet eum vir fratrem suum domesticum patris sui, dicens vestimentum tibi est, princeps esto noster, ruina autem hæc sub manu tua, respondebit in illâ die dicens, non sum medicus in domo meâ non est panis.* Scire vis extremæ ruinæ Ecclesiasticæ principium, progressum & finem? dum propinqui propinquis, parentes filiis, Clerici fratribus puellarum, quarum conjugium ambiunt, sua beneficia Ecclesiastica conferunt, dicentes Psal. 82. vers. 10. *Hæreditate possideamus sanctuarium Dei.* S. Basilius in cap. 3. Isaiæ: *Non enim eum eligunt, qui est dignus, sed domesticum & familiarem. Neque qui salutaris esse posset Reipublicæ: sed qui in suâ gente ac familiâ ut facultatum prævolleret. Apprehendet enim ait, homo fratrem suum, & domesticum patris sui, id quod absit, ut contingat in creatione ac delectu Præsulum Ecclesiæ.* Plurimum Deo odiosum, ac Ecclesiæ perniciosum est ad beneficia ac officia Ecclesiastica aliquos promovere potius suffragio consanguinitatis & parentelæ, quàm pietatis, eos etiam ad curam animarum, qui penuriâ panis ac sufficientis doctrinæ laborant.

Isaiæ c. 3. v. 2. Psal. 82. vers. 10. S. Basil.

11. Hanc divinam displicentiam non tantùm oracula confirmant, sed figuræ. Genesis cap. 32. vers. 25. Cùm Jacob luctaretur cum Angelo, & Angelus videret, *quod eum superare nõ posset, tetigit nervum femoris ejus, & statim emarcuit.* Vers. 29. *Et benedixit ei in eodem loco.* Cur post nervum stupefactum ac inutilem redditum Angelus benedixit Jacob, non verò antea? Cur benedictio illa Angelica sequitur nervi laxationem. D. Thomas illam historiam mysticè explicans, ait ideò post luctam benedictionem accepisse Jacob, ut agnosceret hanc benedictionem sibi collatam fuisse nõ intuitu consanguinitatis Messianæ, sed certaminis laboriosi. Per fœmur Jacob Christi prosapia designatur. *Non ex sobole, sed ex luctamine ac fletu benedictionis munere donatur.* Angelicâ benedictione donatur, non quia est Christi Atavus, sed quia virtutibus præditus est. Indubium est apud omnes quod Jacob præ omnibus filiis Josephum unicè diligeret. *Israel diligebat Ioseph super omnes filios suos.* Genes. 37. vers. 3. quæ singularis dilectio reliquis filiis materiam odii subministravit, & tamen Genesis cap. 49. vers. 10. dum benedictionibus futura prænunciat, ait Judæ. *Non auferetur sceptrum de Iuda.* Si amas præ reliquis filiis tuis Josephum, cur ei regiam dignitatem non confers ô Jacob? Cur Levi Sacerdotium optas, cùm eum vocas vas iniquitatis? *Simeon & Levi vasa iniquitatis,* Genesis cap. 49. vers. 5. Ideò præfert Judam Levi, quia filii Judæ majora virtutis facinora edere debebant, & Levi fortitudini præferebat. Nam Chaldeus vertit. *Simeon & Levi viri fortissimi in terra peregrinationis suæ fecerunt fortitudinem.* Laudat eum à fortitudine doctissimè Rupertus lib. 7. de operibus Spiritus sancti cap. 10. *Quia in Davidis benedictionibus, non suam, sed Dei voluntatem debuit facere, non carnis affectum, sed Spiritus sancti instinctum sequi dignum fuit.* Simili Spiritus sancti instinctu actus Moyses de successore cogitans, non filios, aut aliquem aliũ ex suâ parentelâ proponit, promovet, Numer. cap. 27. vers. 16. sed quem Deus ipse designarit. *Provideat Dominus Deus spirituum omnis carnis, hominem, qui sit super multitudinẽ hanc &c.* Vers. 18. *Dixitq; Dominus ad eum. Tolle Iosue filium Num virum, in quo est spiritus, & pone manum tuam super eum, &c.* Tolle, non aliquem ex filiis tuis, sed Josue, qui tibi carnis origine non est conjunctus, sed mihi charus est, quia singulari prudentia, pietate, fortitudine, aliisque virtutibus ad tale munus obeundum necessariis præditus est. Hanc explicationem mihi Philo Judæus lib. de charitate suggerit. *Quamvis pater esset duorum filiorũ neutrum sibi optavit successorem, victor affectuum adversus cognatos & domesticos.* Dicit, *non optavit*, ut innuat nẽ minimum affectum, & propensionem habuisse ad filios promovendos, vel Deo proponendos. Eodem spiritu animatus Gedeon fuit, cùm enim Madianitas industrio ac glorioso certamine debellasset, populumque à furore tam infensi hostis liberasset,

Gen. 23. v. 25. S. Thom. Gen 49. v. 5. v. 10. Rupert. Num. 27 v. 16. vers. 17 Philo

Judicum

*Iud. c. 8. v. 22.* Judicum cap. 8. vers. 22. *Dixerunt omnes viri Israel ad Gedeon, dominare nostri tu, & filius tuus, & filius filii tui, quia liberasti nos de manu Madian.* Vers. 23. *Quibus ille ait: Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur vobis Dominus.* Cur Gedeon jus regis respuit, cur dominium recusat, quod homines sibi ac prolibus tam avidè ambiunt, pro quo comparando tantoperè laborãr, salutem animæ suæ oppignorant, & populorum suorum indignationem incurrunt, dum per fas & nefas provehuntur? Ideò Gedeon respuit sibi & filiis suis ejusmodi dominium, quia sciebat hæreditarium, præcipuè Ecclesiasticum esse periculosum tam reipublicæ Ecclesiasticæ quàm sæculari. *Quia* (inquit Tostatus quæst. 20.) *si fortè dignus esset, filii & posteri indigni essent, & sic perturbarent populum, ideò visum est quod peccaret.* Ideò parentes in filios & propinquiores regimen populi fidei transmittere nequeunt absque evidenti periculo animæ suæ.

VII. Pluribus aliis omissis ad historiam Elisæam veniamus, cùm Deus Eliæ successorem, ac ejusdem spiritus hæredem, aurigamque currus Israel designare voluit Eliseum nominavit lib. 3 Regum cap. 19. vers. 15. *Dixit Dominus ad eum: Vade & revertere in viam tuam per desertum, cumque perveneris illuc, &c. Eli, cum filium Saphat, qui est de Abelmeula unges prophetam pro te.* Cur Deus determinat Eliseum potius quàm alium, sivè ex parentelâ, sivè ex civitate natali, sivè ex ejus victuiâ. Cũ enim Elias esset ex tribu Gad indubiè nonnulli ex illâ erant, cùm ex patre Sobach esset genitus credibile est habuisse aliquos fratres, vel affines, vel cõsanguineos Cùm esset oriundus ex Thesba vel Thesbe vico inter Gabaa & Saron secundùm Adrichomium in descriptione terræ sanctæ, Epiphanium, Dorotheum, Isidorum, Metaphrastem, omnes fateri debent fuisse illi aliquos patriotas. Cùmq; habitaret in Galaad, quando vocatus est Eliseus aliquos ibi discipulos habuit. Et tamẽ illis omnibus omissis pergit in Abelmeulam, quæ est urbs in tribu Manasse cis Jordanem (inquiunt S. Hieronymus, Adrichomius, Salianus & alii, ibique Eliseum juvenem extraneum fortè ipsi ignotum ungit in Prophetam. Hoc facto innuisse videtur dignitates Ecclesiasticas & officia sacra non transferri successione hæreditariâ, vel sanguinis propinquitate, sed gratiâ & voluntate divinâ.

*3 Reg. 19. v. 15*

Id Christus familiari parabolâ illu- IV.
strare voluit Matthæi cap. 25. v. 13. *Mat. 25 v. 13.*
Paterfamilias profecturus peregrè. *Vocavit servos suos, & tradidit illis bona sua, & uni dedit quinque talenta, alii verò duo, &c. Unicuique secundum propriam virtutem.* Vatablus. *Secundùm suam facultatem.* Arabicus. *Juxta posse virtutis suæ.* Alii ex Græco. *Secundùm propriam potentiam seu dexteritatem.* Vers. 19. *Post multum verò temporis venit Dominus servorum illorum.* Vers. 21. *Ait illi Dominus ejus: Euge serve bone & fidelis, &c.* Cur le Dominum vocat & non Patrem? cur illos servos nuncupat & non filios? Cur talenta vocat, & non hæreditatem. Quis est ille Dominus, qui sunt illi servi, quæ sunt illa talenta sic distributa? Dominus est Deus vel collator alicujus beneficii Ecclesiastici, servi sunt illi quibus illæ dignitates seu beneficia Ecclesiastica conferuntur. Quod illa talenta sint dignitates Ecclesiasticæ testantur S. Hieronymus, Paschasius, Beda, & alii, & præcipuè Imperfectus in Matthæum. Cur vocantur servi & non filii, juxta illud Joannis cap. 1. vers. 12. *Dedit illis potestatem filios Dei fieri.* Et epist. 2. Joan. cap. 3. vers. 1. *Dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur & simus.* Deindè si talenta illa sunt dignitates & beneficia Ecclesiastica, cur ii quibus conferuntur non vocantur reges, juxta illud 1. epist. Petri cap. 2. vers. 9. *Genus electum regale sacerdotium.* Syrus *Sacerdotium ad regnum.* Vel (ut alii) *Sacerdotium regium.* Ideò sacer Evangelista non reges, non filios vocat, sed servos; quia dum distribuuntur non habetur ratio consanguinitatis & propinquitatis, vel sanguinis, sed meritorum, non generis, sed virtutis. *Manifestum est* (inquit Imperfectus) *quod in dandâ gratiâ non personas aspexit, sed virtutẽ,*

*uniuscujusque consideravit.* Undè ait, *secundùm propriam virtutem*, non autem paternam: ita ut ei, qui magis virtute eminebat dederit quinque talenta, qui minori duo, qui imbecillis erat unum. *Hoc* (inquit Cornelius) *pertinet ad propositum: quia gratias gratis datas, & status, ut Magistratum, Episcopatum, Apostolatum, Sacerdotiũ, &c. sæpe Deus viribus naturæ contemperat, nec aliquem ad statum aliquem aut gradum eligit, nisi ei serendo par sit; aut naturâ idoneus, aut quem ipse idoneum faciat. Idem hominibus faciendum esse, cum quem in Pastorem, Episcopum, vel Prælatum eligunt, docet D. Thomas 2. 2. quæst. 63. art. 2. & alibi.* Cornel. Idem præclaro exemplo firmavit Christus Matth. cap. 20. v. 20. *Accessit ad eum mater filiorum Zebedei cum filiis suis adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei, quid vis? dic ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo.* Matt. c. 20. v. 20. Cur illa mater potius accedit, quàm alia. Quia (inquit Tostatus quæst. 55. in Matthæum) ministrabat Christo, existimavitque quod Christus intuitu expensarum ac laborum majoribus honoribus ac dignitatibus filios cumularet, quàm Petrum, vel quemvis aliũ Apostolum. Vel potius illa mulier erat Maria Salome B. Virginis consanguinea, vel soror, quæ consanguinitas majorem fiduciam obtinendæ gratiæ illi suggerebat. *Rogat* (inquit Albertus Magnus) *affectu propinquitatis ac familiaritatis.* Albertus Magnus. Ut autem Christus ostenderet dignitates ad quas anhelabant dari propinquitati meritorum seu gratiæ, non sanguinis & carnis. Vers. 22. dixit. *Nescitis quid petatis.* Rationem affert noster Sylveira. *Quia ipsi materno favore ac sanguinis propinquitate videbantur invitati ad petendũ, cum hoc nihil valeret apud divinum Magistrum ad obtinenda munera.* Sylveira. Et statim Christus subdit. *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum.* Cajetanus. *Bibere poculum, quem ego bibo, & baptismo, quo ego baptisor, baptizari.* Quasi diceret vultis primas sedes in Ecclesiâ, in regno meo occupare, imitamini me. Quando officium Messiæ exercui? quando in Jordane baptisatus fui? Quando ab Angelicis turmis exceptus fui? Postquam mare cruentæ passionis permeavi. Quando Elias auriga Israel ab Eliseo proclamatus est? quando in cœlestes regiones curru igneo evectus est? Postquam Jordanis flumen pertransiit. Lib. 4. Reg. cap. 2. vers. 8. *Cùmq; pergerent & incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei divisérunt utrumque, & ascendit Elias per turbinem in cælum. Eliseus autem videbat & clamabat, Pater mi, Pater mi, currus Israel & auriga ejus.* 1. 4. Reg. 2. v. 8. Quorsum Elias non est elatus in cœlum è ripâ Jordanis, cur Jordanem prius transmeat? ut innuat neque Christo titulum regis collatũ fuisse, nec super thronum supremum gloriæ collocatũ fuisse. Nec Apostolos eorumque successores in primis sedibus Ecclesiæ militantis ac triumphantis sessuros, nisi de propriis concupiscentiis & passionibus, de visibilibus & invisibilibus hostibus triumpharint, adeò ut de Christo, Apostolis, eorumque successoribus effari liceat, quod Origenes in cap. 1. Joannis de S. Eliâ pronunciavit. *Aptior ad raptum factus est, postquam ablatus est Ioraane.* Origenes

V.

Et ut propius ad intentum nostrum accedamus, cui Christus pollicitus est primatum ac regimen universum suæ Ecclesiæ? Petro. Cujus rei commendatione ac intuitu? non carnis, non sanguinis, sed cœlestis revelationis ac paternæ benevolentiæ. *Matthæi cap. 16. vers. 17. Beatus es Simon Barjona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cælis est.* Mat. 16 v. 17. Vers. 18. *Et ego dico tibi, quia tues Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, &c.* vers. 18. Quasi diceret, vicarius meus ac propinquus in dignitate mihi eris, non quia generis, carnis & sanguinis origine, sed quia confessione ac fide mihi propinquus es. Semen ad Ecclesiasticas Prælaturas possidendas non est nobilis prosapia, non sanguinis conjunctio, sed merita: Pontificatus, Episcopatus, beneficia &c. conferri debent non attentâ humanâ conditione, sed inspiratione, sed infusione divinæ gratiæ, sed meritorum bilance, ut eleganter innuit

S. Leo. nuit S. Leo serm. 2. de suâ assumptione. *Vniversitas sacerdotalis non prærogativâ terrenæ originis obtineat unctionem, sed dignatio cælestis gratiæ signet Antistitem.* Et serm. 3. *Sicut meus Pater tibi manifestavit divinitatem meam, ita & ego notam facio tibi excellentiam tuam, quia tu es Petrus, ideſt, cum ego sim inviolabilis petra, &c. tamen tu quoque petra es, quia mea virtute solidaris: ut quæ mihi potestate sunt propria, sunt tibi mecum participatione communia.* Ante confessionem Simon eras, sed ex quo professionem fidei confessus es meam divinitatem meruisti esse fundamentum Ecclesiæ. Fides est ratio fundandi. Fundamentum est Petrus, ut notant S. Chrysostomus in Matthæum, S. Cyrillus libr. 4. de Trinitate, S. Ambrosius lib. 6. in Lucam cap. 9. Bellarminus libr. 1. de Pontifice cap. 10. Cornelius in cap. 16. Matthæi.

VI. Quando Christus Petrum ad illam capitis dignitatem evexit, innuit se in illâ promotione habuisse rationem non generis, sed meritorum: Joannis cap. 21. vers. 15. priusquam ei claves Ecclesiæ conferat, trinum examen *Ioan. 21. v. 15.* præmittit. *Petre amas me.* Ad quid tam studiosa inquisitio? cur eandem inquisitionem non præmittit, dum Joannem sanctissimæ Matri suæ cõmendat, Joannis cap. 19. vers. 27. *Ecce Mater tua.* Et reciprocè Matrem *Ioan. 19. v. 27.* Joanni tradit vers. 26. *Mulier ecce filius tuus?* Quandoquidem munus Joanni collatum foret multò excellentius ac excelsius, quàm dignitas ad quam Petrus evectus est. Nam B. Virginem omnes sanctos collectivè sumptos gratiæ donis ac meritis superasse Patres testantur, maximè Sanctus Gregorius Magnus lib. 1. Regum explicans illa verba Isaiæ cap. 2. vers. 2. *Mons domus Domini in vertice montium.* Ubi ait excessum gratiæ & meritorum in Mariâ vertici montium comparari, ideòque ad Christum propius accessisse. *An non mons sublimis* S. Greg. *Maria, quæ ut ad conceptionem verbi contingeret meritorum verticem supra omnes Angelorum choros usque ad solium deitatis evexit.* Et paulò post. *Mons in vertice montium fuit, quia altitudo Mariæ super omnes sanctos refulsit, domus, quia dum incomparabilibus est illustrata meritis Dei unigenito, in quo recumberet sacrum uterum præparavit.* Scire vis cur Ecclesiæ prælaturam Petro collaturus examen dilectionis, ac meritorum præmittit, at Matrem Joanni commissurus nullâ interrogatione usus est? ut ostendat neminem ad Ecclesiasticam dignitatem debere assumi nisi præhabito seriò examine, magnoque meritorum concursu. Accipe melliflua verba S. Bernardi serm. S. Bernar. 76. in Cantica *Nisi testimonium perhibente conscientiâ quod ames me, & valdè perfectèque ames, nequaquam suscipias curam hanc, nè te intromittas de ovibus meis, pro quibus sanguis meus effusus est.* Electio mea attendit non generis prosapiam, sed meritorum sufficientiam. Isidorus Clarius. *Ac si* Isidorus *dixisset Dominus, nemo debet Pastoris* Clarius. *officium accipere, nisi charitate cæteris antecellat, quod & tibi faciendum est.*

VII. Quàm pauci hæc Christi vestigia sequuntur, quàm pauci ut promoveant vel promoveantur ad cõscientiæ examen recurrunt. *Huic enim* (inquit S. Bernardus in declamationibus) *parvulo adhuc, aut forsitan necdum nato Ecclesiastica iam beneficia provida sa-* S. Bern. *nè parentum sollicitudo parabat. Hunc nos inquiunt illi, vel illi tradamus Episcopo, apud quem habemus gratiam, aut cui fortè servivimus, ut ditetur de bonis Domini, nec in tot liberos nostra dividatur hæreditas. Illum Præpositus aut Decanus, ut sibi succederet plusquam materno educavit affectu, in deliciis enutriens, & delicijs. Ille dignus Archidiaconatu, ut potè filius Principis, magis autem si sit Episcopi consobrinus, in quo nimirum tota Episcopatus progenies.* Infra *Honorati incedere volunt, placere student hominibus, delectari & superbire, & huic sæculo per omnia conformari. Audi querelas Domini, quid super hac tantâ temeritate loquatur patiens redditor, pœnitentiam cupiens potius quàm vindictam, ipsi (inquit) regnaverunt, & non ex me, Principes extiterunt, & ego non vocavi eos. Universos siquidem in ordinibus Ecclesiasticis, cæterisque ad sanctuarium pertinentibus honorem*

*quarentes proprium, aut divitias, seu corporis voluptatē, postremò quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi manifestè prorsus & indubitanter, non ea quæ Deo est charitas, sed aliena à Deo, & quæ omnium radix malorum cupiditas introducit. Quid istud temeritatis, imò quid insaniæ est? Ubi timor Dei? ubi mortis memoria? ubi gehinnæ metus & terribilis expectatio judicii?* Ad hanc divinam iram avertendam non immeritò decretum inhibet filiis succedere in paternis beneficiis, & Episcopi studiosè invigilant, nè successio in Ecclesiâ Dei sit hæreditaria, juxta cap. *Apostolica*, 8. quæst. 1. Quod etiam prohibuit sacra Congregratio Concilii 23. Augusti 1631. Quod parentes nequeant immediatè consequi eadem beneficia filiorum. Nonnulli asserunt contra Sigismundum à Bononiâ de electione dubio 75. num. 3. Franciscum Emmanuelem in summa tomo 1. cap. 25. num. 4. Campanile cap. 13. num. 78. Marcellum Vulpe in praxi fori judic. Ecclesiast. cap. 47. numer. 28. Nicolaum Garciam cap. 3. numer. 28. Armendariz in addit. ad recop. leg. Navar. lib. 2. tit. 19. lib. de filiis præsb. num. 4. Castro-palao puncto 2. numer. 5. Barbosam part. 3. allegat. 56. num. 17.

VIII. Cùm domum Dei deceat puritas & sanctitudo, ut memoria paternæ incontinentiæ à sacris aris ac ædibus exterminetur, non licet filiis illegitimis Clericorum beneficium aliquod Ecclesiasticum obtinere, ubi eorum parentes sunt beneficiati, vel fuerunt, nec ibidem possunt quoquo modo ministrare, vel pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes obtinent vel obtinuerunt habere, ita Concilium Tridentinum sess. 25. de reformatione cap. 18. his verbis *Ut paterna incontinentiæ memoria à locis Deo consecratis, quos maximè puritas, sanctitasq; decet, longissimè arceatur, non liceat plus Clericorum, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio in Ecclesiis, ubi eorum patres beneficium aliquod Ecclesiasticum habent, aut habuerunt quodcumque etiam dissimile beneficium obtinere. Nec in dictis Ecclesiis quoquo modo ministrare, nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel alias obtinuerunt, cogatur filius suum beneficium resignare, aut cum alio permutare extra Ecclesiam.* Huic decreto subscribunt Navarrus in singul. juris canon. concl. 30. Castro-Palao in opere morali tomo 2. tract. 13. distinct. 4. puncto 2. Acunha ad cap. 13. distinct. 56. Julius Lavorius variar. lucubr. tit. 4. cap. 16. num. 48 & seq. Marcellus Vulpe in praxi judic. fori Eccles. cap. 47. num. 27. & seq. Sigismundus à Bononiâ de elect. dubio 75. Aloysius Riccius in decis. Curiæ Archiepisc. Neap. decis. 327. part. 4. Seraphinus decis. 1442. Campanile in divers. juris Canonici rub. 11. cap. 13. num. 67. Armendariz in addit. ad recopil. legum Navar. lib. 2. tit. 19. lib. 1. de filiis præsbyter. num. 19. & seq. Gonzales ad reg. 8. Cancellariæ glossa 5. Barbosa part. 3. alleg. 65. num. 1. Stephanus Gratianus discept. forens. cap. 397. Nota præfatum decretum Concilii differre à jure communi. Primò, in eo quod prohibeat non solùm ratione successionis, sed ob paternæ incontinentiæ memoriam, ita ut filius illegitimus Clerici prohibeatur obtinere beneficium, vel ministrare tanquam Capellanus amovibilis in Ecclesiâ, in quâ ejus pater tanquam Capellanus amovibilis, seu Vicarius temporalis servivit, ita Barbosa supra numer. 3. Ratio est, quia memoria incontinentiæ paternę etiam viget in eo, tam qui titulū beneficii habet, quam qui eam exercet absque titulo, quia in utroque datur eadem ratio. Igitur debet esse eadem juris dispositio, l. *illud*, ff. *ad legem aquil.* Rebuffus l. *in lege Cinoria*, 203. §. *item quæ*, de verb. signif. Gonzales ad reg. 8. cancel. §. 7. proem. numer. 105. Gutierez practic. lib. 3. quæst. 17. num. 84. & seqq. Præfata prohibitio extenditur ad filios naturales procreatos tempore quo eorum parentes nondum erant promoti ad Clericatum, ut decisum fuisse testantur Garcias cap. 3. numer. 15. Sigismundus à Bononia de elect. dubio 73. num. 2. Balboa decis. 29. Armendariz supra num. 7. contra Franciscum Ludovicum Miranda in manuali prælat.

Concilii Trident.

tomo

tomo 2. quæst. 1. art. 10. Franciscum Emmanuelem tomo 1. quæst. regul. art. 7. Expositum fuit sacræ Congregationi Cardinalium 12. Decembris 1594. (secundum recognitionem Joannis Gallemart) quod in Civitate nostrâ Leodiensi sint plures Ecclesiæ Collegiatæ, & Decani, Canonici, & vigore cuiusdam statuti accedant processionaliter certis festivis diebus anni ad Ecclesiam Cathedralem, & ibi canant unam Antiphonam, Versiculum, & Collectam, hoc stante, pluries dubitatum fuit, an valeat electio facta de filio illegitimo ad Decanatum, vel Canonicatum unius illarum Ecclesiarum Collegiatarum; attentâ præfatâ obligatione sic cantandi in Ecclesiâ Cathedrali, in quâ pater ejus fuit Canonicus. Censuit facta Congregatio filium ejus illegitimum incapacem esse hujusmodi Decanatus. Ratio est, quia aliquo modo videtur in servitio dictæ Ecclesiæ Cathedralis. Vide Campanile cap 15. num. 67. Garciam cap. 3. numer. 69. Armendariz num. 31. Barbosam numer. 22. Qui apprehendit possessionem Beneficii, vel Canonicatus, licet nunquam in Ecclesiâ ministraverit vel fructus perceperit, dicitur beneficium vel canonicatum obtinere, & ideo filius illegitimus in eâdem Ecclesiâ alterum canonicatum vel beneficium nequit obtinere ut decisum referunt Campanile cap. 13. numer. 67. Nicolaus Garcias cap. 3. num. 56. Armendariz supra num. 20, & 44. Barbosa citatâ alleg. num. 7. Nequit etiam filius illegitimus præsbyteri obtinere beneficium, quod olim pater ejus absque legitimo titulo, & minus pacificè aliàs possedit, ita Barbosa supra numer. 8. Nicolaus Garcias cap. 3. numer. 59. Armendariz supra num. 23. Castro-Palao puncto 2. num. 7.

IX. Unde si Episcopus reperierit filium illegitimum præsbyteri in Ecclesiâ paternâ intrusum, assignato ei cõpetente termino ad docendum de dispensatione Apostolicâ (si forte eâ suffultus existat) potest eum amovere nonobstante quâcumque possessione, ita Barbosa supra num. 9. post Gratianum cap. 397. numer. 31. Ratio est, quia nullâ datâ dispensatione, est ipso jure privatus. Gratianus citatus num. 35. Barbosa supra, Sayrus decis. 1. de constit. Resolvunt non sufficere quamlibet dispensationem, nisi in specie dispensetur ad obtinenda beneficia in Ecclesiâ, in quâ pater habet, vel habuit. Ratio est, quia collatio huic facta est ipso jure nulla. Non solùm filius nõ potest beneficia in eâ Ecclesiâ, in quâ pater obtinuit, sed nec canere in illâ tanquam cantor musicę seu symphonista, patet citato cap. 5. Concil. Trident. *Nec in dictis Ecclesiis quoquo modo ministrare.* Et ita censuit sacra Cõgregatio anno 1574. quia Concilium ait quoquo modo ministrare. Eadem est ratio, sivè ministret in officio, sivè in beneficio; ita Campanile cap 13. num. 67. Garcias cap. 3. num. 69. Armendariz numer. 31. Barbosa num. 22.

X. Differt secundò decretum Concilii Tridentini à jure communi quod paternæ incontinentiæ memoria non tantùm immediatè, sed etiam mediatè longissimè arceatur, ita ut nõ liceat neque immediatè, neque mediatè succedere in beneficio paterno. Hunc casum tamen temperant Castro-Palao puncto 2. num 8. Gonzales ad regul. 8. Cancell. Glossa 5. numer. 35. Barbosa supra num. 19. *Si alius per triginta annos mediatè successerit.* Quia tunc cum lapsu hujus temporis memoria incontinentiæ paternæ *è medio* tolli videtur, sequiturque filium posse succedere in beneficio patris. Differt tertiò in eo, quod non tantùm prohibetur successio in eodẽ beneficio, sed in alio quocumque etiam dissimili, modò sit in eadem Ecclesia contra jus commune, de quo Abbas cap. *ad abolendam*, de filiis præsbyterorum.

XI. Differt quartò, non tantùm vetatur nè filius obtineat beneficium in Ecclesiâ, in quâ pater obtinet, sed prohibetur patri ministrare, Abbas in cap. *cùm decorem*, ita ut per dispositionem Concilii cap. 15. nec Epistolam canere, nec Sacrifæ officio fungi, nec simpliciter Cantoris musicæ possit illegitimus filius in eadem Ecclesiâ, ut decisum refernit Navarrus

Navarrus consil. 1. quæst. 17. sub tit. de constit. Aloysius Riccius in collect. decis. collect. 1367. vers. *tu amplia*, part. 4. Garcias cap. 3. num. 68. Armendariz supra num. 29. Stephanus Gratianus cap. 397. num. 26. & seq. Hic addit num. 28. quod nec etiam Antiphonam in eadem Ecclesiâ canere potest ratione oneris beneficii alteri Ecclesiæ annexi. Cui arridet Castro-Palao supra puncto 2. num. 16 Barbosa supra num. 21. Possunt tamē pater & filius simul processionaliter incedere tanquam beneficiati diversarum Ecclesiarum, modò filius non ministret aliquo modo, ita decisum fuisse scribunt Armendariz supra numer. 30. Garcias num. 68. in 3. declaratione, Barbosa num. 22.

XII. Potest tamen permittere Episcopus ut pater & filius illegitimus celebrent Missam in eadem Ecclesia modò ambo non habeant beneficium in eâ, sed fiat ab altero devotionis ergò, ab altero ob legatum relictum celebrantibus missam. Ita decisum fuit apud Campanile supra num. 67, Garcias proximè num. 73. Armendariz num. 33. Sigismundus à Bononia de elect. dubio 75. num. 7, Imo sic celebrantibus Patri & Filio molestiam non esse inferendam tenent Barbosa num. 23. Garcias num. 34. Castro-Palao puncto 2. num. 17. Ratio est, quia hic casus non est prohibitus à Concilio, cùm neuter habeat beneficium, Bermondus de publicis concubin. verb. *apud patres suos*, docet non licere filiis præsbyterorum parentibus suis cohabitare, specialiter Armendariz num. 35. scribit in Episcopatu Pampilonensi talem cohabitationem esse prohibitam lib. 1. constit. synodalium, tit. *de filiis præsbyterorum*. Existimat Bermondus præsbyteris illegitimos filios habentibus hanc pœnam esse gravissimam, quod ipsis interdicatur cohabitatio filiorum suorum, Benedictus Ægydius refundit illud non in pœnam, sed in favorem honestatis. Ratio est quia cohabitatio spuriorum cum patre Sacerdote seu Ecclesiastico generat scandalum in clero, & præbet malum exemplum in populo cùm spurius sit paternę turpitudinis testis. Licet ambos cohabitare sit honestius, tamen non prohibet Concilium Tridentinum ut notant Armendariz numer. 35. Garcias numer. 74. Barbosa num. 24.

Differt quintò, quod nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinuerunt, vel obtinent, possint illegitimi habere contra jus commune, secundùm quod poterant parentes renunciare beneficia in favorem tertii impositâ pensione solvendâ propriis filiis, ut multis rationibus resolvit Gigas tractat. de pensionibus quæst. 86. num. 5. vers. *præditis tamen non obstantibus*. Et referunt Nicolaus Garcias numer. 14. Aloysius Riccius Neapol. decis. 327. part. 4. Sigismundus à Bononiâ dubio 75. num. 7. vers. 8. *dubitari potest*, Armendariz num. 6. Sed post Concilium Tridentinum nullas pensiones beneficiorum paternorum transferri posse in filios illegitimos docet Barbosa numer. 26. & plures alii ab eo citati. XIII.

Episcopus potest & debet obviare reciprocis resignationibus, ita Nicolaus Garcias part. 7. cap. 3, num. 87. Flaminius de resign. lib. 14. quæst. 9. Gironda tract. de privilegiorum & exemptionum explicat. num. 1275. Emmanuel Rodriguez in summâ parte 2. cap. 56. num. 8. & 9. Barbosa supra num. 28. Ratio est, quia hoc prohibet & abominatur Concilium Tridentinum sessione 25. de reformatione cap. 15. *Ad hæc reciproca resignationes, si quæ post hac à parentibus Clericis in favorem filiorum fient ut alter alterius beneficium consequatur, in fraudem hujus decreti, & canonicarum sanctionū facta omninò censeantur, nec collationes securæ vigore hujusmodi resignationum, seu aliarum quarumcumq; quæ in fraudem facta fuerint, ipsis Clericorum filiis suffragentur*. Notant tamen Gironda supra, Barbosa numer. 29. Franciscus Emmanuel citatus, quod si sublato dolo Clericus habens filium renunciet proprium beneficium in favorē filii alterius Clerici, qui post tempus aliquod in remunerationem accepti beneficii reciprocè renunciat suum beneficium in favorem filii primi cle- XIV.

rici renunciantis, non contradicet menti Concilii Tridentini, nec committet simoniam; quamvis (inquit Gironda) præcedat aliqua mentalis intentio reciprocæ renunciationis. Ratio est, quia à principio defuit ejusmodi pactio. Quomodo sola Sedes Apostolica possit cum illegitimis dispensare ut habeant beneficium in eâdem Ecclesiâ in quâ Pater habet, vel habuit. Vide Barbosam supra num. 30. & seq.

XV. Cæterùm quod Episcopus cæteris paribus possit consanguineos in officiis & muneribus præferre aliis extraneis, modò consanguinei sint digni, & de illis confidere possit: quod etiã possit illis redditus Ecclesiæ distribuere & largius ratione status, si sint pauperes. Quod item bona Ecclesiæ solita dari in Emphyteusim potius cõsanguineis possunt dari, quã extraneis, docent Surdus de aliment. tit. 7. privileg. 92. numer. 2. Flaminius quæst. 17. num. 124. Burlatus consil. 127. numer. 4. & 78. lib 2. Cardosius in praxi judic. & advocat. verb. *Emphyteusis*. num. 21. Cald. Pereira de potestate elig. cap. 13. numer. 8. & 11. Bartholom. Peret in comment. ad extravag. *ambitio*, 2. de rebus Ecclesiæ non alienandis, verb. *ac de rebus & bonis*, num. 60. Manochius consil. 79. num. 1. 4. & seq. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 1. tit. 2. gloss. 9. num. 34. Ratio prima est, quia quamvis Episcopus debeat esse instar Melchisedech sine patre, sine matre, sine genealogiâ, ac superare affectus teneros erga Consanguineos suos, quoties intercedit negotium cum eis, vel debeat imitari Christum Lucæ cap. 2. vers. 49. dicentem matri suæ. *Quid est quod me quærebatis.* Joannis cap. 2. vers. 4. eidem. *Quid mihi & tibi est mulier?* S. Epiphanius hæresi 51. *Quid mihi & tibi curæ est mulier?* S. Justinus Martyr quæst. 136. *Quid mihi & tibi res est mulier?* S. Gregorius Nyssenus in 1. ad Corint. c. 15. *Quid mihi est tecum mulier?* Vatablus. *Quid mihi rei tecum est mulier?* Marci cap. 3. vers. 33. nunciantibus adesse matrem & fratres. *Quæ est mater mea & fratres mei?* Matthæi cap. 10. vers. 38. matri filiorum Zebedei. *Nescitis quid petatis.* Quasi dicat non habeo consanguineos, nisi eos, qui saluti animarum juxta Patris mei voluntatem incumbunt. Secundò quamvis proventus Ecclesiastici nihil sint aliud quàm sanguis Christi, & Sanctorum: sicut opes quas aliqui laboribus suis comparaverunt dicuntur eorum sanguis. Et Petrus Blesensis epist. 51. dicat. *Hodie pro filiis quos abstulit Prælatis Ecclesia Deus habere nepotes in dissipationem patrimonii Christi & in sua salutis dispendium permittantur.* Quamvis tertiò diuturnâ multorum sæculorum experientiâ constet multos in Ecclesia Dei abusus irrepsisse per collationem beneficiorum, officiorum, bonorum Ecclesiasticorũ consanguineis ac propinquis factum cap. *de Syracusana*, distinct. 28. Et Episcopi soleant esse cœci circa nepotes, ex Glossa *pervenit*, 1. quæst. 3. Jason in usibus feudorum, tit. *qui feudum dare possit*, num. 14 Baldo in authent. *quicumque*, C. *de sacrosanctis Eccles.* Francisco Leone in thesauro fori Ecclesiastici part. 1. cap. 3. num. 37. Quamvis quartò meritò laudetur Nicolaus IV. Pontifex Maximus dicens se nihilò plus debere cognatis & affinibus quàm cuivis bono. Undè his quasi domestico vinculo expeditus, eo facilius omnes suas curas in communibus Ecclesiæ commodis procurandis impendat. Laudetur Clemens IV. qui cum ante Pontificatum duas filias suscepisset, uni in monasterio collocatæ triginta tantùm libras dedit, alteri, quæ marito suæ conditionis nupserat, largitus est in dotem trecentas libras, eâ conditione nè quid amplius peterent. Nepoti etiam Clerico tres præbendas habenti præceperit, ut ex tribus præbendis, quas habebat, unam eligeret ad victum, duabus aliis dimissis: Cùmque propinqui urgerent, ut ampliora beneficia & officia conferret, respondisse fertur se Deo, non autem carni & sanguini obtemperaturum, nec suum esse disponere in favorem propinquorum, quæ sua non essent, sed Deo, & Ecclesiæ sponsæ ejus. Vide Egnatiũ lib. 4. cap. 3. Matthæum Tymp in speculo exemplorum signo 13. Fulgentium

gentium lib. 4. cap. 3. Pelagium de planctu Ecclesiæ lib. 2. cap. 15. Plut. de Cardinalibus cap. 25. Et præcipuè insignem ejus acutilem ejus Epistolam ad Petrum Grossum nepotem apud Barbosam de officio & potestate Episcopi part. 1. tit. 2. glossa 9. num. 31.

XVI. Et de Pio V. refert Gabuti in ejus vita lib. 6. cap. 14. quod adduci non potuit, ut suos parentes ditaret bonis Ecclesiæ, quæ in sacros tantùm usus, non verò ad consanguineorsi luxum & magnificentiam essent destinata. *Utinam* (inquit Pelagius de planctu Ecclesiæ lib 2 cap. 15.) *ante mentis oculos omnes Prælati illum Davidicum versum tenerent: Quæ utilitas in sanguine meo, cum descendero in corruptionē, psalm. 29. Quem versiculum allegavit quidam sanctus Prælatus cuidam suo consanguineo ipsum de promotione inquietanti.* Quamvis optandum esset ut imitarentur omnes Ecclesiastici opulenti Doctorū aquilam S. Augustinum, qui serm. 21. ad frares de eremo de se ait. *Cōsanguinei veniunt ad me aliquando cum minis, aliquando cum blandimentis? dicentes, da nobis aliquid Pater. Caro enim tua sumus, & tamen Dei gratiâ & vestris orationibus nondum ditavi aliquem consanguineum: quia chariores mihi reputo pauperes quàm divites, quia bona Ecclesiarum sunt patrimonium pauperum. Non enim subterfugis Deum favere possumus, nam in omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos. Proverb. cap. 15. Et non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus: omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius, ad Hebr. cap. 4.* Et utinam omnes Ecclesiastici animo imbiberent illud ejusdem S. Augustini sermone ad Herem. *Memento quod pauperem vitā sacerdos gerere debet, & ideò si superbiam habet, si magno gaudet beneficio, prater victum & vestitum pauperibus dare non differat.* Item illud S. Hieronymi relatum in cap. *si cupis*, 16. quæst. 1. *Prater victum & vestitum, & manifestas necessitates nihil cuiquam tribuas, nè filiorum panes canes comedant.* Et illud in hæc verba Isaiæ in cap. 3. *Rapina pauperum in domo vestra.* Quibus subdit. *Rapina pauperum in domibus sacerdotum, qui Ecclesiæ opes sibi thesaurisant, & in deliciis abuntuntur, quæ ad sustentationem pauperum dantur, & sibi reservant, vel propinquis distribuunt, & aliorum inopiam suas vel suorū divitias faciunt.* Denique illud mellifui Bernardi lib. 2. de cōsid. *Cujus peculii usus quidem est bonus, abusio mala & solicitudo peior, quæstus autem turpissimus. Pondera hæc (ô Pastor) aut Gregorius epist. 21. lib. 11. Non largiris tua, sed aliena. Quid ergò mirum, quod totâ die lustrent domum Episcopi pauperes, cum sit ea domus dispensatoris rerum ipsorum. Possent enim vociferari ad valvas, imò usque ad secretum cubiculum dicentes, da nobis nostra, alioqui contra te vociferabimur ad Dominum rerum, tua dispensationi commissarum, dicentes Domine non vult nobis dare, quæ illi, ut nobis daret, dedisti.* Epistola 42. ad Henricum. *Clamant pauperes ad Pontifices, cur in superfluitates vestras consumitis quæ nostris debentur necessitatibus? Nostris enim necessitatibus detrahitur, quidquid accedit vanitatibus vestris, quid conferunt tot mutatoria? nostrum est quod effunditur, nobis crudeliter subtrahitur, quod inaniter expenditur. Nos sumus fratres vestri, & vos de nostrâ portione pascitis oculos vestros, & ita vita nostra cedit vobis in superfluas copias duo mala ex eādem radice prodeunt, dum vos ipsos vanitatem sequendo perditis, & nos spoliando perimitis. Et quæ sic consumitis neque labore manuum, neque negotiationis studio, neque jure hæreditatis possidetis, sed bona nostra sunt. Et quamvis hi pauperes, ait, modò non audeant aperire os adversum vos, & exigere partem suam, quibus interim pro vitā suā necesse habent potiùs supplicare: tamen in futuro stabunt in magnā constantiā adversus eos, qui se angustiaverunt, stante pro eis patre orphanorum, & judice viduarum, qui dicit Matthæi cap. 25. Quamdiu non fecistis uni ex minimis meis mihi nec fecistis.* Denique epist. ad quendam Canonicum. *Conceditur tibi, si altari servias, ut de altari vivas: non tamen quod emas frena deargentata, grisea, varia, pelliceas, quidquid ergo prater necessarium victum & vestitum de altario retines, tuum non est, rapina est, sacrilegium est.* Ecce

Pelagius.

S. Aug.

S. Hier.

Bernard.

quam

quàm acriter S. Augustinus, S. Hieronymus, S. Bernardus omnibus Ecclesiastica bona possidentibus insultent, quàm injustè, nè dicam sacrilegè beneficia, officia, & reditus Ecclesiæ illis relinquunt & conferunt, quàm perperam parentes, consanguinei, domestici, familiares, amici dicunt illud psalmi 82. vers. 11. *hæreditate possideamus sanctuarium Dei.*

XVII. Nè præfatorum Pátrum & aliorum dicta hyperbolicè scripta videantur, canon Apostolorum relatus in cap. *quisquis*, 12. idem statuit. *Omnium negotiorum Ecclesiasticorum curam habeat Episcopus, & ea velut Deo contemplante dispenset, nec ei liceat aliquid contingere, aut parentibus propriis, quæ Dei sunt condonare.* Et Concilium Tridentinum sessione 25. de reformatione cap. 1. *Optandum est, ut ii, qui Episcopale ministerium suscipiunt, quæ sua sint partes, agnoscant, ac se non ad propria commoda, non ad divitias, aut luxum, sed ad labores & sollicitudines pro Dei gloriâ vocatos esse intelligant. Nec enim dubitandum est & fideles reliquos ad religionem, innocentiamq; facilius inflammandos si præpositos suos viderint, non ea, quæ mundi sunt, sed animarum salutem, ac cælestem patriam cogitantes. Hæc cum ad restituendam Ecclesiasticam disciplinam præcipua esse Sancta Synodus animadvertat, admonet Episcopos omnes ut secum & sæpè meditantes factis etiam ipsis ac vitæ actionibus, quod est veluti perpetuum quoddam prædicandi genus, se muneri suo conformes ostendant. In primis verò ita mores suos componant, ut reliqui ab eis frugalitatis, modestiæ, continentiæ, ac ea, quæ nos tantoperè commendat Deo, sanctæ humilitatis exempla petere possint, quapropter exemplo Patrum nostrorum in Concilio Carthaginensi, non solùm jubet, ut Episcopi modestâ supellectili & mensâ, ac frugali victu contenti sint, verùm etiam in reliquo vitæ genere ac totâ ejus domo caveant nè quid appareat, quod à sancto Dei instituto sit alienum, quodque non simplicitatem, Dei zelum ac vanitatum contemptum præ se ferat. Omninò verò eis interdicit, nè ex reditibus Ecclesiæ consanguineos, familiares q; suos augere studeat, cum & Apostolorum can. prohibeant, nè res Ecclesiæ, quæ Dei sunt, consanguineis lucrent.*

Tamen his nonobst[illegible] Pontifex, Episcopi, Ecclesiar[illegible] rumque Ecclesiasticarum col[illegible] & administratores cæteris [illegible] præterre consanguineos alios [illegible] in collatione beneficiorum, [illegible] rum modo sint digni. R[illegible] cum quis exercere debeat [illegible] charitatem & pietatem in [illegible] pinquos, quàm in extraneos, [illegible] *satis*, distinct. 86. modo [illegible] fraus & præsumptio, quæ pro[illegible] sanguineorum affectu fiat, [illegible] *quisquis*, 12. quæst. 2. cap. *in c[illegible]* 16 quæst. 1. poterit Pontifex, [illegible] pus, & quivis alius collator in [illegible] modi officiis & muneribus præter[illegible] consanguineos extra eis

Quod etiam dum erogantur eleemosynæ & reditus Ecclesiastici possint absque cujusquam injuria parentes anteponi, patet ex citato canone Apostolorum, relato in cap. *quisquis*, 12. quæst. 2. statuente *Quod si pauperes sint, tanquam pauperibus submin[illegible] strent, nè eorum occasione Ecclesiæ depræ[illegible] dentur.* Et Concilio Tridentino citato. *Sed si pauperes sint, iis ut pauperibus distribuant, nec dissipent illorum cau[illegible] timò quàm maximè potest, eos sancta Synodus monet, ut omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquos, carnis affectum, unde multorum malorum in Ecclesia seminarium exstat, penitus deponant.* Illis verbis. *Sed si pauperes sint iis ut pauperibus distribuant.* Idest, non ut augeant nimis, vel ditent, nè videantur ædificare Sion in sanguinibus, arg. cap. ultim. *etsi manifestè*, cap. *vel Ecclesia*, 12. quæst. 2. An modicas inter vivos donationes possunt facere propinquis, ut iis subveniant. Vide Molinam Theologum de justitiâ tract. 2. disp. 148. concl. 4. Molinam Juristam de primog. lib. 1. cap. 12. num. 33. & seqq. Paulum Comitolum respons. moralium lib. 1. quæst. 70. num. 2. Chald. Pereiram de potestate cap. 13. Ludovicum Beiam in respons. casuum conscientiæ part. 2. casu 25. Cevallos communium cõtra commun. 358. numer. 33. & alios Theologos & Canonistas.

XIX. Quod non Ecclesia, vel Episcopus, sed consanguinei propinquiores ab intestato succedere debeant, asserunt Auctores citati a Cenedo collect. 12. ad decretal. num. 1. Quibus accedunt alii congesti ab Azevedo leg fur. tit. 8. lib. 5. novæ recopilationis præcipuè num. 4. Didacus Covarruvias in cap. *cum in officiis* de testamentis numer. 9. vers. *sed & quantum*, Navarrus, Didacus Perez, Gregorius Lopez & alii, quos refert, & sequitur Salzedo ad Bernardum, Diaz in praxi canonic. cap. 132. in littera A. Ludovicus Molina de Hispaniæ primogenitis lib. 2. cap. 10. num. 54. Didacus Doctor Salmantinus in speculo testament. glossa 13. rubricæ num. 15. ac etiam Palat. rub. Julii Clar. Avendanus, Marienc. Guitierez, Barbosa, quos recenset & sequitur Hieronymus Cevallos commun. contra commun. quæst. 388. ex num. 36. 38. & 42. Bellarminus consil. 3. num. 8. & 10. Rolandus consil. 11. numer. 61. vol. 4. Mierez de majorat. part. 1. quæst. 1. num. 54. Quia hæc difficultas potius spectat ad jurisprudentiam, quàm ad Theologiam, consuetudines ac concordata aliquarum regionum perpendi debent, ideò huic non inhæreo.

## CAPUT XIV.

### *Potestas Episcopalis circa reparationem & erectionem Ecclesiarum.*

I. Legitur libr. 3. Regum cap. 18. quod dum S. Elias pro divinitatis manifestatione decertaret, suam disputationem auspicatus est à reparatione altaris, quod in Carmelo olim ad sacrificia vero Deo litanda erectum fuerat, sed postea destructum ab Israelitis ad idola conversis, illudque ex duodecim lapidibus composuit juxta numerum totidem tribuum filiorum Jacob. Vers. 31. ut ostenderet se eundem Deum colere, eidemque immolare, quem olim coluerunt Jacob, & aliique Patriarchæ, seque eorum vestigiis insistere. Sic Episcopi Eliano zelo incensi curare debēt ut templa temporum, bellorum, vel persecutionum injuriis collapsa reparentur. Accipe mentem Concilii Tridentini sessione 21. de reformatione cap. 7. *Cùm illud quoque curandum sit, nè ea, quæ sacris ministeriis dedicata sunt, temporum injuriâ obsolescant, & ex hominum memoriâ excidant, Episcopi etiam tanquam Apostolica Sedis delegati transferre possunt beneficia simplicia &c. Parochiales verò Ecclesias, etiamsi juspatronatus sint, ita collapsas reficiet & restaurari procurent, &c.* Quibus mediis illæ Ecclesiæ collapsæ, vel collabentes reficientur? *Ex fructibus & proventibus quibuscumque ad eadem Ecclesias quomodocumque pertinentibus, qui si non fuerint sufficientes, omnes patronos, & alios qui fructus aliquos ex dictis Ecclesiis provenientes percipiunt, aut in illorum defectum Parochianos omnibus remediis oportunis ad prædicta cogant, quacumque appellatione, exemptione & contradictione remotâ.* Hæc Tridentinum loco citato. Ex quo decreto patet Episcopum posse urgere, & cogere ut Ecclesiæ reparentur, ut tenent Valascus consult. 91. num. ult. Barbosa de officio & potest. Episcopi part. 3. alleg. 64. num. 8. Illam autem instantiam ac compulsionem in judicio Ecclesiastico faciendam esse asserunt Guilelmus Benedictus in cap. Raimutius de testam. verb. *si absque liberis*, num. 33. Barbosa jam citatus, Petrus Peckius de Ecclesiarum reparat. cap. 14. Gabriel Pereira tract. de manu regiâ part. 1. cap. 18. de jurisd. num. 7. Quod si populus nolit restaurare Ecclesiam, quæ minatur ruinam auctoritate Episcopi potest dirui omninò, ita Barbosa part. 3. alleg. 64. num. 13. post Aloysium Ricciuum in praxi aurea resol. 201. Zerolam in praxi Episcop. part. 2. verb. *parochia*, §. 6. Fulchum de visitat. lib. 1. cap. 10. num. 16. Quòd si rector teneatur etiam ad reparationem parochialis Ecclesiæ, potest etiam per Episcopum compelli in judicio Ecclesiastico, Barbosa supra num. 8. Si Rector sit exemptus debet Pontifex illum compellere, vel Rex, seu Princeps jurisdictionem temporalē habens

Concilii Trident.



l. 3. Reg. 18. v. 31

quia inquiunt Guilelmus Benedictus supra verb. *si absque liberis*, num. 55. censetur damnum pati dum Ecclesiæ corruunt. Hæc enim ruina & negligentia dissipatio quædam est. Secundò, quia ex Avendanno de exequendis mandatis lib. 1. cap. 14. numer. 23. Bobadillâ in sua polit. lib. 2. cap. 18. num. 127. Cevallos part. 4. quæst. 897. num. 621. Gabriele Pereira num. 1. vers. *primo*, Barbosa supra numer. 8. Reges sunt templorum defensores & protectores. Debet etiam Episcopus cogere Clericum habentem pensionem super beneficio & fructibus ejus ut concurrat pro ratâ ad Ecclesiæ reparationem: nisi pensio ita fuerit imposita, ut ab omni onere libera, imposita liberetur, ita Navarrus consil. unico de Ecclesiis ædificandis. Potest Episcopus de fructibus Ecclesiæ superfluis assignare fabricæ alterius Ecclesiæ pauperis, ita cap. 1. de rebus Ecclesiæ non alienand. Antonius Burgos in cap. *quæ in Ecclesiarum*, de constit. num. 272. Marcus Antonius Genuensis in manuali pastorum cap. 56 num. 8. contra Navarrum consil. 2. in antiquis, aliàs 15. in novis, de rebus Eccles. non alien. Barbosam supra num. 15.

II. Quoad Ecclesiæ Cathedralis reparationem Augustinus Berous consil. 3. vol. 1. Marcus Antonius Genuensis in practic. Eccles. quæst. 347. censent spectandam esse consuetudinem, statutum, seu privilegium cujus expensis debeat reparari, & ita Rotam censuisse in Maior. Fabricæ 16. Junii 1614. refert Farinacius decis. 627. numer. 1. & 2. part. 1. recent. Quod si non sit statutum vel privilegium debet reparari ex fructibus fabricæ destinatis, quod si non sufficiant Episcopus, Canonici, & alii Beneficiati concurrere debent, ita Rota decis. 325. part. 2. divers. allegans resolutionem sacræ Congregationis, Surdus consil. 62. num. 1. Aloysius Riccius in praxi aureâ resol. 476. numer. 4. Flaminius de resignat lib. 3. quæst. 15. num. 1. Lambertinus de jure patronatus lib 3. quæst. 7. art. 2. num. 4. vers. *tertius est casus*, & num. 7. vers. *nisi isti beneficiati*, Azorius tomo 2. lib. 9. cap. 3. quæst. 10. Abbas consil. 70. num. 2. part. 1. Mantica decis. 284. num. 1. Valascus tomo 2. consult. 179. num. 12. Belletus disquis. cletic. part. 1. tit. de Clerico debitore §. 14. num. 6. Flaminius de resignat. lib. 3. quæst. 15. num. 1. Ripa respons. 22. num. 3. Si Rectores decimas recipiant, possunt cogi ad quartam redituum, ita Paulus Comitolus respons. moral. lib. 1. quæst. 82. conclus. 3. imò quæ vitæ sustentandæ supersunt dari debere pro reparandâ Ecclesiâ asserit præfatus Comitolus. Ratio est, quia quamvis ad conditionem & statum non sufficiant, illis tamen carere debent, cum beneficiorum fructus non sint concessi ad augendos seu fovendos mundanos titulos, sed ad pauperes alendos & divinum cultum ritè peragendum Belletus supra tit. de Clerico debitore, §. 13. num. 12. & seq. maximè 16. resolvit posse compellere Canonicos, ut dent de superfluis pro reparatione illius Ecclesiæ. Quod si præfata non sufficiant potest Episcopus cum Capitulo statuere ut inferiores Clerici de superabundantibus fructibus, deductis sibi necessariis ad contribuendum dictæ fabricæ obligentur. Abbas in cap. 1. de Eccles. ædific. Felinus in cap. *cum accessissent*, de constit. Lambertinus de jure patronatus lib. 3. quæst. 7. art. 2. num. 3. & 4. Belletus de Clerico debitore §. 13. num. 12. censent quod si præfata non sufficiant posse Episcopum cum Canonicis reditus beneficiorum vacantium applicare fabricæ Ecclesiæ Cathedralis. Posse etiam Episcopum in præfato casu assignare fabricæ quotidianas distributiones deficientium, resolvit Rota decis. 325. part. divers.

III. Pro reparatione etiam aliarum Ecclesiarum inferiorum debere nobiles contribuere docent Gabriel Pereira tract. de manu regiâ part. 1. cap. 196. de indict. num. 8. vers. *& qui ad primam*, Cenedo ad decret. collect. 153. num. 3. Gregorius de Cabedo decis. part. 1. decis. 91. num. 1. & seq. Avendano de exequen. mandatis lib. 2. cap. 4 numer. 19. Aloysius Riccius Neap. decis. 15. num. 4. part. 4. Bo-

badilla in suâ politicâ libr. 3. cap. 5. num. 34. Franciscus Sarmiento in defens. de reditibus Ecclesiasticis part. 1. monitu 82. num. 3. Aviles ad cap. 23. Prætorum verb. *den Orden*, numer. 11. Ratio est, quia reparatio ejusmodi ad eorum utilitatem spectat, cum ibidē audiant divina, percipiant sacramenta, & primarias sedes occupent in Ecclesiâ. Quod si Ecclesia vetustate collapsa nequeat reparari, debet in totum destrui, & ibi Crux erigi (inquit Aloysius Riccius resol. 201.) & ad alias Ecclesias transferri, ita idem Riccius in praxi aurea resol. 208. Barbosa supra numer. 19. & hâc translatione non censetur facta unio (inquiunt iidem.)

IV. Potest Episcopus obligare eum, qui ædificat Ecclesiam ut dotem sufficientem assignet, ita Piascius in praxi novâ Episcop. part. 1. quæst. 31. num. 3. Barbosa supra num 2. & probatur ex cap. *cum sicut*, juncta glossa de consecratione Eccles. authent. de Eccles. tit. §. *si quis autem*, collat. 9. Quia Episcopus non aliter suum consensum fundationi adhibet, quam ut illi assignetur dos congrua, cap *Nemo Ecclesiam ædificet*, de consecrat distin. 1. Lotterius de re benef. lib. 1. quæst. 31. num. 3. In Parochialibus debet esse tanta dos, quæ sufficiat ut Præbyter cum Clerico ministro habitâ ratione obventuum spiritualium cōmodè vivere possit, ita text. in authent *ut nullus fabricet oratoria domos*, & *sancimus*. Debet etiam dos suppeditare ad luminaria, & ad domos custodum, alimenta, & sacrum ministerium, ita Abbas consil. 89. num. 6. & 7. part. 2. Belletus disquis. Clericalium part. 1. tit. de Clerico debit. §. 15. numer. 4. Lotterius supra quæst. 31. num. 2. Azorius part. lib. 9. cap. 3. quæst. 7. Probatur ex l. *nemo*, de consecrat. distinct. 1. & secundum Archidiaconum cap. *nemo*, de consecrat. distinct. 1. Glossa in cap *secundum*, 23. quæst. 8. Excipiuntur Ecclesiæ Mendicantium, quæ absque dote possunt ædificari, Azorius supra. Quod si Ecclesia vel Capella est de jure patronatus, nec patronus assignavit sufficientem dotem pro victu sacerdotis, pro cereis, fabricâ, & aliis necessitatibus, Episcopus potest compellere fundatorem ut præfata subministret, ita Barbosa supra num. 16. & probatur ex cap. *nemo*, de consecrat. distinct. 1. Poteritque in ipsâ visitatione præcipere patrono, ut intra terminum competentem provideat de necessariis sub pænâ privationis juris patronatus & Capellæ, ita Barbosa jam citatus, Alexander Sperellus decis. 68. numer. 11. & 12. Vide plura cap. 5. & 8. hujus Tractatus.

## CAPUT XV.

### *Episcopalis potestas circa creationem dignitatum, & erectionem Ecclesiarum Collegiatarum.*

EPiscopum posse creare inferiores dignitates asserunt Innocentius referens glossam verb. *concessimus*, cap. *cum olim*, de consuet. Selva de benef. part. 1. quæst. 4. numer. 18. & part. 4. quæst. 7. num. 20. casu 116. Bertachinus de Episcopo part. 2. lib. 4. Seraphinus decis. 1498. num. 1. & alii contra glossam verb. *omnes*, in cap. 122. Mandolium de signaturâ gratiæ tit. *exactiones*, Vol. 1. vers. *pro novâ erectione*. Imolam in cap. *cum olim*, num. 1. Roman. l. *imperium* num. 2. vers. *item potestatem, interponendi auctoritatem*, §. *de jurisdict. omnium judic.* Abbatem Clement *fine*, num. 12. ubi glossa verb. *mensæ suæ*, de rebus Ecclesiæ non alien. Zerolam in praxi Episcop. part. 1. verb. *beneficia*, vers. *ad dignitates assequendas*, Monetam de conservat. cap. 5. numer. 69 Aloysium Riccium in praxi fori Eccles. decis. 382. Filliucium tract. 41. de benef. cap. 3. num. 114. Joannem Baptistam Valenzuelam tomo 1. consil. 33. num. 87. Utramque hanc opinionem componit Barbosa part. 3. alleg. 68. num. 12. Si dignitas erigenda sit prorsus nova, nec aliàs in Ecclesia reperiatur, illam nequit Episcopus creare juxta opinionem secundam. Vel in universa Ecclesia I.

instituta est, ut sunt Archidiaconatus, Archipræsbyteratus, Scholastria, Theologalis, &c. Et tunc Episcopus cum Capitulo ejusmodi dignitates erigere potest juxta primam sententiam, Massobrius in suâ praxi habendi concursum, prælud. 21. dubio unico, num. 15. & 16. asserit consuetudinem inolevisse ut Episcopi in Collegiatis & Parochialibus simplicibus etiam pagorûm erigant Rectorias in dignitates, imò & in Cathedralibus, cui favet Rota in una Forolivien. Decanatus 4. Junii 1590. Gambara de officio & potest Legati in erigenda nova beneficia num. 12. & 13. Barbosa num. 12.

Quod Episcopus possit erigere parochialem Ecclesiam in Collegiatam colligitur ex cap. *quoniam*; de vitâ & honestate Clericorum. Ubi Abbas antiq. num. 1. Joannes Andræas numer. 3. Panormitanus num. 2. & 6. Antonius Butrius num. 2. Imola numer. 1. Rota in Regen. unionis die 12. Maii 1625. contra Lotterium tract. de re benef. lib. 1. quæst. 14. num. 49. citantem sacram Congregationem Concilii in unâ Conversanâ 27. Junii 1616. Barbosam supra num. 15. Quod Episcopus possit erigere novas parochias, & quid in earum erectione debeat observare diximus supra.

## CAPUT XVI.

### *Episcopalis potestas in Beneficiorum resignationibus recipiendis.*

I. NOmine beneficii intelligo Ecclesiasticum, quod sequentes qualitates prærequirit. Primò ut sit auctoritate Episcopi fundatum, ut patet ex glossa verb. *si beneficiorum*, in fine Clement. 2. de decimis. Et Doctores ibi communiter, Cæsarius de Grassis decis. 13. num. 9. de præbendis. Rota diversi. decis. 509. num. 1. part. 1. Lotterius de re benef. lib. 2. quæst. 5. num. 40. Gonzales glossa 5. num. 3. Cavalcanus decis. 639. num. 8. Barbosa part. 2. alleg. 57. num. 141. Secundò, ut habeat aliquid spiritualitatis annexum, ita Abbas consil. 47. quod incipit, *illud de jure*, numer. 1. vers. *tertium consideratur*, Nicolaus Garcias de beneficiis part. 1. cap. 2. num. 7. Gonzales gloss. 5. num. 8. Barbosa jam citatus num. 3. Tertiò ut non conferatur Laico, sed Clerico, ita cap. *cum adeò*, de rescriptis, cap. 2. de instit. Nicolaus Garcias cap. 2. num. 28. & seq. Gonzales glossa 9. numer. 9. Aloysius Riccius in collectan. decis. part. 5. collect. 1657. Rota in Metropolitanâ hebdom. 1 Julii 1613. Quartò quod perpetuum, idest, non conferatur ad certum tempus, sed perpetuò, & ad vitam ejus, cui confertur, ita cap. *Sanctorum*, distinct. 7. cap. penult. de cleric. ægrot. Azorius inst. moral. part. 2. lib. 3. cap. 1. quæst. 2. vers. *de his*, Lessius de justitia lib. 2. cap. 24. dubio 1. numer. 3. Gonzales glossa 5. num. 11. Quod si aliqua beneficia non sint perpetua est speciale jus & privilegium (inquiunt Garcias part. 1. cap. 2. num. 75. Rota in Gerunden. personatus & cautæ præ 17. Maii 1630.) Quintò, ut conferens nō sibi, sed alteri conferat purè & absque extrinseca conditione, cap. fin. de instit. cap. *si quis dator*, & seq. cap. *si quis objecerit*, 1. quæst. 3. Gonzales glossa 5. num. 14. Riccius in praxi aurea resol. 358. Nicolaus Garcias cap. 2. num. 61.

II. Ex primâ conditione sequitur altaria, oratoria, & capellanias fundatas absque Episcopi vel alterius superioris auctoritate non esse beneficia Ecclesiastica, ita Moneta de decimis quæst. 9. Nicolaus Garcias cap. 2. Gonzales glossa 5. Petrus Gregorius instit. rei benef. cap. 12. Barbosa parte 3. alleg. 57. num. 142. Excipiuntur beneficia juris patronatus laicalis, vel mixti, quæ non comprehenduntur sub hac regulâ. Aliqui etiam existimant juris patronatum Ecclesiasticum certis dumtaxat personis debitum, seu certæ prolapiæ, verbi gratiâ, consanguineis fundatoris, aut filiis patrimonialibus non comprehendi sub hac conditione. Vide Barbosam supr. num. 144. Ex secunda conditione sequitur præbendas temporales, quæ

carent spiritualitate, ut sunt prædia, quæ dantur pro solvendis salariis advocati, procuratoris, musicorum, & similium, de quibus glossa cap. *cum M.* de constit. Barbosa numer. 145. non contineri sub hac reservatione. Ex tertiâ sequitur Vicarias temporales ad nutum amovibiles, ita Gonzales glossa 5. § 3. & seq. Gomes. de expectativis num. 94. vers. *ex quo infero*, Nicolaus Garcias part. 1. cap. 2. Ratio est, quia talis Vicariatus temporalis, seu ad nutum amovibilis, non est beneficium, nec titulus beneficialis. Quod si Vicariatus sit perpetuus est beneficium Ecclesiasticum, cap. *postulastis*, de rescriptis, cap. *ad hoc*, ibi Abbas de officio Vicarii. Ratio est, *quia datur in titulum.*

III. Quartò sequitur præstimonia, & præstimoniales portiones, quæ in solâ temporalitate consistunt, aut quæ non dantur in titulum perpetuum, nec habent aliquod obsequium spirituale annexum non comprehendi sub hac regulâ, ita Flaminius de resignat. lib. 2. quæst. 1. Nicolaus Garcias parte 1. cap. 2. Gonzales glossa 5. §. 2. Ratio est, Quia sic non sunt beneficia Ecclesiastica, nec illis competit reservatio, quod secus esset si data fuissent in perpetuum, & habuissent aliquod annexũ obsequium spirituale. Quintò, sequitur pensionem reservatam super beneficio non contineri sub hac regulâ; ita Flaminius lib. 1. quæst 10. & lib. 2. quæst. 15. & lib. 11. quæst. 4. num. 31. Gonzales glossa 5. Nicolaus part. 1. cap. 5. Gigas tract. de pensionibus quæst. 28. Mandosius ad regul. 19. Cancell. quæst. 11. Barbosa part. 3. alleg. 57. Azorius part. 2. moral. institut. lib. 3. cap. 5. quæst. 2. & lib. 8. cap. quæst. 4 Quibus arridet Panormitanus, Felinus in cap. *ad audientiam*, 2. de rescriptis, Joannes Selva de beneficiis part. 1. quæst. 3 Gomes. in regul. Cancell. de infirmis, quæst. 16. Et colligi videtur ex cap. *quamvis*, de præbendâ in 6. ubi habetur: *Es non in pensione, sed in beneficiis Ecclesiasticis tantùm volumus providere.* Ratio est, quia licet pensio multa habeat communia cum beneficio, (non enim cõcedi solet laico, nisi certi juris ac regulæ militi) cùmque Adolescentes, vel juvenes studeant, apponitur clausula, modò sit Clericorum tonsurâ initiatus, hæc confert, nisi auctoritate Apostolicâ, nec transfertur, extinguitur, vel redimitur absque ejus cõsensu. Nec pensionarius potest eam exigere ante litteras Pontificis expeditas vel obtentas, & cùm impetratur pensio solvitur Annata. Differunt quod pensio non est quid spirituale, aut rei spirituali annexum, sed commodum quoddam temporale, seu jus quoddam profanum per se à beneficio distinctum, & sejunctum: nec confertur ratione ministerii spiritualis, sed in vitæ subsidium. Imò secundùm nonnullos pensio nõ est res juris, sed facti, cùm sit quædã portio ex fructibus beneficii quotannis percipi solita. Quando Beneficiarius moritur, beneficiũ vacat, & in eo alius Clericus succedit, at decedente pensionario Pensio non vacat, sed usus fructus extinguitur ac finitur, nec alius Clericus in eo succedit. Item pensionarius non tenetur residere vel morari in eâdem Ecclesiâ, ex cujus bonis pensionem percipit, sicut beneficiarius per se, vel per alium residere tenetur.

IV. Sextò, sequitur beneficia manualia non comprehendi in hac regula, sivè sint regularia, sivè sæcularia, ita Calderinus consil. 26. quod incipit, *An non in reservat.* de præbendis, Barbosa supra numer. 152. Gonzales glossa 5. §. 6. num. 12. & alii. Quibus favet glossa verb. *revocari*, verb. *& ob hanc causam*, in Clement. unicâ de supplend. neglig. Prælatorum. Ratio est, quia Pontifex sibi reservando collationem beneficiorum, videtur intelligere propriè de collatione perpetui beneficii. Ex his etiam sequitur hanc reservationem non intelligi de commendâ, sivè temporali, & ad nutum amovibili, donec sit provisum Ecclesiæ de rectore, ut cap. *deinceps*, 15. de elect. lib. 6. Sivè de commendâ ad favorem personæ, & vitam commendatarii cum jure percipiendi fructus. Ita Gonzales glossa 5. §. 8. num. 34. Jacobus Simoneta de reserv. quæst. 59. num. 6. Joannes Mohedanus decis. 4. & 9. de præbend. Barbosa

part. 3.

part. 3. alleg. 57. Ratio est quia quamvis ista sit perpetua ad vitã: tamen ad effectum reservationis beneficiũ propriè non dicitur, sed cessante cõmendâ per obitum cõmendatarii non dicitur beneficium illius vacare, sed semper vacat, undè non attenditur mensis, in quo cõmendatarius obierit. Octavò sequitur similiter beneficia de mensâ non censeri reservata, quia beneficium de mensâ illud dicitur, quod est perpetuò incorporatum mensæ Episcopali, vel Capitulari, seu Abbatiali, ita ut nunquam vacet; nec in tali beneficio datur negligentia in provisione, ita glossa verb. *de mensâ*, in Clement. de supplenda negligẽ. Prælat. Ubi Cardinalis num. 15. Imola num. 42. Igitur cùm non detur vacatio non comprehenditur sub hac regula loquente de beneficiis vacaturis, ita Barbosa supra n 155. Gonzales gloss. 5. §. 6 qui aiunt fuisse decisum 10 Decembris 1603.

V. Quod etiam præfata regula non habeat locum in coadjutoria sive simplici, sivè cum futurâ successione ob favorem & utilitatem Ecclesiæ propter ægritudinem corporis vèl animi coadjuti, docet Navarrus in cap. *si quando*, de rescript. prælud. num. 10. & in tract. de orat. & horis canon. cap. 20. num. 18. Ratio est, quia talis coadjutor non dicitur beneficiatus, sed beneficiati coadjutor, ideòque talis coadjutoria non vacat, vel vacare potest in aliquo ex mensibus, sed extinguitur & cessat, cessante vitâ, & impedimento coadjuti: nec dum vivit coadjutor habet jus in re, sed ad rem. Denique beneficia unita accessoriè non censentur sub dispositione præfatæ regulæ, ita Rebuffus in praxi de union. num. 31. Gonzales gloss. 5. §. 7. Staphilæus de litteris gratiæ tit. *de formis mandati*, de providendo, §. *secunda forma*, num. 2. verb. *dico excludendo*. Ratio est, quia per unionem amittunt titulum, nec amplius nominantur beneficia, sed prædia. Undè Gonzales num. 39. ait beneficium unitum alteri reservari non ut beneficium neq; per se, sed ut prædium & patrimonium alterius ex regulâ *accessoria*, de regulis juris in 6. Barbosa num. 158. adducit duas limitationes.

Ultima conditio requisita ad rationem beneficii est ut conferri nequeat nisi a personâ Ecclesiasticâ, puta Episcopo vel Prælato, non autem a laico & similibus clericis, ita Gonzales glossa 5. num. 10. & patet ex cap. *si quis deinceps*, cap. *si quis nullus*, 16. quæst. 7. Undè hospitalia non sunt beneficia, quamvis Ecclesias vel Sacella habeant annexa, item decimas & alia spiritualia jura, ita Nicolaus Garcias part. 1. cap. 3. num. 1, Gonzales glossa 5. §. 5. Barbosa supra num. 148. Hoc posito, quæstio est an horum beneficiorũ Episcopus possit recipere resignationes. Libera & simplex resignatio beneficii in jure communi fieri potest coram Episcopo vel alio superiore Ordinario, ita Rebuffus de pacificis possessionibus num. 104. Gonzales ad reg. 8. Cancel. glossa 14. num. 21. Franciscus in thesauri fori Eccles. part. 2. cap. 3. Ugolinus de potest. Episcopi cap. 50. §. 10. Flaminius de resignat. lib. 7. quæst. 14. num. 1. Fuschus de visit. lib. 2. cap. 10. & cap. 28. Barbosa part. 3. alleg. 69. num. 1. Marcellus in praxi judic. fori Eccles. cap. 48. Azorius instit. tut. moral. part. 2. lib. 7. cap. 29. quæst. 4. Probatur ex cap. *admonet*, de renunciat. Ibi, *Absque assensu tuo intrare audeant, detinere, dimittere, aut te inconsulto, &c.* Et in cap. 1. de rerum permutatione lib. 6. *Liberè, sine fraude in manibus tuis ipsa resignet*. Et in Clement. *multorum*, de pœnis. Qui quidem consensus dari debet à superiore ordinario unico contextu cum fit resignatio, ita ut secundùm Flaminium lib. 8. quæst. 7. à tergo nequeat præstari. Per alium superiorem ordinarium intelligi Ecclesiasticum habentem spiritualia asserit Flaminius supra quæst. 15. Rufinus tract. de benef. cap. 14. num. 41. Fuschus cap. 18. Barbosa supra num. 4. Erasmus Chokier de jurisdict. in exemptos part. 4. quæst. 68. Intelligi etiam de omni Prælato habente jus conferendi, instituendi, & à beneficio Clericos amovendi, ut sunt Abbates, aliique Prælati Episcopis inferiores, habentes Episcopalem jurisdictionẽ consuetudine vel privilegio, nulliq; Episcopo immediatè subsunt, tenent

VI.

Panormitanus

Panormitanus in cap. *quæsitum*, num. 4. de rer. permut. Erasmus à Chokier citatus quæst. 67. & 68. Azorius sup. quæst. 4.

VII. Quod si Ecclesia in spiritualibus subsideiatur Episcopo, & in temporalibus Abbati, resignatio expedienda est coram Episcopo, ita Flaminius supra, Barbosa citatâ allegat. numer. 5. Quod si Episcopus non sit compos mentis, habeatque coadjutorem in spiritualibus & temporalibus liberâ potestate pollentem, hic poterit accipere renunciationem beneficii, ita Barbosa num. 6. Quod si coadjutor sit datus Episcopo infirmo vel seni, tunc resignationes faciendæ sunt de consensu ipsius Episcopi, ita Flaminius lib. 7. quæst. 20. Barbosa supra. Quod Cardinales possint recipere resignationes beneficiorum existentiũ in suis titulis, asserunt Barbosa num. citato, Flaminius de resignat. benef. lib. 7, quæst. 12. num. 8. & seq. Diana moral resol. part. 5. tract. 2. de potest. & privileg. S. R. E. Cardin. resol. 14. Quartò, Vicarius Episcopi de mandato speciali recipere & admittere potest resignationes, ita textus *quæsitum*, de rerum permut. Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. *Vicarius*, §. 10. Azorius instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 29. quæst. 4. Rebuffus tit. *de Vicario*, num. 104. Vgolinus cap. 4. § 7. Aloysius Riccius in praxi aurea resol. 471. Mantica decis. 260. Nicolaus Garcias de benef. part. 11. cap. 4. Sbroz lib. 2. quæst. 130. Flaminius lib. 7. cap. 24. Barbosa part. 3. alleg. 74. & 69. num. 7. Ratio est, quia ille potest resignationem recipere & approbare, qui potest Clericum è beneficio dejicere, at nequit ordinariâ potestate vicarius Episcopi Clericum a Beneficio amovere, cap. 2. de officio Vicarii, sed ex speciali mandato. Quod Capitulum sede vacante possit recipere resignationes & quomodò, Vide Aloysium Riccium in praxi resol. 243. Filliucium tract. 41. de benef. part. 11. cap. 3. & 4. Flaminium supra lib. 7. num. 23. Barbosam num. 8. Quarantam in summa bullarii verb. *Capitulum Sede vacante* quæst. 9. vers. *quæ tò limita.*

Potest Episcopus ex justâ causâ VIII.
scilicet pro bono pacis & studio alicujus scholaris pauperis, vel in Ecclesiæ utilitatem, vel ex aliâ causâ rationabili reservare pensionem, ita Navarrus consil. 15. de rebus Ecclesiæ, & consil. 4. de Simoniâ in novis, Rebuffus de privileg. scholarium, privileg. 42. Gambara de legato lib. 6. numer. 392. Barbosa part. 3. alleg. 69. num. 15. alleg. 85. num. 3. & 11. Felinus in cap. *ad audientiam*, num. 4. & 5. de rescriptis, Gigas de pension. quæst. 6. Mandosius de signaturâ gratiæ titul. *pensionis*, verb. *Papa*, Boerius Epo de Satur. permut. benef. jure ad cap. *cum olim*, de rerum permut. num. 105. Joannes Corrasius de Sacerd. part. 1. cap. 4. Flaminius de resignat. lib. 6. quæst. 2. Probatur ex cap. *nisi essent*, de præbend. cap. *de cætero*, de transact. cap. *unico*, vers. *credimus*, ut Eccles. benef. Et ita fuisse resolutum in unâ Milit. Canonicatus 6. Martii anno 1596. & in Algarb. Canonicatus 9. Junii 1579. refert Barbosa supra. Hujusmodi pensiones beneficiales ab Episcopo posse constitui usque ad mortem pensionarii asserunt Boerius Epo. supra, & Barbosa alleg. 85. numer. 3. ita ut non solùm ad eam solvendam teneatur præsens possessor, cui fit resignatio, sed etiam ejusdem vel mortui, vel aliò profecti successor in idem beneficium, licet non hæres, & probatur ex cap. *de cætero*, de transact. At ut perpetuâ pensione gravetur beneficium præter Episcopi auctoritatẽ requiritur consensus Sedis Apostolicæ (inquit Barbosa supra,) & probatur ex cap. *significavit*, de censibus. Ratio disparitatis est, quia prohibitum est in Concilio Lateranensi cap. *prohibemus*, nè beneficium perpetuò oneretur, & fiat censuale. At vitalitia pensio non obligat Ecclesiam, sed personam, ita communiter Doctores in cap. *cum venissent*, text. ibi de restit. spoliat. Cardinalis num. 1. Interpretes ad cap. *prohibemus*, Anton. num. 4. Felinus in cap. *ad audientiam*, 2. de rescrip. Gigas de pension. quæst. 6. Rebuffus de pacif. possess. num. 106. Corrasius part. 1. cap. 4. Covarruvias in cap. *quamvis pactum*, part. 1.

§. 6. num. ult. Barbosa supra num. 4. Unde licet secundùm Gratianum discept. forens. cap. 617. num. 1. 2. & 5. Regulariter nequeat Episcopus reservare pensiones, cùm illæ non reserventur nisi auctoritate Sedis Apostolicæ: tamen decis. 437. num. 2. part. 1. ait id intelligi absque justâ causâ, quâ existente potest reservare: Primò scilicet pro bono pacis. Secundò, pro studio alicujus scholaris. Tertiò, pro utilitate Ecclesiæ. Quartò, pro concordiâ litis. Quintò, pro pauperibus & egenis. Sextò, pro benè meritis. Septimò, pro usu proprio renuncianti bus ex causâ renunciationis loco alimentorum in quantitate moderatâ; & non ex pactione partium: quod debeat exprimere motivum reservatæ pensionis innuit Stephanus Gratianus supra num. 18.

IX. Quod debeat reservare per viam quantitatis pecuniæ, bladi, vel vini, non autem per viam quotæ, videlicet ut tertia vel quarta pars redituum detur, docet Gratianus numer. 12. & Barbosa num. 11. qui consequenter asserunt, quod si Episcopus ejusmodi pensionem reservet, illa reservatio dumtaxat fiat dum vivit oneratus: ita ut ad talem pensionem tantùm teneatur primus oneratus, non autem successor in illo beneficio. Quibus favet Lotterius de re benef. lib. 1. quæst. 35. Nec illam potestatem Episcopi abrogat Pius V. in constitutione suâ cõfidentias, ut putat Flaminius de confident. quæst. 28. Quod illa potestate adhuc gaudeat docent Nicolaus Garcias de benef. part. 1. cap. 5. Filliucius tract. 42. de pensione cap. 3. Barbosa supra, qui observat cum Filliucio citato per constitutionem Pii Episcopo non esse abrogatam facultatem imponendi pensionem in causis & motivis præfatis, sed dumtaxat primitam impositionem pensionis ab Episcopo factam absque causâ in collatione beneficii, alioqui etiam errarent Superiores Regulares imponentes pensionem beneficii suæ religionis, quæ ad proprietatem non transeunt in Religiosos, contra decisionem in Teroran. pension. 25. Junii 1610. Peccaret magnus Magister Religionis Hierosolymitanæ imponens pensionem cõmendis spectantibus ad suam religionem in favorem Ordinis Equitum, ita Barbosa supra post Stephanum Gratianum supra cap. 617. numer. 28.

Cœterùm quod Episcopus possit eas pensiones imponere non consultâ Sede Romanâ, etiam in casu remunerationis faciendæ innuit Hieronymus Gigas tract. de pension. quæst. 6. num. 2. Barbosa supra num. 12. Ratio est, nam Episcopus Diœcesanus multa potest ob causam remunerationis, quibus aliàs interdictus erat, ex Jasone l. *ex hac jure*, num. 60. §. de institut. Benedictus Canophilus in repetit. extravag. *ambitiosæ*, num. 52. de rebus Eccles. non alien. Tiraquellus, l. *unquam*, verb *donatione largitus*, num. 27. Labor etiam ac ludor cujuscumque virtuosè operantis & auxilium afferentis Reipublicæ debet cõpensari, cap. *fin.* 7. quæst. 1. ubi glossa verb. *laborem*, cap. *charitate*, vers. *justum*, cap. *si quos de servis*. Ubi glossa verb. *benemeritos*, 12. quæst. 1. Joannes Baptista Lupus in repetit. rub. de donat. inter virum & uxorem, §. 50. num. 25. & 28. Loazez in cons. pro Marchione de Los Velez in oppido de Mula in 3. fundamento pro eo, *f. prædicta satis*. Petrus Levander de privileg. Doctorum part. 3. quæst. 12. Barbosa supra num. 12. ac in optimè constitutâ Republicâ, Palcorthus de sacri Consistorii cõsultationibus part. 3. quæst. 1. vers. *præterea*, nihil magis necessarium esse existimat quàm gratiam referre, quod Constantius Imperator fautor Arrianorum, & religionis Christianæ hostis infensissimus testatus est, dum ab exilio revocavit S. Hilarium Episcopum Pictaviensem, quem ipse ablegaverat, tum quia librum doctissimum composuerat, quem Dionysius Paulus in flosculo de Clericorum excellentiis in proœmio numer. 11. Rebuffus de Mommat. quæst. 21. num. 49. post Lucam de Penna plurimum commendat, tum quia illũ libtum ipsemet Hilarius Imperatori obtulerat, ut habetur in Breviario Romano die 14. Januarii, Lect. 5.

XI. Cùm igitur animi gratitudo, & accepti beneficii remuneratio, apud laicos laudabilis sit, sanè in Ecclesiâ & apud Ecclesiasticos laudabilior esse debet, cum sit laborum præteritorum antidotum, & futurorum stimulus, cap. *liberti.* 1. sec. vers. *pro remuneratione*, cap. *quicumque*, cap. *Ecclesiasticis.* Ubi glossa verb. *voluntariis*, 12. quæst. 2. Illam gratitudinē eximiè commendat Navarrus de Eccles. reditibus quæst. 1. §. 36. *moneo.* Rodanus in rebus Eccles. non alien. rub. 21. de causa incommoditatis numer. 23. Jacobus Simoneta de reservat. quæst. 3. num. 5. Paulus Grantius verb. *Ecclesiasticis*, num. 13. Quæ gratitudo maximè comperit Episcopis qui sunt in statu perfectionis acquisitæ.

XII. Ex dictis sequitur invalidas esse pensiones impositas absque causâ, quamvis fuerint adnibitæ solemnitates debitæ, ita Flaminius de resignat. lib. 6. part 2. numer. 134. Corrasius de Sacerd. part. 1. cap. 4 Decius lib. 43. num. 12. Barbosa de officio & potest. Episc. alleg. 85. numer. 11. Quod seriò animadvertere debent ii, qui innumeras pensiones habent, maximè super beneficia, quæ beneficiatos vix sustentare queant. Eodem enim ferè modo hic philosophandum est quo Summistæ & Canonistæ disserunt de pluralitate beneficiorū, scilicet eos se avaritiæ barathro immergere, qui habentes, quo vitam transigant juxta suę prosapiæ vel conditionis statum beneficiorum vel pensionum multitudine se onerant. Potest autem cujusliber status sufficientia ex hâc regulâ colligi, si aliqui sint paris prosapiæ, vel conditionis, & in eadem civitate, seu regione gaudeant canonicatu vel beneficio ejusdem proventus, si uni illorum canonicatus vel beneficium unum sufficiat ad honestam sustentationem, debet etiam sufficere alteri eiusdem prosapiæ vel conditionis: nec potest tūtā conscientiā ad plura beneficia anhelare, nec ea possidere, quamvis pro illis retinendis dispensationem habeat.

XIII. Probatur primò ex distinct. 86. can, *singula*, his verbis, *Singula juris Ecclesiastici officia singulis quibusq; personis sigillatim committi jubemus.* & canon. *Clericus*, 21. quæst. 1. Hanc rationem affert, aut enim unum odio habebit & alterum contemnet. Secundò, ex Concilio Tridentino de reformatione sess. 7. cap. 2. 4. & 13. & notanter sess. 24. cap. 17. ubi hæc habet. *Quoniam multi improba cupiditatis affectu seipsos, non Deum decipientes, ea, quæ benè constituta sunt, variis artibus eludere, & plura beneficia obtinere non erubescunt, sancta Synodus debitam regendis Ecclesiis disciplinam restituere cupiens præsente decreto &c. statuit, ut in posterum unum tantùm beneficium Ecclesiasticum singulis conferatur, quod quidem si ad vitam ejus, cui confertur honestè sustentandam non sufficiat, licet nihilominus aliud sufficiens, &c. eidem conferri, &c.* Concilii Trident.

XIV. Quod plura beneficia possidentes absque urgenti causâ tuti non sint, audi mellifluum Doctorem lib. 3. de consideratione ad Eugenium Papam cap. 4. *Quid prohibes dispensare? non, sed dispsare, non sum tam rudis, ut ignorem positos vos dispensatores, sed ædificationem, non in destructionem. Denique quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur. Ubi necessitas urget excusabilis dispensatio est, ubi utilitas provocat, dispensatio laudabilis est: utilitas dico communis, non propria. Nam cum nihil horum est, non planè fidelis dispensatio, sed crudelis dissipatio est.* Illi subscribens D. Thomas quodlibeto 9. art. 5. docet Pontificiam dispensationem, quando non adest justa causa dispensandi valere in foro fori, sed non in foro poli, citatque illa verba S. Bernardi. *Qui non unus, sed plures est in beneficiis, non non unus sed plures erit in suppliciis.* Quibus subdit, habere plures præbendas, plurimas in se inordinationes continet. Ut quia non est possibile aliquem in pluribus Ecclesiis deservire, in quibus est præbendatus, cùm præbendæ videantur esse ordinatæ quasi quędam stipendia Deo ibidem ministrantium. Sequitur etiā diminutio cultus divini, dum unus loco plurium instituitur. Deindè sequitur in aliquibus defraudatio voluntatum testatorum, qui ad hoc aliqua Bernardi. S. Thom

bona

bona contulerunt, ut certus numerus in Deo deservientium ibi esset, sequitur etiam inæqualitas dum unus pluribus abundat, & alius nec unum habere potest; & multa alia, quæ de facili patent, &c. Et paulò post. Ita honestantes actum, quod prædictæ inordinationes totaliter evacuantur. Ut puta, si sit necessitas in pluribus Ecclesiis ejus obsequio, & possit plus servire Ecclesiæ, vel tantumdem absens, quàm alius præsens. Et si quæ alia sint hujusmodi. Et tunc istis conditionibus supervenientibus cum rectâ intentione non erit peccatum, etiam nullâ dispensatione interveniente, si consideretur tantùm jus naturale, quia dispensatio ad jus naturale non pertinet, sed solùm ad positivum, &c. Si autem antiqua sint per consuetudinem abrogata, tunc prædictis circumstantiis supervenientibus, etiam sine dispensatione licitum est plures præbendas habere, sine quibus circumstantiis licitum non est, quantumcumque dispensatio interveniat, eò quod dispensatio humana, non aufert ligamen juris naturalis, sed solùm ligamen juris positivi, quod per hominem statuitur, & per hominem dispensari potest. Idem docet Dominicus Soto lib. 3. de justitia & jure quæst. 6. art. 3. his verbis. *Hale è plures prabendas.* Si nudè spectetur status, sonat quasdam ordinis perversiones. Primùm quia ratio docet, ut unicuique ministerio suus propriè deputetur minister: alias unus plurium personas induit. Secundò, cultus divinus detrimentum patitur. Tertiò, cum bona hæc sint stipendia Ecclesiarum suo defraudantur jure, &c. Quartò, undè sequitur justitiæ distributio; prævaricatio, videlicet, ut multi digni egeant, alii verò abundent. Quintò, ejica & fomentum ambitionis indè subministratur, nam in prædictâ præbendarum accumulatione, sacerdos non tam avidè sitiret, atque ambiret bonis Ecclesiis ditari. Sextò, id in causâ est, ut illa litterarum studia neglecta jaceant, utrimque etenim spes bonorum debilitatur scilicet & quod meritorum ratio non habetur, & quod avida ditiorum avaritia impedimento est nè inopes promoveantur. Quin verò septimò, & transgressio quædam est illis Pauli præcepti. *Unusquisque in ea vocatione, quâ vocatus est maneat.* Atque illius præcepti Roman. cap. 12. *Sicut in uno corpore multa membra habemus.* Quod S. Gregorius ad hoc citavit 89. distinct. cap. *singulâ.*

Soto.

XV. Meritò beneficiorum & pensionum multiplicatio damnatur, nam si Isaias cap. 5. vers. 8. ambitionem & avaritiam laicorum redarguit, & minatur. *Væ qui conjungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis usque ad terminum loci, numquid habitabitis vos soli in medio terræ.* A fortiori, corripiendi sunt Ecclesiastici, qui beneficia beneficiis, præbendas majores majoribus, pensiones pensionibus accumulant, Ecclesias Ecclesiis aggregant, ob rationes à D. Thomâ & Soto adductas, quibus hæ adjici possunt. Prima, ejusmodi aviditas ac studium Dei & Christi patrimonium dilacerant, ac nequiter dividunt, ut eo se incrassent, impinguant, dilatent, parum solliciti, quomodò onus illi annexum persolvant. *Sic* (inquit sanctus Bernardus serm. 10. in Cantica) *Christi opprobria, sputa, flagella, clavos, lanceam, crucem hæc omnia, sp fornace avaritiæ conflant, & profligant in acquisitionem turpis quæstus & pretium universitatis suis marsupiis includere festinant.* Vocat beneficia illa Ecclesiastica, &c. patrimonium, quod Christus reliquit Ecclesiæ sponsæ suæ acquisitum flagellis, alapis, sanguinis sui effusione, quo abutuntur, & convertunt in occasionem ambitionis, avaritiæ, luxus, carnis. Secundâ, ejusmodi beneficiorum & pensionum bajuli peccant in Ecclesiam, quæ fraudatur pluribus ministris, qui cultum & obsequium divinum personaliter cum majori pietate & eruditione persolverent, si illis beneficiis potirentur, sicque uberiorem fructum eorum residentiâ perciperet Ecclesia. Tertiâ, sunt offendiculû populo fideli videnti amaro animo in Ecclesiâ tot nundinationes. Quarta, exponunt Ecclesiam risui & sublannationi infidelium, & occasionem subministrant apud

Isaiæ 5. v. 8.

S. Bernar.

imperitam plebeculam magis stabilien di suam hæresim, & debacchandi in Clerum ac propalandi, & verbis & scriptis nimis effrænem cupiditatẽ. Quinta, sunt ipsis fundatoribus injuriosi, dum eorum intentiones & voluntates invertunt. Eorum enim mens fuit ejusmodi beneficia fundare, ut diversi Ecclesiæ ministri alerentur, utque obirent officium talibus fundationibus annexum. Unde ejusmodi plurium beneficiorum vel pensionum possessoribus hanc fundatorum querelã audire videor. Ut quid in luxum, aliosque inordinatos usus expenditis, quod tanto labore comparavi? ut quid ex iis conamini ditare parentes, vestros cõsobrinos, quę meis denegavi, ut Christum & Ecclesiam facerem hæredes? Ut quid in alios oneribus mearum fundationum transferris, & per pensionem, vel alio modo substantiam illorum exfugitis? ut more Giezi. & Simonis Magi quæstũ de bonis Ecclesiæ à nobis relictis faciatis? Uno verbo, ut quid nostras intentiones tam nequiter defraudatis. Oraculum Ezechielis cap. 34. vers. 3. *Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis, gregem autem non pascebatis.* Cornelius ibi ait ad Ecclesiasticos dirigi. *Audiant hos Prophetæ minas Ecclesiastici, pastores & prælati illi, qui ex beneficiorum proventibus lucris inhiantes earcarum opes quærunt, non animarum, qui beneficia beneficiis, pensiones pensionibus accumulantes quæstuarii potius sunt, quàm beneficiarii. Nam hi detrudunt oves, tonsas, & nudas aliis miseris pascendas relinquunt, qui pastoratus, canonicatus, &c. resignant in alios, ac fructus penè omnes sibi reservant, ut si aureos mille annuè dei beneficium, ipsi ducentos vel cum eo resignent, sed octingentos cæteros sibi prætextu pensionis reservent. Nonnè hos directè jaculo suo ferit & cõfigit hic Deus dicens. Væ pastoribus Israel qui pascebant semetipsos, lac comedebatis, &c.* Infra. *Sanctio prisca Ecclesiæ est beneficium dare propter officium, quomodo ergo hi beneficii commoda & lucra capiant, qui officium non præstant, sed illud in alium transferunt? Hæccine fuit mens fundatorum Ecclesiæ aliene hominesin eâ nihil agentes & otiosos? nonnè si ad nos redirent protestarentur: imò jam in cælo, aut in purgatorio protestantur sua legata & testamenta everti, se sua bona legasse Ecclesiæ ad alendos pastores & ministros, qui re ipsa per se fideles Christi docerent, pascerent, regerent, non ut isti alii, qui nihil Ecclesiæ suæ cõferunt; fruerentur, & ditescerent? nonnè Dei hominumq; fidem implorant, ut hæc iis, quibus ipsi ea legarunt restituerentur. Ingens sanè hæc iniquitas, &c.* S. Gregorius homil. 17. in Evangelia breviter, *Pensate* (inquit) *Fratres, quanta damnationis est sine labore percipere mercedem laboris, &c.* S. Hieronymus in cap. 22. vers. 27. ejusdem Ezechielis comparat illos lupis. *Principes ejus in medio ejus quasi lupi rapientes prædam ad effundendum sanguinem non corporum, sed animarum, ut avarè sectentur lucra nequaquam illis contenti; qui serviunt altari vivant de altari: sed postquam ad ministerium Dei accesserint, Crasi divitias congregant.*

S. Greg. Ezech. c. 22. v. 27

S. Hier.

Ezech. c. 34. v. 3.

Cornel.

Denique jus naturale aliam rationem suggerit quàm Apostolo Paulo ad Romanos cap. 12. vers. 5. dicenti. *Sicut in uno corpore multa membra habemus: omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Sic* (inquit Bellarminus in admonitione ad Episcopum Theanensem nepotem suum controversiâ 5.) *in uno eodemq; spiritu alii conferendum est hoc officium, alii committendũ est aliud. Neque uni quantumlibet exercitatæ personæ uno tempore duarum rerum officia committenda sunt: quia si totum corpus est oculus, ubi auditus? cùm varietas membrorum per diversa officia & robur corporis servet, & pulchritudinem repræsentet: ita varietas personarum per diversa ministeria distributa & fortitudinem & venustatem sanctæ Dei Ecclesiæ manifestat. Et sicut indecorum est ut in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio, ita nimirùm noxium, simulque turpissimum si singula rerum ministeria personis totidem non fuerint distributa.* Infra, hujusmodi beneficiorum coacervationes ait culpabiles esse & dispensatione Apostolicâ multos

XVI.

Rom. c. 12. v. 5

Bellarm.

securos

securos reddis turum verò neminem, quoniam Papa non est dominus, sed dispensator: ideoque qui iniquam dispensationem petit, iniquitatis causa est. & qui eâ utitur, eadem semper irretitur iniquitate, citatque Panormitanum in cap. *dudum*, de electione, Panorm. his verbis. *Nota quod detinens plura beneficia minus canonicè incidit in multa vitia, in transgressionis notam & infamiam, sed tam infamiâ canonicâ, & quæ sit ista infamia canonica, & quomodo differat à civili, vide quæ dixi in cap. testimonium de testibus. Secundò incidit in cupiditatis vitium, quod maximum est. Vide impedit quem promoveri ad dignitates. Nam cupidus de facili deviat à vero in cap. dudum, 47. distinct. & in cap. 10. in principio illius. Ubi dicitur quod auctoritate Apostoli cupidi promoveri prohibentur, &c. Tertiò, committit furtum, nec simplex furtum, imò cum sacrilegio. Potest dici furtum peculatus, idest furtum de republicâ, quod est gravius, &c.*

XVII. Eandem beneficiorum & pensionum multiplicationem olim improbarant Adrianus in quæst. de restitutione, dubio de pluralitate præbendarum. Joannes Major in 4. dist. 24. quæst. 12. 13. & 14. Dionysius Carthusianus lib. contra multiplicationē beneficiorum. Joannes Andræas, Hostiensis in cap. *durum*, Imò Universitas Parisiensis anno 1238. declaravit damnabile esse plura beneficia possidere, ut testatur Thomas Cantipratanus libr. 1. de proprietatibus apum cap. 19. scribens Philippum Cancellarium Parisiensem agonizantem rogatum fuisse à suo Episcopo Guilelmo ut singulari opinioni de pluralitate beneficiorum cederet, ac uno retento reliqua resignaret in manus Ecclesiæ. Renuit æger dicens se velle experiri an retentio plurium beneficiorū sit damnabilis. Post obitum eidem Episcopo oranti apparuit allegans se damnatum, quia contra mentem plurimorum de pluralitate beneficiorum sententiam acerrimè propugnasset. Idem Cantipratanus narrat, quod alter Ecclesiasticus extremo morbo laborans monitus ab ipso Cantipratano ut ex duobus beneficiis illud retineret, quod ad honestæ vitæ sustentationem sufficeret, alterum autem dimitteret. Æger facie conversâ dissimulans tantum respondit. *Orate Dominum ut inspiret.* Quibus dictis paulò post obiit, eo defuncto, cùm quidam è familiâ Dominicana cogitaret, si retentio plurimorum beneficiorum esset peccaminosa, cur tantus vir obiisset retentis tot beneficiis. Mox quasi semivigilanti defuncti apparuit dicens. *Hæc sola præbendarum causa, propter quam infœlix ego æternaliter sum damnatus.* De nostratibus addit circa annum 1190. se Leodii annis undecim adolevisse, affirmatque plures è Clero primario cùm opulentis fruerentur Ecclesiæ beneficiis, alios & pensionibus coacervādis turpiter inhiasse, ut sibi fides adhibeatur præmittit. *Testis mihi est & judex sancta Trinitas unus Deus, quod paucos plura beneficia possidentium viderim non oppressos tristi horrendāq; morte.* Candidè professus est aliquando quidam Canonicus, qui audito quempiam collegarum primo mane inventum in lecto mortuum, qui vesperè sanus, vegetusque decubuerat complosis manibus. Novi (inquit) nihil est, quod miremur, è Cleri nostri consuetudine vitam clausit. Addo, quod oculis meis vidi, & quo Lector horrescat: A paucis annis hic periere quatuor Archidiaconi. Primus grandi, phaleratoque excussus equo, fractis eo casu cervicibus animam exhalavit. Alterum in cubili sedentem mane reperierunt mortuum. Tertius cùm rei divinæ cum collegis interesset, sub ipsum tempus, quo sacram Hostiam in altum sublatam populo sacerdos proponit venerandam resupinus, & subtracto vel linguæ vel rationis usu ceu brutum animal nullis Ecclesiæ Sacramentis munitus vitâ exiit. Quartus denique sacram peccatorum confessionem, aliaque Christianæ religionis mysteria cùm sumere detrectasset miserè periit, ac in locum profanum sepultus; Hæc Cantipratanus. Ordinis S. Dominici suffraganeus Cameracensis, licet natione Brabantus, tamen Leodius censendus est, tum quia (ut præfertur) undecim annis adolevit Leodii, tam,

quia familiari consuetudine usus est sanctarum Virginum Mariæ Ognacensis, Lutgardis, Christinæ admirabilis, Juettæ Claustæ Huensis, & aliarum. Præfatas historias referunt etiam Jacobus Marchantius Pastor & Decanus Covinensis Patriæ Leodiensis in horto Pastorum, tit. *Virga Aaron*, tract. 4. Bartholomæus Fisen Societatis Jesu in historiâ Leodiensi lib. 11. ad annum Christi 1199. num. 20. Videant plurium beneficiorum & pensionum possessores nè cum prætensis dispensationibus tolluntur in altum lapsu graviore ruant ad inferos, ubi erit perpetuus fletus & stridor dentium.

## CAPUT XVI.

### *Episcopalis potestas circa Beneficiorum permutationes.*

1. BEneficiorum permutationem fieri debere coram Episcopo, vel alio jurisdictionem Episcopalem habente, simpliciter tamen & absque conditione, vel pacto asserunt Bonacina tract 1 de simonia quæst. 4 §. 12. num. 7. Marius Antoninus variar resolut. lib. 1. resol. 112. casu 39. Valerius Reginaldus in praxi fori pœnitent. libr. 23. numer. 26. Nicolaus Garcias de benef. part. 11. cap. 4. numer. 62. Flores de Mena variar. quæst. 24. Zerola in praxi Episc. part. 1. verbo *permutatio*, §. 3. dubio 1. Lælius Zechius de Republicâ Ecclesiast. cap. *de beneficiatis*, numer. 8, Gonzales ad regulam 8. Cancell. glossa 14. Fuschus de visitat. lib. 2. cap. 28. Josephus Stephanus de litteris gratiæ verb. *resignationis modus*, num. 7. Suarez tomo 1. de relig. lib. 4. cap. 32. Quaranta in summa bullarii verb. *beneficiorum permutatio*, Azorius institut. moralium part. 2. lib. 7. cap. 29. quæst. 16. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 3. alleg. 59. num. 9. Probatur ex constitut. Pii V. quam refert Quaranta verb. *beneficiorum resignationes*, item ex glossa verb. *conferuntur*, in Clement. unic. *de rerum permut.* In hac autem permutatione coram Ordinario faciendâ attendi debet dispositio juris, quæ habetur in præfatâ Clement. de rerum permut. Præsertim in cap. *quæsitum*, ubi Abbas numer. 4. & 10. cap. 1. eodem tit. in 6. & Clement. quorum beneficiorum permutationes fieri possunt coram Episcopo refert Azorius supra.

II. Si Beneficium situm in unâ Diœcesi permutetur cum alio alterius Diœcesis, permutatio postulat utriusque Episcopi (ad quos illa beneficia pertinent) auctoritatem & consensum, ita Azorius quæst. 8. Barbosa num. 10. Ratio est, quia in permutatione duorum beneficiorum, utrumque dimittitur & utrumque confertur, ac proindè necesse est, ut interveniat auctoritas utriusque, Gomesius ad reg. *de publicandis* quæst. 3, num. 3. Barbosa numer. 11. censent quòd licet beneficia per permutationem vacare dicantur cap. unic. *de rerum permut.* Tamen permutari in quolibet mentè coram Episcopo, & Episcopus potest admittere resignationes in favorem ex causâ permutationis, quas faciunt permutantes, & eorum cuilibet collationem de beneficio facere, ita Barbosa num. 11. post Nicolaum Garciam de benef. part. 5. cap. 1. Gonzales ad regul. 8. cancell glos. 14. num. 32. Ideò in permutatione beneficiorum requiritur consensus Episcopi, ut tollatur penitus ambitionis præsumptio, pura nundinatio partium, quæ periculosissima est conscientiis ob præsentissimum simoniæ metum. Consensu autem Episcopi interveniente, beneficia jure collationis & institutionis Canonicæ possidentur, ita Boetius Epo de Saturnin. permut. beneficiorum jure ad cap. *cum olim*, de rerum permut. num. 75. Barbosa supra num. 11. Ratio est quia partes permutantes tenentur prius sua beneficia resignare in manus Episcopi, & deinceps fit cum permutationibus eorundem beneficiorum collatio cum institutione canonicâ hinc indè, & ideò cessat simonia, nimirùm cessante privatæ nundinationis & commercii temeritate. Nam qui sic permutant non censentur habere hæc beneficia ex permutatione,

sed

sed ex institutione canonicâ, quantumlibet permutatio fuerit causa, sine quâ ejusmodi institutio facta non fuisset.

III. Permutatio coram Episcopo facienda non debet facere mentionem de obtentis, sicut nec in aliâ provisione ab eo factâ; ita Menochius de arbitr. casu 20. num. 150. post Rotam, Corrasium, Nicolaum Garciam, & alios, quos etiam sequitur. Barbosa num. 12. probantque ex Clement. 2. de officio Ordinarii. Conditiones validas, legitimas, & canonicas permutationis beneficiorum Ecclesiasticorum refert Marcellus Vulpe in praxi judic. fori Eccles. cap. 48. quem sequitur Boetius Epo de Saturn. permut. benef. jure in Clement. de rerum permut. num. 294. Barbosa supra. Ratio est, quia non simpliciter, nec ex merâ gratiâ confertur beneficium vacans ex resignatione propter permutationem factâ, sed unum beneficium succedit in locum alterius beneficii, non pro laico singulari, vel ex causâ lucrativâ, neque pro novâ locupletione, sed pro justâ pensatione proprii beneficii, pro beneficio alieno resignati, ita ut nihil novi videatur acquisitum.

IV. Boetius Epo ad Clement. unic. numer. 201. Barbosa supra numer. 12. docent beneficia ita cum aliis esse permutanda, ut nec cum spiritualibus aliis rebus inter se permutari valeant, nec etiâ cum pensione, quamtumvis tituli vice fungatur, affinitatem habeat cum beneficiis. Ratio est quia pensiones defuncto pensionario mox redeunt ad sua beneficia undè derivabantur, tanquam ad suam naturam & cum eis coalescunt, & absorbentur & intercidunt, ideòque nihil invenirent viri divitiarum in manibus suis; qui beneficia sua cum talibus pensionibus permutassent. Epo num. 292. & Barbosa loco citato addunt hinc non inferri quasi beneficia quoque permutanda debeant esse prorsus ejusdem generis vel qualitatis. Ratio est quia possunt beneficia simplicia permutari cum dignitatibus & beneficiis parochialibus, & vice versâ, modò personæ sint capaces. Notant Navarrus consil 43. sub titulo de Simoniâ numer. 3. in novâ edit. Bonacina var. tract. 1. de simon. quæst. 4. §. 14. vers. *idem ibidem*, numer. 13. Lessius lib. 2. de justitiâ cap. 35. dubio 14. Molinesius in summâ tractat. 6. cap. 13. Cochus de permutat. benef. part. 2. cap. 25. Gonzales glossa 14. num. 58. Boetius Epo de Satur. permutat. benef. jure ad Clement. unic. ad rerum permut. num. 333. & seq. post Imolam, Caputaq. quod hæc permutatio simplex fieri debet, non autem reciproca, triangularis, aut quadriangularis, verbi gratiâ si ego resigno unum beneficium in favorem Joannis, ut ipse Joannes resignet suum beneficium non in favorē mei, sed in favorem alterius. Ratio est, quia præterquam hæc renuntiatio fit in favorem, continet actum resignationis reciprocæ, quod omninò extra casum permutationis est jure prohibitum, ex cap. *quæsitum*, de rerum permut. ecce reciproca. Idem dicendum esse de triangulari, patet, verbi gratiâ, quis dicat renuncio meo beneficio in favorem Petri, ut Petrus suo cedat in favorem Pauli, & Paulus suum cedat mihi. Ratio est, quia fieri potest, ut Pauli beneficium sit commodius mihi, & Petri beneficiū sit commodius Paulo, & meum Petro. Quo posito tres desiderant præfatam resignationem componere, in quâ permutatione esse simoniam juris humani docet Navarrus in cap. *si quando* de rescriptis except. 4. numer. 1. & in Enchiridio cap. 24. num. 100. §. *secundò quod ubi*, pro câdem sententiâ citat Raimundum, Angelum, & Sylvestrum.

V. Quod ejusmodi permutationes & resignationes sivè triangulares, sivè quadrangulares sint quasi simoniacæ, & inducant pœnas juris si compleantur, patet hac ratione: quia novissimi juris est in spiritualibus omnem pactionem obligantem ad id, quod jure non inest esse illicitam & simoniacam ut clarè innuit cap. fin. de pactis, ubi dicitur. *In spiritualibus omnis pactio, omnisq; conventio debent omninò cessare.* & cap. *tua nos*, de simonia, & 1. quæst. cap. *quàm pio*, & alibi sæpè. Sed in permutatione

permutatione triangulari est pactio obligans ad id quod jure non est. Quippè primus obligat tertium, ut resignet in favorem tertii, & secundus obligat tertium ut resignet in favorem primi. Igitur ejusmodi permutationes & resignationes nullo colore possunt defendi. Consule Flaminium lib. 14. quæst. 7. Quæ permutatio seu resignatio fieri potest coram Sede Apostolicâ, quia continet tantùm simoniam juris humani, quam auctoritas Sedis Apostolicæ solvit, coram Episcopo hæc permutatio fieri nequit. Potest tamen duplex alia permutatio coram ipso facta ad eundem terminum pervenire. Ut si permutem simpliciter cum Petro, & habitum beneficium Petri permutem cum Paulo: Sic Paulus habebit beneficium Petri sibi commodum, & ego Pauli, quod commodum mihi, & Petrus meum, quod est ipsi commodum. Epo supra animadvertit non agi de triangulo mathematico, sed beneficiorum permutatorio.

VI. Docent Navarrus consil. 43. num. 4. Ancharanus consil. 279. quod incipit *quæstio proponitur*, Gonzales glossa 14. num. 38. Barbosa part. 3. alleg. 69. num. 14. quod quando beneficia permutata sunt inæqualia potest Episcopus ex officio mandare (cessante pacto) ut recipiens beneficium pinguius solvat aliquam pensionem suo tempore duraturam, ad coæquandos fructus utriusque beneficii permutati. Ratio est, quia quamvis Episcopus regulariter & absque causâ justâ nequeat reservare & imponere pensionem, tamen ex justâ causâ & rationabili id præstare potest secundùm Barbosam part. 3. alleg. 69. num. 15. post Rebuffum de privilegiis scholarium, privileg. 42. Navarrum consil. 15. num. 3. de rebus Ecclesiæ, &c. & consil 4. num. 2. de simoniâ & alios.

VII. Beneficia juris patronatus coram Episcopo permutari vel resignari possunt, modò accedat Patronorum cõsensus, ita Flaminius de resign. benef. libr. 2. quæst. 4. Marius Antoninus variar. resol. lib. 4. Covarruvias pract. cap. 36. num. 9. Ugolinus de potest. Episc. cap. 50. §. 19. Boetius ad cap. *cum olim*, de rerum permut. num. 110. Barbosa supra num. 20. Azorius part. 2. cap. 29. quæst. 6. Prosper de Augustino ad Quarantam verb. *beneficiorum permutationes*, contra Staphylum tit. de mod. & for. impetr. num. 26. prob. 1. de rerum permutat. in 6. 6. Glossa in Clement. 1. de rerum permut. Ratio est, quia patronorum interest, ut videant nè habeant rectorem sibi odiosum, & non acceptum. Undè cum de eorum præjudicio tractetur, sequitur illos esse necessariò vocandos, eorumque consensum requiri per reg. *quod omnes tangit*. de regul. juris in 6. Quod si patroni fuerint peremptoriè vocati, dato eis termino ad comparendum cum expressione causæ, & ipsi infra terminum præfixum non comparuerint ad contradicendum permutationi: tunc subsecutâ institutione ordinarii non audientur ulterius, nec poterunt se opponere etiam infra residuum temporis dati ad præsentandum. Quod si comparaverint declarantes se nolle consentire permutationi, & velle alium præsentare, tunc quamvis non præsentaverint infra tempus præfixũ in edicto per Episcopum apposito, poterunt tamen uti beneficio temporis legalis usque ad finem quadrimestris per regulam juris in 6. & rationem. Quia hoc tempus datum patronis ad præsentandum, est pœnæ inductivum, cùm eo elapso amittant pro illâ vice jus præsentandi, ita Prosper de Augustino supra limitat. Poterit Ordinarius patronum compellere ad consentiendum scilicet urgente necessitate, & utilitate Ecclesiæ, sivè populi, ita Prosper de Augustino. Ratio est, quia cum hæc permutatio fit de justitia poterit Episcopus disponere de beneficio patronali, aliter quam ejus natura exigit, ipsisque patronis invitis. Quod intellige procedere duobus modis primò, ut ad hoc non sufficiat quæhber simplex necessitas, vel utilitas Ecclesiæ, sed talis cui sine ulla permutatione aliter providere non posset. Idque in duobus tantùm casibus accidere posse ait Lambertinus tract. de jure patronatus

primò

primò quando persona præposita ad Ecclesiam patronatam per permutationem esset talis, sine quâ plebs pateretur in conscientiâ, eo quod in illâ parochiâ essent hæretici, & non reperiretur alter Rector Theologus, qui plebi consulere posset. Alter casus quando bona Ecclesiæ occuparentur ab aliquo potente, cum quo nemo se prævalere posset pro illis recuperandis, nisi persona illa præposita, & alias. Secundum enim esset destruere gratiam à jure patronis factâ, ut in hoc jure sustineantur, quo per hanc viam sæpè fraudari possit. Covarruvias lib. pract. qq. cap. 36. Caulam Ecclesiæ necessitatis & Ecclesiæ utilitatis non ita strictè exigit, sed ufficit (inquit) quod constet talem permutationem factam fuisse in magnam Ecclesiæ utilitatem. Secundò intellige, procedere nisi patroni allegarent aliam causam rationabilem prævalentem necessitati & utilitati Ecclesiæ, & in permutatione, quæ fit ex gratiâ & favore iptorum permutantium, tenet Ægidius de Bellamera tract. de benef. per permut. part. 4. decis. 87. & 181. simplicem & voluntariam patroni cõtradictionem valere ad eam impediendam. Sed hæc ultima Bellarmetæ mens parùm placet iis, qui zelo domus Dei incensi sunt. Ratio est, quia existimant animarum salutem, fidei propagationem, Ecclesiæ tanctimoniam esse præterendam juri particulari patroni. Deindè si collator promovens indignum & incapacem privatur eâ vice conferendi potestate ex cap. *cum in cunctis*, §. *clericis*, & alibi, à fortiori patronus in hoc negotio. Imò Clericum posse compelli ab Episcopo, ut permutet beneficium docet Azorius part. 2. lib. 7. cap. 30. quæst. 5. Ratio est, quia Clerici non suscipiunt ordines in Ecclesiâ, nisi propter Ecclesiæ utilitatem, cap. *quæris*, de ætat. & qualit. Quod si Ecclesiæ utilitas vel necessitas non urgeat cõpelli non potest. Eâdem ratione posse aliquem compelli ut Episcopatum suscipiat colligitur ex cap. *displicet*, 22. quæst. 4. cap. 1. *in scripturis*, octava quæst 1. cap. *ante omnia* dist. 4. Idem tradit Innocentius cap. *nisi cum pridè*, de renunciat. quod fieri si potest unus sit inutilis Ecclesiæ, alter verò utilis.

VIII. Porrò forma permutationis faciendæ coram Episcopo seu ordinario, hæc est. Primò permutaturi debent ab Episcopo seu ejus Vicario examinari, accipe verba Concilii Tridentini sess. 24. cap. 18. *Omnes qui descripti fuerint examinentur ab Episcopo, sive eo impedito, ab ejus Vicario generali, atque ab aliis examinatoribus non pauciori-bus quàm tribus.* 30. Januarii 1596. decisum fuit in permutationibus Ecclesiarum non requiri examen, si tamen adsit aliqua inæqualitas muneri parochianorum, vel permutantes non fuissent examinati eo tempore, quo parochiales adeptæ sunt, tunc eos examinandos esse, sed absque cõcursu. Itemque si fiat permutatio cum beneficio simplici examen erit necessarium, sed absque concursu. Secundò, permutatio debet regulariter fieri ex causâ, ita Aloysius Riccius in decis. part. 1. decis. 37. Barbosa part. 3. alleg. 69. num. 51. Probatur ex cap. *quæsitum*, de rerum permut. Ratio est quia ad permutationem justa causa requiritur, quam Episcopus examinare & recognoscere debet, Barbosa, & Riccius num. 3. notant quod sufficiat ex parte unius adesse Ecclesiæ utilitatem; & num. 4. idem Riccius ait, quod in dubio præsumitur permutationem factam ab Ordinario esse justam, quando enuntiat adhibuisse causæ cognitionem. Tertiò, permutatio fieri debet idoneis repertis, ita Barbosa supr. §4. Litteræ permutationis expediri debent, S. Gregorius XIII. in bullâ quæ incipit, *Humano vix judicio*, priusquàm possessio accipiatur, fieri debet publicatio de hac permutatione in Ecclesiis permutatis vel in eorum cœmiteriis 6. in possessionem mittantur prævia professione fidei. Cæterùm dum expeditur permutatio possunt administrare in Ecclesiis quas permutarunt, ita Flamin. jus lib. 1. quæst. 7. sept. num. 9. Barbosa supra num. 51. Trulench. in exposit. decalogi lib. 1. cap. 8. dub. 4. Ratio est quia retinet adhuc possessionem. Quod si accidat beneficium permutatione collatum evinci, potent

ille permutatione etiã factâ redire ad beneficiũ resignatũ seu permutatũ auctoritate Epsc. vel alterius superioris.

IX. Si duo resignent sua beneficia coram Ordinario, vel alio superiore ex causâ permutationis, & factâ collatione uni alter decedat ante factam sibi collationem, superstes non habet regressum ad beneficiũ à se dimissum, ita Gonzales ad regul. 8. Cancell. glosa 15. §. 2. Ratio est, quia quoad eum permutatio habuit suum effectum. Superstes, cui fuit collatum beneficium à compermutante resignatum potest utrumque retinere illo decedente, priusquam suum resignaret, si tamen sit capax utriusque, ita Azorius part. 2. lib. 7. cap. 29. Lessius de justitia lib. 2. cap. 34. Barbosa supra num. 52. Ratio est, quia beneficia ob permutationem dimissa solis permutantibus conferri debent cap. 1. de rerum permut. & Clement. 1. eodem tit. & per superstitem non steterit, quin commutatio perficeretur.

X. Quando permutatio facta est, & ab Episcopo vel alio legitimo admissa, omnis possessio tam naturalis, quàm civilis censetur amissa, ita Rota decis. 92 Seraphinus decis 796 Puteus decis. 523. lib. 2. & decis. 158. lib. 3. Mohedanus decis. 6. alias 237. Crescentius decis. 2. alias 64. de causâ possess. Barbosa supra num 55. & ideò per illam inducitur vacatio, ut fructus à die resignationis purè & simpliciter factę usque ad diem possessionis captæ per novum provisum spectent ad Cameram, ita Flaminius de resign. benef. lib. 1. quæst 6. num. 15. & 17.

XI. Quod si resignatio fiat coram Sanctissimo, non amittitur possessio, nisi postquam resignatio est perfectè quęsita, ita Gregorius XV. decis. 138. num. 5. & 6. decis. 159. Rota decis. 92. part. 1. recent. & decis. 111. etiam recent. Puteus decis. 523. lib. 2. & decis. 158. Barbosa supra num. 56. Seraphinus decis. 796. Flaminius supra lib. 1. quæst. 4. num. 64. & 74. Coccius decis. 358. numer. 5. Nicolaus Garcias de benef. part. 6. cap. 2.

XII. Potest Episcopus vel alius superior permittere permutationem eâ conditione, ut alter permutantium, solvat debita, quibus est oneratum, ita Federicus quæst. 39. & Andræas Gambara part. 2. num. 150. existimantes id fieri posse. Ratio est quia conditiones quæ tacitè insunt in pactum deduci queunt cap. *significatum*, de præbend. & cap *significasti*, de elect. Item expressio eorum, quæ tacitè insunt nihil operatur, l. *conditiones, quæ intrinsecùs*, ff. de condit. & demonstrat: Nihilominus dicunt talem conditionem non esse exprimendam. Ratio est, quia omnis renunciatio beneficii fieri debet absque ullo pacto, cap. ult. de pactis. Sic etiam sensit Joannes Andræas in addit. ad speculatorem rub. de rerum permutat. Azorius part. 2. lib. 7. cap. 29. quæst. 31. judicat in foro conscientiæ posse permutari, si beneficiarius æs alienum contraxerit nomine Ecclesiæ, cui præest, aut si æs alienum fuerit in rem Ecclesiæ conversum, tunc enim tale onus incumbit ipsi beneficio, ac proindè in pactum deduci potest absque ullâ labe Simoniæ. Non sic autem cùm beneficiarius contraxit æs alienum suo, non Ecclesiæ nomine, vel si convertit in suam rem. Idem judicandum est de impensis, quas quis fecit ex suo in beneficio.

XIII. Nulla simonia contrahitur si Episcopus vel alius arbiter delegatus designet parti litigantis præstationem merè temporalem, ut à lite beneficiaria recedat, non quidem tanquam in compensationem dubii juris, quod pars illa ad beneficium habet, quippè cùm illud sit spirituale, ideoque pretio temporali absque labe simoniæ non redimatur: sed aliis de causis seu titulis ejusmodi temporale adjudicari potest parti, quæ à lite beneficiaria recedit, scilicet in compensationem laborum & expensarum, quas in litigando frustra faceret, vel ad necessariam sustentationem personæ, quæ à jure & actione desistit, ac denique in bonum pacis & concordiæ, quæ ipsi etiam transigenti utilis est, & ideò pretio æstimabilis, ita post Abbatem cap. 2. de arbitris num. 10. Suarem de simonia cap. 51. Layman lib. 4. tract. 10. cap. ult. §. *de simonia, quæ committitur in benef. Eccles.* num. 59.

Imperator

XIV. Imperator Romanorum juri ac potestati Sedis Apostolicæ, vel Episcoporum non derogat, dum in qualibet Ecclesia semel preces primarias offert ita Thomas Campegius de reservat. benef. num. 3. Layman lib. 4. tract. 2. cap. 11. Ratio est, quia hoc est ex privilegio Apostolico & antiquissima consuetudine, ita tamen ut preces illæ in qualibet Ecclesia debeant admitti, ad hoc ut beneficium in illa vacans, vel proximè vacaturum personæ ab ipso Imperatore nominatæ conferatur, quæ & ipsa species reservationis est ex pontificio indulto.

## CAPUT XVIII.

### *Episcopalis potestas circa Jurispatronatus acquisitionem.*

I. SUppono titulum jurispatronatus acquiri tam per laicos, quàm Ecclesiasticos tribus præcipuè modis, scilicet, fundatione, constructione, & dotatione, ita Glossa 1. verbo *efficitur autem*, in cap. *piæ mentis*, 17. quæst. 7. Filliucius tractat. 41. de beneficiis cap. 2. num. 55. Gonzales ad regul. 8. Cancell. Glossa 8. & seq. Ugolinus de potest. Episcop. cap. 51. Franciscus Leo in thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 6. Joannes Antonius Massob. in suâ praxi habendi concursum prælud. 7. dubio 6. Lotterius de re benef. lib. 2. quæst. 8. Castro Palao in opere morali tomo 2. tract. 13. disput. 2. puncto 1. Rota in Maceratensi benefic. die 5. Junii 1610. apud Farinacium decis. 311. num. 1. part. 2. Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. *juspatronatus*, Nicolaus Garcias de beneficiis part. 5. cap. 9. Julianus Vivianus in praxi juspatronatus, num. 2. & seq. Cardosius in praxi judic. verb. *juspatronatus*, num. 2. & seq. Camillus Borellus in summâ omnium decis. tit. 32. num. 1. Lambertinus de jurepatronatus part. 1. lib. 1. quæst. 2. art. 2. Barbosa part. 3. alleg. 70. numer. 1. Paulus de Citandinis tract. de jurepatron. part. 3. Rochus verb. *Ecclesiam fundavit*, & verb. *construxit*, præcipuè quæst. 4. Fuschus de visitat. lib. 2. cap. 10. Flaminius de resignat. lib. 4. quæst. 4. Perez lib. 1. tit. 6. lib. 1. ordin. Eum autem fundatorem, qui assignat fundum, ubi Ecclesia debet construi, ut patet ex cap. *nobis*, & Doctoribus de jurepatronatus, Viviano in praxi jurispatronatus part. 1. lib. 1. cap. 1. Barbosa supra num. 2. Eum constructorem dici, qui expensas facit pro constructione Ecclesiæ, vel qui operam suam gratis impendit, ita Cardinalis in cap. *nobis*, num. 6. 8. & 9. Vivianus supra num. 41. Non verò reparatorem seu refectorem, nisi de novo construat funditus, ita glossa 1. in cap. *de jure patron.* Seraphinus Rotæ decis. 97. Stephanus Gratianus discept. foren. cap. 177. Marcus Anton. Massob. prælud. 7. dubio 22. Vivianus citatus numer. 44. Castro-Palao num. 2. Zerola in praxi Episcop. verb. *jurispatronatus*, Aloysius in praxi rerum fori Eccles. resol. 123. vers. *declaratur sextò*, Menochius consil. 90. & 336. Lambertinus lib. 1. part. 1. quæst. 6. art. 5. Rota Romana decis. 598. num. 1. & 2. part. 1. & decis. 269. part. 2. Azorius part. 2. lib. 6. cap. 11. quæst. 10. Imò & illam perficiat, Vivianus part. 1 lib. 2. cap. 3. Nicolaus Garcias de benef. part. 5. cap. 9. Zechius de benef. cap. 11. Lambertinus part. 1. quæst. 4. art. 1. Barbosa supra num. 8. Suppono item eum dici dotare, ut titulom patroni accipiat, qui dotat Ecclesiam fundatam & constructam absque dote & assignat dotem quæ sufficiat ad sustentationem ministrorum & luminarium, ita Abbas in cap. *cum sicut*, numer. 5. de consecrat. glossa verbo *Clerum*, in cap. *ut quisque*, de vita & honest. cleric. Vivianus supra num. 55. Rochus de jure patronatus, verb. *& dotavit*, num. 15. Rota decis. 568. Undè si quis secundum judicium Episcopi insufficienter dotaverit, non acquiret juspatronatus, sed dicetur benefactor, Glossa cap. *quicumque* lib. 2. cap. 16. quæst. 7. Abbas rub. de jure patronat. & cap. 3. de Eccles. ædifican. Aloysius Riccius in praxi resol. 123. vers. *declaratur*, Armendariz in addit. ad recopil. leg. Navarræ lib. 4. tit. 30. lib. 1. de jurepatron. num. 30

Seraphinus decis. 1130. num. 1. Lambertinus lib. 1. part. 1. quæst. 6. art. 1 Castro-Palao puncto 2. Vivianus lib. 2. cap. 4. num. 27. Nicolaus cap. 9. Lambertinus lib. 1. part. 1. quæst. 5. Gregorius Lopez lib. 1. glossa 3. & 5. tit. 15. part. 1. Rochus verb. *& dotavit*, quæst. 7. & 8. Barbosa supra numer. 11. Rota decis. 167. numer. 3. part. 3.

II. Vt dotans acquirat juspatronatus debet protestari coram Episcopo se dare nomine dotis, & Episcopi erit judicare an interfit hoc Ecclesiæ, necnè & an dos sit sufficiens, ita Ugolinus cap. 51. numer. 6. vers. *secundo*, Barbosa supra num. 12. Quod si in rei veritate dos assignata non sit congrua, & Episcopus non consentiat, tunc dotans non fit patronus, quia ut acquiratur juspatronatus debet intervenire auctoritas & consensus Episcopi, ita cap. *nobis*, & Doctores ibi de jure patron. Rota divers. decis. 222. & 223. part. 1. & decis. 85. part. 2. divers. littera I. conclus. 600. Nicolaus cap. 9. num. 71. Vivianus part. 1. lib. 1. cap. 1. Aloysius Riccius resol. 123. Fuschus cap. 10. Zerola §. 2, Perez. lib. 1. quæst. 3. Gigas consil. 52. vers. *secus dantem* Azorius part. 2. lib. 6. cap. 19. quæst. 7. Castro Palao sup. num. 8. affert rationem cur absque auctoritate superioris seu Episcopi Ecclesia nequeat ædificari, vel subjici servit. Quod autem consensus non requiratur ante, sed sufficit ut post factum accedat, decidit Rota decis. ult. num. 4. de jure patronat. apud Durandum decis. 407. part. 2. & decis. 415. Calderinus consil. 5. de jure patron. Rochus verb. *pro eo*, quæst. 4. Castro-Palao disp. 2. puncto 2. vers. *hic consensus*, Barbosa part. 3. allegat. 70. num. 21, Imò sufficere, quod post obitum donantis consensus Episcopi interveniat, resolvit Rota in Aquen. juris patron. 7. Novembris 1601. Referunt Aloysius Riccius supra resolut. 123 Nicolaus Garcias part. 12. cap. 2. Amplat Ferentilius ad decis. 702. etiam post obitum donantis, seu testatoris lite pendente super ea, an beneficium sit de jure patronatus, ubi detectus resultat ex isto consensu quando nemini infertur præjudicium statuit Rota in Picent. juris patronat. 23. Martii 1611. apud Farinacium decis. 337. num. 7. part. 2. ubi pronuntiatum fuit, quod si post donationem factam, priusquam Episcopus consenserit beneficium vacet, debet in eo institui is, qui fuit à donante, & non à donatario præsentatus. Quod supra dixi sufficere consensum, seu confirmationem Episcopi, intervenire post factum intellige, modò ante ejusmodi consensum transferentem, seu donantem non pœniteat juris patronatus, vel donationem non revocaverit, vel alteri donarit, ita Sanchez consil. moral lib. 2. cap. 3. disp. 76. Lambertinus de jure patron. part. 2. lib. 1 quæst. 1. art. 19. Rochus eodem tract. verb. *ipse*, vel *is*, num. 36, quæst. 19. & sic decidit Rota decisuit. de jure patron. Ratio est, quia tunc nequit Episcopus consentire in præjudicium transferentis vel donantis, seu alterius, qui medio tempore jus acquisivit.

III. Consensus ille dandus est ab Episcopo illius loci, in quo fundatur Ecclesia, ut docet Barbosa de officio & potest. Episc. part. 3. alleg. 70. num. 23. post Cardinalem in cap. *nobis*, Castro-Palao disp. 2. puncto 2. Rochum verb. *pro eo quod*, Zerolam in praxi Epis. verb. *juspatronatus*, §. 5. Lambertinum. quæst. 2. Vivianum part. 1. lib. 1. cap. 1. & lib. 2. cap. 1. Sivè patronus, seu fundator sit Clericus, sivè laicus semper præfati Episcopi consensus requiritur, ita Barbosa supra num. 24, Vivianus lib. 2. cap. 1. num. 13. Lambertinus quæst. 2. art. 10. Quod si Diœcesanus consentire noluerit, poterit compelli auctoritate Archiepiscopi, vel Primatis, ut docent Abbas consil. 59. vers. *tertio principaliter considero*, Cardinalis in cap. *nobis*, quæst. 6. Vivianus lib. 2, cap. 1. Lambertinus quæst. 2. 16. & 17. Barbosa supra num. 26. Azorius part. 2. lib. 9. cap. 3. quæst. 10. Episcopum posse cogere fundatorem ut per publicum instrumentum dotem assignet colligitur ex cap. *cum sicut*, de cõsecrat. Ecclesiæ vel Altaris. Cui subscribunt Lambertinus lib. 1. part. 1. quæst. 5.

quæst. 5. art. §10. Barbosa loco citato num. 19. Imò etiam in ejusmodi dotis assignatione requiri consensum Episcopi sicut in fundatione & constructione scribunt Joannes Andræas in cap. *nobis*, Lambertinus art. 11. Barbosa supra asserentes quod Diœcesanus debeat qualitates dotantis exquirere, an dos constituenda sit congrua & sufficiens, aliàs donans non acquiret jus patronatus, sed dos liberè Ecclesiæ remanebit. Lambertinus addit quod si Episcopus consenserit donationi dictæ dotis insufficientis possit à donatore peti supplementum per Episcopum, hic non intelligitur Vicarius Generalis nisi habeat speciale mandatum, ita Durandus decis. 407. num. 7. & decis. 415. num. 3, part. 2. Mantica decis. 85. Barbosa part. 3, alleg. 54. num. 74. & alleg. 70. num. 33. Rota decis. 576. num. 1. part, 1. & decis. 337. Gregorius decis. §420. Per Episcopum intelligi Capitulum sede vacante posse dare licentiam ædificandi Ecclesiam, & acquirendi jus patronatus decidunt Lambertinus supra art. 9. Nicolaus Garcias cap. 9. Vivianus part. 1, lib. 2. cap. 1. Joannes Franciscus Pavinus de potestate Capituli Sede vacante part. 5. quæst. 2. Barbosa supra num. 32.

IV. Postquam accessit auctoritas Episcopi in erectione Ecclesiæ seu Capellæ, & earum donatione efficitur beneficium Ecclesiasticum, ut post Guidonem Papæ docet Ripa in cap. *decernimus*, num. 69. vers. *in isto puncto*, de judic. Barbosa supra num. 37. Lotterius tractat. de jure benef. lib. 1. quæst. 5. Ratio est, quia dum intervenit consensus Episcopi erigitur beneficium Ecclesiasticum, Glossa 1. vers. *in dic contra*, in Clement. 2. de decimis, Guido Papæ decis. 187. num. 1. Lotterius quæst. 5. ita ut quamdiu non accesserit Episcopi auctoritas, non censeri debet beneficium, nec jus patronatus fundatori competit, sed res manet suspensa, ita Rota decis. 361. Felinus in cap. *ex parte*, lib. 2. num. 2. de rescript. & alii. Sed si relictum sit pro missis celebrandis, vel anniversario faciendo dicitur simpliciter pium legatum, vel pia donatio, ita Rebuffus in praxi tit. *quare sunt instituti. benef.* Lotterius quæst. 5. Barbosa num. 37. Subdit Lotterius num. 57, Quod beneficium ante approbationem Episcopi potest laicus conferre per modum simplicis deputationis sacerdotis, & num. 59 & 69. adjicit, quod Cappellaniæ cum onere celebrationis missarum constitutæ absque auctoritate Episcopi censentur laicales, ac possunt ad eas merè laici præsentari.

V. Ex quibus patet Episcopi esse in fundationis limine examinare locum erectionis, dotis congruentiam, & futurum regimen, ita Barbosa supra num. 38. post Calderinum consil. ult. vers. *& ratio, quæ de jure patronatus*, Lotterius lib. 1. quæst. 32. numer. 5. Nonnulli sufficere consilium contendunt Episcopi, vel petitionem consensus, sed melius existimant Barbosa jam citatus, Lambertinus de jure patron. lib. 1. part. 1. quæst. 9. art. 2. expressũ consensum requiri. Ratio est quia cum debeat Episcopus omnia studiosè & diligenter examinare circa congruentiam dotis, Lambertinus lib. 1. part. 1. quæst. 5. artic. 11. Rota decis. 521. Lotterius quæst. 32. sequitur debere adhiberi consensum expressum Episcopi. Undè Abbas cap. *significatum*, 11. num. 5, vers. *ex prædictis*, de præbendis. Scripsit practicam instituendi beneficium, secundùm quam fundator potest ordinare pro ut judicabit, & postea illum ordinem porrigere Episcopo, ex quo Episcopus possit instituere beneficiũ, & apponere illa onera & modos, quos legitimos arbitrabitur. Quod si Episcopus nolit consentire absque legitimâ causâ clausulis per fundatorem porrectis, poterit fundator recurrere ad Archiepiscopum vel Primatem, qui eum cogat ad consentiendum, quod si pertinaciter renuat, sufficiet Archiepiscopi consensus, ut docent Lambertinus supra num. 112. Lotterius citatus quæst. 32. Barbosa num. 39. Ratio est quia (inquiunt Ancharanus consil. 129. num. 1, vers. *præterea quilibet*, Barbosa citatus) in condendis ejusmodi legibus in favorem Ecclesiæ, plurimùm defertur volun-

tati fundatorum, ut illi alliciantur, & non retrahantur à fundationibus. Poterit Episcopus, vel alius superior leges per fundatorem sibi porrectas reiicere, quæ vel naturâ sunt impossibiles, vel turpes, vel contra substantiã beneficii, vel contra prohibitionem perpetuam legum improbantium illius leges; ita decisum fuisse in Romanâ juriſpatronatus 31. Maii 1613. refert Barbosa supra num. 40. Patrono quadruplex jus in Ecclesia competit ex glossâ cap. *nobis*, de jure patronatus, ut patet ex his versibus.

*Patrono debetur honos, onus, emolumentum,*
*Præsentet, præsit, defendat, alatur egenus.*

Idest, patronus juriſpatronatus habet in Ecclesiâ honorem, quia habet jus nominandi, & præsentandi clericum ad beneficium obtinendum. Secundò præcipuum in Ecclesiâ locum obtinet in sedendo, in supplicationibus, ac publicis conventibus, eique primo omnium pacis osculum datur, & interdum aliquod donum offertur. Tertiò habet onus, quia ipsius est Ecclesiam protegere, dotem & bona ipsius Ecclesiæ tueri. Quartò, si fortè ipse aut proles ejus ad extremam inopiam & egestatem redigantur, debent bonis Ecclesiæ à se fundatæ sublevari ac sustentari, ex cap. *quicumque*, 16. quæst. 7. cap. *nobis*, de jure patronatus. In quo consistat iste honor patrono debitus, & eidem alimentorum administratio refert Azorius part. 2. lib. 6. cap. 20. quæst. 2. & 3.

## CAPUT XVIII.

### *Potestas Episcopi circa translationem Juriſpatronatus.*

I. POsse fieri translationem juriſpatronatus docet glossa in cap. *pia mentis*, 16. quæst. 7. præcipuè quatuor modis, eadem Glossa, Cardinalis Tuschus litter. 1. concluſ. 613. num. 17. Zechius de benefic. & pensionibus cap. 12. num. 15. Barbosa part. 3. alleg 71. num. 1. Azorius institut. moral. part. 2. lib. 6. cap. 20. quæst. 4. Castro-Palao in opere morali tomo 2. tract. 13. disp. 2. puncto 4. Vivianus in praxi juriſpatronatus. lib. 4. cap. 1. Scilicet successione, cap. *considerandum*, 16. quæst. 7. Donatione, cap. *ex insinuatione*, de jure patronatus. Permutatione, cap. *nemini*, 16. quæst. 7. Venditione & universitate bonorum, in quâ sit juspatronatus, cap. *sæculum*, & ibi glossa verb. *Emptorum*, de jure patronat. Dicitur transferri successione, quando cum verâ universitate devolvitur hæreditate in quâ quis succedit, tunc enim transfertur accessoriè, ita Cardinalis Tuschus lib. 1. concluſ. 612. Cardinalis Mantica Rotæ decis. 140. Castro-Palao disp. 2. puncto 4. Barbosa alleg. 71. num. 2. qui plura ad hoc intentum refert.

In aliis autem casibus in quibus juſ- II.
patronatus transfertur per se, vel inter vivos ex contractu vel donatione distinguendum est. Vel translatio fit in Ecclesiam, vel locum religiosum, vel in laicum. Si fiat in Ecclesiam, aut locum religiosum valet translatio juriſpatronatus etiam absque consensu Episcopi, cap. *illud*, de jure patron. cap. *unico*, Durandus decis. 463. num. 3. part. 2. Molinus de primog. lib. 1. cap. 23. num. 13. Barbosa allegat. 71. num. 11. Sanchez consil. moral. libr. cap. 3. disp. 76. Gregorius Lopez lib. 8. verb. *Otorganiensi*, tit. 15. part. 1. Spino consil. 26. Vivianus lib. 4. cap. 1. Stepanus Gratianus discept. foren. cap. 177. Suarez lib. 4. de simoniâ, cap. 28. num. 15. Ad translationem autem juriſpatronatus in laicum prærequiritur consensus Episcopi ex cap. *unico*, Barbosa num. 11. Imò etiam si fiat in laicum proprio nomine necessarium esse consensum Episcopi docet Abbas cap. *cum secundum*, num. 6. cap. *illud*, num. 4. de jurepatronatus, Vivianus part. 1. lib. 4. cap. 1. Barbosa num. 12. Ratio prima, quare translatio facta clerico vel laico recipienti proprio nomine requirat consensum Episcopi, hæc est ut Episcopus seu Ordinarius advertat an non intervenerit aliqua simonia, ita Abbas cap. *illud*. Secunda, quia sicut in fundatione reservatur juspatronatus cum

dicto

dicto consensu ex gratiâ, & sic laicus fit capax juspatronatus: sic in translatione per dictum consensum inducitur præfata capacitas in eum, in quem fit translatio. Vivianus part. 1. lib. 4. cap 1. num. 6. Barbosa num. 13. quod fieri debeat consentiente Episcopo Diœcesano, patet ex cap. *cura*, de jure patron. num. 18. Barbosa num. 17.

II. Si juspatronatus donatio fiat de laico in laicum debet necessariò interveuire contentus Episcopi, ita Rota apud Farinacium decis. 257. Mantica decis 80. Rochus de jure patron. verb. *pro eo*, Lambertinus in simili tract. lib. 1. part. 2. quæst. 1. art 2. num. 3. & art. 4. per totum Ciarlinus controvers. fori lib. 1. cap. 107. Seraphinus decis 884. num. 1. Borellus tit. 32. numer. 3. Caputaq. decis. 131. num. 3. part 2 Quod si etiam juspatronatus transferatur ab Ecclesia in Ecclesiam dictus consensus requiritur, ita cap *sine except.* quæst. 2. Barbosa num. 27. Quando etiam unus patronus alter patrono jus suum cedit, remittit, renunciat, congruum est, imò rutum Episcopi consensum adhibere, ita Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. *juspatronatus*, §. 2. vers. *secundum dubium*, Hostiensis, Joannes Andræas. Panormitanus, Curtius, & alii in cap. *ex insinuatione*, de jure patronatus, quos citat Lambertinus lib. de jure patron. part. 2. quæst. 2. art. 12. Ratio est, quia remittere jus, quod quis habet, idem est ac donare, cap. *veniens de testim.*, sed ad dandum laico juspatronatus requiritur assensus Episcopi; igitur & ad remittendum. Secundò, non tantum requiritur assensus Episcopi nè juspatronatus transeat ad hominem Ecclesiæ ignotum, invisum, vel suspectum: sed etiam ut omnis fraudis occasio auferatur. Sæpè enim facta est emptio, & simulata donatio. Imò compatronos posse inter se conventiones, permutationes, donationes, & cessiones facere Episcopo annuente, patet ex Clement. 2. de jure patron. & ibi Glossa verb. *liberè*, Rotà in Lucanâ juspatronatus, 18. Julii 1623 Gonzales ad reg. 8. Cancell. glossa 45. num. 38. Marco Antonio Peregrino consil. 87. numer. 6. Achille decis. 10. de jure patronat. Caputaq. decis. 284 part. 1. & decis. 131. part. 2 Barbosa part. 2. alleg. 71. num. 30. Zerola supra ait etiam non posse fieri donationem compatrono absque consensu Episcopi.

IV. Si juspatronatus de uno in alium transeat per permutationem, verbi gratiâ in laicum transferatur requiritur consensus Episcopi, secus verò si in Ecclesiam aut clericum nomine Ecclesiæ, ita Moneta de commutat. ultim. volunt. cap. 11. Vivianus part. 2. lib. 4. cap. 3. Rochus de jurepatronatus, verb. *ipse, vel is à quo*, 16. num. 28. Barbosa supra numer. 31. Azorius part. 2. lib. 6. cap. 20. quæst. 6. Qui quidem consensus ab Episcopo præstandus in hâc permutatione, vel donatione, potest per interitum permutantis, vel donantis concedi, & eo tempore impetratus est adeò validus, quod præsentatus postea à donatario præferatur præsentato ab hærede donantis, ita Campanile in diversorio juris rub 11. cap. 13. Puteus decis. 16. numer. 2. lib 2. Andræas Gail in repetit. cap. fin. de elect. in 6. Notat Azorius suprà cùm patronatus sit jus quoddam rei spirituali conjunctum non posse commutari cum re, vel jure temporali, hoc est rei spirituali annexo, & probat ex cap. ultim. & cap. *ad quæstiones*, de rerum permutat.

V. Quando juspatronatus de uno in alium per venditionem veræ universitatis, cui inseparabiliter adhæret, transfertur, & cum villâ, vel castro dato transit in dotem: vel sequæstrato villâ vel castro cui annectitur juspatronatus, & durante sequestro vacaverit beneficium, sequester ad illud eligat, vel præsentet. Denique præscriptâ & confiscatâ villâ, seu universitate etiam præscribitur juspatronatus, ut fusè probat Barbosa de officio & potest. Episc. part. 3. alleg. 71. num. 33. & seq. & alii ab eo citati. An requiratur consensus Episcopi, vide textum in cap. *extitterit*, in cap. *cùm seculum*, & ibi Abbatem de jurepatron. Monetam de commut. ultim. volunt. cap. 11.

CAPUT

## CAPUT XIX.

### *Episcopalis potestas circa institutionem præsentatorum à Patronis.*

I. SUppono beneficium propriè vacare, primò per mortem Rectoris, ita cap. *suscepimus*, de rescriptis in 6. Nicolaus Garcias de benef. p. 1. 11. cap. 2. Gonzales ad reg. 8. Cancell. glossa 15. num. 3. Barbosa supra allég. 72. num. 7. Alphonsus de Leone tract de offic. Capel. quæst. 4. praxi 1. num. 54 Secundò, vacare per renunciationem, per quam amittitur omne jus competens in beneficio proprietas, titulus, & possessio, ita Nicolaus Garcias part. 1. cap. 3. Vivianus in praxi jurispatron. part. 2. lib. 6 cap. 6, Hieronymus Gabriel consil. 192. lib 1. Flaminius de resignat. lib. 1. quæst. 5. Barbosa proximè citatus num. 9. Licet renunciatio fiat ex causâ permutationis, Nicolaus Garcias part. 11, cap. 4. Alphonsus de Leone quæst 4 praxi 1. Tertio vacare si rector Ecclesiæ vel beneficii privetur ob delictum, Nicolaus Garcias part. 11. cap. 10. Joannes Corrasius tractat. de beneficiis part. 11. cap. 10. Selva eodem tit. part. 3. quæst. 2. & 3. verbi causâ amittitur beneficiû privatione seu depositione, quæ propter crimen graveimponitur, verbi gratiâ homicidium, perjurium, simoniam. Quartò, suppono vacare beneficium per adeptionem secundi incompatibilis cum primo, ita ut patroni possint præsentare, cap. *de multa*, de præbend. cap. *si beneficia*, de præbend. lib. 6 cap. *ut quis duas*, de elect. in 6. Quando autem vacet beneficium primum per assecutionem secundi incompatibilis, differit Hojeda de incompatib. benef. cap. 15. & seq. Lambertinus lib 2. part. 1. quæst. 6 art. 16 Nicolaus Garcias part. 11. cap 5.

II. Quoquo modò prædicto verè & cum effectu vacet beneficium, seu Eccles. vel etiam per promotionē ad Episcopatum, vel ingressum religionis, vel violentam professionem, vel contractum matrimonii, vel lapsum temporis datum ad suscipiendū aliquem ordinem, vel aliter. Ille censetur habere custodiam Ecclesiæ, qui habet jus instituendi, ita glossa pen. in fin. in cap. *cum vos*, de offic. ordin. Quod si patroni sint laici custodia beneficii simplicis spectat ad Episcopum, ex cap. 1 & seq. 10 quæst. 1. Ratio est, quia laici non debent se intromittere in rebus Ecclesiæ; nisi quoad defensionem. Si tamen patroni sint Ecclesiastici custodiam ad eos spectare & per eos œconomum ponendum esse docent innocentius, & alii in cap. unic. *ut Eccles. beneficia*, & in cap. 1. *nè sede vacante*. Quod si Ecclesia parochialis vacet, cujuscumque sit jurispatronatus spectat ad Episcopum, in eâ vicarium idoneum collocare, cum congruâ ejus arbitrio fructuum portionis assignatione, qui onera talis Ecclesiæ sustineat, donec ei de rectore provideatur, ita Jacobus de Grassis in aureis decis. part. 2. lib. 2, cap. 26, num. 28. Aloysius in praxi rerum fori Eccles. decis. 375. Botinglus decis. 11. numer. 53. part. 3. Barbosa supra num. 19. Et colligitur ex Concilio Tridentino session. 24. cap. 18. *Statuit sancta Synodus, ut cum parochialis Ecclesia vacatio, etiamsi cura Ecclesiæ vel Episcopo incumbere dicatur, & per unum vel plures administretur, etiam in Ecclesiis patrimonialibus, seu receptitiis nuncupatis, in quibus consuevit Episcopus uni vel pluribus curam animarum dare, &c. Etiamsi ipsa parochialis Ecclesia reservata, vel affecta fuerit generaliter, vel specialiter, etiam vigore indulti, seu privilegii in favorem S. R. E. Cardinalium, seu Abbatum, vel Capitulorum, debeat Episcopus statim habitâ notitiâ vacationis Ecclesiæ, si opus fuerit, idoneum in ea vicarium cum congruâ, ejus arbitrio fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat; donec ei de rectore provideatur.*

III. Ad beneficium præsentatum debere personaliter exhiberi Episcopo, non autem per litteras vel procuratorem, docet textus *cum & plantare*, §. *de Ecclesiis*, ibi *Episcopo repræsentent*, idest

ideſt ſui præſentiam faciant, l. *maritus*, 15. §. 1. ff. *ad legem Iuliam*. de adult. l. *conſentaneum*, C. *quomodo & quando Iudex*, ibi *at præſentiam ſui faceret*, ideſt ut ſe ſe repræſentent, & alibi, de quibus conſulendus Briſſonius de verb. juris ſignif. verb. *repræſentare*. Undè rectè ait gloſſa verb. *repræſentare*, in Clement. *dudum*, de ſepult. quod repræſentare dicitur, *quis præbetur ſenſibus corporeis*, ex l. *in principio*, ff. de verb. obligat. & recipi ab omnibus refert Tiraquellus de jure mariti, gloſsâ 6. Lambertinus part. 1. lib. 2. quæſt. 11. art. 1. & ſeq. Selva de beneficiis part. 3. quæſt. 6. Undè præſentatio ſolet definiri. *Exhibitio perſonæ per patronum Epiſcopo, vel alteri, ad quem inſtitutio pertinet legitimè facta*, ita poſt Abbatem in cap. *ea noſcitur de his quæ fiunt à prælatis*. Rebuffum in praxi, tit. de præſentat. num. 3. Rochum de jure patron. in principio quæſt. 3. Nicolaum Garciam de benef. part. 4. cap. 1. num. 16. Cardinalem Tuſchum tomo 6. littera P. concluſ. 191. Barboſam allegat. 72. num. 113. Quibus arridet Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. cap. 18. verſ. *quod ſi*, ubi cavetur non eſſe admittendos à patronis præſentatos, niſi prius à locorum ordinariis fuerint examinati, & reperti idonei. Vide Aloyſium Riccium in praxi reſolut. 191. Undè Abbas conſil. 76. num. 2. part. 2. Vivianus in praxi juriſpatron. part. 2. lib. 6. cap. 11. num. 6 & 7. Corraſius de Sacerdotio part. 4. cap. 6. num. 18. Caſtro-Palao in opere morali tomo 2. tract. 13. diſp. 2. puncto 1. cenſent præſentationem de abſente factam non valere, neque ordinarium teneri admittere eum, qui ſe perſonaliter non exhibet. Tamen præfatæ reſolutioni contradicit textus cap. *ea cognoſcitur*, ibi, *per ſe, aut per litteras perſonas idoneas Epiſcopis Diœceſanis præſentent*. Ubi per verbū *per litteras*, notant præſentationem fieri poſſe per epiſtolam, quem ſequuntur communiter Doctores, ut teſtatur Duenas reg. 283. ubi inducit text. in cap. ult. de conceſſ. præbend. dum prohibet cōſtitui procuratorē ad præſentandum in beneficio antequam vacet, & conſequenter à contrario exiſtimat licitum eſſe procuratorem conſtituere ad præſentandū in beneficio jam vacante, favet textus in cap. *accedens*, 24. de præbend. docens, quod abſens per procuratorem poſſit inveſtiri, & conſequenter præſentari. Secundò probatur ex praxi receptiſſimâ ſecundùm quam nunquam aut rarò patroni tempore præſentationis perſonaliter exhibent Epiſcopo præſentatos: ſed præſentati ſe exhibent ordinariis cum inſtrumento præſentationis, qui ſic præſentatum admittunt & inſtituunt. Hujus praxis mentionem facit Gloſſa in Clement. verb. *præſentatos*, de exceſſibus Prælator. quam recipit Lambertinus art. 1. num. 5. Nicolaus Garcias cap. 1. num. 19. Quæ opiniones conciliari poſſint: Primò ſcilicet, quod patronus abſens poſſit per litteras facere præſentationem perſonæ, quæ iſis munita ſe perſonaliter repræſentet Epiſcopo, & ſic intelligi debent cap. *noſcitur*, cap. ult. Clement. 1. verſ. *præſentatus*, Cardinalis Tuſchus littera P. conci. 592. num. 24. & alii Doctores, & ita practicatur. Quoad præſentatum poteſt abſens ab Epiſcopo inſtitui ſi notitiam habeat ejus capacitatis ac idoneitatis, verbi gratiâ, ſi ſciat eſſe Doctorem vel Licentiatum in aliquâ univerſitate ſtudii generalis, ibique theſes publicas publicè ac honorificè ſuſtinuiſſe, hic enim non indiget examine, ita Gloſſa verb. *ignoſa*, in cap. *de Petro*, diſtinct. 47. Et favere videtur Concilium Tridentinū ſeſſ. 7. cap. 13. Innocentius in cap. *in Lateranen.* in fine, de præben. Abbas, Decius, Rochus, & alii apud Cenedo ad Decret. collect. 15. Emmanuel in aphoriſmis verb. *examen*, Ugolinus cap. 51. §. 2. Henriquez in ſummâ libro 10. cap. 18. Aloyſius Riccius in praxi reſol. 139. & 141. Vivianus cap. 12. Barboſa ſupra part. 3. allegat. 73. num. 128. Et ita reſolvit Rota in Valent. beneficii 14. Decembris 1587. & in Salmantinâ Capellan. 17. Junii 1605. Undè concludunt Abbas conſil. 76. Lambertinus art. 3. Tuſchus, & Corraſius ſupra, Nicolaus Garcias poſſe notum abſentem præſentatum

permutatione triangulari est pactio obligans ad id quod jure non est. Quippè primus obligat tertium, ut resignet in favorem tertii, & secundus obligat tertium ut resignet in favorem primi. Igitur ejusmodi permutationes & resignationes nullo colore possunt defendi. Consule Flaminium lib. 14. quæst. 7. Quæ permutatio seu resignatio fieri potest coram Sede Apostolicâ, quia continet tantùm simoniam juris humani, quam auctoritas Sedis Apostolicæ solvit, coram Episcopo hæc permutatio fieri nequit. Potest tamen duplex alia permutatio coram ipso facta ad eundem terminum pervenire. Ut si permutem simpliciter cum Petro, & habitum beneficium Petri permutem cum Paulo: Sic Paulus habebit beneficium Petri sibi commodum, & ego Pauli, quod commodum mihi; & Petrus meum, quod est ipsi commodum. Epo supra animadvertit non agi de triangulo mathematico, sed beneficiorum permutatorio.

VI. Docent Navarrus consil. 43. num. 4. Ancharanus consil. 279. quod incipit *quæstio proponitur*, Gonzales glossa 14. num. 38. Barbosa part. 3. alleg. 69. num. 14. quod quando beneficia permutata sunt inæqualia potest Episcopus ex officio mandare (cessante pacto) ut recipiens beneficium pinguius solvat aliquam pensionem suo tempore duraturam, ad coæquandos fructus utriusque beneficii permutati. Ratio est, quia quamvis Episcopus regulariter & absque causâ justâ nequeat reservare & imponere pensionem, tamen ex justâ causâ & rationabili id præstare potest secundùm Barbosam part. 3. alleg. 69. num. 15. post Rebuffum de privilegiis scholarium, privileg. 42. Navarrum consil. 15. num. 3. de rebus Ecclesiæ, &c. & consil 4. num. 2. de simoniâ & alios.

VII. Beneficia juris patronatus coram Episcopo permutari vel resignari possunt, modò accedat Patronorum cõsensus, ita Flaminius de resign. benef. libr. 2. quæst. 4. Marius Antoninus variar. resol. lib. 4. Covarruvias pract. cap. 36. num. 9. Ugolinus de potest. Episc. cap. 50. §. 19. Boetius ad cap. *cum olim*, de rerum permut. num. 110. Barbosa supra num. 20. Azorius part. 2. cap. 29. quæst. 6. Prosper de Augustino ad Quarantam verb. *beneficiorum permutationes*, contra Staphylum tit. de mod. & for. impetr. num. 26. prob. 1. de rerum permutat. in 6. 6. Glossa in Clement. 1. de rerum permut. Ratio est, quia patronorum interest, ut videant nè habeant rectorem sibi odiosum, & non acceptum. Undè cum de eorum præjudicio tractetur, sequitur illos esse necessariò vocandos, eorumque consensum requiri per reg. *quod omnes tangit*. de regul. juris in 6. Quod si patroni fuerint peremptoriè vocati, dato eis termino ad comparendum cum expressione causæ, & ipsi infra terminum præfixum non comparuerint ad contradicendum permutationi: tunc subsecutâ institutione ordinarii non audientur ulterius, nec poterunt se opponere etiam infra residuum temporis dati ad præsentandum. Quod si comparaverint declarantes se nolle consentire permutationi, & velle alium præsentare, tunc quamvis non præsentaverint infra tempus præfixũ in edicto per Episcopum apposito, poterunt tamen uti beneficio temporis legalis usque ad finem quadrimestris per regulam juris in 6. & rationem. Quia hoc tempus datum patronis ad præsentandum, est pœnæ inductivum, cùm eo elapso amittant pro illâ vice jus præsentandi, ita Prosper de Augustino supra limitat. Poterit Ordinarius patronum compellere ad consentiendum scilicet urgente necessitate, & utilitate Ecclesiæ, sivè populi, ita Prosper de Augustino. Ratio est, quia cum hæc permutatio sit de justitia poterit Episcopus disponere de beneficio patronali, aliter quam ejus natura exigit, ipsisque patronis invitis. Quod intellige procedere duobus modis primò, ut ad hoc non sufficiat quælibet simplex necessitas, vel utilitas Ecclesiæ, sed talis cui sine ulla permutatione aliter providere non posset. Idque in duobus tantùm casibus accidere posse ait Lambertinus tract. de jure patronatus primò

primò quando persona præposita ad Ecclesiam patronatam per permutationem esset talis, sine quâ plebs pateretur in conscientiâ, eò quod in illâ parochiâ essent hæretici, & non reperiretur alter Rector Theologus, qui plebi consulere posset. Alter casus quando bona Ecclesiæ occuparentur ab aliquo potente, cum quo nemo se prævalere posset pro illis recuperandis, nisi persona illa præposita, & alias. Secundum enim esset destruere gratiam à jure patronis factâ ut in hoc jure sustineantur, quo per hanc viam sæpè fraudari posset. Covarruvias lib. pract. qq. cap. 36. Caulam Ecclesiæ necessitatis & Ecclesiæ utilitatis non ita strictè exigit, sed ufficit (inquit) quod constet talem permutationem factam fuisse in magnam Ecclesiæ utilitatem. Secundo intellige, procedere nisi patroni allegarent aliam causam rationabilem prævalentem necessitati & utilitati Ecclesiæ, & in permutatione, quæ sit ex gratiâ & favore ipsorum permutantium, tenet Ægidius de Bellamera tract. de benef. per mut. part. 4. decis. 87. & 181. simplicem & voluntariam patroni cõtradictionem valere ad eam impediendam. Sed hæc ultima Bellarmetræ mens parùm placet iis, qui zelo domus Dei incensi sunt. Ratio est, quia existimant animarum salutem, fidei propagationem, Ecclesiæ sanctimoniam esse præterendam juri particulari patroni. Deindè si collator promovens indignum & incapacem privatur eâ vice conferendi potestate ex cap. *cum in cunctis*, §. *clericis*, & alibi, à fortiori patronus in hoc negotio. Imò Clericum posse compelli ab Episcopo, ut permutet beneficium docet Azorius part. 2. lib. 7. cap. 30. quæst. 5. Ratio est, quia Clerici non suscipiunt ordines in Ecclesiâ, nisi propter Ecclesiæ utilitatem, cap. *quæris*, de ætat. & qualit. Quod si Ecclesiæ utilitas vel necessitas non urgeat cõpelli non potest. Eâdem ratione posse aliquem compelli ut Episcopatum suscipiat colligitur ex cap. *displicet*, 22. quæst. 4. cap. 1. *in scripturis*, octava quæst. 1. cap. *ante omnia* dist. 4. Idem tradit Innocentius cap. *nisi cum pridè*, de renunciat. quod fieri si potest unus sit inutilis Ecclesiæ, alter verò utilis.

VIII. Porrò forma permutationis faciendæ coram Episcopo seu ordinario, hæc est. Primò permutaturi debent ab Episcopo seu ejus Vicario examinari, accipe verba Concilii Tridentini sess. 24. cap. 18. *Omnes qui descripti fuerint examinentur ab Episcopo, sive eo impedito, ab ejus Vicario generali, atque ab aliis examinatoribus non paucioribus quàm tribus*. 30. Januarii 1596. decisum fuit in permutationibus Ecclesiarum non requiri examen, si tamen adsit aliqua inæqualitas muneri parochianorum, vel permutantes non fuissent examinati eo tempore, quo parochiales adeptæ sunt, tunc eos examinandos esse, sed absque cõcursu. Itemque si fiat permutatio cum beneficio simplici, examen erit necessarium, sed absque concursu. Secundò, permutatio debet regulariter fieri ex causâ, ita Aloysius Riccius in decis. part. 1. decis. 37. Barbosa part. 3. alleg. 69. num. 51. Probatur ex cap. *quæsitum*, de rerum permut. Ratio est quia ad permutationem justa causa requiritur, quam Episcopus examinare & recognoscere debet, Barbosa, & Riccius num. 3. notant quod sufficiat ex parte unius adesse Ecclesiæ utilitatem, & num. 4. idem Riccius ait, quod in dubio præsumitur permutationem factam ab Ordinario esse justam, quando enuntiat adhibuisse causæ cognitionem. Tertiò, permutatio fieri debet idoneis repertis, ita Barbosa supr. §4. Litteræ permutationis expediri debent, S. Gregorius XIII. in bullâ quæ incipit, *Humano vix judicio*, priusquàm possessio accipiatur, fieri debet publicatio de hac permutatione in Ecclesiis permutatis vel in eorum cœmiteriis 6. in possessionem mittantur prævia professione fidei. Cæterùm dum expeditur permutatio possunt administrare in Ecclesiis quas permutarunt, ita Flamin. ius lib. 1. quæst. 7. sept. num. 9. Barbosa supra num. 51. Trulench. in exposit. decalogi lib. 1. cap. 8. dub. 4. Ratio est quia retinẽt adhuc possessionem. Quod si accidat beneficium permutatione collatum evinci, poterit

illic permutatione etiã factâ redire ad beneficiũ resignatũ seu permutatũ auctoritate Epis. vel alterius superioris.

IX. Si duo resignent sua beneficia coram Ordinario, vel alio superiore ex causâ permutationis, & factâ collatione uni alter decedat ante factam sibi collationem, superstes non habet regressum ad beneficiũ à se dimissum, ita Gonzales ad regul. 8. Cancell. glosa 15. §. 2. Ratio est, quia quoad eum permutatio habuit suum effectum. Superstes, cui fuit collatum beneficium à compermutante resignatum potest utrumque retinere illo decedente, priusquam suum resignaret, si tamen sit capax utriusque, ita Azorius part. 2. lib. 7. cap. 29. Lessius de justitia lib. 2. cap. 34. Barbosa supra num. 52. Ratio est, quia beneficia ob permutationem dimissa solis permutantibus conferri debent cap. 1. de rerum permut & Clement. 1. eodem tit. & per superstitem non stetit, quin commutatio perficeretur.

X. Quando permutatio facta est, & ab Episcopo vel alio legitimo admissa, omnis possessio tam naturalis, quàm civilis censetur amissa, ita Rota decis. 92 Seraphinus decis 796 Puteus decis. 523. lib. 2. & decis. 158. lib. 3. Mohedanus decis. 6. aliàs 237. Crescentius decis. 2. aliàs 64. de causâ possess. Barbosa supra num 55. & ideò per illam inducitur vacatio, ut fructus à die resignationis purè & simpliciter factę usque ad diem possessionis captæ per novum provisum spectent ad Cametam, ita Flaminius de resign. benef. lib. 1. quæst 6. num. 15. & 17.

XI. Quod si resignatio fiat coram Sanctissimo, non amittitur possessio, nisi postquam resignatio est perfectè quęsita, ita Gregorius XV. decis. 138. num. 5. & 6. decis. 159. Rota decis. 92. part. 1. recent. & decis. 111. etiam recent. Puteus decis. 523. lib. 2. & decis. 158. Barbosa supra num. 56. Seraphinus decis. 796. Flaminius supra lib. 1. quæst. 4. num. 64. & 74. Coccius decis. 358. numer. 5. Nicolaus Garcias de benef. part. 6. cap. 2.

XII. Potest Episcopus vel alius superior permittere permutationem eâ conditione, ut alter permutantium, solvat debita, quibus est oneratum, ita Federicus quæst. 39. & Andræas Gambara part. 2. num. 130. existimantes id fieri posse. Ratio est quia conditiones quæ tacitè insunt in pactum deduci queunt cap. *significarum*, de præbend. & cap *significasti*, de elect. Item expressio eorum, quæ tacitè insunt nihil operatur, l. *conditiones, quæ intrinsecus*, ff. de condit. & demonstrat. Nihilominus dicunt talem conditionem non esse exprimendam. Ratio est, quia omnis renunciatio beneficii fieri debet absque ullo pacto, cap. ult. de pactis. Sic etiam sensit Joannes Andræas in addit. ad Speculatorem rub. de rerum permutat. Azorius part. 2. lib. 7. cap. 29. quæst. 31. judicat in foro conscientiæ posse permutari, si beneficiarius æs alienum contraxerit nomine Ecclesiæ, cui præest, aut si æs alienum fuerit in rem Ecclesiæ conversum, tunc enim tale onus incumbit ipsi beneficio, ac proindè in pactum deduci potest absque ullâ labe Simoniæ. Non sic autem cum beneficiarius contraxit æs alienum suo, non Ecclesiæ nomine, vel si convertit in suam rem. Idem judicandum est de Impensis, quas quis fecit ex suo in beneficio.

XIII. Nulla simonia contrahitur si Episcopus vel alius arbiter delegatus designet parti litigantis præstationem merè temporalem, ut à lite beneficiaria recedat, non quidem tanquam in compensationem dubii juris, quod pars illa ad beneficium habet, quippè cùm illud sit spirituale, ideoque pretio temporali absque labe simoniæ non redimatur: sed aliis de causis seu titulis ejusmodi temporale adjudicari potest parti, quæ à lite beneficiaria recedit, scilicet in compensationem laborum & expensarum, quas in litigando frustra faceret, vel ad necessariam sustentationem personæ, quæ à jure & actione desistit, ac denique in bonum pacis & concordiæ, quæ ipsi etiam transigenti utilis est, & ideò pretio æstimabilis, ita post Abbatem cap. 2. de arbitris num. 10. Suarem de simonia cap. 51. Layman lib. 4. tract. 10. cap. ult. §. *de simonia, quæ committitur in benef. Eccles.* num. 59.

Imperator

XIV. Imperator Romanorum juri ac potestati Sedis Apostolicæ, vel Episcoporum non derogat, dum in qualibet Ecclesia semel preces primarias offert ita Thomas Campegius de reservat. benef. num. 3. Layman lib. 4. tract. 2. cap. 11. Ratio est, quia hoc est ex privilegio Apostolico & antiquissima consuetudine, ita tamen ut preces illæ in qualibet Ecclesia debeant admitti, ad hoc ut beneficium in illa vacans, vel proximè vacaturum personæ ab ipso Imperatore nominatæ conferatur, quæ & ipsa species reservationis est ex pontificio indulto.

## CAPUT XVIII.

### *Episcopalis potestas circa Juris patronatus acquisitionem.*

I. SUppono titulum jurispatronatus acquiri tam per laicos, quàm Ecclesiasticos tribus præcipuè modis, scilicet, fundatione, constructione, & dotatione, ita Glossa 1. verbo *afficitur autem*, in cap. *piæ mentis*, 17. quæst. 7. Filliucius tractat. 41. de beneficiis cap. 2. num. 55. Gonzales ad regul. 8. Cancell. Glossa 8. & seq. Ugolinus de potest. Episcop. cap. 51. Franciscus Leo in thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 6. Joannes Antonius Massob. in suâ praxi habendi concursum prælud. 7. dubio 6. Lotterius de re benef. lib. 2. quæst. 8. Castro Palao in opere morali tomo 2. tract. 13. disput. 2. puncto 1. Rota in Maceratensi benefic. dic 5. Junii 1610. apud Farinacium decis. 311. num. 1. part. 2. Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. *juspatronatus*, Nicolaus Garcias de beneficiis part. 5. cap. 9. Julianus Vivianus in praxi juspatronatus, num. 2. & seq. Cardosius in praxi judic. verb. *juspatronatus*, num. 2. & seq. Camillus Borellus in summâ omnium decis. tit. 32. num. 1. Lambertinus de jurepatronatus part. 1. lib. 1. quæst. 2. art. 2. Barbosa part. 3. alleg. 70. numer. 1. Paulus de Citandinis tract. de jurepatron. part. 3. Rochus verb. *Ecclesiam fundavit*, & verb. *construxit*, præcipuè quæst. 4. Fuschus de visitat. lib. 2. cap. 10. Flaminius de resignat. lib. 4. quæst. 4. Perez lib. 1. tit. 6. lib. 1. ordin. Eum autem fundatorem, qui assignat fundum, ubi Ecclesia debet construi, ut patet ex cap. *nobis*, & Doctoribus de jurepatronatus, Viviano in praxi jurispatronatus part. 1. lib. 1. cap. 1. Barbosa supra num. 2. Eum constructorem dici, qui expensas facit pro constructione Ecclesiæ, vel qui operam suam gratis impendit, ita Cardinalis in cap. *nobis*, num. 6. 8. & 9. Vivianus supra num. 41. Non verò reparatorem seu refectorem, nisi de novo construat funditus, ita glossa 1. in cap. *de jure patron.* Seraphinus Rotæ decis. 97. Stephanus Gratianus discept. forens. cap. 177. Marcus Anton. Massob. prælud. 7. dubio 22. Vivianus citatus numer. 44. Castro-Palao num. 2. Zerola in praxi Episcop. verb. *jurispatronatus*, Aloysius in praxi rerum fori Eccles. resol. 123. vers. *declaratur sextò*, Menochius consil. 90. & 336. Lambertinus lib. 1. part. 1. quæst. 6. art. 5. Rota Romana decis. 598. num. 1. & 2. part. 1. & decis. 269. part. 2. Azorius part. 2. lib. 6. cap. 11. quæst. 10. Imò & illam perficiat, Vivianus part. 1 lib. 2. cap. 3. Nicolaus Garcias de benef. part. 5. cap. 9. Zechius de benef. cap. 11. Lambertinus part. 1. quæst. 4. art. 1. Barbosa supra num. 8. Suppono item eum dici dotare, ut titulom patroni accipiat, qui dotat Ecclesiam fundatam & constructam absque dote & assignat dotem quæ sufficiat ad sustentationem ministrorum & luminarium, ita Abbas in cap. *cum sicut*, numer. 5. de consecrat. glossa verbo *Clerum*, in cap. *ut quisque*, de vita & honest. cleric. Vivianus supra num. 55. Rochus de jure patronatus, verb. *& dotavit*, num. 15. Rota decis. 568. Undè si quis secundum judicium Episcopi insufficienter dotaverit, non acquiret juspatronatus, sed dicetur benefactor, Glossa cap. *quicumque* lib. 2. cap. 16. quæst. 7. Abbas rub. de jure patronat. & cap. 3. de Eccles. ædifican. Aloysius Riccius in praxi resol. 123. vers. *declaratur*, Armendariz in addit. ad recopil. leg. Navarræ lib. 4. tit. 30. lib. 1. de jurepatron. num. 30

Seraphinus decis. 1130. num. 1. Lambertinus lib. 1. part. 1. quæst. 6. art. 1 Castro-Palao puncto 2. Vivianus lib. 2. cap. 4. num. 27. Nicolaus cap. 9. Lambertinus lib. 1. part. 1. quæst. 5. Gregorius Lopez lib. 1. glossa 3. & 5. tit. 15. part. 1. Rochus verb. *& dotavit*, quæst. 7. & 8. Barbosa supra numer. 11. Rota decis. 167. numer. 3. part. 3.

II. Vt dotans acquirat juspatronatus debet protestari coram Episcopo se dare nomine dotis, & Episcopi erit judicare an interfit hoc Ecclesiæ, necnè & an dos sit sufficiens, ita Ugolinus cap. 51. numer. 6. vers. *secundo*, Barbosa supra num. 12. Quod si in rei veritate dos assignata non sit congrua, & Episcopus non consentiat, tunc dotans non fit patronus, quia ut acquiratur juspatronatus debet interuenire auctoritas & consensus Episcopi, ita cap. *nobis*, & Doctores ibi de jure patron. Rota diverf. decis. 222. & 223. part. 1. & decis. 85. part. 2. diverf. littera I. conclus. 600. Nicolaus cap. 9. num. 71. Vivianus part. 1. lib. 1. cap. 1. Aloysius Riccius resol. 123. Fuschus cap. 10. Zerola §. 2, Perez. lib. 1. quæst. 3. Gigas consil. 52. vers. *secus dantem* Azorius part. 2. lib. 6. cap. 19. quæst. 7. Castro Palao sup. num. 8. affert rationem cur absque auctoritate superioris seu Episcopi Ecclesia nequeat ædificari, vel subjici servit. Quod autem consensus non requiratur ante, sed sufficit ut post factum accedat, decidit Rota decis. ult. num. 4. de jure patronat. apud Durandum decis. 407. part. 2. & decis. 415. Calderinus consil. 5. de jure patron. Rochus verb. *pro eo*, quæst. 4. Castro-Palao disp. 2. puncto 2. vers *hic consensus*, Barbosa part. 3. allegat. 70. num. 21, Imò sufficere, quod post obitum donantis consensus Episcopi interveniat, resolvit Rota in Aquen. juriſpatron. 7. Novembris 1601. Referunt Aloysius Riccius supra resolut. 123 Nicolaus Garcias part. 12. cap. 2. Amplat Ferentilius ad decis. 702. etiam post obitum donantis, seu testatoris lite pendente super ea, an beneficium sit de jure patronatus, ubi defectus resultat ex isto consensu quando nemini infertur præjudicium statuit Rota in Picent. juriſpatronat. 23, Martii 1611. apud Farinacium decis. 337. num. 7. part. 2. ubi pronuntiatum fuit, quod si post donationem factam, priusquam Episcopus consenserit beneficium vacet, debet in eo institui is, qui fuit à donante, & non à donatario præsentatus. Quod supra dixi sufficere consensum, seu confirmationem Episcopi, interuenire post factum intellige, modò ante ejusmodi consensum transferentem, seu donantem non pœniteat juriſpatronatus, vel donationem non revocaverit, vel alteri donarit, ita Sanchez consil. moral. lib. 2. cap. 3. disp. 76. Lambertinus de jure patron. part. 2. lib. 1 quæst. 1. art. 19. Rochus eodem tract. verb. *ipse*, vel *is*, num. 36, quæst. 19. & sic decidit Rota decisuit. de jure patron. Ratio est, quia tunc nequit Episcopus consentire in præjudicium transferentis vel donantis, seu alterius, qui medio tempore jus acquisivit.

III. Consensus ille dandus est ab Episcopo illius loci, in quo fundatur Ecclesia, ut docet Barbosa de officio & potest. Episc. part. 3. alleg. 70. num. 23. post Cardinalem in cap. *nobis*, Castro-Palao disp. 2. puncto 2. Rochum verb. *pro eo quod*, Zerolam in praxi Epis. verb. *juspatronatus*, §. 5. Lambertinum. quæst. 2. Vivianum part. 1. lib. 1. cap. 1. & lib. 2. cap. 1. Sivè patronus, seu fundator sit Clericus, sivè laicus semper præfati Episcopi consensus requiritur, ita Barbosa supra num. 24, Vivianus lib. 2. cap. 1. num. 13. Lambertinus quæst. 2. art. 10. Quod si Diœcesanus consentire noluerit, poterit compelli auctoritate Archiepiscopi, vel Primatis, ut docent Abbas consil. 59. vers. *tertio principaliter considero*, Cardinalis in cap. *nobis*, quæst. 6. Vivianus lib. 2, cap. 1. Lambertinus quæst. 2. 16. & 17. Barbosa supra num. 26. Azorius part. 2. lib. 9. cap. 3. quæst. 10. Episcopum posse cogere fundatorem ut per publicum instrumentum dotem assignet colligitur ex cap. *cum sicut*, de cõsecrat. Ecclesiæ vel Altaris. Cui subscribunt Lambertinus lib. 1. part. 1. quæst. 5.

quæst. 5. art. §10. Barbosa loco citato num. 19. Imò etiam in ejusmodi dotis assignatione requiri consensum Episcopi sicut in fundatione & constructione, scribunt Joannes Andræas in cap. *nobis*, Lambertinus art. 11. Barbosa supra asserentes quod Diœcesanus debeat qualitates dotantis exquirere, an dos constituenda sit congrua & sufficiens, aliàs donans non acquiret jus patronatus, sed dos liberè Ecclesiæ remanebit. Lambertinus addit quod si Episcopus consenserit donationi dictæ dotis insufficientis possit à donatore peti supplementum per Episcopum, hic non intelligitur Vicarius Generalis nisi habeat speciale mandatum, ita Durandus decis. 407. num. 7. & decis. 415. num. 3, part. 2. Mantica decis. 85. Barbosa part. 3, alleg. 54. num. 74. & alleg. 70. num. 33. Rota decis. 576. num. 1. part. 1. & decis. 337. Gregorius decis. §420. Per Episcopum intelligi Capitulum sede vacante posse dare licentiam ædificandi Ecclesiam, & acquirendi jus patronatus decidunt Lambertinus supra art. 9. Nicolaus Garcias cap. 9. Vivianus part. 1, lib. 2. cap. 1. Joannes Franciscus Pavinus de potestate Capituli Sede vacante part. 5. quæst. 2. Barbosa supra num. 32.

IV. Postquam accessit auctoritas Episcopi in erectione Ecclesiæ seu Capellæ, & earum donatione efficitur beneficium Ecclesiasticum, ut post Guidonem Papæ docet Ripa in cap. *decernimus*, num. 69. vers. *in isto puncto*, de judic. Barbosa supra num. 37. Lotterius tractat. de jure benef. lib. 1. quæst. 5. Ratio est, quia dum intervenit consensus Episcopi erigitur beneficium Ecclesiasticum, Glossa 1. vers. *in dic contra*, in Clement. 2. de decimis, Guido Papæ decis. 187. num. 1. Lotterius quæst. 5. ita ut quamdiu non accesserit Episcopi auctoritas, non censeri debet beneficium, nec jus patronatus fundatori competit, sed res manet suspensa, ita Rota decis. 361. Felinus in cap. *ex parte*, lib. 2. num. 2. de rescript. & alii. Sed si relictum sit pro missis celebrandis, vel anniversario faciendo dicitur simpliciter pium legatum, vel pia donatio, ita Rebuffus in praxi tit. *quare sunt institut. benef.* Lotterius quæst. 5. Barbosa num. 37. Subdit Lotterius num. 57, Quod beneficium ante approbationem Episcopi potest laicus conferre per modum simplicis deputationis sacerdotis, & num. 59 & 69. adjicit, quod Cappellaniæ cum onere celebrationis missarum constitutæ absque auctoritate Episcopi censentur laicales, ac possunt ad eas merè laici præsentari.

V. Ex quibus patet Episcopi esse in fundationis limine examinare locum erectionis, dotis congruentiam, & futurum regimen, ita Barbosa supra num. 38. post Calderinum consil. ult. vers. *& ratio, quæ ac jure patronatus*, Lotterius lib. 1. quæst. 32. numer. 5. Nonnulli sufficere consilium contendunt Episcopi, vel petitionem consensus, sed melius existimant Barbosa jam citatus, Lambertinus de jure patron. lib. 1. part. 1. quæst. 9. art. 2. expressũ consensum requiri. Ratio est quia cum debeat Episcopus omnia studiosè & diligenter examinare circa congruentiam dotis, Lambertinus lib. 1. part. 1. quæst. 5. artic. 11. Rota decis. 521. Lotterius quæst. 32. sequitur debere adhiberi consensum expressum Episcopi. Undè Abbas cap. *significatum*, 11. num. 5. vers. *ex prædictis*, de præbendis. Scripsit practicam instituendi beneficium, secundùm quam fundator potest ordinare pro ut judicabit, & postea illum ordinem porrigere Episcopo, ex quo Episcopus possit instituere beneficiũ, & apponere illa onera & modos, quos legitimos arbitrabitur. Quod si Episcopus nolit consentire absque legitimâ causâ clausulis per fundatorem porrectis, poterit fundator recurrere ad Archiepiscopum vel Primatem, qui eum cogat ad consentiendum, quod si pertinaciter renuat, sufficiet Archiepiscopi consensus, ut docent Lambertinus supra num. 112. Lotterius citatus quæst. 32. Barbosa num. 39. Ratio est quia (inquiunt Ancharanus consil. 129. num. 1, vers. *præterea quilibet*, Barbosa citatus) in condendis ejusmodi legibus in favorem Ecclesiæ, plurimùm defertur volun-

tati fundatorum, ut illi alliciantur, & non retrahantur à fundationibus. Poterit Episcopus, vel alius superior leges per fundatorem sibi porrectas reiicere, quæ vel naturâ sunt impossibiles, vel turpes, vel contra substantiâ beneficii, vel contra prohibitionem perpetuam legum improbantium illius leges; ita decisum fuisse in Romanâ juris patronatus 31. Maii 1613. refert Barbosa supra num. 40. Patrono quadruplex jus in Ecclesia competit ex glossa cap. *nobis*, de jure patronatus, ut patet ex his versibus.

*Patrono debetur honos, onus, emolumentum,*
*Præsentet, præsit, defendat, alatur egenus.*

Idest, patronus juris patronatus habet in Ecclesiâ honorem, quia habet jus nominandi, & præsentandi clericum ad beneficium obtinendum. Secundò præcipuum in Ecclesiâ locum obtinet in sedendo, in supplicationibus, ac publicis conventibus, eique primo omnium pacis osculum datur, & interdum aliquod donum offertur. Tertiò habet onus, quia ipsius est Ecclesiam protegere, dotem & bona ipsius Ecclesiæ tueri. Quartò, si fortè ipse aut proles ejus ad extremam inopiam & egestatem redigantur, debent bonis Ecclesiæ à se fundatæ sublevari ac sustentari, ex cap. *quicumque*, 16. quæst. 7. cap. *nobis*, de jure patronatus. In quo consistat iste honor patrono debitus, & eidem alimentorum administratio refert Azorius part. 2. lib. 6. cap. 20. quæst. 2. & 3.

## CAPUT XVIII.

### *Potestas Episcopi circa translationem Iurispatronatus.*

I. POsse fieri translationem juris patronatus docet glossa in cap. *pia mentis*, 16. quæst. 7. præcipuè quatuor modis, eadem Glossa, Cardinalis Tuschus litter. 1. concluſ. 613. num. 17. Zechius de benefic. & pensionibus cap. 12. num. 15. Barbosa part. 3. alleg 71. num. 1. Azorius institut. moral. part. 2. lib. 6. cap. 20. quæst. 4. Castro-Palao in opere morali tomo 2. tract. 13. disp. 2. puncto 4. Vivianus in praxi juris patronatus. lib. 4. cap. 1. Scilicet successione, cap. *considerandum*, 16. quæst. 7. Donatione, cap. *ex insinuatione*, de jure patronatus. Permutatione, cap. *nemini*, 16. quæst. 7. Venditione & universitate bonorum, in quâ sit jus patronatus, cap. *sæculum*, & ibi glossa verb. *Emptorum*, de jure patronat. Dicitur transferri successione, quando cum verâ universitate devolvitur hæreditate in quâ quis succedit, tunc enim transfertur accessoriè, ita Cardinalis Tuschus lib. 1. concluſ. 612. Cardinalis Mantica Rotæ decis. 140. Castro-Palao disp. 2. puncto 4. Barbosa alleg. 71. num. 2. qui plura ad hoc intentum refert.

In aliis autem casibus in quibus jus patronatus transfertur per se, vel inter vivos ex contractu vel donatione distinguendum est. Vel translatio fit in Ecclesiam, vel locum religiosum, vel in laicum. Si fiat in Ecclesiam, aut locum religiosum valet translatio juris patronatus etiam absque consensu Episcopi, cap. *illud*, de jure patron. cap. *unico*, Durandus decis. 463. num. 3. part. 2. Molinus de primog. lib. 1. cap. 23. num. 13. Barbosa allegat. 71. num. 11. Sanchez consil. moral. libr. cap. 3. disp. 76. Gregorius Lopez lib. 8. verb. *Otorganiensi*, tit. 15. part. 1. Spino consil. 26. Vivianus lib. 4. cap. 1. Stepanus Gratianus discept. foren. cap. 177. Suarez lib. 4. de simoniâ, cap. 28. num. 15. Ad translationem autem juris patronatus in laicum prærequiritur consensus Episcopi ex cap. *unico*, Barbosa num. 11. Imò etiam si fiat in laicum proprio nomine necessarium esse consensum Episcopi docet Abbas cap. *cum secundum*, num. 6. cap. *illud*, num. 4. de jure patronatus, Vivianus part. 1. lib. 4. cap. 1. Barbosa num. 12. Ratio prima, quare translatio facta clerico vel laico recipienti proprio nomine requirat consensum Episcopi, hæc est ut Episcopus seu Ordinarius advertat an non intervenerit aliqua simonia, ita Abbas cap. *illud*. Secunda, quia sicut in fundatione reservatur jus patronatus cum II.

dicto

dicto consensu ex gratiâ, & sic laicus fit capax juris patronatus: sic in translatione per dictum consensum inducitur præfata capacitas in eum, in quem fit translatio. Vivianus part. 1. lib. 4. cap 1. num. 6. Barbosa num. 13. quod fieri debeat consentiente Episcopo Diœcesano, patet ex cap. *cura*, de jure patron. num. 18. Barbosa num. 17.

III. Si juris patronatus donatio fiat de laico in laicum debet necessariò interveuire consensus Episcopi, ita Rota apud Farinacium decis. 257. Mantica decis 80. Rochus de jure patron. verb. *pro eo*, Lambertinus in simili tract. lib. 1. part. 2. quæst. 1. art 2. num. 3. & art. 4. per totum Ciarlinus controvers. fori lib. 1. cap. 107. Seraphinus decis 884. num. 1. Borellus tit. 32. numer. 3. Caputaq. decis. 131. num. 3. part 2 Quod si etiam juspatronatus transferatur ab Ecclesia in Ecclesiam dictus consensus requiritur, ita cap *sine except.* quæst. 2. Barbosa num. 27 Quando etiam unus patronus alter patrono jus suum cedit, remittit, renunciat, congruum est, imò tutum Episcopi consensum adhibere, ita Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. *juspatronatus*, §. 2. vers. *secundum dubium*, Hostiensis, Joannes Andreas. Panormitanus, Curtius, & alii in cap. *ex insinuatione*, de jure patronatus, quos citat Lambertinus lib. de jure patron. part. 2. quæst. 2. art. 12. Ratio est, quia remittere jus, quod quis habet, idem est ac donare, cap. *veniens de testibus*, sed ad dandum laico juspatronatus requiritur assensus Episcopi; igitur & ad remittendum. Secundò, non tantum requiritur assensus Episcopi nè juspatronatus transeat ad hominem Ecclesiæ ignotum, invisum, vel suspectum: sed etiam ut omnis fraudis occasio auferatur. Sæpè enim facta est emptio, & simulata donatio. Imò compatronos posse inter se conventiones, permutationes, donationes, & cessiones facere Episcopo annuente, patet ex Clement. 2. de jure patron. & ibi Glossa verb. *liberè*; Rotâ in Lucanâ juris patronatus, 18. Julii 1623 Gonzales ad reg. 8. Cancell. glossa 45. num. 38. Marco Antonio Peregrino consil. 87. numer. 6. Achille decis. 10. de jure patronat. Caputaq. decis. 284 part. 1. & decis. 131. part. 2 Barbosa part. 3. alleg. 71. num. 30. Zerola supra dit etiam non posse fieri donationem compatroho abique consensu Episcopi.

IV. Si juspatronatus de uno in alium transeat per permutationem, verbi gratiâ in laicum transferatur requiritur consensus Episcopi, secus verò si in Ecclesiam aut clericum nomine Ecclesiæ, ita Moneta de commutat. ultim. volunt. cap. 11. Vivianus part. 2. lib. 4. cap. 3. Rochus de jure patronatus, verb. *ipse, vel is à quo*, 16. num. 28. Barbosa supra numer. 31. Azorius part. 2. lib. 6. cap. 20. quæst. 6. Qui quidem consensus ab Episcopo præstandus in hâc permutatione, vel donatione, potest per interitum permutantis, vel donantis, concedi, & eo tempore impetratus est adeò validus, quod præsentatus postea à donatario præferatur præsentato ab hærede donantis, ita Campanile in diversorio juris rub 11. cap. 13. Puteus decis. 16. numer. 2. lib 2. Andreas Gail in repetit. cap. fin. de elect. in 6. Notat Azorius supra cùm patronatus sit jus quoddam rei spirituali conjunctum non posse commutari cum re, vel jure temporali, hoc est rei spirituali annexo, & probat ex cap. ultim. & cap. *ad quæstiones*, de rerum permutat.

V. Quando juspatronatus de uno in alium per venditionem veræ universitatis, cui inseparabiliter adhæret, transfertur, & cum villâ vel castro dato transit in dotem vel sequæstrato villâ vel castro cui annectitur juspatronatus, & durante sequestro vacaverit beneficium, sequester ad illud eligat, vel præsentet. Denique præscriptâ & confiscatâ villâ, seu universitate etiam præscribitur juspatronatus, ut fusè probat Barbosa de officio & potest. Episc. part. 3. alleg. 71. num. 33. & seq. & alii ab eo citati. An requiratur consensus Episcopi, vide textum in cap. *exhiberis*, in cap. *cùm sæculum*, & ibi Abbatem de jure patron. Monetam de commut. ultim. volunt. cap. 11.

CAPUT

ideſt ſui præſentiam faciant, l. *maritus*, 15. §. 1. ff. *ad legem Iuliam*, de adult. l. *conſentaneum*, C. *qhomodo & quando Iudex*, ibi *at præſentiam ſui faceret*, ideſt ut ſe ſe repræſentent, & alibi, de quibus conſulendus Briſſonius de verb. juris ſignif. verb. *repræſentare*. Undè rectè ait gloſſa verb. *repræſentare*, in Clement. *dudum*, de ſepult. quod repræſentare dicitur, *qui præbetur ſenſibus corporeis*, ex l. *in principio*, ff. de verb. obligat. & recipi ab omnibus refert Tiraquellus de jure mariti, gloſsâ 6. Lambertinus part. 1. lib. 2. quæſt. 11. art. 1. & ſeq. Selva de beneficiis part. 3. quæſt. 6. Undè præſentatio ſolet definiri. *Exhibitio perſonæ per patronum Epiſcopo, vel alteri, ad quem inſtitutio pertinet legitimè facta*, ita poſt Abbatem in cap. *ea noſcitur de his quæ fiunt à prælatis*. Rebuffum in praxi, tit. de præſentat. num. 3. Rochum de jure patron. in principio quæſt. 3. Nicolaum Garciam de benef. part. 4. cap. 1. num. 16. Cardinalem Tuſchum tomo 6. littera P. conclus. 191. Barbolam allegat. 72. num. 113. Quibus arridet Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. cap. 18. verſ. *quod ſi*, ubi cavetur non eſſe admittendos à patronis præſentatos, niſi prius à locorum ordinariis fuerint examinati, & reperti idonei. Vide Aloyſium Riccium in praxi reſolut. 191. Undè Abbas conſil. 76. num. 2. part. 2. Vivianus in praxi juris patron. part. 2. lib. 6. cap. 11. num. 6 & 7. Corraſius de Sacerdotio part. 4. cap. 6. num. 18. Caſtro-Palao in opere morali tomo 2. tract. 13. diſp. 2. puncto 1. cenſent præſentationem de abſente factam non valere, neque ordinarium teneri admittere eum, qui ſe perſonaliter non exhibet. Tamen præfatæ reſolutioni contradicit textus cap. *ea cognoſcitur*, ibi, *per ſe, aut per litteras perſonas idoneas Epiſcopis Diœceſanis præſentent*. Ubi per verbū *per litteras*, notant præſentationem fieri poſſe per epiſtolam, quem ſequuntur communiter Doctores, ut teſtatur Duenas reg. 283. ubi inducit text. in cap. ult. de conceſſ. præbend. dum prohibet cōſtitui procuratorē ad præſentandum in beneficio antequam vacet, & conſequenter à contrario exiſtimat licitum eſſe procuratorem conſtituere ad præſentandū in beneficio jam vacante, favet textus in cap. *accedens*, 24. de præbend. docens, quod abſens per procuratorem poſſit inveſtiri, & conſequenter præſentari. Secundò probatur ex praxi receptiſſimâ ſecundùm quam nunquam aut rarò patroni tempore præſentationis perſonaliter exhibent Epiſcopo præſentatos: ſed præſentati ſe exhibent ordinariis cum inſtrumento præſentationis, qui ſic præſentatum admittunt & inſtituunt. Hujus praxis mentionem facit Gloſſa in Clement. verb. *præſentatos*, de exceſſibus Prælator. quam recipit Lambertinus art. 1. num. 5. Nicolaus Garcias cap. 1. num. 19. Quæ opiniones conciliari poſſint: Primò ſcilicet, quod patronus abſens poſſit per litteras facere præſentationem perſonæ, quæ iis munita ſe perſonaliter repræſentet Epiſcopo, & ſic intelligi debent cap. *noſcitur*, cap. ult. Clement. 1. verſ. *præſentatus*, Cardinalis Tuſchus littera P. conc. 592. num. 24. & alii Doctores, & ita practicatur. Quoad præſentatum poteſt abſens ab Epiſcopo inſtitui ſi notitiam habeat ejus capacitatis ac idoneitatis, verbi gratiâ, ſi ſciat eſſe Doctorem vel Licentiatum in aliquâ univerſitate ſtudii generalis, ibique theſes publicas publicè ac honorificè ſuſtinuiſſe, hic enim non indiget examine, ita Gloſſa verb. *ignota*, in cap. *de Petro*, diſtinct. 47. Et favere videtur Concilium Tridentinū ſeſſ. 7. cap. 13. Innocentius in cap. *in Lateranen.* in fine, de præben. Abbas, Decius, Rochus, & alii apud Cenedo ad Decret. collect. 15. Emmanuel in aphoriſmis verb. *examen*, Ugolinus cap. 51. §. 2. Henriquez in ſummâ libro 10. cap. 18. Aloyſius Riccius in praxi reſol. 139. & 141. Vivianus cap. 12. Barboſa ſupra part. 3. allegat. 73. num. 128. Et ita reſolvit Rota in Valent. beneficii 14. Decembris 1587. & in Salmantinâ Capellarū. 17. Junii 1605. Undè concludunt Abbas conſil. 76. Lambertinus art. 3. Tuſchus, & Corraſius ſupra, Nicolaus Garcias poſſe notum abſentem præſentatum

ab Episcopo instituti validè. Quod si præsentatus ad beneficium præcipuè parochiale non sit notus Episcopo, quoad capacitatem & scientiam tenetur personaliter comparere & se exhibere Episcopo ob occasionem & periculũ ex illâ absentiâ proveniens, ita in praxi Episcop. part. 1. verb. *jus publicum*, § 8. Barbosa supr num. 117. Zerol. a.

Accipe verba Zerolæ. *Scio in quodam Archiepiscopatu ficte fuisse quendam præsentatum, & deindè institutum non existentem in rerum naturâ, & patronus sibi usurpat fructus beneficii singulis annis contra decretum Concil. Trident. sess. 22. cap. 11. & sess. 25. etiam de reform. cap. 9. vers. Patroni autem.*

IV. Quoad beneficia simplicia, præsentati, seu electi, vel nominati (si eorum idoneitas non sit nota Episcopo juxta formam supra relatam) à quibusvis Ecclesiasticis personis, etiam Nuntiis Apostolicis non debent institui, vel confirmari, vel admitti etiam prætextu cujusvis privilegii, vel consuetudinis etiam immemorialis, nisi prius fuerint examinati ab Ordinariis, & reperti idonei. Nec ulli appellationis remedium valet, ex Concil. Trid. sess. 7. cap. 13. Alioquin institutio ab inferioribus Episcopo facta, nulla erit, ex Trident. sess. 25. de reformat. cap. 9. vers. *ad hæc*, quæ omnia de beneficiis juris patronatus intelligenda esse docet Barbosa supra num. 125. non autem de beneficiis simplicibus quorum collatio liberè spectat ad Capitulum, ita decisum refert Nicolaus Garcias part. 9. cap. 3. declar. 4. & 5.

V. Vivianus lib. 6. numer. 8. docet, quod Episcopus elapso tempore potest admittere patronum ad præsentandum si velit imò tempus ad præsentandum posse ab ordinario prorogari in sui præjudicium asserunt Aloysius Riccius collect. 119. Crescentius de decis. 12. sub tit. de dilat. Ugolinus cap. 51. §. 1. num. 4. vers. *tertio*, Flaminius de resignat. lib. 6. quæst. ult. num. ult. Barbosa supra numer. 143. Non posse tamen abbreviare tenet Alphonsus de Leone quæst. 4. praxi 5. Castro Palao puncto 5. Vivianus part. 2. lib. 7. cap. 7. Idem Barbosa proximè citatus, ubi Rota in Salmantinâ beneficii 4. Februarii 1630. sancivit Ordinarium non posse restringere, nec abbreviare tempus patronis concessum à jure ad præsentandum. Ratio est, quia indultum à jure beneficium non potest per judicem tolli, cap. *indultum*, de reg. juris in 6.

VI. Coram Episcopo loci esse præsentationem faciendam colligitur ex cap. *nobis*, de jure patron. Concilio Tridentino sess. 24. de reform. cap. 13. Campani 1 cap. 13. num. 395. seu ejus Vicario, Barbosa part. 3. alleg. 54. numer. 74. & alleg. 72. num. 148. Sede Episcopali vacante coram Capitulo, ita Joannes Andræas in cap. *nobis*, de jure patron. per text. in cap. 1. de institut. lib. 6. Vivianus part. 2. libr. 8. cap. 8. Quod si Ecclesia patronata sit in confinibus duarum Diœceseon, erit communis Episcopis illarum, quemadmodum communis est quoad parochialia, Glosa in fine cap. *licet*, in regul. 16 quæst. 3. Sicut & arbor in confinio posita, §. *Insula*, institut. de rerum divis. Quod si Episcopi non conveniant inter se, ordinabit superior Metropolitanus, ut Episcopi alternis vicibus Ecclesiam ordinent, Clement. *plures*, § *& ut facilius*, de jure patron. Nonnulli tamen colligunt ex l. *cum in diversis*, ff. de religios. & sumpt. funer. præfatam Ecclesiam esse illius Episcopi, in cujus Diœcesi caput ipsius Ecclesiæ situm est, alii ex l. *prædiis*, §. *qui domum* Bart. ff. de legatis 3. Diœcesis in cujus solo sita est porta principalis. Lambertinus part. 2. lib. 2. quæst. 4. art. 6. Bellencinus de charitativo subsidio quæst. 52. existimant sufficere, ut patroni præsentent uni ex dictis Episcopis.

VII. Quamvis Patronus Ecclesiasticus nequeat variare, & plures successivè præsentare intra tempus ordinatum à jure potest tamen Patronus laicus, ita cap. *quod autem*, cap. *pastoralis*, cap. *cum autem*, de jure patron Zerola p. 1. te 1. verb. *jus patron.* Gutierez de juram. conf. 1. part. 3. cap. 13. Lambertinus part. 2. lib. 1. quæst. 7. Rochus verb. *honorificum*, quæst. 9. & seq. Cevallos commun. contra commun. quæst. 265. & 695. Flaminius de resig.

lib. 2.

lib. 2. quæst. 23. numer. 13. Lara de Capellan. lib. 2. cap. 9. Valerius Reginaldus in praxi fori pœnit. lib. 30 tract. 3, num. 223. Nicolaus Garcias part. 5. vers. *unum*, Barbosa supra alleg. 72. num. 151. Ugolinus cap. 51. num. 5. vers. *unum*. Aloysius Riccius praxi resol. 156. Vivianus part. 2. lib. 10. cap. 1. Novarius praxi elect. & var. for. quæst. 3. numer. 6. part. 1. Ratio discriminis est, quia præsentatio Ecclesiasticorum vim habet electionis, in quâ electione non cadit variatio: eo quod electo statim acquiritur jus in re, cap. *publicatio*, ubi glossa, & cap. *quod sicut*, de elect. Secùs accidit in præsentatione laici: quia præsentatus tunc tantùm acquirit jus ad rem, ita Abbas in cap. *cum Bertoldus*, oppos. 2. de re judic. ubi Felinus col. 1. & 2. Flaminius de resignat. lib. 2. quæst. 23. & lib. 7. quæst. 1, numer. 78. & seq. Marcus Anton. lib. 1. resol. 104. Campanile rub. 11. cap. 16, Seraphinus decis. 1238. Vivianus part. 2. lib. 8. cap. 9, Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. *jus ad rem*, §. 2. Rota apud Farinacium decis. 546. Gonzales ad reg. 8. Cancell. gloss. 15. §. 2. Secundò, ideò laici possunt variare licet juraverint non variare, Alphonsus de Leone de offic. Capellan. §. 4. praxi 5. num. 97, & seq. Barbosa num. 151. Quia non ita norunt idoneos, Lambertinus lib. 2. part. 3. quæst. 7. art. 1. Undè habent tantùm quadrimestre, at Ecclesiastici quia variare nequeunt Semestre, Barbosa num. 155.

VIII. Idem dicendũ de Universitate, seu Collegio laicali, & Ecclesiastico, posse scilicet Collegium laicum variare, & alium præsentare, Lambertinus supra art. 19. Vivianus lib. 10. cap. 3. num. 4. ubi respondent cap. *cum autem*, de jure patron. Intelligi non de sæculari, sed Ecclesiastico Collegio. Idem asserunt Felinus cap. *Venerabilis*, num. 3. de except. Rochus verb. *beneficium*, quæst. 26. Quot modis hæc variatio fieri possit, vide Barbosam de officio & potest. Episcopi part. 3. alleg. 72. num. 178. ubi numer. 159. resolvit cum Guitierez cap. 13. n. 4, & 5. quod si patronus laicus simpliciter nominet, seu præsentet secundum non factâ mentione primi, nec dicat variando, nec cumulativè, nec recedendo à primo, secunda hæc nominatio valebit, datâque paritate poterit & debebit Episcopus eligere ac instituere primum, ac uti gratificatione; ita glossa in cap. *cum autem*, Pereira de renovat. emphyth quæst. 17, numer. 53. & seq. & quæst. 18. num. 27. Rochus verb. *beneficium*, quæst. 15. num. 4. Barbosa supra. Quod si patronus primò præsentaverit unum idoneum, postea variet & præsentet non idoneum, seu indignum, Episcopus primum instituet, ita Vivianus lib. 10. cap. 4. Lambertinus quæst. 7. art. 27. Barbosa numer. 160. Addunt Perez de Lara de anniver. lib. 2. cap. 9. Novarius in suis singul. canon. conclus. 112. Alphonsus de Leone quæst. 4. praxi 5. Barbosa num. 161. Castro-Palao in opere morali tomo 2. tract 13. disp. 2. puncto 6, post Azorium & alios, patronum laicum posse variare non solùm bis, sed ter, vel quater. Alphonsus de Leone refert amplissimam & notabilem decisionem Rotæ in Compostell. Paroch. 28. Februarii 1930. quæ probat, & satisfacit argumentis contrariis. Poterit tamen præsentatus ab Ecclesiastico patrono variari si tamen primus non fuit canonicè præsentatus, ita cap. ult. de jure patron. Vivianus part. 2. lib. 10. cap. 3. numer. 8. Lambertinus quæst. 7. art. 3. Michael Ferrus tractat. de præcedent. Eccles. quæst. 34 num. 14. Barbosa num. 164. Poterit etiam variare, si præsentaverit coram eo, qui caret jure instituendi, ita Barbosa proximè citatus post Cardinalem in Clement. 1. quæst. 9. de jure patron. Idem dicendum est si patronus nulliter præsentaverit ratione Collegii Ecclesiastici, ita Lambertinus quæst. 7. art. 6. Barbosa loco citato, tunc enim poterit alium cum Collegio præsentare.

IX. Quod si patroni sinant labi tempus præscriptum ad præsentandum, nec præsentaverint, eo tranſacto, potest Episcopus libere de Rectore Ecclesiæ providere, intra quadrimestre, ubi patroni laici non præsentant, & intra

semestre, ubi Ecclesiasticì ita post Abbatem in cap. *quoniam*, not. ult. de jure patron. Moneta de cõmut. ult. volunt. cap. 10. n. 373. cap. *si verò*, 12. de jure patron. Spin. in speculo testam. gloss 4. num. 10 Barbosa num. 168. Nec poterunt postea purgare moram, idem Barbosa. Ratio est quia ubi executio facta est à jure, non admittitur purgatio moræ, ita Doctores l. *si insulam*, ff. de verb. oblig. Glossa & Doctores in reg. juris in 6. gloss. final. in cap. 3. de supplem. negligẽ. Tiraquellus in l. *si unquam*, verb. *revertatur*, num. 310. Quia hoc casu sit à jure quo devolvitur statim ad superiorem libera conferendi facultas, ut ait Abbas cap. ult. de jure patron. Rota decis. 6. de jure patron. Et tunc Episcopus seu Ordinarius succedens in locum patroni negligentis præsentare in tempore, debet servare conditiones præfixas ab institutore, & providere personis ab eo vocatis, ita Guitierez consil. 2. num. 15. Lambertinus lib. 2. part. 3. quæst. 3. art. 13. num. 2. Rochus verbo *honorificum*, numer. 8. Alphonsus Azevedo lib. 3. num. 2. tit. 6. Valenzuela tomo 2. consil. 103. Barbosa supra num. 169. Adeò ut si patronus tenebatur præsentare de familiâ fundatoris, Episcopus clericum ex eâdem familiâ debet assumere, ita Rebuffus de nominibus, quæst. 8. numer. 16. Georgius de Cabedo de patronatibus regiæ coronæ cap. 28. num. 3. & 4. Barbosa eodem loco. Nihilominus post tempus elapsum, potest Episcopus facere gratiam patrono, & eum admittere ad præsentandum, ita idem Barbosa num. 170. Castro-Palao puncto 5. num. 8. Perez de Lara de Capellan. lib. 2. cap. 9. num. 33. Lambertinus lib. 3. part. art. 27. quæst. 1. Et probatur ex vocabulo *liceat*, quod ponit causam in voluntate illius, cui licet, ut notat Barbosa in remiss. de clausulis & dictionibus d. 165.

X. Non potest tamen admitti patronus, qui scienter præsentavit indignum, & pro illâ vice fuit privatus jure suo, ita Barbosa ibidem. Ratio est, quia tunc privatio datur in pœnam, cap. *cum nos*, de offic. Ordin. Quod si Episcopus intra tempus præsentandi, conscius adhuc juris non devoluti beneficium contulerit patronis adhuc non præsentantibus, collatio firma est, quamvis possit irritari ex patronorum dissensu, veluti, illis præsentantibus, aut expressè contradicentibus, ita Barbosa num. 171. & alii ab eo citati. Quod si Episcopus contulerit elapso termino, & non reclamante, vel contradicente patrono manet firma collatio, ita Rebuffus in praxi part. 3. signaturæ, verb. *necnon*, jurispatron. numer. 52. & de nominat. quæst. 17. num. 11. Flaminius lib. 8. quæst. 10. Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. *jurispatronatus*, §. 8. dubio 8. Spin. glossa 4. num. 99. Pereira de potest. eligendi cap. 10. Aloysius Riccius praxi resolut. 154. Nicolaus Garcias cap. 9. Moneta de commut. ultim. voluntat. cap. 10. Barbosa supra.

Quod aliquando possit Episcopus XI.
spreto patrono validè conferre, patet primò, si patronus præsentet indignum, ita Moneta ibidem num. 372. Barbosa supra. Secundò, si patroni litigent super jure patronatus, nec cõtroversiam terminent intra terminũ præfixum ad præsentandum, idem Barbosa, & Moneta num. 372. Tertiò si patronus variando plures accumulativè præsentet, vel plures patroni dividant sua vota, idem Barbosa & Moneta num. 273. Quartò, potest Episcopus motu proprio instituere ipsummet patronum egenum absque ejus præsentatione, ita Rota decis. 10. num. 5. de jure patronat. Lotterius tract. de re benef. lib. quæst. 34. num. 62. & lib. 2. quæst. 14. num. 65. Verallus decis. 189. num. 2. part. 3. Barbosa supra. Ratio est, quia dum patronus non impugnat, provisio ab ordinario facta de beneficio quasi liberæ collationis etiam intra tempus præsentandi est in statu validitatis, eo quod censeatur facta sub conditione, si patrono placuerit, & ideò semper ratificari potest, mero jure stat, ita Covarruvias pract. cap. 36. num. 9. vers. *Tametsi frequentiori consensu*, Rochus verb. *honorificum*, vers. *Ubi attingunt*, Felinus tractat. *quando littera Apostol.* præjud patr. amp. 9.

Æmilius

Æmilius Ferretus consil. 211. Nicolaus Garcias de benef. part. 11. cap. 3. Lotterius lib. 2. quæst. 14. Puteus decis. 402.

## §. 1.

## *De institutionibus Clericorum qui à Patronis ad beneficia nominantur ac offeruntur.*

I. NOmen institutionis significat concessionem Ecclesiæ, seu beneficii auctoritate legitimâ Episcopi, vel alterius Ordinarii factam, non simpliciter cuivis Clerico, sed ei, qui est à patrono nominatus & oblatus, ita Azorius instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 22. quæst. 1. Barbosa de officio & potest. Episcopi part. 3. alleg. 72. num. 174. Dicitur translatio juris non libera à superiore facta, ex quâ plenum jus datur instituto, ita Abbas cap. *auctoritate*, num. 7. de instit. Hic juris translationem probat glossa cap. 1. de reg. juris lib. 6. Undè dicitur *non libera*, quia superior tenetur instituere præsentatum, cap. *decernimus*, 16. quæst. 7. cap. *pastoralis*, cap. *quod autem*, de jure patron. Undè Panormitanus & Azorius notant institutionem differre à confirmatione & collatione. Nam confirmatione superior electo & postulato à collegio Clericorum Ecclesiam vel beneficium donat. Collatione verò datur Ecclesia vel beneficium simpliciter legitimâ superioris auctoritate liberè: quia superior dat beneficium Clerico idoneo, cui ipse vult. Institutione verò superior Ecclesiam vel beneficium concedit Clerico nominato & oblato à patrono. Undè confirmatio electioni, approbatio postulationi succedit: institutio nominationi, sivè præsentationi à patrono factæ. Collatio autem fit superioris arbitratu absque ullâ electione, vel postulatione à Collegio Clericorum facta, & absque præsentatione vel nominatione à patrono præmissâ. Item institutio, confirmatio, collatio jus tribunt in beneficio: sed electio, nominatio, postulatio minimè.

II. Lotterius de re benef. lib. 2. quæst. 12. num. 6. & 7. Barbosa supra num. 176. docent duplicem esse institutionem, una dicitur collativa tituli, cujus subjectum est beneficium, altera authorizabilis, cujus subjectum est cura animarum, & favet illis cap. *omnes basilicæ*, 16. quæst. 7. & cap. *injuncto*, ad fin. de hæreticis. Super utraque Episcopus fundat jurisdictionē suam de jure communi jam citato, qui potest præsentatos à patronis, & per examen idoneos repertos instituere, ita Alphonsus de Leone tract. de offic. capell. quæst. 4, praxi numer. 182. & seq. Vivianus lib. 12. cap. 2. num. 1. Ugolinus cap. 51. §. 4. num. 1. Valerius Reginaldus in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. numer. 224. Marius Antoninus variar. resol. lib. 1. resol. 47. num. 6. & resol. 55. num. 11. Lambertinus lib. 2. part. 3. quæst. 1. art. 10. num. 1. Abbas in cap. *cum Ecclesia Volterana*, de elect. quibus arridet cap. *ex frequentibus*, de instit. cap. 1. eodem tit. lib. 6. cap. *tuæ fatis*, de offic. Archidiac. Clement. *plures*, de jure patronatus. Rota decis. 85. num. 1. part. 2. Ratio est quia Episcopus in collatione beneficiorum suæ Diœcesis habet intentionem fundatam in eodem jure communi ex cap. *omnes Basilicæ*, 16. quæst. 7. Rota decis. 416 num. 1. & decis. 382. num. 1. part. 2. Gregorio XV. decis. 391. num. 1. & 4. Cardinal. Seraphinus decis. 1353. num. 3. Valerius Reginaldus tract. 3. num. 239. Gonzales ad regul. 8. Cancell. §. 1. proem. num. 21. Quam facultatem instituendi potest Episcopus specialiter delegare, etiam ante vacationem, ita Vivianus lib. 12. cap. 2. num. 1. Barbosa supra numer. 177. post Joannem Andræam, & Dominicum in cap. *si confirmationem*, de elect. lib. 6. Prædicta delegatio non operatur nisi elapso tempore concesso patronis, seu à die vacationis beneficii, ita Villalobos tomo 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 22. num. 117. Perez lib. 2. vers. *quæro ulterius*, tit. 6. lib. 1. ordin. Rebuffus in praxi benef. lib. 1. tit. de devol. num. 5. Barbosa part. 3. alleg. 71. num. 134. & 178.

Quibus favet cap. 2. de supplen. neglig. Prælat. & cap. 2. §. *cum verò*, de concess. & præbend. cap. *eam te*, de jure patron. Ratio est, quia eo tempore durante Episcopus non potest ordinario jure instituere, nec conferre, etiam licet patroni præsentassent indignum aut non idoneum: quia patroni laici possunt facere variationē intra quadrimestre, ut cum Cavalcano decis. 11. num. 53. part. 3. resolvit Barbosa supra.

III. Quamvis Capitulum sede vacante nequeat conferre beneficia, quorum collatio ad Episcopum spectat ex Piasecio in praxi novâ Episc. part. 2. cap. 5. numer. 16. Stephano Quaranta in summâ bullarii verb *sede vacante*, vers. *nonò quæro*, Filliucio tract. 41. de benef. cap. 2. num. 42. Gonzales ad reg. 8. Cancell. §. 4. proëm. num. 35. & glossa 9, §. 1. num. 77. Garcia de benef. part. 5. cap. 7. num. 51. & aliis ab eo citatis, Azorio institut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 38. quæst. 2. Patetque cap. *ex frequentibus*, cap. *ex injuncto*, de hæreticis, cap. *omne Basilicæ*, 16. quæst. 7. Potest tamen Capitulum Clericos à patronis præsentatos admittere ac instituere, Barbosa supra num. 183. Rebuffus in praxi tit. *forma vicariatus*, num. 132. Quaranta vers. *quæ conclusio*, Garcias cap. 7. num. 54. Vivianus lib. 12. cap. 2. num. 6. Filliucius cap. 2. numer. 34. Caldermus consil. 3. de jure patron. Azorius supra quæst. 3. & habetur cap. 1. de instit. in 6.

IV. Quod si testator Capellam instituat eâ conditione, ut institutio præsentati non spectet ad Episcopum; tamen adhuc Episcopus poterit instituere, ita Barbosa supra numer. 187. Ratio prima est, quia institutio ministrorum & provisio omnium beneficiorum in suâ Diœcesi existentium spectat ad Episcopum de jure cap. *omnes Basilicæ*, 16. quæst. 7. & de beneficiis juris patronatus cap. *relatum*, 21. cap. *præterea*, 23. de jure patron., ita ut nulla privata persona possit quidquam statuere contra jus, juxta reg. *l. nemo potest*, ff. *de lege*. Secundò, provisio beneficiorum & reliqua omnia quæ cōstituunt in sacris & sacerdotiis sunt juris publici lib. 1. §. *hujus studii*, ff. de instit. & jure, quare privatorum dispositionibus tolli nequeunt, *l. jus publicum*, 39. ff. *de pactis*, Abbas in cap. *nobis*, de jure patron. num. 5. Covarruvias cap. *tua*, numer. 8. de testam. Et de sponsalibus part. 2. cap. 3. §. 1. num. ult. Menochius de succes. §. 7. num. 15. Valascus consil. 105. asserunt hanc opinionem esse communem. Sic in Ecclesiis Religiosorum, quæ pleno jure ad illos non spectant, Præsbyteri ab illis præsentandi sunt Episcopis, ut ab ipsis instituantur, ita cap. *in Lateranensi*, 31. & cap. *de Monachis*, 12. de præbend. cap. *cum & plantare*, & cap. *in Ecclesiis*, de privileg. Barbosa supra num. 188 ubi numer. 189. notat in Ecclesiis, quæ non pleno jure spectant ad Religiosos, sed Episcopus habet institutionē, ponendos esse vicarios perpetuos ex c. 1. de capellis Monach. & cap. de *de Monachis*, in iis verò quæ pleno jure spectant ad Religiosos, poni posse vicarios ad nutum eorum amovibiles, ut patet ex Clement. 1. & glossa verb. *ad mensam*, de excess. Prælat. Gloss. verb. *haberent*, in Clement. 1. de rescript. Glossa verb. *de mensâ*, in Clement. de suppl. neglig. ita Rebuffus in praxi tit. *de vicariis perpetuis*, num. 7. cap. *extirpanda*, §. *quia verò*, de præbend. & de congruâ portione, num. 32. Garcias de benefic. part. 11. cap. 2. Flores de Mena variar. lib. 1. quæst. 10. Gonzales ad reg. 8. Cancel. Glossa 5, §. 3. Hoieda de incompatib. benef. part. 1. cap. 15. Ratio est, quia in ejusmodi beneficiis non est locus institutioni, sed principalis titulus est penes ipsum Monasterium seu Collegium, cui unita sunt, & ideò nunquam censetur variare.

V. Huic tamen juri antiquo derogat Concilium Tridentinum sess. 7. de reformat. cap. 7. statuens, ut Episcopi possint deputare etiam vicarios perpetuos in quibuslibet beneficiis parochialibus, quæ reperiuntur unita Ecclesiis Cathedralibus, Collegiis, & Monasteriis, nonobstantibus privilegiis & exemptionibus quibuscumque. Accipe ejus mentem. *Beneficia Ecclesiastica curata, quæ Cathedralibus*

*Collegiis*

*Collegiis, seu aliis Ecclesiis, vel Monasteriis beneficiis, seu collegiis, aut piis locis quibuscumque perpetuo unita & annexa reperiuntur ab ordinario locorum singulis annis visitentur, qui solliciti providere procurent, ut per idoneos vicarios etiam perpetuos, &c.* Quæ verba complectuntur quæcumque Monasteria exempta & Ecclesias quomodocumque, & eorum mensæ unitas. Illi subscribunt Navarrus consil. 11. de statu Monach. Nicolaus Garcias part. 11. cap. 2. Flores de Mena quæst. 10. Nicolaus Garcias numer. 9. affirmat Cardinales respondisse perpetuos vicarios posse ab Ordinariis constitui, quamvis in litterâ unionis sit expressa clausula, quod possint deservire per vicarios amovibiles. Quæ resolutio explicanda est, vel enim illæ litteræ ante concilium emanarunt, vel post: si ante conceditur, si post non ita, ut ingeniosè notant Nicolaus Garcias, Barbosa num. 190.

VI. Episcopus potest utè confirmare dignum præsentatum à maiori parte omisso digniore, ita Durandus decis. 94. num. 9. Lambertinus de jure patron. lib. 2. part. 3. quæst. 4. artic. 1. Covarruvias in reg. *peccatum*, part. 2. §. 7. Molina de primogeniis libr. 2. cap 5. Perez lib. 2. vers. *hoc autem*, tit. 6. lib. 1. & probatur ex Glossa verbo *qui majoribus*, cap. *quoniam*, Rota decis. 102 part. 2. Ratio est, quia non est facienda comparatio zeli ad zelum vel meriti ad meritum, inquiunt Lambertinus lib. 2. part. 3. quæst. 4. art. 3. Rochus verb. *honorificum*, quæst. 15. Quod si à majori parte præsentetur indignus, & à minori dignus, potest & debet Episcopus instituere dignum, Barbosa numer. 198. Ratio est, quia scienter præsentans indignum, amittit pro illa vice jus præsentandi, cap. *cum vos*, de offic. Ordinarii, quod intelligendum est de patronis præsentantibus ad beneficia curata, ad quæ patroni debent digniores præsentare, non autem ad alia, ita Stephanus Gratianus discept. forens. cap. 211. num. 6. Campanile rub. 6. cap. 3. vers. *patronus*, Velasquez de privileg. pauperum part. 1. quæst. 7. num. 8. Gutierez lib. 2. can. cap. 11. num. 27. & 28. Nicolaus Garcias de benef. part. 7. cap. 16. Michael Ferrus de præced. Eccles. quæst. 25. numer. 9. & præci. Abbas in cap. *quoniam*, 3. num. 13. de jure patron. Cardinal. Tuschus pract. conclus. tomo 5. littera M. concl. 14. num. 18. Quod si quis habeat dimidiam partem juris patronatus, & alii verbi gratiâ, decem aliam dimidiam, præsentatio facta ab habente dimidiâ, & ab uno ex decem alterius dimidiæ, erit valida nominatio. Sic in materiâ collationis, Hostiensis cap. *postulasti*, docet, quod si electio spectet ad Episcopum, & Capitulum, & Episcopus habeat dimidiam collationem, sufficit quòd unus vel duo illi adhæreant, ita apud Azevedo consil. 39. Resolvit Rota decis. 408. part. 1. divers. Tuschus littera M. conc. 15. num. 4.

VII. Quia de digno & digniore in materiâ præferentiæ ad beneficia mentionem fecimus, dico quod magis dignus debeat institui, quando sunt plures præsentati ab uno patrono, vel æquali patronorum suffragio, cap. 3. de jure patron. Azorius institut. moral. part. 2. lib. 6. cap. 22. quæst. 14. Perez de Lara de Capellan. lib. 2. cap. 2. Castro-Palao disput. 2. puncto 9. Aloysius Riccius in praxi resol. 106. Barbosa part. 3. alleg. 72. n. 200. Dignior autem is censendus est, qui stante idoneitate, est de lineâ fundatoris, Lambertinus lib. 2. part. 3. quæst. 5. art. 4. Rochus verb. *honorificum*, quæst. 18. Barbosa supra num. 102. Vel qui est Diœcesanus, Lambertinus part. 3. quæst. 7. art. 4. num. 5. art. 5. Rochus supra, Marcus Antonius resolut. 104. Barbosa num. 203. Ratio prima est, quia civis debet præferri extero, ita Rota decis. 299. part. 1. divers. Lambertinus quæst. 5. art. 4. num. 5. Cæs. de Graffiis decis. 1. numer. 12. de jure patron. Puteus decis. 254. lib. 1. Seraphinus decis. 293. part. 1. Michael Ferrus supra quæst. 25. num. 12. Ratio secunda, beneficia sunt conferenda potius oriundis, quàm extraneis, Azorius part. 2. lib. 6. cap. 4. quæst. 25. Gonzales glossa 7. §. 1. Flaminius de resignat. lib. 4 quæst. 7. Barbosa num. 202. Probatur ex Sixto V. qui anno 1587. constitutione, quæ incipit

incipit *in sacrosancto*, prohibet admitti ad beneficia in regno Valentiæ constituta Clericos oriundos extra illud regnum, ubi ipsi Valentini à similibus excluduntur, & regulâ 16. Cancellariæ ordinat. ut in beneficiis cæteris paribus oriundus præferatur nõ oriundo, & Diœcesanus non Diœcesano. Ratio prima hujus præferentiæ est, quia nationales magis amantur à populo, quàm exteri. Secunda, magis diligunt Christi greges sibi commissos, eorum virtus, & doctrina magis est perspecta, utilis, & salutaris. Tertia, exteri aliquando solent extrevelare, quæ Rex, Princeps, vel Respublica vellet celari. Quarta, exteri sunt diversi idiomatis, linguæ, sermonis, & morum, & ideò difficile possunt suo munere fungi. Quinta, cum exteri dulci patriæ amore teneantur, sæpè absunt ab Ecclesiis ubi secundũ jus morari debent. Sexta, sunt in fundandis Ecclesiis parùm solliciti, in conservandis parum laborioſi. Septima, pecunias sæpè alò asportant, l. *divus*, ff. *de tutorib. & curat. datis ab hostibus*. Ubi statuitur ut tutela detur oriundis in loco undè pupillus originem ducit, & l. ultim. cap. de offic. prætoris, Prætor in urbe creetur nonnisi, qui in urbe larem vel domicilium habet. Hinc fit ut statutis & legibus quorundam Regum, Principum, Provinciarum, exteri & alienigenæ omninò excludantur ab officiis & beneficiis in illis Provinciis & Civitatibus institutis, quæ leges à jure Canonico permittuntur. Vide Gregorium Tholosanum in suis institutionibus cap. 37. cap. *nullus invitus*, Abbatem in cap *ad decorem* in institution. numer. 14. Denique constans est omnium sententia multa beneficia Ecclesiastica Clericis, non exteris, sed oriundis esse conferenda, Ripa, Decius, Joannes Selva, Barbatus, Parisius, &c quos refert Mandosius r. g. 16. Cancell. quæst. 41. num. 9. Quibus favet cap. *hortamur*, distinct. 71. & cap. ult. de cleri jure.

VIII. Nec mirùm videri debet, si Ecclesia non improbet fundationem beneficii eâ lege nè ad illud ullus promoveatur, qui non sit de hâc familiâ, vel gente. Hoc permittendo pii homines primò facilius & promptius inducuntur & excitantur ad fundandas, dotandas, & extruendas Ecclesias. Secundò Ecclesia vult iis esse grata, qui de Republicâ Christianâ benè merentur. Tertiò quilibet potest res suas & bona dare Ecclesiæ eâ lege, quàm ipse constituit, seu jure aliquo reservato, ut in hoc casu. Si tamen Clerici ex tali familiâ, vel gente sint indigni & inepti beneficio non debent promoveri. Nam conditio adjecta supponit aliquem ex tali gente vel familiâ fore aptum & idoneũ, nec patronus seu fundator cõtra canones & jura intendunt indignum aliquẽ ex tribulibus suis præfici Ecclesiæ à se fundatæ, & dotatæ, præcipuè si sit parochialis:

IX. Quæres si exteri sint magis idonei, & aptiores, an debeat his conferri beneficium, omissis indigenis & tribulibus; Respondet Azorius sup. minimè, quia quamvis sint Doctores, & meliores, tamen Episcopus non debet illos præferre, si in patriâ, tribu, vel gente idonei Clerici reperiantur. Ratio est, quia illa lex posita à fundatore reddit exteros incapaces talis beneficii. Quam legem approbat jus Canonicum, ut justam ac proindè servandam. Dices cap. *ad decorem*, de institut. Innocentium III. reprehendere Patriarcham Constantinopolitanum, quod suis Ecclesiis ministros non præficeret ex omni natione delectos, sed ex solâ Venetorum gente arcitos. Deindè in Ecclesiâ is est eligendus, qui est cæteris melior, doctior, magis idoneus. Igitur non ex unâ tantùm familiâ & gente. Præterea fi ex unâ familiâ & gente deligatur Ecclesiæ minister seu beneficiarius videtur esse quædam hæreditaria successio, à quâ Canones & jura plurimùm abhorrent. Undè Innocentius III. in cap. *venerabilem*, de electione, ait: *Videretur imperium non ex electione, sed ex successione deberi, & in præjudicium principum redundaret, si nonnisi de domo ducis prædicti videretur aliquis ad imperium assumendus.* Et cap. *nos qui*, distinct. 40. ex Gregorio dicitur. *Nos, qui præsumus non debemus innotescere loco aut dignitate generis,* Innoc 3.

sed

*sed morum nobilitate, nec urbium claritate, sed fidei puritate.* Respondet Azorius Patriarcham reprehendi, non quia eligebat indigenas ad beneficia, sed quia cùm multos ex exteris ascivisset, ex unâ tantùm Venetorum gente assumebat, & quia tantùm Venetos promovebat, quasi conventionem & pactum cum iis iniisse videbatur, & ii jus ad beneficia se habere præsumebant. Ad alia argumenta, dico, in beneficiis rationem haberi meritorum, nihilominus genus & patria ministrum aliquando Ecclesiæ utiliorem & aptiorem efficiunt, nec ex hoc sequitur fore hæreditariam successionem beneficiorum, cùm non conferantur ratione generis & sanguinis, sed quia utiliores & magis idonei sunt, ac Canones id permittunt. Sic qui ex Judæis & Saracenis ducunt originem, excluduntur in Hispaniâ à multis Cathedralibus & Collegialibus per statuta Canonicorum suffragio & jurejurando confirmata, ac Episcoporum auctoritate munita. Et in nostris constitutionibus pro reformatis, nuper approbatis ab Urbano VIII. & Innocentio X. cavetur part. 1. cap. 3. num. 3. nè admittantur ad ordinem ex sanguine Hebræorum orti.

X. Potest etiam Episcopus præferre compatronum, qui à medietate compatronorum est præsentatus, ita Lambertinus part. 3. quæst. 7. art. 7. Item eum qui est intitulatus in Ecclesia, & ordinatus ad titulum illius ex cap. *postulasti*, de jure patrôn. Rocho verb. *competens aliqui*, quæst. 27. Lambertino quæst. art. 8. Barbosa de officio & potest Episc part. 3. alleg. 72. num. 204. Item nobiliorem ex supradictis, vel potentiorem, modò sit probus, ita Lambertinus quæst. citatâ art. 10. Barbosa numer. 105. Vel doctiorem Lambertinus art. 11. Barbosa eodem numero. Vel seniorem, Lambertinus art. 13. Rochus verb. *in Ecclesia*, quæst. 4. & verb. *honorificum*, quæst. 15. Aloysius Riccius resol. 174. Marcus Antonius resol. 104. Barbosa supra, Rota decis. 122. part. 1. divers. Vel pauperiorem, modò Ecclesia non sit debitis onerata, quia tunc debet institui dives, Lambertinus quæst. 5. art. 3. Ferrus quæst. 25. Rochus verb. *honorificum*, quæst. 15. Barbosa supra. Item eum qui intendit residere, ita Zapata in discursu part. 1. conclus. 2. num. 4. Zarabella in cap. *relatum*, Imola ibi sup Gloss. verb. *cum effectu*. Item eum qui promovendus est ad ordines nec intendit mutare statum Clericalem, cap. *committa*, §. *cæterum* de elect. lib. 6. Zapata supra part. 1. concl 11. Navarrus de orat. miscell. 44. num. 2 & consil. 17. de clericis non resident. Sanchez de matrimonio lib. 7. disp. 45. num. 10. Azorius part. 2. lib. 6. cap. 9. quæst. 4. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 3. alleg. 60. num. 101. Vel sacerdotem alteri, qui est insignitus ordine inferiore, ita Rota decis. 219. part 1. & decis. 61. numer. 1. Perez lib. 2. cap. 3. Rolandus consil. 47. numer. 75. Dectus consil. 542. Barbosa part. 3. alleg. 60. num. 101. Vel eum qui prius fuit assecutus suos ordines & gradus, Joannes de Platea lib. 2. num. 1. Cod. de primicer. lib. 12. Natta consil. 638. Vel Graduatum in aliquâ scientiâ Rota decis. 36. num. 2. Caputaq. decis. 277. part. 1. Vel doctorem non doctori præferre, Rota jam citata, Aloys. Riccius decis. Curiæ Archiep. Neap. decis. 135. part. 4. Barbosa proximè citatus. Vel magis litteratum Rota apud Farinacium decis. 677. part. 4. Vel majori habilitate præditum, ut prudentiâ, integritate, & maturitate magis perspicuum ita Rota Rom. apud Farinacium decis. 628. Et in terminis, quod in concursu parochialis præferendus est magis litterato, is qui prudentiâ, moribus, ac integritate videtur aptior ad Ecclesiam regendam, decernit Rota decis. 221. num. 1. part. 1. Barbosa sup. Quod si in aliquo concurrant pietatis, misericordiæ, vel utilitatis publicæ argumenta promoveri debet is, qui in illis virtutibus excellit, ita Valerius Reginaldus lib. 30. tract. 7. numer. 200. Vel minus doctus, cujus mores sunt noti & approbati, modò sit idoneus præferendus est doctiori, cujus vita ignoratur, ita Rota in Barcinon. parochialis die 29. Novembris 1613. Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. *beneficium*, §. 8.

vers. *secundo debent*, Perez de Lara de Capellan. lib. 2. cap. 3. Valenzuela tomo 2. consil. 105. Massobrius in praxi requis. 5. dubio 2. Gonzales ad reg. 8. cancell. glossa 4. Nicolaus Garcias part. 9. cap. 2. Piacesius in praxi nova Episc. cap. 5. num. 19. Barbosa supra. Undè eadem Rota in Beneventana resolvit quod duobus approbatis ab examinatoribus pro æquè idoneis, electio unius facta per Episcopum fuit judicata legitima, licet non esset doctor, vel Sacerdos, nec pauper, sicut alter. Eoquod ejusmodi qualitates etsi sint considerabiles, tamen non faciunt dignioremm pro gubernandâ Parochiâ, cum ultra doctrinam, mores, & aptitudo ad munus injunctum sint majoris considerationis.

XI. Optimè ad hoc intentum sanctus Thomas 2. 2. quæst. 63. art. 2. in corpore. *Dignitas alicujus personæ potest attendi dupliciter. Uno modo simpliciter, & secundùm se, & sic majoris dignitatis est ille, qui magis abundat in spiritualibus gratiæ donis. Alio modo per comparationem ad bonum commune. Contingit enim quandoq; quod ille qui est minus sanctus, & minus sciens potest magis conferre ad bonum commune propter potentiam, vel industriam secularem, vel propter aliquid hujusmodi. Et quia dispensationes spiritualiũ principalius ordinantur ad utilitatem communem secundùm illud 1. Corinth. cap. 12. Unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem, ideoq; quandoque absque acceptione personarũ in dispensatione spiritualium, illi qui sunt simpliciter minus boni melioribus præferuntur. Sicut etiam & Deus gratias gratis datas quandoque concedit minus bonis. Ad tertium, quantum ad conscientiam eligentis, necesse est eligere meliorẽ vel simpliciter, vel in comparatione ad bonum commune: quia si potest haberi aliquis magis idoneus erga aliquam dignitatem, & alius præferatur, oportet quod hoc sit propter aliquam causam.* Eandem doctrinam docent Rebuffus in concordia tit. de elect. derog. verb. *idoneorum*, Covarruvias in reg. *peccatum*. part. 2. §. 7. num. 4. vers. *dignior*, Azorius lib. 6. cap. 15. quæst. 1. vers. *eorum*. Joannes Paulus Xammardus part. 1. quæst. 26. Barbosa supra numer. 103. Perez de Lara de Cappell. lib. 2. cap. 2. num. 36. his verbis dignior dicitur, qui rei gerendæ aptior est, licet alter sit doctior, vel sanctior. Potest etiam licitè eligi dignus, de gremio Ecclesiæ posthabito digniore extraneo, ita D. Thomas supra ad 4. *Dicendum, quod ille qui de gremio Ecclesiæ assumitur, ut pluribus consuevit esse utilior, quantum ad bonum commune.* Cui subscribunt cap. *nullus*. distin. 61. Valenzuela consil. 105. Ugolinus cap. 50. §. 8. Gutierez consil. 2. Piasecius in praxi novâ Episc. cap. 5. Zechius de benefic. cap. 12. Vivianus in praxi jurispatron. part. 2. lib. 6. Ratio D. Thomæ citati est. *Quia hic magis diligit Ecclesiam, in quâ est nutritus, propter hoc etiam mandatur Deuteron. cap. 17. Non poteris alterius gentis hominem facere regem, qui non sit frater tuus.*

s. Thom.

Prædictis subdit Barbosa alleg. 60. n. 104. ab Episcopo eligendum esse, qui magis idoneus fuerit judicatus, ut loquitur Concil. Trid. ab ejus tamẽ judicio seu electione, si dignior rejectus fuerit, datur appellatio nõ quoad effectum suspensivum, sed devolutivum, ut statuit Concilium Tridentinum cap. 18. Cui subscribunt Rota decis. 537. num. 11. & decis. 656. numer. 2. apud Farinacium part. 1. & decretum in Pampilon. Abbatiæ de Aresso 22. Aprilis 1622. Ugolinus cap. 50. §. 13. Gonzales ad reg. 8. Cancel. Glossa 6. num. 138. Campanile in divers. juris canon. rub. 7. cap. 6. num. 75. Barbosa supra num. 104. Qui numer. 106. ait supra dicta de appellatione admittenda quoad effectum devolutivum ab electione Episcopi esse intelligenda, si electio Episcopi, seu judicum sit irrationabile, ita resolvit Rota decis. 40. num. 1. part. 1. recent. & decis. 654. num. 4 part. 4. in novis. & apud Gregorium XV. decis. 538. num. 5. & fuit dictum in Ravenat. Parochialis 2. Decembris 1592. Quibus subscribit Hercules Marescottus variar. resol. lib. 1. cap. 52. numer. 23. & 24. ita ut ejusmodi irrationabilitas debeat esse manifesta, & evidens, ut patet ex verbis conditionalibus XII.

nalibus Pii V. constito de prioris eligentis irrationabili judicio. Quem sequitur Rota decis. 40. num. 1. parte 1. recent. & decis. 219. num. 1. parte 1. in posthum. Marescottus resol. variar. lib. 1. cap. 52. num. 24. Gonzales supra. gloss. 4. num. 539. Lotterius lib. 2. quæst. 31. Barbosa supra num. 106. & tractat. de clausul. usu frequen. claus. 26. Ratio est, quia electione facta per Episcopum facienda est interpretatio in ejus favorem, scilicet, quod omnia consideraverit, & magis idoneum arbitrio suo elegerit, inquit Gonzales gloss. 4.

XII. Cœterùm hæc præsentatio fieri potest quocumque die etiam festivo, & etiam Paschali, patet ex cap. *concertationi*, de appellat. lib. 6. Vivianus lib. 6. cap. 1. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 3. alleg. 72. num. 144 Castro-Palao punct. 5. Ratio est, quia est quid extrajudiciale, & sapit rem spiritualem. Actus autem extrajudiciales validè fiunt diebus feriatis, Pereira resol. emphyt. cap. 13. Cardosius in praxi judic verb. *feria*, num. 1. Cevallos *de cognitione per viam violentiæ*. part. 2. quæst. 107. Igitur cum præsentatio sit actus extrajudicialis & voluntarius, ex citatis auctoribus, & Rocho verb. *honorificum*, quæst. 25. num 66. Poterit etiam fieri, non tantum die festivo, sed & ipsa institutio, seu admissio præsentati, Barbosa num. 195. Lambertinus lib. 2. part. 3. quæst. 2. art. 12. modò fiat extra sententiam & formam judicii. Tam præsentatio quàm institutio potest fieri in Ecclesiâ & in quocumque loco quamvis non solito, modò sit honestus, ita Lambertinus supra quæst. 2. art. 10. Præsentatio potest, extra Territorium, & Diœcesim, ubicumque reperiatur Episcopus, seu is coram quo præsentatio fieri debet, ita Vivianus lib. 7. cap. 1. numer. 9. Barbosa loco citato. Si tamen in institutione procedatur ad plenam causæ cognitionem, debet institutor esse in Territorio, ita Abbas in cap. *noxia*, de officio legati, Rochus verb. *competens alicui*, quæst. 34. Lambertinus supra quæst. 2. art. 11. Barbosa de officio & potest. Episc. alleg. 72. numer. 195. & num. 147. Non potest enim inter litigantes processus terminari extra Territorium.

XIII. Si in Episcopo concurrant duæ qualitates scilicet Abbatis & Episcopi & ut Abbas sit patronus alicujus Ecclesiæ, & ut Episcopus habeat jus instituendi in dicta Ecclesia patronatâ, tunc præsentatio & institutio non debent expediri unico actu, sed seorsim faciendæ. Primò enim debet tanquam Abbas præsentare, vel potius procurator nomine Abbatis præsentare, deindè Episcopus instituere, ita cap. *à collationis*, de appell. lib. 6. & cap. *cum olim*, ubi Felinus *de rejudicatâ*, Barbosa supra num. 196. Et tunc oportebit servare formam cap. fin. de elect. lib. 6. Idem asserendum est, quando ad eum, qui debet instituere spectat jus patronatus ratione patrimonii, vel si talis habeat compatronos. Item si compromittatur jus præsentandi illi, qui debet instituere, vel eidem tanquam privatæ personæ sit facta donatio juris patronatus. Vel denique si in illum tuerit translatum jus patronatus cum reservatione, quod præsentet de consilio alicujus, puta, Archidiaconi, aut alterius, vel aliquem præsentet de tali stirpe, vel gente. Barbosa supra. Nam in illis casibus actus præsentationis & institutionis sunt seorsim excipiendi. Aliter et differendum est quando in Episcopum ut Episcopum jus patronatus fuit translatum à laicis patronis, vel cùm ob devolutionem Episcopus debet conferre beneficium, Lambertinus lib. 2. part. 3. quæst. 2. artic. 9. Vivianus part. 2. libr. 12. cap. 10. Barbosa supra. Quia tunc ab Episcopi arbitrio dependebit negotium expedire unico, vel duobus actibus.

## CAPUT XX.

### *Episcopalis potestas circa Processiones publicas.*

I. PEtrus Gregorius lib. 1. partitionum juris Canonici tit. 20. cap. 4. ait processiones dici à procedendo, eo quod convocato & procedente Clero cum vexillis, Crucibus, & cereis sequente populo fiant. Harum aliæ sunt publicæ & communes, aliæ particulares. Publicæ & communes sunt Civitatis & oppidi præscriptæ ab Ecclesiâ in Litaniis majoribus in festo S. Marci, & in triduo ante Ascensionem, cujus orationes vocantur rogationes; vel in festo Corporis Christi, vel in Jubilæis: vel quæ præscribuntur ab Episcopo pro bono publico quando occurrit necessitas, imminet pestis, bellum, fames, vel aliud flagellum, vel in festo Patroni Civitatis, vel translatione ejusdem, vel pro gratiarum actione, &c. Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. *processiones*, §. 1. Seraphinus decis. 15. numer. 2. Barbosa de officio & potest. Episcopi part. 3. alleg. 78. num. 1. Dicuntur generales, quia in iis omnes Clerici debent interesse, Ugolinus de potest. Episc. part. 1. §. 2. num. 6. Aloysius Riccius in praxi fori Ecclesiast. decis. 362. in primâ editione, & resol. 308. num. 7. in secundâ edit. Barbosa proximè citatus n. 2. Campanile in diverf. iuris Canonici rub. 12. cap. 13. num. 118. Valenzuela tomo 2. consil. 184. Prosper de Augustino in additionibus in summâ bullarii verb. *præcedentia*.

II. Solus Episcopus potest publicas processiones indicere, ita Innocentius cap. *cum inter*, num. 2. de sentent. & de re judic. Sacra Congregatio Concilii in Eborensi 14. Januarii 1617. Franciscus Leo in thesauro fori Ecclesiastici part. 4. part. 2. num. 142. Bellerus disquisit. Clericalium part. 1. tit. *de favore Clericorum reali*, §. 2. numer. 5. Campanile citato loco, Barbosa alleg. 78. num. 3. noster Lezana tomo 4. quæst. regul. verb. *processio quoad regulares*, num. 4. Declaravit Sacra Congregatio Concilii Tridentini interpretum in Ferrariensi die 17 Junii 1609 eas processiones dici, quæ pro bono publico, vel pro publico honore indicuntur, non autem quæ ex levi causâ, ut notat Erasmus Chokier de jurisdictione ordinarii in exemptos part. 2. quæst. 45. num. 109. Eidem Episcopo cum consilio Capituli competit determinare Ecclesias, quæ adiri debent; ita Armendariz in addit. ad recop. legum Navarræ lib. 1. tit. 14. cap. 28. §. 31. tit. *de processionibus*, num. 1. & 2. Franciscus Leo supra num. 145. Aloysius Riccius in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis. 379. num. 4. part. 4. Valenzuela tomo 2. consil. 184. num. Barbosa sup. num. 4. Ubi notat Sacram Congregationem Concilii die 28. Martii anno 1628. & 7. Februarii 1632. censuisse requiri consilium & consensum Capituli. Absente Episcopo spectat ad Vicarium generalem cum consilio Capituli processiones illas publicas præscribere, ut sancivit Sacra Congregatio Rituum in Vigilensi die 28. Septembris anno 1630. Barbosa supra num. 5. Armendariz num. 3. Quod in ejusmodi processionibus generalibus omnes Clerici debeant ad Ecclesiam Cathedralem convenire, patet ex cap. *quoniam*, distinct. 38. Valenzuela tomo 2. consil. 184. num. 69. Boërio de auctor. mag. consil. num. 74. Sandoval. de offic. Eccles. cap. 29. Barbosa numer. 6. Ubi verò non est Ecclesia Cathedralis, ut in pluribus oppidis, ubi nec residet Episcopi, Portellus in additionibus ad dubia regularium, verb. *processiones*, num. 7. Rodriguez in addit. ad summam tomo 4. cap. 105. num. 1. Affirmare videntur, quod Priores, vel Archipræsbyteri nequeant cōpellere Clerum ad processiones, sed (inquit noster Lezana supra numer. 4.) intelligendum est, si tales non sint ordinarii locorum, vel processiones sint insolitæ & ex causâ levi.

III. Omnes Clerici exempti, tam sæculares quàm regulares etiam Monachi possunt ab Episcopo compelli ad publicas processiones, ita Concilium Trident.

Concilii Trident.

Tridentinum sess. 25. de regularibus cap. 13. *Exempti autem omnes tam Clerici sæculares, quàm regulares quicumq; etiam Monachi ad publicas processiones vocati accedere compellantur.* Tuschus de visitatione lib. 2. cap. 15. num. 53. Marcus Antonius variar. lib 1. resol. 13. num. 16. Gratianus decis. March. 232. Franciscus Emmanuel in quæst. regul. tomo 3. quæst. 36. art. 1. Zerola in praxi Episc. part. 2. verb. *processiones*, §. 2. Barbosa supra numer. 8. noster Lezana tomo 1. quæst. regul. cap. 9. numer. 47. & tomo 2. cap. 1. num. 50. tomo 4. verb. *processio quoad regulares*, numer. 2. Refert Aloysius Riccius in collectaneis decis. part. 4. collect. 882. Sacri Concilii sanctionē intelligendam esse de omnibus Clericis Diœcesanis, quantumvis exemptis si habeant beneficia simplicia in Diœcesi, Joannes Balboa decis. 339. part. 2. ait sufficere quod saltem obtineant officium in Ecclesiis, ab illis processionibus non eximuntur sacerdotes inservientes Ecclesiis Religionis Hierosolymitanæ, ad eas enim nisi accedant possunt compelli ut decisum fuisse à S. Cōgregatione scribunt Novarius in lucernâ regularium verbo *processiones*, num. 8. Armendariz supra num. 5. Cenedo pract. & canon. quæst. lib. 1. quæst. 26. num. 17. Salgado de protectione regiâ part. 2. cap. 9. num. 103. Barbosa supra num. 11. Quod etiam Canonici, & alii Præsbyteri beneficia vel officia Ecclesiastica habentes possunt cogi ut accedant ad omnes & quascumque processiones publicas aut indictas pro pio bono, & honore publicō, Armendariz supra num. 13. testatur decisum fuisse à Sacrâ Congregatione.

IV. Quod etiam regulares quantumvis exempti ad eas accedere teneantur, patet ex citato Concilio Tridentino, Chokier de jurisdictione Ordinarii in exemptos part. 2. quæst. 45. num. 109. Francisco Leone part. 4. cap. 2. num. 143. Ugolino cap. 20. §. 2. num. 4. Renato Chopino de sacrâ Polit. lib. 2. tit. 6. num. 18. Francisco Emmanuele tomo 3. quæst. 36. art. 1. Barbosa supra num. 14. P. nostro Lezana tomis supra citatis. Quos licet non possint compellere per censuras, aliis tamen pœnis illos plectere possunt, juxta cap. 1. de privilegiis in 6. scilicet deponendo superiores & contradictores incarcerando, à monasterio amovendo, privando, prædicatione verbi Dei, seu etiam pœnis pecuniariis, ita Barbosa in remissionibus ad Concilium Tridentinum. Gratianus decis. 532. num. 15. Peirinis de privilegiis Minimorum tomo 2. constit. 2. Pii IV. num. 60. noster Lezana tomo 4. quæst. regul. numer. 2. Nequeunt tamen compelli Monasteria distantia à Civitate ultra medium milliare Italicum, ut declaravit sacra Congregatio apud Lezanam tomo 4. verb. *processio*, numer. 3. Portellum verb. *processiones*, num. 2. ex Rodriguez. Quod etiam Confraternitates laicorum possint per Episcopum cōpelli ad ejusmodi processiones publicas, Centet Marcus Anton variar. lib. resol. 93. contra Marcellum Vulpe in praxi judiciali fori Eccles. cap. 11. numer. 9. Piacesium in praxi novâ Epis. part. 2. cap. 3. numer. 32. Ugolinum de potest. Episcop. cap. 11. numer. 6. Campanile supra cap. 13. num. 122. Aloysium Riccium resol. 308. num. 5. Franciscū Leonem in dicto thesauro part. 1. cap. 18. n. 18. Ratio est, quia ejusmodi confraternitates, licet quoad temporalia non subsint Episcopis, subsunt tamen quoad spiritualia, ita Tiraquellus *pia causa*, in præfat. vers. *item relictum confraternitatibus*, Sayrus decis. 5. de offic. ordinarii, Navarrus consil. 3. sub. tit. *de foro competente*, Marcus Antonius lib. 1. resolut. 66. Franciscus Leo in thesauro fori Ecclesiastici part. 2. cap. 8. numer. 18.

V. Ab aliis publicis processionibus eximuntur regulares qui in strictiori clausurâ perpetuò vivunt, ut patet ex Concilio Tridentino cap. 13. citato, & resolvunt Franciscus Leo sup. cap. 2. num. 144. Aloysius Riccius resol. 308. Armendariz supra numer. 8. Ugolinus cap. 2. §. 2. num. 5. Barbosa supra num. 15. Eadem exemptione gaudent Patres Societatis Jesu a Gregorio XIII. constitut. 36. quæ incipit *quæcumque*, die 16. Julii 1576. apud

Laertium Cherubinum, Patres Discalceati nostri Ordinis ex constitut. Clementis VIII. quæ incipit *Religiosorum* anno 1596. Et constitut. ejusdem in bullâ quæ incipit *Romanum Pontificē*, anno 1603. ex Paulo V. in bullâ *decet Romanum*, anno 1610. Clerici regulates pauperum Matris Dei, Scholarium piarum ab Urbano VIII. constitut. quæ incipit *debitum pastoralis officii*, Calendis Junii 1629. Clerici regulares Congregationis sancti Pauli decollati à Sixto V. constitut. 5. quæ incipit *rationi*, Calendis Maii 1585. & plures alii apud Barbosam allegat. 88. num. 18. & seq.

VI. Potest Episcopus convocare processiones ad Ecclesias regularium, ita noster Lezana tomo 5. quæst. regul. in mari magno Carmelitarum §. 75. n. 423. contra Tamburinum tomo 1. de iure Abbat. disp. 15, quæst. 15. n. 12. Portellum in dub. regul. verb. *processiones*, num. 10. Ratio est, hoc videtur esse jus Episcopale. Undè quando prohibetur nè Episcopi conventus publicos in domibus regularium faciant, intelligendum est de odiosis & contentiosis conventibus vel præjudicialibus, non autem de iis, qui cedunt in honorem & æstimationem religionum, cujusmodi sunt processiones, ita Lezana supra, Bordonus resol. 7. num. 100. & alii.

## CAPUT XXI.

### *Potestas Episcopalis quoad præcedentias Ecclesiasticorum.*

I. COncilium Tridentinum sessione 25. cap. 13. de præcedentiis ab Episcopo statim componendis, hæc statuit. *Controversias omnes de præcedentiâ, quæ persæpè cum scandalo oriuntur inter Ecclesiasticas personas, tàm seculares, quàm regulares, tum in processionibus publicis, tum in iis quæ fiunt in tumulandis corporibus, & in deferendâ Umbellâ, & aliis similibus, Episcopus amotâ omni appellatione, & non obstantibus quibuscumque componat.*

Concilii Trident.

De præcedentiæ discussione differunt Aloysius Riccius in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. part. 1. decis. 90. num. 1. Barbosa de officio & potest. Episc. alleg. 78. num. 26. Quoad regulares noster Lezana quæst. regul. tomo 3. verb. *Episcopus*, num. 23. & tomo 4. verb. *præcedentia*.

In præcedentiis & processionibus debet ab Episcopo attendi consuetudo loci, & illi regulariter, & ut plurimùm deferre debet, Cassaneus in catalogo gloriæ mundi part. 4. consider. 33. 37. 39. 40. & 41. Paulus Parisius consil. 149. num. 1. Medices Marchiæ decis. 21. Surdus de Neapol. illustr. cap. 27. num. 22. Fabius de Anna consil. 40. num. 1. Chopinus Monast. lib. 2. tit. ultim. numer. 23. Navarrus consil. 1. num. 3. de major. & obed. Betoldus in desert. jurid. polit. de præced. & sess. prærogativis cap. 3. numer. 8. Valenzuela tomo 2. consil. 201. num. 42. & seq. Barbosa allegat. 78. num. 27. & seq. Naldus in summa verb. *præcedentia*. num. 4. Quibus favet constitutio Gregorii XIII. in bullâ *exposcit*, die 15. Julii 1583. apud Laertium Cherubinum tomo 2. in Gregorio num. 84. apud Quarantam in summâ bullarii verb. *præcedentia*, &c. Ad consuetudinem autem inducendam in materiâ præcedentiæ in jure Canonico requiri decennium docent Menochius consil. 51. num. 49. & 51. & consil. 257. num. 59. & 42. Larata consil. 2. num. 27. Boerius tract. de auctoritate magni consilii numer. 49. Marcus Antonius Genuensis in pract. Archiep. Neapol. consil. 52. num. 1. Stephanus Gratianus discept. forens. tomo 1. cap 106. num. 8. tomo 2. cap. 298. num. 8. tomo 3. cap. 590. num. 23. Seraphinus decis. 964. & decis. 719. num. 18. Mastrillus de Magistratu lib. 4. cap. 14. num. 1. & lib. 5. cap. 4. num. 30. & Sicil. decis. 130. num. 16. Salgado de potest. regia part. 2. cap. 9. num. 18. Contelorius de præcedentiâ numer. 6. Michael de præceden. Eccles. quæst. 18. num. 7. Barbosa alleg. 78. num. 27. ait fuisse ita resolutum in Saguntinâ præcedentiæ 22. Junii 1609. & 5. Martii 1613. Et in Lucanâ præcedentiæ

II. In

24. Ja-

24. Januarii 1628. cui arridet Novarius in summâ bullarii titul. *de præcedentiâ*, in processionibus, & quæst. forens. part. 2. quæst. 13. & alter Novarius frater ejus in lucernâ regularium verb. *præcedentia*, Quamvis consuetudo juris repugnet, ita Gregorius XV. decis. 124. num. 2. & 4. Menochius consil. 51. numer. 51. Aloysius Riccius in collect. decis. part. 4. collect. 1069. Seraphinus decis. 964. numer. 1. Barbosa proximè citatus, Lezana supra numer. 4. Ideòque debet manu teneri, quando est alicujus temporis considerabilis, licet sit contra jus, ita resolutum fuisse in Orient. jurisdict. 22. Martii 1626. refert idem Barbosa, Rota decis. 534. num. 7. & decis. 595. num. 4. part. 1. divers. & in recent. decis. 985. num. 3. part. 1. Gregorius decis. 270. Id patet ex praxi Leodiensi, quamvis enim Canonici regulares ex Pio IV. in bullâ *Sedes Apostolica* anno 1564. Navarro tom. 4. de regularibus num. 4. Tamburino tomo 1 de jure Abbatum disput. 25. quæst. 1. habeant præcedentiam supra Monachos etiam nigros. Tamen Leodii hi præcedunt omnes illos. Secundò, Episcopus potest attendere prioritatem institutionis & approbationis, ut ex Rotæ decisionibus, & Cassaneo in Catalogo gloriæ mundi part. 4. considerat. 52. habet Lezana supra num. 4. Tertiò, tempus fundationis Ecclesiæ Collegiatæ seu Monasticæ, ut patet ex constitut. Gregorii XIII. & multis declarationibus sacræ Congregationis apud Barbosam de jure Ecclesiastico lib. 1. cap. 43. num. 182. ita ut prævaleat tantùm unius diei, vel horæ prioritas, ita Lezana supra, & apud Barbosam allegat. 78. num. 33. 34. Glossa verb. *jam*, cap. *si eo tempore*, 45. de elect. in 6. Glossa verb. *die obligavit*, in lege *si ex pluribus*, 89. §. fin. ff. de solut. & verb. *si non appareat* in cap. *duobus*, 14. de rescripti sin 6. Menochius remed. 4. adipis. numer. 761. Guilelmus Cassodorus decis. 20. num. 1. de præbend. Puteus decis. 172. num. 3. Aloysius Riccius in praxi aureâ resol. 103. qui addit etiam sufficere prioritatem unius puncti, seu momenti.

III. Concilium Tridentinum cap. 13. citato dat potestatem Episcopo dirimendi controversias de præcedentiâ, inter personas Ecclesiasticas tam sæculares, quàm regulares in processionibus publicis omni amotâ appellatione, scilicet, quoad effectum suspensivum tantùm, ita Aloysius Riccius in decis. Curiæ Archiepisc. Neap. part. 1. decis. 90. num. 1. Illa autem appellationis amotio debet intelligi quoad effectum suspensivum dumtaxat, quæ compositio fieri debet brevi manu, summariè ac de plano absque strepitu & figura judicii. Non comprehenduntur tamen qui nullius sunt Diœcesis, ita Franciscus Emmanuel quæst. regul. tomo 3. quæst. 37. art. 3. Franciscus Leo supra cap. 8. num. 18. Campanile supra cap. 13. num. 120. Fuschus de visit. lib. 2. cap. 15. num. 65. Armendariz num. 10. Barbosa numer. 26. Cæterùm Concil. Tridentinum cap. 13 tantùm ordinat ut Episcopus possit providere & decernere quod sibi videtur ad evitanda scandala, ita ut quod ordinaverit debeat executioni demandari. Quæ sanctio Tridentina non tollit appellationem devolutivam, in cujus gratiâ benè datur manutentio possessori, ut censuit Rota in Colonien. præcedentiæ die 9. Junii 1627. apud Postium post tract. manut. decis. 32.

IV. Rector in suâ Ecclesiâ præcedere debet quoscumque alios, qui in ordine hierarchico non sunt superiores scilicet quando Missæ solemnes celebrandæ sunt, occurruntque aliæ præeminentiæ, ideò Barbosa num. 38. ait Rotam censuisse Parochum in suâ Ecclesiâ præterendum Decano & Capitulo Collegiatæ ad eam Ecclesiam personaliter ex antiquâ consuetudine accedentibus. Ratio est, quia (inquit Gonzales ad regul. 8. Cancell. glossa 6. num. 101. & seq.) major cedere tenetur minori in suâ domo, sed aliquorum locorum praxis & consuetudo est huic resolutioni contraria, & ideò illud possessorium locum legis obtinet.

V. Quoad ordinem inter sæculares & regulares, Vulpe in praxi judicii fori Ecclesiastici cap. 34. Navarrus in

lucernâ

lucerna regularium verb. *præcedentia* numer. 4. & 5. noster Lezana suprà num. 3. præcedentiam deberi Clerico sæculari super regularem, etiam in ipsis regularium Ecclesiis & Monasteriis, probatur ex universali Ecclesiæ consuetudine, & variis Sacræ Congregationis decisionibus de præcedentiâ & ordine inter regulares. Vide Barbosam num. 29. 30. 32. 33. 34. 35. 39. 37. Ex nostris Lezanam tomo 4. verb. *præcedentia*, num. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Augustinum à Virgine Mariâ in privilegiis omnium religiosorum, verb. *processio*, num. 2. 3. 4. 5. 6. 9. Quomodò Episcopus se gerere debeat erga Confraternitates, quando contendunt de præcedentiâ, vide Cevallos commun. contra commun. tomo 4. quæst. 897. num. 236. Gutierez lib. 1. canon. cap. 35. Avendanno de exequen. mandat. part. 1. cap. 1. num. 25. Pro coronide Barbosa numer. 31. ait materiam præeminentiæ regulariter esse magni præjudicii, & ideò non licere de ea absque superioris auctoritate compromittere, secus est, si compromittatur super modo incedendi, & conveniendi in processionibus, subdit itaque decisum fuisse à Rotâ in unâ Calaguritana præeminentiarum die 30. Januarii anno 1560.

## CAPUT XXII.

### *Potestas Episcopalis inducendi Clericos ad honestatem in vestibus & tonsurâ servandam.*

I. LIb. 4. Reg. cap. 1. fertur quòd S. Elias à cæteris discernebatur, non tantùm morum honestate, sed etiam vestium modestiâ: Nam nuncios ad consulendum Beelzebul Deum Accaron missos Ochoz rex interrogans petiit, quem obviâ in itinere habuissèt qui eos ulterius progredi obstitisset. vers. 8. *Vir* (inquiunt) *pilosus & zonâ pelliceâ accinctus.* Ideſt, cæsarie incultâ, veste villosâ, ac zonâ pelliceâ non apparatâ accinctus. Quo habitu usos etiam fuisse alios Prophetas divinisq; officiis specialiter mancipatos docet Apostolus ad Hebræos cap. 11. vers. 37. *Circuierunt in melotis in pellibus caprinis.* Vocat eorum habitum melotem, quæ erat vilis & asper amictus, quo vestiti circumibant agros & oppida docentes populum, & ad pœnitentiam, sanctamque vitam amplectendam hortabantur. Cur Scriptura tam studiosè describit non tantùm Eliæ, Joannis Baptistæ, sed etiam aliorum Prophetarum vestem, cæsariem & zonam? Lyranus in cap. 1. lib. 4. Regum de Eliâ. *In hoc commendat eum scriptura de vilitate & asperitate habitus.* Incultus ille habitus exterior virtutem interiorem optimè cultam denotabat. Undè sanctus Bernardus in sententiis zonam Eliæ, Joannis Baptistæ ita interpretatur. *Tria sunt quæ nos restringunt & cohibent, & quasi cinctoria dici possunt, corporea mortis memoria, quæ est zona pellicea, quâ cingebatur Elias, & Joannes, &c.* Origenes homilia 9. in Leviticum, ait ideò gestasse zonam pelliceam: *Vt per hoc declaretur judicari pars illa corporis apud ejusmodi viros, ita emortua, ut neque vel levis motus neque alius quisquam in lumbis eorum fuisse crederetur, sed sola castitas, & pura prudentia.* Lyranus aliam consequentiam infert. *Ex quo etiam sequitur quod nimia mollicies & curiositas est vitiosa, animiq; incompositi ac mentis depravatæ indicium est.* Accipe aurea verba sancti Chrysostomi tomo 5. orat. in Calendis habitâ. *Eò usque mollitiæ usu delapsi sunt homines, ut & calceos exterant, & omni ex parte (æquè enim ac faciem suam nonnulli componunt) variare soleant, quod anima depravata signum est. Licet enim perexiguum hoc esse videatur, tamen tum in viris, tum in feminis magnum perditæ mentis argumentum & significatio est. Ingressu enim & amictu nos Deum gloriâ afficere posse, cognosce ex eo, quod olim sapiens quidam dixit. Vestitus viri, risus oris, & incessus pedum indicant hominem.*

*l.4. Reg. c.1. v.8.*

Hebr. c. 11. v. 37.

Lyranus

s. Bernar.

s. Chryst.

II. Quàm periculosus & nocivus sit cultus exquisitus corporis in Ecclesiasticis. Idem aureum os innuit in imperfecto hom. 37. expendès illa verba

Matt. c. 21. v. 12.

Matthæi

Matthæi cap. 21. vers. 12. *Intravit Jesus in templum Dei, & ejiciebat omnes vendentes & ementes in templo.* Subdit. *Nam sicut è templo omne bonum egreditur, ita de templo omne malum procedit. Si enim sacerdotium integrum fuerit, tota Ecclesia floret: si autem corruptum fuerit, tota fides marcida est.* Idest, omnes religionis Christianæ propagines florent, fructificant, dùm Ecclesiasticorum modestiâ ac honestate morum ac vestium ædificantur: è contrà nihil magis Ecclesiam Christi devenustat quàm nimis curiosus corporis & vestium nitor. Ut mellifluè
2 Bernar. insinuat Sanctus Bernardus Clero in Concilio Rhemensi congregato. *Ministri Christi sunt, & serviunt Antichristo, honorati incedunt de bonis Domini, cui honorem non deferunt. Unde hic est eis, quem quotidie videmus, meretricius nitor, histrionicus habitus, regius apparatus. Indè aurum in frænis, aurum in sellis & calcaribus; plus nitent calcaria, quàm altaria, &c.* Idem post pauca non absentibus, sed præsentibus Ecclesiasticis, Sacerdotibus, Prælatis, Abbatibus, Episcopis, & Primatibus in eodem Concilio intrepidè pronunciat. *Intuere quomodò incedunt nitidi & ornati, circumamicti varietate tanquam sponsa procedens de thalamo suo. Nonnè si quempiam alium repentè eminus procedentem aspexeris, sponsam potius putabis, quàm sponsæ custodem? Undè verò hanc exuberare astimes rerum affluentiam, vestium splendorem, mensarum luxuriam, congeriem vasorum argenteorum & aureorum, nisi de bonis sponsæ; inter hæc, quod illa pauper & inops & nuda relinquitur facie miseranda, inculta, hispida, & exanguis. Propter hoc non est hoc tempore ornare sponsam, sed spoliare: non custodire, sed perdere: non est defendere, sed exponere; non est instruere, sed prostituere.* Modò ait ejusmodi Ecclesiasticos esse meretricio habitu amictos, modò Ecclesiæ sanctæ ac sponsæ suæ non ornatores, sed spoliatores: non custodes, sed perditores: non defensores, sed expositores: non instructores, sed prostitutores. Non tantùm prostitutores, sed protectores vitiorum vocat sanctus Cyprianus lib. de spectaculis in principio. *Non desunt vitiorum assertores blandi; & indulgentes patroni, qui vitiis auctoritatem præstent, undè etiam vitiis non excusatio, sed auctoritas detur. Nullum autem malum difficilius extinguitur, quàm quod faciles reditus habet, dum & multitudinis consensu asseritur, & excusatione blanditur.* Vel potius nullum malum difficilius extinguitur dum & Clerici consensu asseritur, & exemplo ejus blanditur, fovetur. Idem Cyprianus libr. de bono pudicitiæ ad mulieres ita aulicè ornatas, comatas sermonem dirigens, ait: *Quid capillorum mutatur color? quid oculorum extremitates suffuscantur? quid facies artibus in diversam convertitur formam? quid denique speculum consulitur, cultus mulieris pudicæ pudicus sit adulteriam fidelis neque in coloribus noverit. Quid inter fila staminum delicata aurum facit; nisi ut lasciviem animi infœliciter jactantis ostendant? Quid cum cervices peregrinus lapidibus urgentur, quorum pretia etiam sine artibus calendarum cujusvis excedunturs. Non ornatur his mulier, sed mulieris vitia ostenduntur.* Id verius de Ecclesiasticis aulicè ornatis dicendum est. Non est enim quod dicant, se suis pigmentis & vestibus aulicis Ecclesiæ splendorem demonstrare; illam potius dedecore quàm honore afficiunt, Ecclesiam potius vitiosam, quàm sanctam esse significant. Quid enim ad Ecclesiæ ornatum ista specula & alia vanitatis fomenta, ac diaboli instrumenta? S. Bernardus lib. 2. ad Eugenium papam. *Honorificabitis* (inquit) *non cultu vestium; non equorum fastu, non amplis ædificiis, sed ornatis moribus. Quam multis aliter? cernitur in nonnullis sacerdotibus vestium cultus plurimus, virtutum aut nullus, aut exiguus. Quibus ego si rememorem illud Apostolicum, non in veste pretiosa, vereor nè indignentur, dum nimirum indignum ducant in se assumptam sententiam, quàm prius in vitiorem sexum & ordinem prolatam fuisse recognoverint, &c. At tamè si dedignentur pari cum mulierculis, non quidem à me sed ab Apostolo feriri sententiâ dedignentur, & cum ipsis eâdem involvi culpâ.* Plura de hoc argumento fusius alibi. Huic fit ut S. Synodus

S. Cypri.

Tridentina dum Ecclesiam ab hæreticis vexatam avito splendori, fidei constantiæ restituere contendit, uno verbo (ut cum Sancto Chrysostomo supra loquar) *Ecclesia floreat, ejusq; fides non amplius marcida sit.* De reformando Clero seriò cogitavit.

III. Undè sess. 14. cap. 6. Clericorum ac personarum Ecclesiasticarum quantumcumq; exemptarũ, beneficium aut ordinẽ sacrum habentium reprehendit negligentiã in gestandâ decenti sui ordinis veste & nisi monitis Episcopi obtemperent, decernit privandos suis reditibus. *Quia verò etsi habitus non facit Monachum, oportet tamen Clericos vestes proprio congruentes ordini semper deferre, ut per decentiam habitus extrinseci morum honestatem intrinsecam ostendant: tanta autem hodie aliquorum inolevit temeritas, religionisq; contemptus, ut propriam dignitatem & honorem clericalem parvipendentes, vestes etiam deferant publicè laicales, pedes in diversis ponentes, unum in divinis, alterum in carnalibus; propterea omnes Ecclesiasticæ personæ quantumcumque exemptæ, quæ aut in sacris fuerint, aut dignitates, personatus, aut beneficia qualiacumq; Ecclesiast. obtinuerint, postquam ab Episcopo suo, etiam per edictum publicum moniti fuerint, honestum habitum clericalẽ illorũ ordini, dignitati cõgruentem, & juxta ipsius Episcopi ordinationẽ & mandatum non detulerint, per suspensionem ab ordinibus, ac officio & beneficio, ac fructibus, reditibus ac proventibus ipsorũ beneficiorum, necnõ, si semel correpti denuò in hoc deliquerint, etiã per privationem officiorum & beneficiorum ejusmodi coerceri possint & debeant secundùm constitutionem Clementis V. in Concilio Viennensi editam, quæ incipit, quoniam innovando, & amplianda.*

IV. In quo autem vestium Clericalium honestas consistat, declarat Xistus V. in suâ constitutione, quæ incipit, *Cum sacrosanctum*, die 5. Januarii anno 1585. Notant Jacobus de Graffiis de effectibus clericorum numer. 271. idem in aureis decis. part. 1. lib. 3. de probat. lib. 2. cap. 34. num. 38. & 39. Guido Pancirola variar. lect. lib. 1. cap. 21. Decianus tract crimin. tomo 10. lib. 4. cap. 9. num. 96. & 97. Bellet. disquis. clerical. part. 1. tit. de discipl. cleric. §. 16. puncto 13. Mosconius in tract. de majest. milit. Eccles. lib. 1. part. 2. cap. 2. vers. *de habitu autem*, Camillus Borellus in summa omnium decis. tomo 1. tit. 11. *de vitâ & honestate clericorum*, num. 39 & seq. Barbosa de officio & potestate Episcop. part. 2. alleg. 9. num. 4. Illis qui in minoribus ordinibus sunt constituti hanc vestium formam præscribit Concilium Bracharense ultimum, part. 2. act. 4. cap. 8. *Hortatur sancta Synodus eos, qui sunt in minoribus ordinibus constituti, præsertim in via ad majores ordines, talarem vestem portent, cæterisq; & interioribus & exterioribus indumentis modestius utantur, & ad Ecclesiasticum cultum accommodati.* Marcus Antonius Genuensis in praxi Archiepis. art. 53. numer. 4. Carolus de Grassis effectu 1. num. 1290. Barbosa proximè citatus num. 7. notant Episcopum posse prohibere nè laici tonsurâ & habitu clericali utantur. Qui habitus professioni & ætati congruere debet, ita ut in habitu & calceamentis nullum decoris & vanitatis vestigium appareat, sed eorum professio habitu & incessu probetur, ita cap. *clericus*, 31. dist. Baldus in rubr. num. 9. *de vita & honestate clericor.* Quem refert Benedictus Ægidius tract. de privileg. honestatis artic. 11. num. 1. vers. *circa vestes*, Rationem suggerit Concilium Tridentinum citatum. Licet enim habitus non faciat Monachum: nihilominus clerici debent semper deferre vestes proprio ordini congruentes, ut per decentiam habitus extrinseci morum intrinsecam honestatem præferant. Sub nomine honestatis comprehenditur color scilicet viridis & rubeus, quem expressè improbat text. cap. penult. vers. *per annos*, de vitâ & honestate clericorum, & in Clem. 2. in fin. eodẽ tit. ubi Clemens V. per totum textum refert multa de hac vestium honestate. Rubeus enim color tantùm licitus est Cardinalibus, viridis Episcopis, ita Menochius de arbit. casu 392. n. 12. Pacianus tract. *cui incumbat neg.* lib. 2. cap. 34. num. 39. Carolus de Grassis de effect. cleric. in prælud. num. 272. Scaccias de judic. part. 1. cap. 11. numer. 85. & 86. Prohibetur illis virgata & partita vestis (inquiunt Bernardus,

&

& alii) quos referunt Salzedo ad Bernardum cap. 78. Vivaldus in candelabro aureo part. 3. ad finem in explicatione bullæ Xisti V. & tonsurâ numer. 9. vers. *quarta assertio*, Thomas Valascus juris tomo 1. allegat. 11. num. 7.

Sacerdotes & Monachi tonsuram gestant instar coronæ Christi, & quasi humilitatis & contemptus mundi insigne, inquiunt Beda lib. 5. histor. Angl. cap. 22. Germanus Patriarcha Constantinopolitanus in theoriâ rerum Ecclesiasticarum. Ibidem Beda ait in dictæ coronationis memoriam sanctum Petrum coronam capillorũ gestasse. De eadem coronâ ab Ecclesiasticis gestandâ differunt Carolus de Graffiis de effect. clericalibus in in prælud num 281. Gregorius à Valentiâ romo 4. disp. 9. quæst. 5. puncto 3. Nonnulli existimant rasum fuisse verticem sancti Petri à Judæis per contumeliam, & ideò clerum universum, honoris gratiâ, ob memoriam & reverentiam sancti Petri coronam deferre. Vide Polydorum Virgilium in flosculo de clericorum excellentiâ part. 1. num. 133. & de quatuor Patriarchalium sedium erect. cap. 15. num. 7. Durandum in rationali divinorum lib. 2. cap. 1. num. 31. Thomam Valascum tomo 1. alleg. 42 num. 2. Acuna in historia Episcoporũ Portugalium part. 1. cap. 7. habetur in cap. *prohibita*, distinct. 23. & cap. *Clericus*, 5. de vitâ & honestate cleric. Platina in vitas Pontificum, in vitâ Aniceti, Illescius in historiâ Pontificum part. 1. lib. 1. cap. 7. & cap. 14. chius de arbitr. casu 392. numer. 26. Quod ejusmodi tonsura fuerit in Ecclesia ordinata ab Aniceto Papâ, Sanctus Isidorus ait verè esse Apostolicũ institutum lib. 2. de officio, cui subscribunt Belletus disquis. clericalium part. 1. tit. *de disciplina clericali*, §. 17. num. 19. Bonacina de sacramentis disput. 8. quæst. unic. puncto ultim. num. 4. De tonsurâ coronæ & barbæ fusè asserunt Cardinalis Baronius Annalium Ecclesiasticorum tomo 5. anno Christi 398. Joannes Bernardinus ad Statium lib. 4. Theb. Joannes Pineda in Job. cap. 1. vers. 20. Fr. Bernardus de Britto in Monarchiâ Lusitana part. 2. lib. 5. cap. 2.

VI. Quod si abrasa barba & tonsum caput, mœrorem & luctum significabãt Isaiæ cap. 15. vers. 2, cap. 22. vers. 12. Jeremiæ cap. 7. vers. 19. cap. 19. vers. 9. Ezechiel. cap. 24. vers. 17. & vers. 23. Micheæ cap. 1. vers. 16. 1. Esdræ cap. 9. vers. 3. Et olim Joelis cap. 2. vers. 17. *Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri, & dicent parce Domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatem in opprobrium, ut dominentur eis nationes.* Sic nunc Mahometano Christianas oras invadente, preces & lacrymas fundere debent Ecclesiastici. Hinc Amalarius libr. 3. de Ecclesiasticis officiis cap. 4. scribit quod olim & nunc sudario utantur. *Propter* (inquit) *effusionem lacrymarũ tergendam fertur sudarium, ut in Martyrologio Beda legitur 19. Julii, quod Pater noster Arsenius propter redundationem lacrymarum tergendam, semper sudarium in sinu, vel in manu habuerit. In manu sinistra portatur, ut ostendatur in temporali vita tedium nos pati superflui humoris, hoc est carnalis delectationis.* Undè Beda in collectaneis tom. 3. differens de vestibus Sacerdotum, sudarium hoc nominat Mappulam, seu amapham, ita dictam à mundando sudore & humore, ait eam in sinistrâ à sacerdote gestari, quæ mappula videtur fuisse manipulus, quasi manus mappula, quasi defectibus, lacrymis & devotioni noster manipulus succedit. Undè Amalarius manipulum vocat sudarium, & in Rituali Romano Sacerdos induens manipulum ait. *Merear Domine portare manipulum fletus & doloris, ut cum exultatione recipiam mercedem laboris.* Ecclesiastici igitur meritò coronam in capite gestare debent quasi signum fletus & lacrymarum, pro quibus detergendis manipulo utuntur. Si tonsum caput, & barba rasa, captivitatis servilis contumeliæ, aut magnæ ignominiæ fuit indicium, ut Deuteronomii cap. 32. vers. 42. lib. 2. Regum cap. 10. vers. 42. lib. 1. Paralip. cap. 19. vers. 4. Ezechiel cap. 29. vers. 18. Esdræ cap. 13. & in nostrâ historiâ libr. 4. Regum cap. 2. cùm sanctus Eliseus ascenderet

Isai. 32. v. 17.

Amalar.

in Bethel. *Pueri parvi egressi sunt de civitate, & illudebant ei dicentes, ascende calve, ascende calve.* Quod opprobrium & convicium non ferens Eliseus. *Cùm respexisset vidit eos, & maledixit eis in nomine Domini.* Sic S. Petrus ab his, qui ejus sermoni fidem non adhibebant illusus est tonsurâ capitis, cùm tamen esset pastor universalis Ecclesiæ. Sanctr Elisei, Petri, & aliorum sanctorum exemplo Ecclesiastici caput rasum, & barbam tonsam habent, ut membra capiti & duci conformia in hâc vitâ, eodem cum illis in alterâ honore & gloriâ coronentur. Sic è conversò barba & coma prolixa sunt mœroris & luctus argumentum, Genesis cap. 41. vers. 14. lib. 2. Reg. cap 19. vers. 14. & calvities honoris, dignitatis, & gaudii indicium est, Baruch cap. 6. vers. 30. *Sedent habentes capita & barbam rasam.* Sic ra(u)ra capitis, quæ causâ derisionis & pro infamiæ notâ principi Apostolorum illata est, totius Ecclesiæ honori cessit. Et quid mirùm (inquit Baronius ad annum Christi 58.) cùm ipsa quoque pœnarum instrumenta pietas Christiana in amplissimam gloriam commutare consuevit. Nam præter Apostolicam institutionem & exemplum videmus universum orbem pari consensione illam capitis rasuram in hominibus Ecclesiasticis observasse, ita ut nulla unquam provincia Christi nomen acceperit, quæ non eandem tonsuræ Clericalis observationē susceperit, nullo præcedente majorum exemplo nisi Christi spinis coronati, & Apostoli Petri per derisionem & ignominiam ab inimicis Evangelicæ prædicationis tonsi. Nam si Judæos spectes, undè manavit Christiana religio, Sacerdotes divinâ lege prohibiti sunt radere caput & barbam in orbem, Levitici cap. 19. vers. 27. *Neque in rotundum attonderis comā.* Cap. 21. vers. 5. *Non radent caput vel barbam.* Numerorum cap. 6. vers. 5. intonsos crines nutriebant. Et Anna mater Samuelis lib. 1. Regum cap. 1. vers. 11. pollicetur filium suum fore Nazarenum. *Dabo eum Domino omnibus diebus vitæ ejus, & novacula non ascendet super caput ejus.*

Reg. 2. 23.

Hujus ritus rationes fusè deducit Mendoza in libr. 1. Regum cap. 1. vers. 11. sect. 1. Gentilium verò Sacerdotum abrasio planè diversa erat à nostra. Nam Serapidis & aliorū Deorum Sacerdotes omnes corporis pilos & capitis penitus abradebant: Non autem id præstant Ecclesiastici moderni, ut Baronius anno citato animadvertit. Præfatis rationibus alias subministrat Bellarminus lib. 2. de Monachis cap. 40. Prima est quod olim pœnitentes jubebantur tondere caput in signum pœnitentiæ, ut patet ex Concil. Agathensi cap. 11. & Toletanâ 3. Synodo can. 12. Quem ritum postea omnes Ecclesiastici servarunt, ut innuerent se vitam ducere ab omni voluptate alienam. Ut S. Dionysius cap. 7. Ecclesiasticæ hierarchiæ, & S. Anicetus Papa epistola ad Gallos, præcipiens radi caput in modū sphæræ. S. Epiphanius hæresi 88. S. Augustinus de opere Monachorum cap. ultimo, qui reprehendunt acriter quosdam Monachos crinitos, qui instar aliorum nolebant tondi. Idem Augustinus epist. 147. ad Proculianum Episcopum. *Per coronam nostram* (inquit) *nos adjurant vestri, per coronam vestram vos adjurant nostri.* & sanctus Hieronymus in epist. ad Augustinum, quæ est 26. inter epist. Augustini. *Fratres tuos dominum meum Alipium, & dominum meum Evodium, ut meo nomine salutes, precor coronam tuā.* Vide etiam Isidorum lib. 2. de officiis divinis cap. 4. Concilium Carthaginense quartum canon. 44. prohibens Clericos alere comam, vel Barbam, quasi id dedeceat eos, qui mundo valedixerunt, & mortui sunt. Imò Justinianus in authenticis collat. 7. tit. 5. cap. 2. & 3. distinguit tonsuram Monachorum, Novitiorum, & Professorum, Biardicius plura refert de usu tonsuræ. Ratio secunda est ut Clerici primorum Christianorum patientiam imitentur, nam non tantùm sanctus Petrus, sed etiam S. Joannes Evangelista apud pseudo-prochorum à Domitiano Imperatore capite attonsus est. Sanctus Cyprianus epist. 77. testatur olim damnatos ad metalla semitonderi consuevisse, sed &

VII.

abrasionem

abrasionem capitis ac superciliorum signum fuisse hominis pessimi, & fraudulentissimi demonstrat Cicero orat. pro Roscio Comœd. Tertia & quarta ratio est (inquiunt Hugo lib. 2. de sacramentis part. 3. cap. 1. Rabanus lib. 1. de institut. Clericorum, Isidorus lib. 2. de officiis cap. 4.) tonderi caput, ejusque verticem esse apertum, ut animus sit liberior ad divinas contemplationes & illustrationes, vel ad denotandum regale sacerdotium, seu servire Deo esse regnare, & ideò à Christi ministris coronam esse gerendam. Quinta Ratio ex Dionysio cap. 6. Eccles. Hierarch. ut illa nudatio capitis denotet vitam clericalem debere esse puram, apertam, sinceram absque fuco, dissimulatione & hypocrisi. Ultima ratio est, ut instar Job cap. 1. vers. 20. *Qui tonso capite corruens in terram adoravit, & dixit, nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus revertar illuc.* Innuens se paratissimum esse dimittere non solum omnia externa bona, sed etiam omnia bona, imò vitam ipsam, Deo jubente, seu ut veteres, qui olim morituri solebant prius omnia ornamenta & honoris insignia deponere, præsertim capillos, & capitis honorem, sic Amphiaraus Vates apud Statium extr. 7.

Statius. *Audio jam rapida cursum Stygis, atraq; dicis (hiatus,*
*Flumina, tergeminosq; mali custodis*
*Accipe commissum capitis decus, accipe lauros,*
*Quas Erebo deferre nefas.*

Seneca. Phædra sibi manus violentas illatura apud Senecam in Hyppolito act. 5.

*Placemus umbras capitis exuvias, cape,*
*Laceraque frontis accipe abscissam comam.*

Sic Glaucias proximus exilio apud

tius. eundem Statium lib. 2. Sylvarum.

*Iam complexa manu crinem tenet infera Juno.*

Horatius de eodem ritu canit ode 18.

Statius *Mista senum, ac juvenum densantur funera nullum*
*Sera caput Proserpina fugit.*

Undè Virgilius lib. 4. Æneidos causam Didonis difficulter morientis assignat, quod Proserpina necdum ei pillis caput ejus spoliasset.

Virgilius *Tum Juno omnipotens longum miserata dolorem*
*Difficilesq; obitus Irim demisit Olympo,*
*Quæ luctantem animam, nexosq; resolveret artus (crinem*
*Nondum illi flavum Proserpina vertice*
*Abstulerat, stygioq; caput damnaverat Orco.*
*Ergo Iris croceis per cælum roscida pennis*
*Devolat, & supra caput astitit. (Hunc ego diti*
*Sacrum jussa fero, teq; isto corpore solvo,*
*Sic ait, & dextrâ crinem secat, omnis & unà*
*Dilapsus calor, atque in ventos vita recessit.*

VIII. Quibus omnibus & aliis rationibus consideratis, non mirùm si Sacra Synodus Tridentina dedit Episcopis potestatem coercendi Clericos ad honestatem in vestibus, in tonsurâ servandam, ita ut si postquam ab Episcopo suo moniti fuerint habitum honestum Clericorum suo ordini & dignitati congruentem juxta ipsius Episcopi ordinationem & mandatum nō deferant, possint & debent coerceri per suspensionē ab ordinibus & officio, ac fructibus, reditibus, ac proventibus ipsorum beneficiorū privando, necnō (si semel correcti denuò in hoc deliquerint,) etiam per privationem officiorum & beneficiorum hujusmodi. Sixtus V. hoc decretum etiam extendit constitut. quæ incipit, *Cùm sacrosanctum*, die 5. Januarii 1586. ad Clericos & milites quorum illi in urbe in Clericali habitu & tonsurâ non incederent, hi in militari, mandatisque super id editis sub certo termino non obtemperaverint, præter alias pœnas absque ullâ aliâ monitione ipso facto privatos declarat, quibuscumque dignitatibus, officiis, administrationibus, canonicatibus, præbendis, ac beneficiis etiam simplicibus, & præstimoniis, per eorum quemlibet in titulum, commendam, & aliàs pro tempore obtentis, necnon pensionibus, & fructibus ac prædiis, bonisque Ecclesiasticis hujusmodi. quocumque modo ex reservatis vel reservandis, omniq; jure, sibi in eis, vel ad ea quomodolibet cōpetenti. Consulendi

pro hoc Stephanus Gratianus Marchiæ decis. 158. num. 5. Gonzales ad regul. 8. Cancel. glossa 15. numer. 56. Barbosa de officio & potest. Episcop. part. 2. alleg. 9. numer. 12. Quod si prædicti non incesserint in habitu, concludentissimè probari debere resolvit Rota decis. 8. & 9. de excep. in novis Gregorius 15. decis. 20. num. 3. Ratio est, quia est materia objectiva inferens pœnam privationis. Idem Gregorius numer. 4. resolvit, quod pensionarius non amittit pensionem ex eo, qui non incedit in habitu, nisi constet de exactione pensionis. Ratio est, quia bulla Sixti V. illos tantùm pensionarios privandos censet, qui pensiones exigunt, & per quos stat, quominus exigant, quod probatur ex eodem Sixto V. per aliam constitutionem datam pridie Calend. Februarii, quæ incipit *Pastoralis*, quâ declaravit habitum Clericalem non teneri deferre Clericos, qui non recipiunt pensionem fructus, vel prædia, aut bona Ecclesiastica sibi in una, vel pluribus vicibus reservata & concessa summam, seu valorem annuum 60. ducatorum auri de Camerâ insimul non excedentes seu excedentia. Declaravit insuper non obligari gestare habitum vel tonsuram clericalem eos qui inserviant palatio Apostolico in ministeriis inferioribus, cujusmodi sunt Credentiarii, Paraphernarii, & similes qui pensiones aut fructus, seu bona Ecclesiastica loco pensionum usque ad quamcumque summam & valorem percipiunt. Præterea declaravit eos Clericos & milites, quibus pensiones aut fructus, vel bona, aut prædia Ecclesiastica ad quamcumque summam reservata, aut reservari concessa sunt, non aliter ad habitum militarem gerendum teneri, postquâ pensiones, fructus aut alia prædicta cum effectu exigere, aut percipere cœperint, vel per eos steterit, quamvis exigant, vel percipiant. Harum constitutionum tenorem referunt Quaranta in summa bullarii verb. *habitus clericalis*, in principio, Piasecius in praxi novâ Episcop. part. 2. cap. 3. num. 13. Earum etiam mentionem faciunt Galetus in Margarita casuum conscien. verb. *habitus*, Belletus §. 16. num. 13. Vivianus in praxi juris patronatus part. 3. lib. 5. cap. 4. num. 4. Barbosa supra num. 14. sed Nicolaus Garcias de beneficiis part. 7. cap. 1. num. 14. Salgado de supplicatione ad Sanctissimum part. 1. cap. 2. num. 137 vers. *item constitutionem*, asserunt illam Sixti constitutionem de habitu & tonsurâ disponentem non esse usu receptam in Hispaniâ.

IX. Dubitant nonnulli an ad evadendam pœnam privationis ipso facto beneficiorum contra non deferentes vestes talares, statutam in dictâ constitutione Sixti V. opus sit, ut omnes seu plures vestes sint talis coloris & longitudinis, scilicet pallium & toga. Pars affirmativa colligitur ex supradictâ constitutione, quæ utitur verbis pluralis numeri *vestes talares*, item ex regulâ cap. *pluralis locutio* de regulis juris, lib. 6. Cui subscribunt Mosconius de majestate militant. Ecclesiæ lib. 1. part. 2. Thomas Valasc us allegat. juris tomo 1. allegat. 42. num. 4. Hieronymus Venero in examine Episc. lib. 5. cap. 5. num. 2. Bartholomæus Cæpola consil. 11. num. 30. Negativam propugnant Navarrus de novo jure Pontificio conclus. 117. num. 6. Ledesma in summa part. 1. tract. 7. cap. 2. Vivaldus in candelabro aureo part. 3. in explicatione bullæ Sixti V. de habitu & tonsurâ num. 9. vers. *quarta assertio*, Jacobus de Graffis in decisionibus aureis part. 1. lib. 3. cap. 3. num. 3. Diana part. 4. tract. 1. resolut. 91. scilicet sufficere, quod pallium perveniat ad talos, toga verò tegat genua, quibus subscribit Barbosa supra num. 15. Ratio est, quia non est necesse ut Clerici gestent duas vestes longas secundùm Vivaldum citatum, Nicolaum Garcias de beneficiis part. 7. cap. 1. numer. 23. Imò secundùm Franchis, Sigismundum Scacciam, Carolum de Graffis supra effectu 1. num. 1186. Satis est, quod vestis superior sit Clericalis, & cooperiat interiorem, licet laicalem.

X. Ab hac constitutione Sixti V. & dispositione sit textus in Clement. 2. Decianus tract. crimin. tomo 1. lib. 4. cap. 9.

cap. 9. Carolus de Graffiis effectu 1. num 1175. Ugolinus de potestate Episcopi cap. 12. num. 5. vers. 5. Aloysius Riccius in decis. Curiæ Archiep. Neap. decis. 129. Barbosa supra numer. 16. Excipiunt Clericos qui ratione paupertatis non possunt gestare habitum suo ordini congruentem: sed sunt ita pauperes, ut ob paupertatem nequeant sibi comparare alias vestes, quàm laicales, & ita decisum fuisse præfati auctores scribunt. Piasecius in praxi novâ Episcop. cap. 3. numer. 14. vers. *excusatur*, Vivianus in praxi jurisparronat. part. 2. lib. 6. cap. 10. num. 6. & 7. & part. 5. lib. 5. cap. 4. num. 5. & 6. Barbosa numer. 18. scribunt à præfatâ constitutione excusari clericos, qui propter aliquod verosimile periculum transformari coguntur. Sic passim Missionarii in Angliâ, in Hollandiâ, & aliis regionibus habitu planè sæculari utuntur, imò ipsi Præsules fervente persecutione ipsa solis luce brutis animantibus concessâ non rarò privantur in antris, cavernis & terræ penetralibus instar Eliæ, Elisei, & filiorum Prophetarum lib. 3. Regum degere coguntur. Præfatæ constitutiones Clementinæ 2. Concilii Tridentini, Sixti V. non militant etiam contra eos, qui domi suæ & consequenter clam dimittunt habitum clericalem, ita Ugolinus cap. 12 numer. 3. vers. 4. Gonzales ad regul. 8. Cancell. glossa 43. num. 5. Barbosa supra numer. 19. Ratio est, quia præfatæ constitutiones mentionem tantùm faciunt eorum, qui publicè vestes sæculares deferunt, non autem si occultè. Secundò, quia ejusmodi Clericus non dimittit habitum animo non deferendi, sed ut paulò post assumat, quo casu non debet dici dimisisse quemadmodùm is non censetur abesse qui statim est reversurus, l. *postliminium* §. *captivus*, & l. *nihil*, ff. *de captivis & postlim. reversis*, & cæt. citatis à Gonzales. Denique prædictæ constitutiones non privant beneficio, vel fori privilegio eos, qui semel habitum dimiserunt, & propter unam habitus dimissionem, ut notant Vivianus supra cap. 4. num. 7. Ugolinus cap. 12. num. 3. §. 6. Prosper de Augustino in addit. ad Quarantam in summâ bullarii verb. *habitus Clericalis*, Farinacius in praxi criminali quæst. 8. num. 68. Piasecius supra cap. 3. num. 14. vers. *excusaretur*. Ratio est, quia secundùm illas constitutiones requiritur ut perseverent, ita ut publicè pro laico existimentur. Nec etiam extenditur ad eos, qui ex necessitate itineris vel peregrinationis debent breviorem habitum gerere. Tunc enim (inquit Belletus disquisit. Clerical. part. 1. tit. de discipl. clerical. §. 16. num. 14.) licitum est Clericis brevioribus vestibus uti, ex cap. *Episcopi*, 21. quæst. 4. Addit Belletus num. 15. etiam licitum esse habitum mutare si sit justa causa timoris, ut supra dixi de. Missionariis Anglis, &c. ita Carolus de Graffiis effectu 1. num. 1174. Hieronymus Laurentius decis. 125. numer. 9. Jacobus Massulius in addit. ad Capyc. decis. 181. Barbosa num. 21.

XI. Quoad habitum & tonsuram si quis diu non deferat non tantùm incurret prætatas pœnas, sed etiam peccabit mortaliter, ita Abbas in cap. *si quis* num. 1. de vitâ & honestate cleric. Navarrus comment. 4. de regul. numer. 27. Bonacina de sacrament. 5 disput. 8. quæst. unica puncto ult. numer. 3. Vasquez part. 3. tomo 3. disp. 250. cap. 3. Henriquez lib. 13. cap. 39. num 3. Nugnus part. 2. cap. 17. con. 3. Reginaldus lib. 30 num. 10. Aloysius Riccius decis. 361. Sperellus decis. 16. num. 12. contra Villalobos in summa tomo 1 tract. 11. diffic. 16. num. 15. Dianam part. 2. tract. 4. de sacramentis resol 183. Ratio prima est, quia violat legem in materiâ gravi. Secunda, quia potest affici suspensione, ut patet ex citato Concilio Tridentino sess. 14. cap. 6 Quomodò etiam Religiosi teneantur portare habitum sui Ordinis, vide nostrum Lezanam tomo 1. quæst. regul. cap. 13. num. 1. sub pœnâ excommunicationis majoris num. 2. nisi occurrat justa & honesta causa illum dimittendi, ut si quis debeat transire per loca hæreticorum, Turcarum, vel aliorum hostium, vel illic manere, eodem num. 2. & noster Hieronymus Gratianus in

discipl.

disciplinæ regul. cap. 3. num. 1. Excusantur à reatu culpæ & pœnæ quem incurrunt non portantes coronam, ii qui carent crinibus, vel calvi sunt, vel quibus aliquo modo capilli ceciderunt, ita Barbosa supra num. 11. post Valascum alleg. 11. numer. 16. Dianam moral. resol. part. 5. resol. 5. Julium Clarum in practic. §. *fine*, quæst. 36. num. 17. Hyppolitum Bonacosa inter communes opiniones verb. *Clericus*, Nicolaum Vigelium lib. 3. methodi juris controv. cap. 2. de privileg. & rebus cleric. regul. 25. quinta replicatio est. Jacobum Granado de sacramentis in 3. part. controv. 9. tract. 4. disp. 3. num. 8. Excusantur etiam, qui infirmitatis causâ tonsuram ferre nequeunt, ita decisum refert Capella Tholosana decis. 104. Cui subscribunt Carolus de Grassis effectu 1. num. 1171. Valascus alleg. 11. num. 9. Ugolinus cap. 12. num. 3. vers. *quoad tonsuram*, Vivianus in praxi jurispatron. part. 3. lib. 15. cap. 4. num. 8. Belletus disquisit. Clericalium part. 1. tit. de disciplinâ clericali § 17. num. 9. Thomas Act. tract. de infirmis part. 2. verb. *Clerici*, num. 12.

## CAPUT XXIII.

### *Dignitas & Officium Archidiaconi.*

I. AD observandam augendamque disciplinam Ecclesiasticam, quædam dignitates præcipuè in Ecclesiis Cathedralibus institutæ sunt, ut qui ad eas promoti sunt, pietate præcellant, aliisque sint exemplo, & Episcopos operâ & officio juvent, C. *bi quoscumque*, 1. quæst. 1. Undè (inquit Concilium Tridentinum sess. 24. de reformat. cap. 12.) qui ad eas dignitates vocantur, tales esse debent, *quorum probata vita senectus sit*, & suo muneri respondeat. Hæc porrò dignitas tanta est, ut in Ecclesiâ Cathedrali nequeat institui absque auctoritate Apostolicâ, verb. *concessimus*, cap. *cum olim*, de consuet. Ubi Imol. num. 1. pro novâ creatione, glossa verb. *omnes*, in cap. 1. dist. 22. recepta per Mandos. de signat. gratiæ tit. *exactiones*, in 1. Rom. in l. *imperium*, sub num. 2. vers. *item potest statem interponendi auctoritatem*, ff. de jurisdict. omnium judic. Felinus in cap. *cum accessissent*, numer. 14. *de confirm.* Id delineatum videtur in Historiâ Elianâ. Quemadmodum enim sanctus Pater Elias quosdam habebat Conventus Prophetarum in nonnullis civitatibus Israel. *Undè* (inquit noster Joannes 44. Patriarcha Jerosolymitanus lib. de institut. Monachor. cap. 22.) *in suburbanis quarundam Civitatum & villarum terræ promissionis maximè autem in Galgala, & in Bethel & in Jericho, & in Samariâ habuerunt cuneos Religiosorum virorum filiorum Prophetarum (sicut legitur in libro regnorum) apud quos manebant dum ad civitates & villas veniebant.* Et eos divino instinctu fundavit, quibus superiores præfecit, quos Elias ante raptum suum visitavit. Dionysius in illa verba lib. 4. Regum cap. 2. vers. 2. *Dominus misit me usque in Bethel*, Subdit. *Ad visitandum & consolandum filios prophetarum ibi commorantes.* Gordonus in lib. 4. Regum. *Venit de Galgalis in Bethel, in Iericho, & ad Iordanem suos discipulos visitans, & salutis monita illis proponens.* Sanctius in lib. 3. Regum cap. 17. post Tostatum quæst. 13. *Ibi erant filiorum Prophetarũ certa quædam collegia qualia nunc sunt Religiosorum, quorum ille Pater erat & Princeps. Et sanè ita decebat, ut in extremo digressu salutaret filios, &c. cum tot essent discipulorum Elia excitata cœnobia.* Joannes Patriarcha cap. 25. scribit Eliseum injunxisse Rechabitis ut suo Patri Jonadab obtemperarent.

Joan. 44.

l. 4. Reg. c. 2. v. 2.

II. Episcopus instar Eliæ cùm habeat in suâ Diœcesi multos districtus, eos visitandi munus cõmittitur Archidiaconis, cap. 1. & cap. *adhæc*, de Archidiac. undè Archidiaconus dicitur oculus Episcopi ut lustrans Ecclesias præcipuè Clericorum, si quem videat proximum esse peccato referat ad Episcopum ex Clemente Papâ, in cap. *Diaconi*, ubi glossa 93. distinct. Quod si visitationem per se facere consuevit

debet

debet id præstare per se ipsum, ut statuit Concilium Tridentinum sess. 24. de reformatione cap. 3. *Archidiacono autem Decani & alii inferiores in iis Ecclesiis, ubi hactenus visitationem exercere legitimè consueverunt, debeant quidem assumpto Notario de consensu Episcopi deinceps per semetipsos tandem ibidem visitare. Visitatores etiam à Capitulo deputandi, ubi Capitulum jus visitandi habet, prius ab Episcopo approbentur.* Et Fuschus de visitatione lib. 1. cap. 2 num. 14. Flores de Menna variar. lib. 3. quæst. 24. num. 13. Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 73. num. 22. Sbroz de officio Vicarii libr. 2. quæst. 120. num. 10. Felicianus Comen. in manuali visit. lib. 1. tit. 3. vers. *Archidiaconus.* Ad visitationem Diœcesis potest Episcopus terminum, comitatum & equitatum præscribere, nè sit oneri Ecclesiis, quas visitaverit, ut declaravit Sacra Congregatio apud Piasecium in praxi Episc. part. 2. cap. 3. num. 62. & Barbosa de officio & potest. Episc. part. 3. alleg. 73. num. 39. & tract de canonicis & dignitatibus cap. 5. n. 14.

Concilii Trident.

III. Porrò dignitas Archidiaconi colligitur ex nomine, nam Græcè *Archidiaconus*, est ministrorum princeps, cap. 21. distin. 21. *Archos*, idest *Princeps, Diaconos, minister.* Costaldus in praxi cærem. lib 1. sect. 8. cap. 7. numer. 3. Azorius instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 14. quæst. 1. Sebastianus Cæsar de Eccles. hierarch. part. 2. disput. 12. §. 1. Reginaldus in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 1. num. 49. Petrus Gregor. Syntag. juris lib. 15. cap. 20. Anastasius Germanus de sacrorum immunit. lib. 3. cap. 3. Et quidem principalem dignitatem habet post Episcopum, ita textus ibi cap. 1. post Episcopum de officio Archidiaconi, Glossa verb. *electionis*, in cap. penult. de officio legati in 6. Rota decis. 865. num. 1. part. 4. diverl. Tamburinus de jure Abbatum tomo 1. disput. 25. quæst. 4 num. 1. Antonius Fabricius in praxi benef. tit. de benef. cum dignit. num. 23. Menochius consil. 51. numer. 20. & consil. 257. num. 25. Sbroz de officio Vicarii num. 1. Ferrus de præced. Eccles. fiast. quæst. 5. num. 1. Idem asseritur ab Aretino cons. 23. n. 3. vers. *quia de jure commun.* Marcello Vulpe in praxi cap. 34. num. 12. Lotterio de re benef. lib. 1. quæst. 16. num. 112. Viviano decis. 29. num. 2.

IV. Debet quantum fieri potest Archidiaconus esse Doctor seu Licentiatus in Theologiâ vel jure Canonico, ita Molfesius in summa Theolog. moral. tract. 6. cap. 7. num. 62. Gonzales ad regul. 8. Cancel. gloss. 4. num. 68. Aloysius Riccius, Campanile, Nicolaus Garcias, Bennius, Galgmet, Homobonus de bonis, Novarius, Sebastianus Cæsarius Squilant. apud Barbosam de Canonicis & dignitatibus cap. 5. & de officio & potest. Episcop. part. 3. alleg. 60 num. 60. Hic notat quod dum quis promovetur ad Archidiaconatū, in promovendo exigitur gradus Magisterii seu Doctoratus, in Theologia, vel in jure Canonico, ita ut dum pro Archidiaconatu obtinendo, seu habendâ majore dignitate in Cathedrali post Episcopalē promovetur, non aliter signatur, quàm si positivè etiam narratum se Oratorem esse Magistrū, vel Doctorem in Theologiâ, vel jure Canonico, vel Licentiatum, nec aliter rescribitur supplicationi quàm sub hâc clausulâ *& eum*, Quibus favet Concilium Tridentinū sess. 24. cap. 12. de reformation. vers. *Archidiaconi etiam.* Sacra Congregatio Cardinalium Concilii hunc locum Concilii interpretatur de Archidiaconis, qui vel curam habent animarum, vel jurisdictionem, ut habetur tit. *de Archidiaconis*, non verò de iis qui tantùm nomine sunt Archidiaconi. Vide Piacesium in praxi novâ Episc. part. 2. cap. 5. numer. 20. Anastasium Germonium tract. *de indultis Cardinalium, §. quibusvis*, num. 4. Aloysium Riccium in praxi aureâ decis. 473 & resol. 497. num. 3. in secundâ edit. Campanile in divers. juris Canon. rub. 7. cap. 6. num. 11. Massobrium in praxi habendi concursum requis. 10. dubio 6. in Romanâ editione Barbosam de officio & potest. Episcop. part. 3. alleg. 60. num. 60. Nicolaum Garciam de beneficiis parte 9. cap. 7. numer. 41. Squalante,

Novarium, & alios. Addit Nicolaus Garcias num. 40. Sacram Congregationem respondisse Archidiaconos habentes jurisdictionem contentiosam debere esse Doctores & promotos in Gymnasio publico, aliàs gradus eis non suffragari pro hac re, Massobrius dubio 6. num. 6. refert bullam 63. Pii V. In unâ Ecclesiâ Cathedrali possunt esse plures pro suarum Ecclesiarũ multitudine, ut tota Diœcesis vasta & ampla ritè administretur. Undè fit ut in aliis duo, in aliis tres, in aliis quatuor, in aliis quinque sint, in Toletanâ sunt sex in Leodiensi septem, conformiter ad oraculum Zachariæ cap. 3. vers. 9. *Super lapidem unum septem oculi sunt.* Cap. *adhæc*, de officio Archidiaconi. Et à Concilio Tridentino sess. 24. de reformatione dicuntur oculi Episcopi, quia ab eo quasi in speculâ & statione positi sunt glossa verb. *oculi*, distinct. 93. Antonius Fabricius in praxi benef. tit. *de beneficiis cum dignitate*, num. 25. Ratione hujus oraculi septem Cardinales Diaconi S. R. E. designati sunt, quos ideò sanctus Clemens epist. 1. ad sanctum Jacobum vocat *oculos Episcopi*. Totidem etiam in Lateranensi Ecclesia fuêre Episcopi Cardinales, cujus Ecclesiæ Pontifex Romanus est verus & proprius Episcopus. De eâ te ità scribit S. Petrus Damianus lib. 2. epist. 2. ad Episcopos Cardinales Sanctæ Rom. Ecclesiæ. *Lateranensis Ecclesia sicut Salvatoris insignita vocabulo, qui nimirùm caput est omnium electorum, ita Mater, & quidam apex & vertex est omnium per orbem Ecclesiarũ. Hæc septem Cardinales habet Episcopos, quibus solis post Apostolicum sacrosanctum illud altare licet accedere, ac divini cultus mysteria celebrare. In quo nimirùm illud Zachariæ continetur evidenter oraculum: Ecce (inquit) lapis, quem dedi coram Jesu, super lapidem unum septem oculi sunt. Lapis autem iste procul dubio petra est, de quâ verus Jesus Petro pollicetur, dicens: Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Septem ergò oculos habet hæc petra, quia totidem Spiritus sancti donis sancta prefulget Ecclesia, quibus nimirùm velut candelabrum aureum inextinguibiliter rutilans ignorantia tenebras effugat, & ad contemplandum justitiæ solem hominum mentes illustrat, de quo idem Propheta cap. 4. Vidi, ait, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas ejus super caput ipsius, & septem lucernæ ejus super illud. Quod utique sacramentum, & B. Ioannes in Apocalip. se didicisse non tacuit, cui dictum est mysterium septem stellarum, quas vidisti in dexterâ meâ, & septem candelabra aurea, septem stellæ Angeli sunt septem Ecclesiarũ, & candelabra septẽ Ecclesiæ sunt.* Idem dico de septem districtibus Ecclesiæ Leodiensis, quibus lustrandis septem Diaconi assignari sunt. Unde primus Archidiaconorum alios alloquens, idem effari potest, quod idem sanctus Damianus Cardinalis & Episcopus Ostiensis consequenter subdit. *Nos itaque Fratres mei, ut & me vobis audaciter interseram, nos, inquam, qui tanquam septem sumus oculi super lapidem unum, quâ stellarum portamus imaginem, qui Angelorum tenemus per annunciationis officium dignitatem, videamus, splendeamus, & per verba vitæ populis, non solum votibus, sed & moribus nunciemus sermonem. Siquidem prædicantium lingua quidem nunciat, sed vita commendat. Apostolus ait, qui Episcopatum desiderat, non bonam dignitatem, non bonum honorem, sed bonum opus desiderat, ac si dicat, qui ad Episcopatum anhelat possidendum sine bono opere, inane vult nomen induere sine ipsius rei veritate. Non ergo constat Episcopatus in turritis gabellinorum, transmarinarumve ferarum pileis, non in flammantibus Martorum submencalibus rosis, non in bractearum circumfluentibus phaleris, non denique in glomeratis constipantium militum cuneis, neque in frementibus ac superbientia frena mandentibus equis, sed in honestate morum, & sanctarum exercitatione virtutum.* Infra. *Vos ergo dilectissimi, quibus prævadatum est ex Apostolicâ sedis auctoritate corrigere, vosmetipsos cæteris non modò fidelibus, sed & sacerdotibus quandam vivendi regulam exhibete. In vitâ vestrâ legatur quid agi, quid vitari conveniat, ex labiis nostris verba otiosa non effluant, sacerdotalem linguam discreti silentii censura compescat; non jocis solvant, non petulus noster risus immoderata*

Zachar. c. 3. v. 9.

S. Petrus Damian.

*immoderata lætitia cacutiat, puerilis ludus abscedat, mordax eloquentia, urbana dicacitas evanescat, quomodo enim ex ore sacerdotis oratio ad Deum munda dirigitur, quæ prævi sermonis foràbus inquinatur.* Et sub finem. *Vos estis sal terræ, vos non modò sacerdotes, sed & sacerdotum decet esse magistros. Necesse est, ut vita vestra quadam sit linea, & velut adamantis signaculum, quod cæteris vivendi adhibeat formam. Adamantium quippè sigillum suum cæteris imprimit, à nullis verò metallis imaginem sumit. Cùm ergò ex diversis mundi partibus adventantium vobis ingruit multitudo, cùm morigerari sibi quisque vos importunè compellunt, vultus vester idem sic festinâ quadam celeritate resplendeat, nè in aliquo puerilis levitas erumpat, sit gravitas hilaris, & hilaritas gravis.* Hæc documenta tam manifesta ac energica sunt, ut nihil illis sit à nobis adiiciendum. Cùjus ætatis esse debeat promovendus ad Archidiaconatum innuit Concilium Tridentinũ sess. 24. de reformatione cap. 12. *Nemo deinceps ad dignitates quascumque, quibus animarum cura subest, promoveatur, nisi qui saltem 25. suæ ætatis annum attigerit.*

Concilii Trident.

V. Archidiaconus habet ab Episcopo amplam potestatem, non solùm in Clericos inferiores, sed etiam in Presbyteros, ita Azorius part. 2. lib. 3. cap. 14. quæst. 1. & alii; probatur ex cap. 1. *de officio Archidiaconi*, ubi dicitur quod Archidiaconus sit vicarius Episcopi. Cùm igitur sit ipso jure vicarius Episcopi, eo ipso habet cognitionem & jurisdictionem, leg. 2. C. *de officio vicarii*, & cap. *officio vicarii*, glossa cap. 1. *de officio Archidiaconi*. Partes ejus ac munia declarantur cap. 1. *de officio Archidiaconi*, scilicet, ut cùm Episcopus sacris operatur sanctũ Evangelium cum voluerit, legat, vel alicui Diacono præcipere, ut legat. Item ejus est præcipere, ut cæteri Diaconi suis vestibus induantur, & cum Episcopo ad Missæ sacrificium procedant: Lectiones & Responsoria in Matrice Ecclesiâ præscribere, & audire, ita ut nemo Evangelium, aut sacram Epistolam, vel Lectionem, aut Responsoria in Ecclesiâ publicè legere, vel cantare queat, nisi cui Archidiaconus audito & probato facultatẽ dederit. Ipsius etiam est inter Acolythos munera partiri, quis videlicet eorum candelabra, thuribulum deferre, & quid minorum Clericorum quisque præstare debeat. Ad eundem etiam spectat vasa divinis Ecclesiæ usibus dicata sedulò custodire, ita Azorius supra & alii. Et probatur ex cap. *eo, qua de officio Archidiaconi*, erat enim olim munus Archidiaconi eos examinare qui promovebantur ad ordines, & præficiebantur Ecclesiis, ac eos Episcopo præsentare, cap. *ad hæc de officio Archidiaconi*. Insuper ex cap. 1. *de officio Archidiaconi*. *Archidiaconus posit Episcopum scire se esse Vicarium ejus in omnibus, & omnem curam in Clero; tam in urbe positorum, quàm eorum, qui per parochias habitare noscuntur ad se pertinere, sive de eorum conversatione & restauratione Ecclesiarum, sivè de doctrinâ Ecclesiasticorum, & cæterarum rerum studio & delinquentium rationem coram Deo redditurus est. Et ut de tertio in tertium annum, si Episcopus non potest, parochiam universam circumeat, & cuncta, quæ emendatione indigent vice sui Episcopi corrigat & emendet.* Illius est singulorum Presbyterorum jurgia & causas audire, ex cap. *ad hæc, de officio Archidiaconi*. Olim solebat Archidiaconus Diaconorum delicta ad Episcopum deferre, Presbyteros monere, cùm jejuniorũ, vel dierum festorum instabant tempora: quo abiente proximus Diaconus illam curam subibat, cap. *perlectis, §. hi sunt*, dist. 24. Ad eum etiam pertinet Prælatos in sede locare, darcque potest Clericis possessionem beneficiorum, ita cap. *ad hæc*, cap. *cum satis, de officio Archidiaconi*.

VI. Archidiaconus potest abesse ultra tres menses ratione visitationis ei incumbentis ob suam dignitatẽ, potestque pro tẽpore dictæ absentiæ lucrari fructus sui Archidiaconatus dummodò dari consueverint absentibus ex legitimâ causâ, non tamen lucratur distributiones merè quotidianas. Ita decisum fuisse scribunt Nicolaus Garcias part. 3. cap. 2. num. 333. Armendariz in addit. ad recopil. legum

Navatræ lib. 1. tit. 6. lib. 6. de visitat. numer. 81. Cenedo part. 3. collect. quæst. 1. num. 36. & 74. Limitat Armendariz supra numer. 82. nisi extet Ecclesiæ consuetudo, ut Archidiaconus visitans nihil fructuum percipiat. Idem repetit tit. *de residentia, vel absentia Clericorum*, num. 54. Cui arridet Nicolaus Garcias supra cap. 2. numer. 332. dubio 1. Notant etiam hoc casu durante visitatione Archidiaconum non posse percipere fructus illius Canonicatus, quem obtinet ex dispensatione, vel Ecclesiæ consuetudine. Quod si Archidiaconus vel Canonicus visitaverit Ecclesiam, jura vel redditus suæ præbendæ, non amittit quotidianas distributiones, ita Moneta de distributionibus quotidianis parte 2. quæst. 11. num. 36. Garcias part. 3. cap. 2. num. 333. & seqq. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 3. alleg. 53. num. 126. Azorius quæst. moral. part. 2. lib. 7. cap. 7. quæst. 10. Cenedo supra quæst. 1. num. 36. Sanctarellus variat. resol. quæst. 11. num. 9. Ratio est, quia prædicta loca visitando servit Ecclesiæ in re utili, ut decisum referunt citati auctores.

VII. Archidiaconus ipso jure absque aliquo facto Episcopis, & eorum Vicariis absentibus exercere possunt munus Vicariorum, ita Sbroz de Vicario Episcopi quæst. 2. num. 5. & quæst. 36 numer. 16. post Hostiensem, Butri, Mandosium, Franc. Marcum, & alios. Quod Archidiaconus possit litteras dimissorias ad suscipiendos ordines cõcedere sustinent Marcus Antonius Cuchus instit. moral. lib. 2. tit. 9. *de officio Archidiaconi*, num. 7. Barbosa de officio & potest. Episc. part. 3. alleg. 54. num. 17. Hic cum Petro Antonio Lazario de monitoriis sect. 1 quæst. 6 num. 11. affirmat etiam posse ab eo monitoria concedi sede Episcopali vacante. Eius jurisdictio non spectat ad Archidiaconum, sed ad Capitulũ, ita ut nullo modo Archidiaconus eam exercere possit, vel alius de Capitulo, ita Dominicus in cap. *si Episcopus*, 3. num. 6. & Franc. num. 2. Ratio est, si quod sit privilegium vel consuetudo tantùm verificari debet in vacatione propriâ, & verâ, quæ scilicet contingit per mortem, vel alium similem modum, ut Joannes Franciscus Pavinus de potest. Capituli prælud. 6. num. 4. & seq. latè prosequitur, non autem in vacatione fictâ, quæ scilicet contingit per capturam Episcopi, vel alium similem modum, ita Pavinus num. 13. Barbosa supra allegat. 133. num. 19. Hoc enim exigit privilegii & consuetudinis natura, ut ita restringatur, ut minus lædatur jus commune, ita Barbosa jam citatus, probatur ex regulâ *ea quæ à jure exorbitant*, & regul. *odia*, de regul. juris, libr. 6. & text. in cap. ultim. *de officio Archidiac.* & in cap. *sanè*, & in cap. *porrò*, de privilegiis.

Vicarius electus à Capitulo Sede vacante est revocandus si fuerit creatus ab aliquibus non vocatis, & Capitulum denuò congregandum ad electionem Vicarii. Interim Archidiaconus non sustinet vices Vicarii intra tempus quo Capitulum debet eligere vicarium, sed tunc totum Capitulum administrare debet, ita Aloysius Riccius post resolut. 505. in notabil. de materiâ vicarii à Capitulo Sede vacante vers. 1. & in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. decis. 305. numer. 3. part. 4. Quaranta verb. *Capitulum sede vacante*, §. *duodecimò quæro*, vers. *primo*, Barbosa de officio & potestat. Episc. part. 3. alleg. 54. numer. 163. Antonius Ragucius de voce Canonicâ quæst. 37. num. 2. VIII.

Archidiaconus ratione sui muneris nec jure communi potest curam animarum committere, ita cap. *cum satis, de offic. Archidiac.* Nec jurisdictionem habet in Monasteria constituta intra terminos sui Archidiaconatus, ex cap. *dilectus, de offic. Archidiac.* Curam animarum habet, si consuetudine & usu excommunicare, suspendere, & sacris interdicere possit, & cõprehenditur in illis duabus constitutionibus, quæ generatim loquuntur de beneficio quolibet habente curam animarũ, ita Azorius part. 2. lib. 3. cap. 14. quæst. 4. probatque ex cap. *duabus*, 2. de elect. ubi Pontifex ait. *Evidenter constat Archidiaconum Ambianensem curam animarum habere, quia consuetudine suspendit, excõmunicat, & absolvit* IX.

*Presbyteros*

*Præsbyteros, Priores, & parochiales Ecclesias interdicit.* Cui subscribunt etiā Joannes Andræas, & Abbas in eo capite, & favere videtur jus commune docens quod Archidiaconus habeat curam animarum, quia eodem cap. *dudùm* Archidiaconus habet jus visitandi & inquirendi, quæ viderit inquirenda, recipitque procurationes ratione visitationis, quod est habere curam animarum. Deindè licet Archidiaconus careat omni curā animarum, quod consuetudo passim obtinuit, tamen comprehenditur in illis duabus constitutionibus *de multa*, & in extravag. *execrabilis*, quia saltem Archidiaconus personatum habet, ut habetur cap. *dudùm*.

X. Cùm Archidiaconus non sit Præsbyter, jure communi & ratione sui muneris caret potestate ordinis ad confessiones pœnitentium excipiendas, & absolvendi à peccatis, nec potest committi tanta auctoritas & potestas, ita Azorius supra quæst. 3. Ratio est, quia jure divino est potestas Præsbyteri. Neque etiam Archidiaconus jure communi dare facultatem Præsbyteris ad excipiendas aliorum confessiones, & ab eis absolvendi, ita Azorius supra. Speciali tamen Episcopi facultate & mandato committi potest Archidiacono, ut concedat Sacerdotibus hanc jurisdictionem vel datam auferat, aut restringat, ita Azorius supra, & colligitur ex cap. *Archidiaconus, de offic. Archidiac.* Ratio est, quia Archidiaconus nullam dat Sacerdoti potestatem ordinis, hanc enim sacerdos habet per consecrationem: sed subjicit aut subtrahit materiam, circa quam Sacerdos agere & operari solet.

XI. Cùm jure communi Archidiaconus sit in dignitate constitutus ex cap. *statutum*, de rescript. in 6. & ei à Romano Pontifice causæ delegari, & demandari queant ex cap. 1. 2 & ultim. de off. judic. delegati in 6. cap. *de multa*, & in extravagan. *execrabilis*. Ratio est, quia in choro, in confessu, in ingressu, in conventibus Canonicorum & suffragiis ferendis obtinet prærogativum & gradum honorificū. Quamvis enim Sacerdos sit ordinis potestate & consecratione major Archidiacono, tamen est inferior in jurisdictione, ita Hostiensis tit. *de officio Archidiaconi*, Azorius supra quæst. 6. quod ortum est ex eo, quod Episcopus solebat concedere amplam jurisdictionem Archidiacono, cùm passim vicariā ejus operā uteretur, ut potè liberi omni obligatione & potestate conferendi Sacramenta, Sacerdotibus autem erant commissi, & ideò non poterant abesse à suis Ecclesiis absque gravi eorum detrimento.

Ex præfatis Conciliis, Canonibus, XII.
& sancto Petro Damiano patet in Archidiaconis easdem dotes desiderari, quas Apostolus in ordinandis Episcopis præscribit, ut rectè ac ritè suum munus obire possint. Primò debet esse irreprehensibilis, idest carere omni suspicione vitii, quod notari, vel criminari queat, ut cum alios reprehenderit à nemine possit jure reprehendi. *Cujus* (inquit S. Gregorius Nazianzenus Apol. 1.) *vita despicitur fieri nō potest ut etiam prædicatio nō contemnatur.* S. Greg. Nazian. Cassiodorus lib. 3. variarū in epist. Theodorici Regis ad Angolicum Præfectum urbis scribit. Idem cuilibet Archidiacono dicendum existimo. *Non patitur claritas ista committere, quod possit nobilis turba nescire locutus in medium ad se cunctorum trahit aspectum, & totius vitæ judicium promulgat fama populorum.* Undè concludit. *Esto vitæ continens, ut possis in alios esse judex. Prima æquitas est à se Præsules inchoare. ut debeant criminosi metuere, quem nequeunt similem reperire, nullas enim in se culpas timet reus, quas in se habere perspexerit cognitorem.* Cassiod. Sanctus Hieronymus epist. 2. ad Nepotium. *Non confundant opera tua sermonem tuum, nè cùm in Ecclesiā loqueris, tacitus quilibet intra se dicere possit. Cur ergò hæc quæ dicis, ipse non facis? delicatus magister est, qui pleno ventre disputat de jejuniis: & ad secundum. Ignorantia & confusio est Jesum crucifixū, pauperem & esurientem foris prædicare corporibus, & jejuniorum doctrinam rubentes buccas, tumentiaq; ora proferre.* S. Hieron. Sanctus Augustinus lib. de pastoribus. *Omnis qui malè vivit in conspectu eorum quibus præpositus est, quantum in ipso*

S. Aug.

*est occidit, & fortè, qui imitatur vivit, tamen quantum ad illum pertinet ambos occidit.* Sanctus Gregorius lib. 24. Moralium cap. 10. *Non debet hominum ducatum suscipere, qui nescit homines benè vivendo praire. Nihil enim magis est, quod ad pietatem, & Dei cultum alios assiduè instruat, quàm eorum vita & exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt.* Et cap. 30. *Undè necesse est ut is qui praest, quæ exempla subditis præbeat, solerter attendat, & tantis se sciat vivere quantis præest.* Et in pastor. 3. cap. 1. admonit. 5. relatus in cap. præcipuè, 11. quæst. 3. *Quod autem quot subditos habet, tot intermit; tot enim spirituum singulis exempli: est homicida, quot præest, quot interitibus interimendus cogita.* Undè Concilium Tridentinum conformiter ad eorum mentē sess. 22. de reformatione cap. 1. ait: *Nihil est quod magis ad pietatem & Dei cultum assiduè instruat, quàm superiorū vita & exemplum.* Et sess 24. cap. 1. *Si in quibuslibet Ecclesiæ gradibus providenter, scienterq; curandum est, ut in Domini domo nihil sit inordinatum, nihilq; præposterum, multò magis elaborandum est, ut in electione ejus, qui supra omnes gradus constituitur, non erretur. Nam totius familiæ Domini status, & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non inveniatur in capite,* seu in oculis ejus, cujusmodi sunt Archidiaconi. Et Seneca lib. 2. de clementiâ cap. 2. *A capite bona valetudo.* Plutarchus lib. de doctrina Principum. *Princeps* (inquit) *tam sacri, quàm prophani instar luculentiumq; gemmarum, atque adeò si quis in illis nævus appareat, detractioni patet & calumniæ.* Quibus omnibus accinit Satyricus.

*Omne animi vitium tanto conspectius in se*
*Crimen habet, quanto qui peccat major habetur.*

Secundò postulat sobrietatem. *Episcopi* (inquit Sanctus Eutychius Papa & Martyr) *& Dei ministri non debent commessationibus & vinolentiis incumbere, sed considerent sententiam Dei dicentis, attendite nè graventur corda vestra in crapulâ & ebrietate. Nam* (inquit sanctus Chrysostomus hom. 44. in Joannē.) *nihil ignominiosius est, hac obtusum & crassum ingenium, hac carnalem animam reddit, hac cæcat intellectum, nec sinit ut quidquam perspiciat.* Qui sunt mystici oculi Episcopi? Archidiaconi, qui si intemperantiæ & Bacchi sunt ministri cæcutient ad officium sibi creditū ritè obeundum. Per sobrietatem Interpretes non tantùm accipiunt potum & cibum, sed etiam vigilantiam. *Sobrium* (inquit sanctus Chrysostomus) *ac vigilantem dixit, hoc est clarissimâ mentis acie præditum, innumerosque habentem omni ex parte oculos, quibus acutissimè cuncta prospiciat, sunt quippè plura, quæ incidant, & mentis hebetent aciem, pusa concupiscentia, quotidianæ curæ perturbatio, & plurima id genus undique imminent. Vigilantem igitur esse necesse est illum, qui non tantùm sui curam habet, verùm etiam reliquorum, decet esse pervigilem eum, qui ejusmodi est, ac spiritu vivere, & affectus sui flammam operibus ostendere, ducesq; omnes sollicitudine atque industriâ superare, ut diu noctuq; exercitum & castra perlustret, laboret, & sui officii munus diligentissimè impleat, atque omnium curam & sollicitudinem gerat.* Antiochus tomo 3. ad illa verba Apostoli Hebr. cap. 13. vers. 17. *Obedite præpositis vestris, & subjacete eis. Ipsi enim pervigilant, quasi rationē pro omnibus vestris reddituri.* Subdit. *Oportet igitur ut pastor sit totus oculus, virgam, seu baculum gestet oculatum & vigilantē.* Si enim oculi dormiunt totū corpus dormit: oculi Episcoporum sunt Archidiaconi, cavendū nè oculis somno correptis superveniat inimicus & superseminet zizania. Tertiò exigit Apostolus prudentiam, quam etiam Sapiens Proverb. cap. 4. commendat, vers. 13. *Beatus homo, qui invenit sapientiam, & qui affluit prudentia.* Vers. 14. *Melior est acquisitio ejus negotiatione argenti & auri primi, & purissimi fructus ejus.* Vers. 15. *Pretiosior cunctis operibus, & omnia quæ desiderantur huic non valet comparari.* Aliquas hujus prudentiæ partes expendamus. Prima, ut non sit facilis ad credendum, undè Joannes in extravagante *divinis*, de pœnis ait. *Nos mala contra aliquem dicta nolimus prius credere; quàm probare.* S. Bernardus

5 Greg.

Concil ū Trident.

Seneca.

Plutarch.

5. Eutych

2. Chrysostomus.

Hebr c 13. v. 17

Proverb. 4. v. 13.

vers. 14

vers. 15.

hanc

hanc etiam conditionem Eugenio Papæ commendat. *Est, ô Eugeni, unum vitium, cujus si te sentis immunem inter omnes, quos novi ex his, qui cathedras ascenderunt, sedebis in judice solitarius, hoc est facilitas credulitatis, cujus callidissima vulpecula magnorum neminem comperi satis cavisse versutias, ex quâ ipsissimet pro nihilo multæ nascuntur iræ, undè innocentium frequens addictio, indè præjudicia in absentes.* Secundò, prudens est, qui in negotiis arduis non facilis est ad determinandum, sed rem aliquamdiu perpendit ac ponderat. *Nam* (inquit vulgare axioma) *qui festinus est pedibus offendit.* Et Sapiens Proverbior. cap. 4. vers. 25. *Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos.* Hebræus. *Oculi tui in directum aspiciant & palpebræ præcedant gressus tuos.* Pagninus. *Palpebræ tuæ dirigant viam coram te.* S. Gregorius 3. Pastor. admonit. 16. *Palpebræ gressus præcedant cum operatione nostra consilia recta perveniant, qui enim negligit considerando providere quod facit, gressus tendit, oculos claudit, pergendo iter conficit, sed providendo sibimetipsi non antecedit, atque idcirco citiùs corruit, quia quo pedem operis ponere debeat per palpebram consilii non attendit.* Meritò Apostolus monet Timotheum, 1. Timoth. cap 5. vers. 24. *Manus citò nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis.* Sanctus Leo lib. 1. epist 4. vol. 86. sic explicat. *Citò manus imponere; Est ante ætatis maturitatem, ante meritum obedientiæ, ante tempus examinis, ante experientiam disciplinæ sacerdotalem dignitatem conferre non probatis & communicare peccatis alienis est talem effici ordinantem, qualis est ille, qui non meruit ordinari.* Undè sanctus Chrysostomus damnat eos. *Si dixerint ignorasse se eum, quem elegit: verum vel ex hoc ipso crimen gravius efficitur, quod quem ignorare perduxerint, aut certè qua illis videtur excusatio, accusatio est, &c.* Stevartius in cap. 3. & 5. 1 epist. ad Timotheum ait, hoc tempore consuetum esse, ut de ordinandis solemniter ac publicè testimonium exigatur ab Episcopo, quod Archidiaconus omnium nomine reddit: quem morem observatum Romæ testantur Sanctus Augustinus lib. quæst. utriusque testamenti quæst. 101. & S. Hilarius epist. 86. & hoc est manus citò non imponere. Tertiò, prudentiam manifestabit circa institutionem beneficiorum, præcipuè Pastoralium, seu Curatorum; debet Archidiaconus hanc orationem ad Deum fundere, Actorum cap. 1. vers. 24 *Ostende Domine quem elegeris, &c.* Non tantùm Pontificibus, Episcopis, sed etiam Archidiaconis applicari possunt hæc verba melliflui Bernardi ad Eugenium papam lib. 3. *Elige viros probatos non probandos, quia incuriâ potius deficiunt boni, quam meliorentur mali. Assume potius cunctantes & renuentes, quâ volentes & currentes, compelle illos intrare qui præter Dominum timeant nihil, nihil sperent nisi à Domino, in cunctis benè morati, qui sint in consilio providi, in subendo discreti, in disponendo industrii, in agendo strenui, in loquendo modesti, in adversitate securi, in prosperitate devoti, in zelo sobrii, in misericordia non remissi, in otio non otiosi, in convivio non effusi, in curâ rei familiaris non anxii, qui quod verecundiam excusant obstinatius non recusent, qui vulgus non spernât, sed doceant, divites non palpent, sed terreant, pauperes nõ gravent, sed foveant, qui orandi officium generent, & in omni re plus fidant orationi, quàm suæ industriæ, vel labori, qui se amabiles præbeant, non verbo sed opere, se reverendos exhibeant, sed actu non fastu, qui humiles cum humilibus, duros durè arguant, malignantes coerceant, reddant retributionem superbis, qui non de dote viduæ & patrimonio Crucifixi, se vel suos ditare festinent.* Quartò, Apostolus monet, Prælatum ut sit ornatus exterius in cibo & potu per temperantiam, in incessu per gravitatem, in habitu per honestatem, ut non sint vestes inciſæ ac difformes statui Clericali. *Non sit* (inquit sanctus Ambrosius lib. 5. offic.) *decor corporis affectatus, nec vestibus nitentibus adornatus, nihil desit honestati vel necessitati, nihil accedat pulchritudini vel nitori.* S. Hieronymus epist. 2. ad Nepotianum cap. 11. *Vestes pullas æquè devita ut candidas ornatus & sordes pari modo fugienda sunt, quia alterum delicias, alterum*

Proverb. 4. v. 25.

S. Greg.

1. Tim 5 vers 24.

S. Leo.

1. Chryst.

Act. c. 1. vers. 24.

2. Bernar

S. Ambr.

1. Hieron

*alterum gloriam redolet.* Supellex tam mensæ quàm aulæ sit moderati pretii ac rerum mundanarum contemptum præ se ferat. Audiat Archidiaconus quid S. Bernardus epist. 24. scribat Episcopo Londonensi. *Non licet tibi de facultatibus Ecclesiæ luxuriari, & in facultatibus consumere, sed solùm vivere. Non licet ditari, non licet consanguineos extollere, non licet palatia ædificare. Denique quidquid præter necessarium victum ac simplicem vestitum de altari retines, tuum non est, rapina est, sacrilegium est.* Et epist. 28. *Honorificabimus autem, non cultu vestium, nec equorum fastu, non amplius ædificiis, sed gravitate morum, maturitate consiliorum, actuum honestate, studiis spiritualibus & operibus bonis. Pastores enim pomparum sæculi sectatores destruunt illud Ecclesiæ encomium, Cantic. cap. 1. Nigra sum sed formosa, nolite considerare quod fusca sim, quia decoloravit me sol, id est Christus, quod ad litteram significat Ecclesiam esse externis quidem nigram ob Crucis mortificationem & contemptum externi fulgoris, interius tamen formosam, propter donorum cœlestium pulchritudinem.* Quæ Concilium Tridentinum sess. 21. de reformatione cap. 1. præscribit Episcopis de mensâ, supellectili, victu & vestitu, servis; à fortiori de Archidiaconis intelligenda sunt. Quintò, vult esse pudicum, sic etiam statutum fuit in Concilio Carthaginensi secundo canon. 2. *Omnibus placet, ut Episcopi, Presbyteri, Diaconi, vel qui sacramenta contrectãt pudicitiæ custodes, &c.* & Sanctus Augustinus sermone 249. de tempore. *Omnibus* (inquit) *castitas perneccessaria est, sed maximè ministris Christi altaris, quorum vita aliorum debet esse eruditio, & assidua salutis prædicatio. Tales enim decet dominum habere ministros, qui nulla contagione carnis corrumpantur, sed potius continentiæ castitatis, splendeant & totis honestis fulgeant in populo exemplis.* Hospitalitatem etiam non omittendam Apostolus innuit, & sanctus Hieronymus in Isaiam relatus in cap. *si cupis* 16. quæst. 1. his verbis. *Præter victum & vestitum, & manifestas necessitates nihil cuiquam tribuas, nè filiorum panes canes comedant.* Idem in illa verba Isaiæ cap. 3. vers. 14. *Rapina pauperum in domibus vestris.* Subdit. *Rapina pauperum in domibus sacerdotum, qui Ecclesiæ opes sibi thesaurizant, & in deliciis abutuntur, quæ ad sustentationem pauperum dantur, & sibi reservant, vel propinquis distribuunt, & aliorum inopiam suas, vel suorum divitias faciunt.* Undè S. Bernardus scribens cuidam Canonico, ita eum carpit. *Conceditur tibi, si altari servias, ut de altari vivas, non tamen quod emas frena deargentata, grisea, variá, pellicea. Quidquid ergò præter necessarium victum & vestitum de altari retines, tuum non est, rapina est, sacrilegium est.* Concilium Tridentinum sess. 24. de reformatione cap. 12. vers. *Archidiaconi,* statuit ut ad Archidiaconatum promovendi sint magistri, seu Doctores, aut Licentiati in Theologiâ, vel in jure Canonico, maximè qui habent curam animarum vel jurisdictionem: ut docèant tam exemplo, quàm verbo, & sic doctoris partes verè sustinebunt. *Magisterium* (inquit S. Petrus Chrysologus serm. 167.) *stat de scientiâ, sed magisterii auctoritas stat de vitâ, docenda faciens obedientem, proficit auditorem. Decere factis est sola norma doctrinæ, doctrina in dictis scientia est in factis virtus. Scientia ergò est illa vera, quæ fuerit mixta virtute, &c.* Sanctus Isidorus Pelusiota epist. 275. *Vita sine sermone magis prodesse solet, quàm sermo sine vitâ.* Et epist. 28. *Neque docentium oratio perindè animos decuere solet, ut vita & mores.* Item epist. 148. *Si sermonibus nostris fidem habere volumus rectè vivamus.* Cassiodorus lib. 11. epist. 8. *Non potest auctoritatem habere sermo, qui non invatur exemplo.* Nicolaus Notarius sancti Bernardi epist. 39. *Scio illum esse beatum, cui pulchro sermone vita sit pulchrior.* Quibus accinens S. Prosper lib. Epigram. num. 7.

*Non prodest cuiquam solis bona dicta verbis,*
*Nè pia mens habeat, quod bona lingua sonat.*
*Nam sari rectè miserum est, & vivere pravè,*
*Damnat vota malum regula justitiæ.*

s Bernar

Conc. II Carthag.

S. Petrus Chrysol.

S. Hieron.

Et Alcuinus in poëmate num. 179.

*Doctor erit magnus, factis qui, quod docet, implet.*

Addit Concilium Toletanum quartum cap. 24. *Ignorantia Mater cunctarum hæresum & errorum, maximè in Episcopis & Sacerdotibus vitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt. Sciant Sacerdotes scriptura cantus & canones, ut omne opus eorum in prædicatione & doctrinâ consistat atque adisticent cunctos tam fidei scientiâ, quàm operum disciplinâ.* E contra (inquit sanctus Laurentius Justinianus lib. de regimine Prælatorum.) *Ubi conveniunt sanctitas vitæ, & veritatis prædicatio, ibi multiplex animarũ exuberat fructus.* Prohibet etiam ebrietatem, seu vinolentiam. Nam si Clericis tam seriò vetatur in cap. fin. in fine distin. 4. & in cap. *Episcopus*, cap. *luxuriosa*, cap. *vinolentum*, cap. *sexto*, in fine, dist. 35. cap. *à crapula*, de vitâ & honestate Cleric. cap. 1. *nè Clerici vel Monachi*, cum similibus quæ jura referunt, & fusè deducit Guitierez canon. lib. 2. cap. 4. num. 48. & seq. Bernardus in practicis cap. 77. Albertus Trotius de vero & perfecto Clerico lib. 2. cap. 59. Menochius de arbit. casu 404. Suarez de censuris disp. 1. sect. 2. num. 12. qui etiam referunt pœnas abdomini addictis impositas. Quas à fortiori merentur Archidiaconi, aliique Prælati superiores, & meritò quia (ut alia omittam.) *Vinolentia scurrarum est, &c.* inquit S. Hieronymus epist. ad Oceanum. *Potatio si quidem multa animæ, mentisq; vim & vigorem licet non eripiat; laxat tamen & debilitat, maliq; est exempli.* Inquit Theophilactus in epist. ad Titum cap. 1. vers. 27. Sanctus Augustinus tract. de sobrietate, & virginitate qui extat tom. 9. ait. *Ebrietas est flagitiorum omnium mater, culparum mater, radix criminum, origo omnium vitiorum, turbatio capitis, subversio sensus, tempestas linguæ, procella corporis, naufragium castitatis. Ebrietas* (inquit idem S. Augustinus) *temporis amissio est, infamia voluntaria, ignominiosus langnor, mentis sanæ debilitatio turpitudo morum, dedecus vitæ, honestatis infamia, animæ corruptela.* S. Basilius hom. de ebrietate. *Ebrietas est rationis interitus.* Quibus favet Scriptura psal. 106. vers. 27. *Sicut ebrius sapientia eorum devorata est: turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius.* Job cap. 12. vers. 25. *Palpabunt quasi in tenebris & non in luce, & errare eos faciet quasi ebrios.* Isaiæ cap. 19. vers. 14. *Errare fecerunt Ægyptum sicut erat ebrius.* In quibusdam Diœcesibus Galliæ graviter plectuntur Ecclesiastici non vitatores, qui ad popinas vadunt: Utinam hic mos & lex alibi etiam inolevisset.

Quemadmodum Episcopum, sic Archidiaconum utpotè Vicarium Episcopi dedecet violentia & percussio manu, pede, vel alio modo. *Episcopũ* (inquit octavus canon Apostolorum) *aut Presbyterum, aut Diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles iniqua agentes, & per hujusmodi volentem timeri, dejici ab officio suo præcipimus. Quia nunquam nos docuit hoc Dominus: sed è contrario ipse cùm percuteretur non repercutiebat, cùm malediceretur non maledicebat, cùm pateretur non cõminabatur.* Sanctus Hieronymus in cap. 1. epist. ad Titum S. Chrysostomus, Theodoretus referunt Apostoli monitum non ad manus violentiam, sed ad linguæ acerbitatem, maledicentiam, ac immitem quandam subditorum objurgationem. Quales nonnullos fuisse Jobo colligitur ex ejus verbis cap. 16. vers. 11. *Aperuerunt super me oras suas, & exprobrantes percusserunt maxillam meam.* Quæ fuit illa percussio? non reipsa, non manu, non colapho, non pede inflicto, sed verbis & opprobriis, juxta illud Apostoli 2. Corinth. cap. 11. vers. 20. *Si quis vos in faciem cædit.* Idest, vos contemnit & despicit, quasi ignobiles. ut patet ex vers. 21. sequenti. *Secundùm ignobilitatem dico.* Nam contumelia & opprobrium non minùs lædit, quàm colaphus, fustis, gladius, vulnus. Pythagoras. *Gladii plagam, quàm linguæ leviorem esse dicebat.* Sanctus Jacobus cap. 3. vers. 5. *Ecce quantus ignis, quam magnam silvam incendit.* vers. 6. *Universitatis iniquitas quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam nativitatis nostræ.* Versio Syriaca. *Accendit seriem genealogiarum.* Quasi

XIII. Quemadmodum Episcopum, sic Archidiaconum utpotè Vicarium Episcopi dedecet violentia & percussio manu, pede, vel alio modo.

Canon. Apost.

Iob. c. 16. v. 11.

Pythag.

Iacob 3. vers. 5. vers. 6.

diceret, quemadmodum sylva longo annorum tractu arbores producit, & frutices, quæ omnia modica scintilla ex pastorum tuguriis excussa, vel à vento rapta sylvam incendit, ac brevissimo tempore totum sylvæ decus ustularum in cineres redigitur, remanetque nemus absque arbore, sylva absque fronde, ager absque plantâ, mons absque frutice; sed cuncta ita consumpta sunt ut avitus viror multis sæculis recuperari nequeat, sic lingua *seriem genealogiarum*, ideſt famã, honorem, gloriam multis sæculis comparata, pluribus victoriis, non modicis sumptibus, assiduis laboribus & studiis, heroicis facinoribus acquisita citò exuruntur, consumuntur, pereunt. Hinc opportunè Syracides Ecclesiastici cap. 22. vers. 26. subdit. *Ad amicum etsi produxeris gladium nõ desperes, est enim regressus ad amicum.* Vers. 27. *Si aperueris os tristè non timeas, est enim concordatio; excepto convitio, & improperio & superbiâ, & mysterii revelatione, & plagâ dolosâ, in his omnibus effugiet amicus.* Syrus. *Erga amicum tuum etiamsi eduxeris gladiũ, nè desperes animo, est enim illi regressus. Etsi adversus amicum aperueris os, nè timeas, quia est illi reconciliatio, filius ignominiæ est ille, qui revelat secretum, plaga destructionis (vel fraudulenta) auferet amicitiã.* Vatablus, seu Tigurina. *Si gladium strinxeris in amicum, spem nè abjicias, est enim in gratiam reditio, si verbis invectus fueris in amicum, nè metuas locus enim reconciliationis superest, dummodò convitium, aut superbia, aut arcani patefactio, aut ictus insidiosus absuerit; his enim omnis amicus fugabitur.* Quasi diceret, injuriæ in amicum verbis vel factis illatæ reconciliabiles sunt, quia ex subitâ passione prodeunt, proindèque honorem & famam amico non auferunt. At irreconciliabiles sunt, qui convitium, seu probrum animo deliberato inferunt: quia sic lædunt bonum nomen, famam, & honorem amici. Undè sanctus Bernardus serm. 23. in Cantica, explicans hæc verba psalm. 2. vers. 10. *Erudimini qui judicatis terram.* Subdit. *Audiant hoc Prælati, qui sibi commissis semper volunt esse formidini, utilitati rarò. Discite subditorum vos matres esse debere, non dominos, studete magis amari quàm metui. Etsi interdum severitate opus est, paterna sit, non tyrannica, matres fovendo, patres vos corripiendo exhibeatis, mansuescite, ponite feritatem, suspendite verbera, producite ubera, pectora lacte pinguescant, non typho turgeant. Nam* (inquit Terentius Heauton act. 4. scen. 5.) *ius fuminum sæpè summa injustitia est.* Ideſt, dum Archidiaconi & similes censores plectere volunt delinquentem secundùm supremos juris apices injustitiam perpetrant, & non Dei vices gerunt, qui jus suùm non rigidè exequitur, nam (inquit Poëta)

*Si quoties peccant homines sua fulmina mittat*
*Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.*

Cur Christus ex altissimo Divini consilio arcano permisit S. Petrum totius Ecclesiæ caput tam ignaviter negare Christum? Respondet S. Ambrosius in cap. 22. Luc. *Error Petri, doctrina justorum est, & titubatio Petri omnium petra est, & nostra firmitas.* Ideſt, erravit ut doceat. Quale documentum ex tali lapsu percipi potest? Respondet Basilius homil. de humilitate. *Petrus lapsu institutus est ad pietatem, edoctus etiam aliis infirmis parcere.* Et sanctus Augustinus serm. 124. de tempore. *Ut in clavibus esset fidelis janitor, in sententia clementissimus dispensator.* Et sanctus Petrus Damianus sermon. 27. de sanctis Petro & Paulo. *Quid est, quod sic labuntur, qui præficiuntur Ecclesiæ? sapientia suaviter disponens omnia hac ideò fecit, ut in seipsis præelecti principes discerent qualiter aliis misereri deberent.* Ex his non sequitur quod Episcopi & ejus vicarii in suis visitationibus omnem rigorem deponere debeãt: sed lenitatem mansuetudinis cum rectitudine severitatis, & zelum rectitudinis cum benignitate miscere debent. Undè S. Gregorius in moral. lib. 19. part. 4. cap. 25 relatus in cap. *sunt*, dist. 45. *Sunt namq; nonnulli ita stricti, ut omnem etiam mansuetudinẽ cum benignitate amittant, & sunt nonnulli ita mansueti, ut perdant districti iura regiminis. Undè cunctis rectoribus utraque summoperè sunt servanda, ut*

Eccl. 22. vers. 26.
vers. 27.
S. Amb.
S. Basil.
S. Aug.
S. Petrus Dam.
Psal. 2. vers. 10.
S. Bernardus.

nne

S. Greg. *nec in disciplinæ vigore benignitatem mansuetudinis, nec rursum mansuetudine districtionem deserant disciplinæ, quatenus nec à compassione pietatis obdurescant, cùm contumaces corrigunt, nec disciplinæ rigorem molliant, cum infirmorum animos consolantur. Regat ergò disciplinæ rigor mansuetudinem, & mansuetudo ornet vigorem, & sic alterum commendetur ex altero, ut nec vigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta.* Et sanctus Isidorus lib. 3. sent. de summo bono cap. 45. relatus etiam in cap. *omnis*, dist. 45. *Omnis, qui justè iudicat stateram in manu gestat, & in utroque penso iustitiam & misericordiam portat. Sed per iustitiam reddit peccanti sententiam, per misericordiam peccanti temperat pœnam, ut iusto libramine quædam per æquitatem corrigat, quædam verò per misericordiam indulgeat. Qui Dei iudicia in oculis proponit, semper timens & tremens in omni negotio formidat, nè de iustitiæ tramite devians cadat, & unde non iustificetur, indè potius condemnetur.*

S. Greg. Nyssen.

XIV. Hunc rigorem justitiæ videmus conjunctum cum mansuetudine & cōpassione in S. Propheta Elia. Quamvis enim zelosissimus ac fervidus sit, tamē dum parat vitam restituere filio viduæ Sareptanæ lib. 3. Regum cap. 17. vers. 21. *Expandit se atque mensum est super puerum.* Hebræus. *Seipsum admensus est.* Chaldæus. *Coarctavit se* Cornelius ibi, ait hunc ritum ab Eliâ servatum. *Vt ostenderet virum zelosum, & charitate flagrantem, qui convertere satagit animas vitiis & concupiscentiis mortuas debere per magnam compassionē, commiserationem & zelum iis quasi se coæquare & commetiri, ut iis frigidis & torpentibus spiritum vitæ inhalet. Peccator enim est quasi cadaver mortuum, &c.* Idem insinuat Deus Numerorum cap. 17. vers. 1. ubi præcipit summo Sacerdoti, ut pro singulis Tribubus singulæ virgæ amygdalinæ in tabernaculo ponerentur, & ex illa Tribu Pontifex assumeretur, cujus virga die sequenti floribus ac fructibus germinasset. Cur amygdalino fructu potius quàm alio Pontifex manifestatur? S. Gregorius Nyssenus lib. de vitâ Moysis circa finem respondet. *Hoc fructu, quē Aaronis virga edidit, qualis debeat esse sacerdotis vita monemur, aspera enim & continens, duraq; debet exterius esse, intus autem & in occultò suave quoddam edulium cōtinere.* Idest, Ecclesiasticus, qui aliorum curam habet, debet externā severitatis amaritudinem cum internâ charitatis dulcedine conjungere, si delinquentes severè corripiat, pœnitentes leniter complectatur, instar S. Athanasii, de quo S. Gregorius Nazianzenus orat. 21. in ejus laudem. *Ut increpatio paternam charitatem, & laudatio dignam gravitatem obtineret, nec aut mollities dissoluta, aut severitas rigida, & tetrica esset: quin potius illa benignitatis, hæc prudentiæ nomen haberet. Utraque verò sapientiæ laudem consequeretur.* Talis erat Moyses, hic enim licet Exodi cap. 32. vers. 27. dicat. *Occidat unusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum.* Tamen vers. 11. Dei justitiam in eundem populum delinquentem exerceri impedit. Sanctus Gregorius libr. 20. moral. cap. 8. utrumque conciliat hoc modo. *Intus ārsit ignibus amoris, foris accensus est zelo severitatis. Tanta fuit pietas, ut se pro illis coram Domino morti offerrē non dubitaret. Tanta severitas, ut eos, quos divinitus feriri timuerit ipse iudicii gladio feriret. Sic amavit eos, quibus profuit, ut pro iis nec sibi parceret, & tamen delinquentes sic persecutus est, quos amavit, ut eos etiam Domino parcente prosterneret. Causam populi apud Deum precibus, causam Dei apud populum gladiis allegavit, intus amans divinæ iræ supplicando obsistit, foris feriens culpam feriendo consumpsit.* Eodem modo regendi suos usus est Job, ut ipse testatur cap. 29. vers. 25. *Cùm sederem quasi rex circumstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator.* Idem sanctus Gregorius jam citatus. *Quomodo bonis rectoribus mixta sit & regendi auctoritas, & benignitas consolandi, ait enim cùm sederem quasi rex circumstante exercitu. Ecce auctoritas regiminis, eram tamen mœrentium consolator, ecce mysterium pietatis.* Quamvis foris circumstarent milites ad impios plectendos: tamē intus latebant affectus pietatis & compassionis ad miseros

*l. 3. Reg. 17. v. 21*

Cornel.

*Num. 17 vers. 1.*

S. Greg. Nazian.

*Exod. 32 v. 27.*

*vers. 32.*

S. Greg.

*Iob. c. 9. vers. 25.*

consolandos, quamvis instar regis sanguinem delinquentium effundere meditaretur, tamen etiam quomodò eorum misereretur, eósq; consolaretur cogitabat. Idem David etiam se præstiturũ dum populo dominaretur præfiguravit, nam processurus contra Goliath ad singulare certamen lib. 1. Regum cap. 17. vers. 40. *Misit quinque lapidissimos lapides in peram pastoralem.* Glossa interlinearis. *In vase pastorali mulgente.* In quo scilicet oves mulgebantur. Cur notanter ait in hoc vase immissos lapides? ut innueret zelum cum misericordiâ conjungi debere, ac Prælatis semper adesse debere, quas etiam semper sibi comites adhibuit postquam ad thronum evectus est, ut patet lib. 2. Regum cap. 8. vers. 18. & cap. 15. vers. 18. Ubi Cerethi & Philethi prætoriani milites cingebant Davidem quocumque iret, non quia fortissimi & fidissimi erant, sed quia Cerethi idem significabat quod *interfectores*, & Phelethi *libantes*: ita ut illi pro justitiâ, hi pro misericordia militare viderentur. Duos ergò custodes habebat David Rex.

*l. 1. Reg. 17. v. 40*

*l. 2. Reg. 8. v. 18.*

XV. Has Christus Prælatis & eorum Archidiaconis, ac aliis Officialibus commendasse videtur Lucæ cap. 2. vers. 34. *Ubi Samaritanus appropians alligavit vulnera ejus infundens oleum & vinum*, Syriacus. *Accessit itaque, & obligavit vulnera eius, infunditque in ea vinum & oleum.* Cur non solùm vinum, vel solum oleum infudit, sed utrumque? Ratio naturalis prima est, ut vini mordacitatem & acredinem suavitate olei temperaret. Secunda, ad mitigandum dolorem, & ut partes vulneri vicinæ foveantur. Ratio moralis (inquit S. Gregorius part. 2. pastor. cap. 11.) *si per vinum mordeantur vulnera per oleum foveantur. Necesse quippe est, ut quisquis sanandis vulneribus præsit, in vino morsum doloris adhibeat, in oleo mollitiem pietatis. Quatenus per vinum mundentur putrida, per oleum foveantur sananda. Miscenda est ergò lenitas cum severitate, faciendam quoddam temperamentum ex utroque, ut neque multâ asperitate exulcerentur subditi, neque nimiâ benignitate solvantur.* Cùm aliquis pastor vel alius subditus fragilitate naturæ deliquit, non excoriandus est, sed tondendus est. Idem sanctus Doctor ibi. *Necesse est, ut cum peccati vulnus in subditis corrigendis restringitur magnâ se sollicitudine etiam districtor ipse moderetur, quatenus sic jura disciplina contra delinquentes exerceat, ut pietatis viscera non amittat.* Hic monentur Episcoporum & Archiepiscoporum Fisci, ut sint potiùs correctores, quàm corrosores, ut non tam ament nocentes, quàm innocentes. Si indicant pœnam pecuniariam, & mulctent etiam laicos ad suum forum spectantes ex Cenedo ad decret. collect. 170. num. 1. Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. *compositio*, vers. *secundò* Ciarlinus cap. 30. num. 37. Peregrinus de jure Fisci lib. 1. tit. *de iis qui jura fiscalia habent*, numer. 106. Barbosa de officio & potest. Episcop. part. 3. alleg. 107. num. 18. Covarruvias pract. cap. 9. numer. 8. Palat. in repetit. tomo 1. commun. opin. lib. 1. tit. 2. num. 138. & 153. Clarus lib. 5. §. fin. quæst. 80. num. 5. Azevedo ad lib. 12. numer. 3. tit. 6. lib. novæ recopil. Aloysius Riccius in praxi aureâ resol. 387. Bobadilla in suâ politicâ lib. 2. cap. 17. num. 199. Cebedo part. 1. Lusit. decis. 85. Concilium Bracharense quartum artic. 2. cap. 14. Non debent illam pœnam in suam, vel Episcopi, aut Archidiaconi utilitatem convertere, sed ad evitandam avaritiæ suspicionem in pios usus erogare, ut statuit Cõcilium Tridentinum sess. 25. de reformatione cap. 3. *Liceat eis si expedire videbitur in causis civilibus ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus cõtra quoscumque etiam laicos per mulctas pecuniarias, quæ locis piis (eo ipso; quod exactæ) fuerint, assignentur, &c.* Et cap. 14. in processu contra concubinarios Clericos. *Prohibet Sancta Synodus quibuscumque Clericis, nè concubinas, aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspicio, in domo, vel extra detinere, aut cum iis ullam consuetudinem habere, audeant, alioquin pœnis à sacris Canonibus vel statutis Ecclesiarum impositis puniantur, quod si à superioribus moniti ab iis non abstinuerint, tertiâ parte fructuum*

*Luc. 10. v. 34.*

*S. Greg.*

Concilii Trident.

fructuum

*ctuum, obventionum ac proventuum beneficiorum suorum quorumcumque, & pensionum ipso facto sint privati, quæ fabricæ Ecclesiæ, aut alteri pio loco arbitrio Episcopi applicetur.* Plura apud Auctores citatos, & nos Deo juvante tomo sequenti.

XVI. Apostolus Episcopo & consequenter Archidiacono, seu Vicario ejus injungit ut sit modestus. *Quæ modestia* (inquit Gregorius Nazianzenus epistol 139.) *in gravitate sita est.* Hanc porrò gravitatem in incessu ita describit sanctus Ambrosius lib. 1. offic. cap. 18. *Nè sensim ambulando imitemur histrionicos gestus, aut statuarum motus nutantium, aut gradum transferendo quasi modulos quosdam servemus, Nec cursim ambulemus, nisi cùm ea causa exigit alicujus periculi, vel justa necessitas. Est enim in ipso motu, gestu, incessu tenenda verecundia.* Et cap. 19. *Ut molliculum & infractum, aut vocis sonum aut gestum corporis non probo, ita neque agrestem ac rusticam naturam imitemur, ejus effigies formula, disciplina, forma honestatis.* S. Augustinus regula 3. *In omnibus motibus vestris nihil fiat, quod cujusquam offendat aspectum, sed quod vestram deceat sanctitatem.* Sanctus Basilius epist. 1. *Incessus esto, nec segnis, nè animum dissolutum declaret, nec cursus vehemens, insolenterque incitatus, nè consternatos impetus animi significet.* S. Ambrosius lib 1. offic. cap. 18. testatur, se quendam amicum in Clerum non admisisse ob immodestiam. *Meministis quendam amicum, cum seduliis se videretur commendare officiis, hoc solo tamen à me non receptum, quod gestus ejus plurimùm dedeceret.*

S. Ambr. S. Aug. S. Basil. S. Ambr.

XVII. Insuper non vult Præsulem esse litigiosum, quia (inquit idem Apostolus 2. ad Timoth. cap. 2. vers. 24.) *Servum Domini non oportet litigare?* Quasi diceret, cùm Deus sit Deus pacis minimè decet ejus servos litigiosos, contentiososque esse. Et ad Titum cap. 3. vers. 2. *Admone illos non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines.* Ratio est, quia (inquit Sapiens Proverb. cap. 16. vers 28.) *Homo perversus suscitat lites.* Septuaginta. *Vir perversus transmittit mala, &c.* Vatablus, *Vir perversus contentionis injicit, &c.* Litigiosus non tantùm se perversum esse manifestat, sed superbum. Idem Sapiens Proverb. cap. 13. v. 20. *Inter superbos semper iurgia.* Chaldæus. *In superbia venit contentio.* Vatablus. *Peculiare est superbo excitare litem.* Tigurina. *Arrogans temeritas nihil quàm rixas excitat.* Quasi diceret, superbia facit, ut superbi semper litigent, & rixentur. Et cap. 15. vers. 18. *Vir iracundus provocat rixas, qui patiens est mitigat suscitatas.* Vatablus. *Vir iracundus excitat contentionem, at longanimis sedat litem.* Hebræus. *Vir excandescentia provocat rixas, qui patiens est mitigat.* Et cap. 20. vers. 3. *Omnes stulti miscentur contumeliis.* Aquila. *Quisquis se liti miscet stultus est.* Ecce quomodò superbia, iracundia, vel stultitia hominem litigiosum reddant, quæ vitia Prælatum dedecent. Cornelius in cap. 20. Proverb. recenset mala quæ ex litibus proveniunt; & cur vitandæ lites.

2. Tim. 2 vers 24. Proverb. 10. v. 28. Cap 13. v. 10. Cap. 15. v. 18.

XVII. Aliam causam litis subnectit Apostolus, dum prohibet Prælatum esse cupidum. Undè S. Jacobus cap. 4. vers. 1. *Undè bella & lites inter vos? nonne hinc ex concupiscentiis vestris?* Vers. 2. *Litigatis & belligeratis, & non accipitis.* Meritò sanctus Gregorius lib. 2. epistol. 25. Joanni Episcopo Squilatino. *Admonemus* (inquit) *fraternitatem tuam, ut in commissis sibi animabus solerter invigilet, & animarum magis lucris, quàm commodis vitæ præsentis intendat.* Undè lib 12. epistolâ 6. Archidiaconum Florentinum ob tenacitatem ad Episcopatum non vult promovere. *Nè incauta eorum ordinatio, qui ad Episcopatum eliguntur, valeat provenire, vigilanti de eorum personis sollicitudine est requirendum, indicatum siquidem nobis est Florentinũ Archidiaconum Ecclesiæ Anchonitanæ, qui ad Episcopatum fuerat electus, scripturæ quidem sacræ scientiam habere, sed ita ætatis senio jam confectũ accepimus, ut ad regiminis officium non possit assurgere, adiicientes etiam tenacem existere ut in domesticis amicis ad charitatem nunquam introeat.* Infra. *Pariter etiam requirendum est, si hoc quod de præfato Archidiacono dictum est quod nunquam*

S. Jacob. c. 4. v. 1. vers. 2. S. Greg.

*amicus domum ejus, ingressus est, si ita se veritas habeat, & utrum ex necessitate, an ex tenacia talis sit, &c. nunquam se ad Episcopatum accedere.*

XIII. Alium characterem prærequirit Apostolus in Episcopo & consequenter in ejus Vicariis, scilicet, ut sint suæ domui benè præpositi. Nam (inquit idem 1. ad Timoth. cap. 5. vers. 8.) *Si quis suorum & maximè domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior.* Si domui suæ nescit præesse, eamque prudenter regere, impedire nè perditi homines ad eam accedant, nec inter domesticos animorum commotionem & charitatem fovere, quomodò Ecclesiæ præesse poterit, & ubi tot ingenia, tot ordines, tot status sunt. Episcopus & Archidiaconus tunc domui suæ erunt benè præpositi, si diligenter animadvertant an in eâ sint rixosi, vinolenti, impudici, cupidi, elati, blasphemi, & voluptatum amatores. *Familiares verò suos* (inquit Concilium Tridentinum sess. 2. cap. unico) *unusquisque instruat & erudiat, nè sint rixosi, vinosi, impudici, cupidi, elati, blasphemi, & voluptatum amatores; vitia demum fugiant, & virtutem amplectantur, & in vestitu, & cultu, & omnibus actibus honestatem præ se ferant, sicut decet ministros ministrorum Dei.* Vide Mauritiū de Alzedo de præcellentiâ Episcopalis dignitatis part. 1. cap. 3. num. 39. Ugolinum de officio Episcopi part. 1. cap 3. num. 5. Campanile in diverf. juris canon. rub. 4. num. 4. Antoniū Genuensem in manuali prælat. cap. 22. Fuschum de Visitatione lib. 1. cap. 3. num 7. Barbosam de officio & potest. Episc. part. 1. titul. 2. glossa 16. num. 10. Et in Concilio Trid. habetur quod si domesticos prætacto modo instructos habere nequit, quomodo totius familiæ Christianæ œconomiam suscipere poterit? *Nam* (inquit Sanctus Chrysostomus) *Ecclesia est velut domus quædam, ac sicut in domo uxor est, & filii, ac servi, omniumq; cura ac regimen incumbit viro; ita fermè & in Ecclesia videas. Est autem longè facilius domum, quàm Ecclesiam regere. Qui igitur rem, ut dixi, familiarem dispensare cōgruè nescis, is quo pacto Ecclesiæ præesse conveniente posse putandus est?* Sanctus Ambrosius. *Manifestum est, quia tunc potest idoneus rector futurus probari, si prius domum suam rectè gubernaverit, qui enim in minimis fidelis est, & in magnis fidelis erit.* Illis arridens Theophilactus. *Qui parva* (inquit) *administrare nequit, quomodò poterit ei credi cura præstantiorum, ac divinorum.* Nomine incapacium ad aliis invigilandum audire videor illud Canticor. cap. 1. vers. 5. *Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodivi.*

Timoth. c 5. v. 8.

Concilii Trident.

S. Chrysostomus

XIV. Denique statuit Apostolus ut ad regendam Diœcesim nō promoveatur Neophytus, hoc nomen deducitur à *Neos*, quod est novus, & *phytos*, quod est fides; quasi novus in fide, ita Lyranus ibi, Turrecremata in summâ dist. 48. n. 2. Salzedo ad Bernard. in pract. cap. 22. num. 1. & alii. Quamvis igitur Neophytus idem sit, quod novissimè à religione pravâ ad veram conversus, seu ab infidelitate ad Christianismum. Tamen possumus etiam intelligere eos, qui è sæculo ad clericatum nuper transierunt, nec mores Ecclesiasticos, ac Prælato congruos & Archidiacono necessarios habent, ita ut de illis effari liceat quod S. Hieronymus epist. 83. ad Oceanum. *Ignorat momentaneus humilitatem, & mansuetudinem rusticorum; ignorat blanditias Christianas, nescit seipsum contemnere, de dignitate transfertur ad dignitatem: non jejunavit, non flevit, non mores suos sæpè reprehendit, & assiduâ meditatione correxit, non substantiam pauperibus erogavit, de cathedra quodammodo ducitur ad cathedram, ideſt de superbia ad superbiam.* Juvenes à magisterio & regimine præcipuè Ecclesiastico amovendos innuit Sapiens Eccles. cap. 10. vers. 16. *Væ tibi terra, cujus rex puer est, & cujus principes manè comedunt.* Hoc malum suo ævo satis vulgare deplorat S. Bernardus epist. 42. *Scholares pueri, & impuberes adolescentuli ob sanguinis dignitatem promoventur ad Ecclesiasticas dignitates, & de sub ferulâ transferuntur ad principandum presbyteris, lætarer interim, quod virgas evaserint, quàm quod meruerint principatum, nec tam illis blanditur adeptum, quam*

S. Hieron.

Eccl. 10. v. 16.

S. Bernar.

*quæ ademptum magisterium.* Cur Danielis cap. 7. vers. 9. Apocal. cap. 1. vers. 14. Pater æternus antiquus dierum nuncupatur? quia (inquit Sanctus Hieronymus) ut mundi principem & rectorem se ostendat, non juvenis sed senex ac venerandâ canitie depingitur, ut ab ætate provectâ quandam sibi auctoritatem conciliet. Christus quo anno suam prædicationem auspicatus est? *Erat* (inquit sanctus Lucas cap. 3. vers. 23.) *incipiens quasi annorum triginta.* S. Gregorius Nazianzenus orat. 39. in sancta Lumina. *Quæres* (inquit) *nobis documento esse debet, non ante suscipiendam esse concionandi provinciam, quam ad spiritualis & corporei ætatis perfectionem ventum fuerit.* Paucisque interjectis arguit eos: *Qui juvenili ætate confidunt atque quodvis tempus ad docendum, aut ad Antistitis munus obeundum idoneum esse arbitrantur. Jesus trigesimum annum agens, & tu ante lanuginem senes doces, aut docere te posse credis, nec ab ætate, nec à moribus fortasse auctoritatē habes.* Christus duodecimum annum agens in medio Doctorum invenitur, quomodò? non ad imperandum, & docendum, sed ad interrogandum & audiendum, Lucæ cap. 2. vers. 46. *Invenerunt illum in templo sedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem eos.* Vatablus. *Audientem ab eis & interrogantem.* Ratio est, quia quamvis fons sapientiæ esset, & in eo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ forent reconditi, apparet tamen in medio Doctorum. *Quia* (inquit Origenes homil. 19.) *parvulus erat invenitur in medio, non eos docens, sed interrogans, & hoc pro ætatis officio.* Illi subscribens S. Gregor. 3. part. pastor. admonit 26. *Vigilanti consideratione pensandum est, quod cùm Jesus duodecim annorum dicitur in medio Doctorū sedens; non docens, sed interrogans inveniunt; quo exemplo ostenditur, nè infirmus docere quis audeat, si ille puer doceri interrogando voluit, qui per divinitatis potentiam verbum scientiæ ipsis doctoribus ministravit.* Saltem secundùm hominum opinionem & externam apparentiam ut se conformaret ætati. Si tamen prudentia & probitas ætatē antevertat, possunt ad dignitates, & curam animarum, verbi gratiâ, Archidiaconatum juvenes promoveri. Hinc sanctus Bernardus citato loco. *Nec dicimus quamcumque ætatem, si Dei gratiâ præmaturam, sicut nec feram, cùm multos videamus juniorum super senes intelligere, moribus antiquare dies, prævenire tempora meritis, & quod ætati deest, compensare virtutibus.* Quod ubi confirmavit exemplo Samuelis, Davidis, & Danielis, subdit. *Sicubi hujuscemodi puer senex promotus invenitur, opus Dei est, his qui tales non sunt, mirandum non imitandum.* Ideſt Samuel duodennis Doctoris munere functus est, dum senem nonagenarium instruxit. De Davide legimus, quod postquam regio diademate se indignum reddidit, Deus Samuelem ad Isai destinavit, ut aliquem ex filiis Isai ungeret. Post sacrificium omnibus circumstantibus natu majoribus, & ad unctionem regiam comparatis, Samuel in ullum eorum oleum effundere recusavit. At statim ut accessit David ex agro veniens, unctus est in regem lib. 1. Regum. cap. 16. v. 13. *Tulit ergò Samuel cornu olei, & unxit eum in medio fratrum ejus.* Cur senioribus repulsis junior eligitur? Respondet S. Basilius Seleucius orat. 14. *Imperfectus quidem per adolescentiæ tempus ad summam tamen divini cultus arcem evectus est, cujus mores Deus vel in medio grege admiratus regiis ornat sceptris, & magno Samuele pueri confirmandi causâ ministro constituto, oves adhuc sequentem coronat.* Quia prudentiæ & sanctitatis gratiâ fratres præcedit. Sic quamvis tempore Eliæ forent multi viri probi, tamen ex iis assumptus est Eliseus 25. vel 26. circiter annos habens, nam cum vixisse octoginta in vitâ & disciplinâ religiosâ testantur Salianus 3104. & Cornelius in cap. 13 lib. 4. Regum. Licet etiam tempore Jeremiæ multi prophetarent, tamen his postpositis solus Jeremias eligitur. Jeremiæ cap. 1. vers. 5. *Prophetam in gentibus dedi te.* Cui prætendens excusationem respondet vers. 6. *A A A Domine Deus nescio loqui, quia puer ego sum.* Quid tunc Deus vers. 7. *Noli dicere puer sum, quia ad omnia quæ mittā*

Luc. c. 3. vers. 23.
S. Greg. Nazianz
Luc. c. 2. vers. 46.
Origenes
S. Greg.
S. Bernardus.
l. 1. Reg. 16 v. 13
l. 4. Reg. cap. 13.
Jerem. c. 1. v. 5. vers. 6.

*te ibis, & universa quæcumque mandavero tibi loqueris.* Potius prudentiam & virtutem in Jeremiâ consideravit Deus quàm ætatem, judicavitque non tam annositatem, quàm merita spectanda esse. Mellifluè S. Bernardus epist. 42. *Jeremias, qui ante sanctificatus quàm natus, cùm se excusaret de pueritiâ.* Nihilominus constitutus est super gentes, & super regna; Propheta, ætatem dignitati opponit, at Deus merita ponderat. Cùm sanctificatus esset in utero matris, ut regnis & gentibus præesset non eguit suffragio temporis. Quare de pueritiâ se excusans non exauditur? quia antea sanctificatus quàm natus. Sic in promovendo ad Archidiaconatum, vel aliud ministerium Vicariale Episcopi si deprehendatur meritorum copia, expectare non debet ætatis prolixitas.

S. Bernardus.

## CAPUT XXIV.

### *Potestas Episcopi similis lucernæ, stellæ, gemmæ, lunæ, soli.*

I. TAntæ olim commendationis & existimationis erat Elias & Eliseus, ut quidam minister Josaphat regis Israel ad dignitatem eorum celebrandam ac sanctitatem prædicandam dixerit libr. 4. Regum cap. 3. vers. 11. *Est hic Eliseus filius Saphat, qui fundebat aquam super manus Eliæ.* Ideſt qui Eliæ quasi minister inservicbat. Ministrorum enim officium est fundere aquam super manus Dominorum, cùm eas mane vel ante refectionē abluunt. *Pro laude dixerunt de Eliseo quod infunderet aquas in manus Eliæ, in tantâ habebant admiratione illum magnum Prophetam.* Ad probandā utriusque & dignitatem & sanctimoniam, cur dixit, qui fundebat aquam? cur aliud ministerium ab Eliseo præstitum non allegavit? Ut ejus dignitatem ac fœlicitatem declararet. Illo prudentior videtur Regina Saba, quæ lib. 3. regum cap 10. vers. 8. his verbis regem Salomonem compellavit. *Beati viri tui, & beati servi tui, qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam.* Quidam Rabbini respondent, quod in sacrificio, quo S. Elias obtulit bovem in Monte Carmeli lib. 3. Reg. cap. 18. Eliseus fudit aquam super manus Eliæ, moxque de digitis Eliæ quasi ex fontibus largissimæ aquæ emanarunt, quæ totum alveum impleverunt.

4. Reg. 3. v. 11.

3. Reg. c. 10. v. 8.

II. Sic gradus Episcopalis tam excellens ac sublimis est, ut res hujus mundi pretiosissimæ ac singulariſſimæ ad exprimendum ejus eminentiam aliquid sui libenter submini strare peroptent. Ac primò si lucernam intueamur rectè per illam Episcopum figurari conspiciemus. Sic S. Gregorius Nazianzenus orat. 23. sanctum Athanasium appellavit *Sanctissimum orbis oraculum, secundam à Christo lucernam.* Sic sanctus Paulinus Episcopus Nolanus admirans Sancti Augustini mentem exclamavit. *O lucerna dignè super candelabrum Ecclesiæ posita, quæ & oleo lætitiæ lumen effundis, & densas licet hæreticorum caligines discutis, & lucem virtutis à confusione tenebrarum splendor clarifici sermonis enubilas.*

III. Non lucernæ, sed lumini Episcopum assimilat Christus Matthæi cap. 5. vers. 14. *Vos estis lux mundi.* S. Augustinus. *Vos estis lumen mundi.* Ut innuat tenebras peccatorum ac errorū splendore scientiæ & charitatis per Episcopos debere fugari. Nam (inquit Cassianus lib. 8. cap. 16.) *Lux non ad se ipsam, sed ad alios est creata.* Scilicet illustrandos, ac incendio amoris recreandos. Ansbertus in cap. 1. Apoc. ait. *Vos estis lux mundi, qui videlicet non solùm lucent, sed & ardent, quia verba eorum lumen scientiæ simul & amoris incendium præbent.* Quæ lux? quod lumen nobis Episcopi submini strant S. Joannes Apocal. cap. 1. vers. 10. ait esse lumen stellarum, quas vidit in dexterâ agni. *Et habebat in dextera suâ stellas septem.* Ideſt Episcopos septem Ecclesiarum Asiæ, Smyrnensis, Philadelphensis Sardensis, Laodicensis, Ephesinæ, Pargamenæ, & Thyatirensis, seu omnes Episcopos totius mundi, qui per septuagenarium numerum significabantur. Stellæ dicuntur non errantes, sed fixæ quia perpetuam ac ordinatam morum

Apoc. 1. vers. 16.

compositionem

compoſitionem habere debent. Secundò, quia ut dictum eſt, ſuâ claritate reliquos illuſtrare debent, juxta illud Apoſtoli ad Philipp. cap. 2. verſu 15. *In medio nationis pravæ & perverſæ, inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo.* S. Chryſoſtomus monet: *Ut in nocte hujus ſæculi, quaſi ſtellæ reſplendeant, & refulgeant.* Tertiò, ſtellæ ſunt, quia cæteros divini amoris calore fovent ac vivificant, adeò ut inſtar Eliæ ignis ſint, Eccleſiaſt. cap. 48. v. 1. *Surrexit Elias quaſi ignis.* Et inſtar animalium Ezechielis ſolo ſuo aſpectu eos ad virtutem amplectendam incendant Ezechielis cap. 1. verſ. 13, *Similitudo animalium & aſpectus eorum quaſi carbonum ignis ardentium, & quaſi aſpectus lampadarum.* Per carbones ardentes, ac lucentes lampades, converſatio, aſpectus ac opera juſtorum maximè Epiſcoporum, ac virorum Apoſtolicorum accipienda ſunt. Accipe verba ſancti Gregorii homiliâ 5. in Ezechielem. *Quiſquis carbonem tangit, accenditur: quia qui ſancto viro adhæret, ex ejus aſſiduitate viſionis, uſu locutionis, exemplo operis accipiet, ut accendatur in amorem veritatis.* Lampadum comparationem ſic elucidat. *Longè latèque juſtus ut lampas lucet, & qui bona ejus audiunt, quia per hæc ad amorem cœleſtium ſurgunt, in eo quod ſe per bona opera exhibent quaſi ex lampadis lumine reſplendent.* Quartò, ſtellæ ſunt, quia hæ ſuis influentiis cõſervant ac vegetant orbem. Sic ſtudio & poteſtate Epiſcopi cultus divinus cum majori fervore ac devotione peragitur, Clerus divina officia crebrius frequentat, boni ad pietatem magis inflammantur, improbi à ſuis vitiis cohibentur, pauperum cura ſtudioſius exercetur, tota deniq; Diœceſis in obſervantia præceptorũ magis cõtinetur. Accipe verba S. Athanaſii Patriarchæ Conſtant. epiſt. ad Epiſc. Cretenſem. *Si quiſq; Paſtor in Diœceſi, quæ ſibi obtigit vel biduum moretur experiri liceat permulta peccata & damna non eſſe futura in populo, ſanè augentur oves, & in tutò ſunt cùm præſunt veri paſtores.* Hoc augmentum ac ſecuritatem ambiens Eccleſia ſub nomine ſponſæ aiebat. *Sub umbrâ illius quem deſideraveram ſedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo.* Cantic. cap. 2. verſ. 3. Ideſt, ex ejus úmbrâ ſeu præſentiâ ac protectione mirificos ac ſuaviſſimos virtutum & gratiarũ fructus percepi. Sanctus Bernardus ſerm. 48. *Meritò eius deſideraverat umbram, de quo & refrigerium eſſet & refectionem pariter accepturæ.* Quintò, ſtellæ fixæ parvæ videntur & humiles, ſed tamen totâ terrâ majores ſunt. Quid ſancto Eliâ humilius? quid demiſſius, ac abjectius? quid pauperius ac à terrenis rebus magis deſœcatum? & tamen nihil illo ſublimius, & tamen nihil illo eminentius. Eccleſ. cap. 48. verſ. 4. *Sic* (inquit) *ampliſicatus eſt Elias in mirabilibus ſuis. Et quis poteſt ſic gloriari tibi.* Græcus. *Quoniam gloriam conſecutus eſt ô Elia, mirabilibus tuis, & quis poteſt ſimiliter ac tu gloriari.* Syrus. *Et qui eſt ſicut tu, ipſe laudabitur.* Vatablus. *Aut quis paria tecum glorietur.* Intueriv is ejus eminentiam? Cõſidera præclaras ejus virtutes ſingularia ejus merita, in dicendo efficaciam, in corripiendo zelum intrepidum. Vide portentorum ejus ac mirabilium magnitudinem, ſolemnem in cœlos evectionẽ. Epiſcopus inſtar Eliæ etſi eminentem dignitatis gradum & poteſtatẽ in Eccleſiâ poſſideat, tamen humilitatem ſemper ſectetur. Sic Apoſtolus diſcipulũ ſuum Timotheum affatur 1. epiſt. cap. 1. verſ. 3. *Rogavi te ut remaneres Epheſi.* Cur ait *rogavi te?* Nunquid tu es Apoſtolus, Doctor gentium, præceptor illius? Cur ergò non ais præcepi tibi? *Audi* (inquit) *quàm gratè, quàm placidè? Non magiſtri utitur voce, ſed ſupplicis.* Idem ſcribens Philemoni verſ. 8. *Multam fiduciam habens in Chriſto Ieſu imperandi tibi, quod ad rem pertinet propter charitatem magis obſecro.* D. Ambroſius ibi, *Dignum erat imperare diſcipulo Magiſtrum fiducià Apoſtolicæ auctoritatis: ſed quia vir bonus erat Philemon, per affectum illum provocat obaudire, quaſi coarctum aliis, & vinctum Chriſto Ieſu.* S. Ambroſius refundit illam S. Pauli obiecrationem non in Philemonis probitatem, ſed in ipſius Apoſtoli humilitatem. *Cùm poſſim* (inquit Theodoretus in ſuâ paraphraſi) *audacter tecum agere, ut*

Philip. 2. verſ. 15.

S. Chryſt.

Ezech. 1. verſ. 13.

S. Greg.

S. Athan.

Cant. 2. verſ. 3.

1. Tim. 1. v. 3.

S. Chryſoſtomus

Philem. v. 8.

D. Amb.

*qui ardenter crederis, & instar Magistri jubere, hoc quidem non facio, sed ad hortationem affero.* Idem. *Vide quis sit qui petit sufficit nominis mentio, ut reverèatur vel maximè adversarius. Qui enim Paulum audit Prædicatorem totius orbis terræ, mariſq; cultorem, & vas electionis, & alia ad quæ narranda, vel decies mille linguis opus esset.* Dices fortè Apostolum ideò cum tantâ animi demissione Timotheum & Philemonem affari, quia erant singulari virtute præditi, & ille infirmus ac debilis, hic verò senex. Minimè. Eandē etiam rationem observat dum Galatas affatur cap. 4. vers. 12. *Fratres obsecro vos.* Nonnè Galatæ ii sunt, quos cap. 3. vers. 1. Apostolus vocavit insensatos. *O insensati Galatæ, quis vos fascinavit non obedire veritati?* Græcus *O stulti.* Syrus. *O destituti mente.* Sanctus Hieronymus. *Arbitror Apostolum Galatas regionis suæ proprietates pulsasse, quod vitio gentis indociles sint, recordes ad sapientiam tardiores.* Doctè ac piè respondet S. Hieronymus dicens hæc non imperium, sed precationem denotare. *Quæ quidem & nos ad humilitatem provocant, & supercilium discutiunt Episcoporum qui velut in aliquâ sublimi speculâ constituti vix dignantur videre mortales, & alloqui servos discant ab Apostolo errantes & insipientes Galatas fratres vocari. Discant post increpationē blanda verba dicentis obsecro vos.* Id potius discant à Christo supremo capite ac Pontifice Lucæ cap. 5. vers. 3. fertur quod Christus *Ascendens unam navim, quæ erat Simonis, rogavit eum à terra reducere pusillum.* Cur non præcepto potius utitur quàm prece, cur potius non agit ut Princeps? ut doceat superiores qualicumque dignitate sivè temporali, sivè spirituali, sivè regiâ; Episcopali aut Pontificali potius subditos regere supplicando quàm imperando. *Ex hoc* (inquit Dionysius) *ostenditur maxima Christi Domini mansuetudo & pietas, quod Petrum pro tam parvâ re, tam modestè humiliterq; rogavit, cui præcipere habuit, docens Prælatos ut proniores sint ad monendum, quàm ad præcipiendum, magisq; cupiant amar, quàm timeri.* Et antè eum sanctus Bonaventura. *Humiliter supplicando rogavit eum.* Sextò, stellæ lucent noctu, & in mediâ caligine. Sic Episcopus debet lucere noctu, idest tempore persecutionis: talis erat sanctus Elias tempore persecutionis Achab, & Jezabel, & futurus est tempore Anti-Christi. Tales inter Præsules maximè Germanos fuerunt Archiepiscopi Colonienses, S. Anno, de quo Surius tomo 6. Bruno, de quo idem tomo 5. Cumbertus de quo idem tomo 6. Engelbertus idem tomo 6. Evergistus idem tomo 5. Herebertus de quo idem tomo 2. Archiepiscopi Moguntini Bonifacius Surius tomo 3. Lullus idem tomo 5. Maximus idem tomo 6. Archiepiscopi Trevirenses, Maternus Surius tomo 5. Hidulphus idem tomo 4. Nicetus idem tomo 5. Valerius idem tomo 2. Episcopi Leodienses Theodardus histor. Leod. Lambertus, de quo in Martyrologio, & omnia Chronica Leodiensia, Hubertus de quo Surius tomo 6. Albertus de quo Martyrologium Romanum. Episcopi Bremenses Auscarius, Renubertus, Adelgarius, Unnus, de quibus Trithemius de Viris illustribus Ordinis S. Benedicti. Pragensium Adalbertus, de quo Trithemius citatus. Magdeburgensium Norbertus, de quo Trithemius tomo 3. Upsalensium Adaduardus & Stephanus de quibus Joannes lib. 17. cap. 15. Ratisponensium Wolfangus Surius tom. 5. Herbipolensium Kilianus idē tom. 4. Burchardus idē tom. 5.

Luc. c. 5. vers. 3.

Dionys.

Non minùs opportunè gemmis Episcopi comparari possunt, ob singulares virtutes quibus pollent. Undè gemmis annuli insigniuntur, olimque annulorum gemmis pro sigillo utebantur, nec ulla gemma erat, quæ signrâ aliquâ seu charactere non esset insignita. Quid sunt Episcopi? sunt gemmæ, sunt annuli, quos Christus in dexteræ suæ digito gestat, idest, singulari Spiritus sancti (qui digitus Dei est) protectione custodit, adeò ut de illis Deo effari liceat illud Jeremiæ cap. 22. vers. 24. *Si fuerit Iechonias annulus in dextera mea.* Et Ezechiel. cap. 43. vers. 13. *Zorobabel quasi signum in dexterâ manu, sic & Iesus filius Iosedec.* Episcopi dicuntur annuli, quia quemadmodum, IV.

admodum annuli sunt ad ornatum, ita Episcopi Christi Ecclesiam ornant, deindè sicut annuli obsignabant, sic Episcopi suos greges obsignant, ut Aggæi cap. 2. vers. 24. Deus pollicetur Zorobabel. *Assumam te Zorobabel, fili Salathiel serve meus, dixit Dominus,*

Agg. c. 2. vers. 24. *& ponam te quasi signaculum, quia te elegi dicit Dominus.* Quomodò Episcopi dicuntur Christi signaculum? quia Deus per eos oves suas obsignat, eíque suam imaginem, ac mores suos imprimit. Accipe verba Hugonis Cardinalis textum Aggæi explicantis.

Hugo Cardin. *Prælatus debet esse annulus alios sigillando exemplo suo & debet esse rotundus per æternorum contemplationem, Aggæi cap. 2. Assumam, &c.* Deindè quemadmodũ litteræ obsignabantur à veteribus, sic Episcopi peculiari Ecclesiæ suę sigillo litteras obsignabant, ut testatur Radbodus Episcopus Trevirensis, dicens: *Hanc Epistolam Græcis litteris hinc indè munire decrevimus, & annulo Ecclesiæ bullare censuimus.* Ita Episcopus sigillum ac signum Ecclesiæ, seu virtutis habere debet, subditisque imprimere. Hugo Cardinalis. *sigillum habet imaginem & litteras, sic Prælatus debet habere vitam bonam & scientiam, & tunc potest alios informare. Si pravus sit jux malitia ac impietatis formam suis imprimet.* Quemadmodum (inquit sanctus Isidorus Pelusiota lib. 1. epistola 150.) *Pectoris motus ex verbis cognoscuntur, eodem modo quisnam domus status sit ex Antistite constat.* Videtur alludere ad illa verba Ecclesiastici cap. 10. vers. 1. *Principatus sensati stabilis erit, secundùm judicem populi, sic & ministri ejus, & qualis est rector civitatis, tales & inhabitãtes in ea. Rex insipiens perdet populũ suum & civitates inhabitabuntur per sensum potentium.*

Isidorus Pelusiot.

V. Lunæ etiam debet Episcopus assimilari. Quærit Junilius in Hexameron, cur à Moyse luna non dici, sed nocti præesse dicatur? numquid etiã interdiu apparet? subtiliter respondet. *Quia etsi lunam omni mense in die videri contingat, nequaquam tamen diei, sed nocti solummodò lucis solatium aliquod afferre certissimum est.* Idest, quamvis nonnunquam etiam appareat diuturno tempore, tamen non dici, sed nocti præesse dicitur, quia nocti tantum prodest & suas influentias confert. Sic Episcopus potius languentibus intendere debet, quàm sanis, ac suam pro grege debili & languido sollicitudinem his sancti Cypriani sermone de lapsis exprimere debet. *Quid aut quomodo dicam? lacrymis magis quàm verbis opus est ad exprimendum dolorem, quo corporis nostri plaga deflenda est, quo populi aliquando numerosi multiplex lamentanda* S. Cypr. *jactura est. Quis enim sic durus ac ferreus? quis sic fraterna charitatis oblitus, qui inter suorum multiformes ruinas ac lugubres, ac multò squallore deformes reliquias constitutus siccos oculos tenere prævaleat? nec erumpente statim fletu prius gemitus suos lacrymis, quàm voce depromat? Doleo fratres, doleo vobiscum, nec mihi adleniendos dolores meos integritas propria, & sanitas privata blanditur, quando plus pastor in gregis sui vulnere vulneretur. Cum singulis pectus meum copulo, mœroris & funeris pondera luctuosa participo, cum plangentibus plango, cum deflentibus defleo, cum jacentibus jacere me credo, jaculis illis grassantis inimici mea membra percussa sunt, sævientes gladii per mea viscera transierunt. Immunis & persecutionis incursu fuisse non potest animus in prostratis fratribus, & me prostravit affectus.* In nullo veterum hoc Episcopatus signum magis præfulsit, quàm in sancto Eliâ. Intuere illum currentem in civitatem tenebrosam Sidoniorũ, ut splendore fidei illam illustret. Nam (inquit S. Chrysostomus homiliâ 3. de Elia, & Tostatus in cap. 17. lib. 3. Regum quæst. 24.) hæc mulier erat Gentilis, ut potè Sidonia. Cap. 18. Convocat universum populum claudicantem, ac tenebris idololatriæ penè offusum, ut eodem fidei lumine coruscos efficeret, ut patet ex vers. 38. *Cecidit ignis Domini & voravit holocaustum.* vers. 39. *Quod cum vidisset omnis populus corcidit in faciem suam, & ait; Dominus ipse est Deus, Dominus ipse est Deus.* Non Baal, sed hunc Deum verum esse credimus & colimus, quasi dicerent, si vera miracula divina virtus operatur ad hominum utilitatem duplicitor ex D. Thomâ 2. 2.

Junilius.

2Thom. quæst. 188. art. 2. in corpore. *Vno quidem ad veritatis prædictæ confirmationem, alio modo ad demonstrationem sanctitatis alicujus, quem Deus vult hominibus proponere in exemplum virtutis.* Igneus ille descensus idem in nobis operatur, nam mentes nostras illuminat ad confirmandam in nobis veritatem prædicatam per Eliam, & nobis parefaciendam sanctitatem prætati Prophetæ.

VI. Si Episcopalis dignitas per stellas, gemmas, & lunam exprimitur, soli potius comparandam esse censeo. Ecclesiasticus cap. 43. vers. 2. de sole hoc effatur. *Sol in aspectu annuncians in exitu, vas admirabile opus excelsi.* Arabicus. *Creavit solem, & glorificent eum Patres.* Tigurina. *Sol lucem annuncians cùm emergit, machina admiranda, opus altissimi.* Idem de Simone Pontifice cap. 50. vers. 7. *Quasi sol refulgens, sic ille effulsit in templo Dei.* Sanctum Eliam esse solem scribūt Eucherius & Angelomus in lib. 4. Regum. Quin & Sanctus Chrysostomus homilia 3. de Eliâ asserit Eliam dici quasi ἥλιος ideest solē, eo quod ipse fuerit sol Israelis, & curru igneo vectus sit in cœlum, ac indè fingi à Poetis solem veh curru igneo, quem quia Phaeton solis filius regere nescivit, hinc se & orbem combussit. Episcopos esse soles testatur Dionysius Carthusianus serm. 3. de S. Dionysio Areopagitâ, S. Thomas à Villâ Novâ sermone 1. de S. Augustino. Dionysius varias analogias patronis sui cum sole referens hanc tertiam scribit quod quemadmodum sol est pulcherrimus, purissimus, de quo Martialis lib. 8.

Martialis.

*Hybernis objecta notis specularia puros*
*Admittunt soles, & sine face diem.*

Omnibusque rebus creatis præstantior stat in medio, ut canit Statius lib. 5. Thebaid.

Statius.

*Sol medius operum summo librabat Olympo.*
*Lucentes ceu flaret equos.*

Sic (inquit Carthusianus.) *Tertia excellentia divi Dionysii est sancta & fructuosissima præsidentia ejus. Nam trienio a Paulo Apostolo informatus Athenensis episcopus est effectus, ubi prædicationi insistens ipsam civitatem, & maximam partem regionis illius convertit ad Christum. Verumtamen Beda & Scholastica Historia dicunt: Hic est Dionysius qui à Paulo ordinatus Episcopus Corinthiorum gloriosè rexit Ecclesiam, &c. Cùm autem audisset Magistrum Paulum Romæ à Nerone incarceratum, illuc profectus est, & Paulo per Martyrium coronato à Beato Clemente in Franciam cum Rustico & Eleutherio missus est, veniensque Parisios multos convertit ibidem, & undique.* Sermone 4. sequente post medium. *Tertiò* (inquit) *Theologicissimus Dionysius comparatur Soli ob suæ activitatis & causalitatis magnitudinem. Quemadmodum enim sol inter planetas & astra est summè activus, causalis ac virtuosus. Nam sicut sol totam illuminat machinam mundi, & suo accessu & recessu in Zodiaco generationis & corruptionis dicitur causa in inferioribus istis. Sic gloriosus & præelectus Dionysius per Sapientiam suâ, & per libros quos edidit, per suam virtuosissimam vitam, per sua miracula, per suos, quos hinc indè misit discipulos universam Ecclesiam, non solùm tempore suo, sed nunc usque, & in finem seculi mirabiliter & copiosissimè illustravit, scripsit namq; pulcherrimos ac profundissimos libros, in quibus difficiliora Scripturarum loca elucidavit, qui libri instar pulcherrimorum astrorum in totâ micant Ecclesiâ, omniumq; acuunt, clarificant, vincunt, elevant, & accendunt ingenia. Et ipse electus Christi Christiana religioni, verbo, scripto & factis plurimùm profuit valdè.* Infra. *Instar aquilæ per militantem Ecclesiam velocissimè, promptissimè volavit, per terras undique discurrebat prædicando ac mirabilia perpetrando, & innumerabiles convertendo. Nam & Athenienſium quàm plures ac maximam Gracia partem convertit. Deindè tanquam splendidissimus sol ingressus est Franciam, in quâ tanquam uberrima fructiferavit oliva.* Duobus istis sermonibus plura congerit, quibus ostendit sanctum Dionysium fuisse verum solem. Varias etiam S. Augustini cum eo analogias contexuit sanctus Thomas de Villâ Novâ serm. 1. aliqua tantùm verba accipe. *Augustinus doctrinâ suâ fidem non in oppido, sed in toto orbe defendit.* Idem

Dionys.

Quatuor

*quatuor modis aliquis in templo Dei lucet, scilicet fide, sapientiâ, vitâ, regimine. Ista sunt quatuor luminaria, sivè quatuor fenestræ in templo Dei, à quatuor ejus angulis totum templum illuminantes. Fide lucent in Ecclesiâ Martyres, sapientiâ Doctores, vitâ Confessores, regimine Pontifices. Omnibus istis quatuor modis Augustinus in templo Dei refulsit, ideòq; si una istarum rationum in Ecclesia fulget, tantus est, quantus erit Augustinus, qui omnibus objicitur effulsisse.* Specialius de pastorali curâ sancti Augustini loquitur Dionysius sermone 1. de S. Augustino Episcopo. *Præclarissimus Doctor Ecclesiæ Augustinus, qui verbo & opere, scripto & consilio, oratione & pastorali operatione assiduè die ac nocte pro subditorum salute, pro bono communi Ecclesiæ, pro errantium conversione, & maximè pro Dei honore & gloriâ (ad quod omnia retulit) fidelissimè & ferventissimè laboravit.* Infra. *Laudandus est à suâ fructuosissimâ præsidentiâ in Episcopali officio, quod ferventissimè adimplevit: Nec solum plebem sibi commissam, sed undique informavit fidelem, atque hæreticos vehementer confudit.* Omitto alias analogias potestatis Episcopalis cum virtute solari.

## CAPUT XXV.

### *Episcopus est fidei-jussor ratione suæ potestatis & vigilantiæ.*

I. Divinus Plato lib. 1. de Republicâ, tam gravem ac onerosam existimavit administrationem publicam, ut judicarit à nemine sensus & rationis compote experendam. *Unusquisque qui non amens sit potius eligit alium sibi præesse, quàm dum aliis ipse consulit, multis se negotiis implicare.* Id potius de spirituali regimine dicendum est (inquit sanctus Laurentius Justinianus de regimine Prælatorum.) *Grande prorsus onus, negotium multarum vigiliarum, pavendúmq; ministerium est regimen animarum.* Lib. 1. Regum cap. 10. vers. 22. Cùm Saul sorte fuisset Rex declaratus, ut illud jugum excuteret latebras petiit.

Plato.

1. Reg. 10. v. 22

*Ecce* (inquit Dominus) *absconditus est domi.* Hebræus & Græcus addunt. *Ecce absconditus est domi in vasis quibusdam.* Vel ut Vatablus. *In populi sarcinis.* Cujus populi? qui ad eligendum novum Regem convenerat. Cur se abscondit? cur potiùs non occurrit quærentibus ut illis grates rependat pro tanto honore sibi oblato? quia se regno indignum judicat, ac tam grave onus regendi reformidat. Dionysius post Hugonem Cardin. & Lyranum. *Se occultavit ex humilitate & pudore reputans se indignum regali fastigio & honore.* Dionys.

Quantò sublimius est regimen animarum regimine corporum, & spirituale prævalet terreno, tantò ponderosius est. Quia nõ sunt sponsores corporum Episcopi, sed animarum; non fortunæ, sed gratiæ, sed thesaurorum Christi, sed fidei: non vadimonium subvenit pro debitis temporalibus, sed cœlestibus, se enim obligant Deo spondentque se subditorum salutem curaturos. Quod si subditi ipsorum negligentiâ pereant Deus sanguinem eorum de manu ipsorum requiret, ut testatur Sapiens Proverb. cap. 6. v. 1. *Fili mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui.* Septuaginta vertunt. *Si spoponderis amicum tuum.* Symmachus. *Proximum tuum.* Aquila. *Sodalem tuum.* Quis est amicus? Deus. Quis est extraneus? Deus. Si amicus est, quomodò extraneus dicitur? Respondent Beda & Sanctus Bernardus. *Deus amicus est in sponsione, sed extraneus in exigendâ ratione.* Paulò aliter, sed tamen ad intentum nostrum S. Gregorius 3. part. Pastor. admonitione 5. *Spondere pro amico est alienam animam in periculo suæ conversationis accipere. Undè & apud extraneum manus defigitur, quia apud curam sollicitudinis, quæ ante deerat mens ligatur.* Quid per illa verba, *illaqueatus es, &c.* Idem S. Gregorius citato loco. *Verbis verò oris tui illaqueatus est, ac propriis sermonibus captus, quia dum commissis sibi cogitur bona dicere, ipsum prius necesse est, quæ dixerit custodire. Illaqueatur igitur verbis oris sui, dum exigente constringitur, nè ejus vita ad aliud quàm admonet relaxetur. Unde apud*

Proverb. 6. v. 1.

S. Bernardus.

S. Greg.

*districtum regitur tanta in opere exsuére, quantâ eum constat aliis voce præcepisse.* Uno verbo tot in die judicii Episcopus animarum rationem reddet, quot curam in se suscepit.

II. Id innuere videtur Apostolus Hebræis cap. 13. *Obedite præpositis vestris, & subjacete eis, ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri.* Notat Lyranus his verbis exprimi & dignitatem & officium prælatorum seu Episcoporum ratione quorum obtemperari debeant, pro motivis obedientiæ. *Subdit (inquit) duplicem causam, prima accipitur ex nobilitate officii, quâ Prælati præsunt in spiritualibus, quæ corporalibus præferuntur, quantò anima melior est corpore & hoc est quod dicitur. Ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri. Secunda ratio accipitur, ex modo exercendi officium, &c.* Sanctus Thomas lect. 3. luculentius explicat illam vigilantiam. *Ipsi enim pervigilant, quare enim debeamus obedire & subjici Prælatis, hoc est, ideò quia incumbit eis labor & periculum imminet. Unde quantùm ad laborem sollicitudinis qui eis incumbit de regimine subditorum dicit, quod ipsi pervigilant, idest perfectè vigilant, Rom. cap. 12 Qui præest in sollicitudine. Vigilare enim super gregem sibi commissum incumbit Prælatis, Unde Lucæ cap. 2. dicitur. Pastores per quos designantur Prælati, erant vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum, quia dum dormiunt homines, inimicus homo superseminat zizania in medio tritici, ut dicitur Matt. cap. 13. Quantùm autem ad periculum quod imminet, dicit quasi pro animabus vestris reddituri rationem. Hoc est enim maximum periculum hominem de factis alterius rationem reddere, qui pro suis non sufficit.* Id probat ex sacrâ historiâ Eliæ lib. 3. Reg. cap. 20. vers. 39. ubi Rex Achab à Prophetâ ignoto arguitur per parabolam dicente. *Custodi virum istum, qui si lapsus fuerit erit anima tua pro anima ejus aut talentum argenti appendes.* Dionysius. *Pro ipso erit mihi servus, vel loco ipsius interficieris, aut pro ejus evasione præfixam solves pecuniâ.* Sanctus Thomas suam explicationem prosequens, subdit. *Reddent enim Prælati in die judicii rationem de sibi commissis, quando fiet eis illa quæstio Jeremiæ cap. 13. Ubi est grex, qui datus est tibi pecus inclytum tuum. Quid dices cùm visitaverit te: Tu enim docuisti eos adversùm te, scilicet loquendo bona, & faciendo mala, & erudisti in caput tuum per mala tua exempla. S. Greg. scire debent Prælati, quod tot mortibus digni sunt, quot exempla perditionis ad subditos transmittunt.* Illis arridens sanctus Chrysostomus ostendit quanto periculo se exponunt Episcopi & Prælati. *Quid dicis vigilant? imminet periculum ejus capiti, subjicitur pœnis tuorum peccatorum, & propter te est tanto obnoxius timori, &c. Papa quantum est periculum! Quid miseris illis dixeris, qui se conjiciunt in tantam abyssum suppliciorum? omnium quos regis mulierum, & virorum, & puerorum à te reddenda est ratio, tanto igni caput tuum subjicis* Quasi diceret: quemadmodùm fidei-jussor tenetur ad omnia passa per eum, cui promisit, & ad ejus interesse. Baldus in leg. 2. col. 2. vers. *modo pone*, C. *de sentent. quæ sine certâ quant.* & in leg fin. §. 1. colum. fin. C. *de usuris rei judic* Castrens. consil. 397. ad primum quæsitum in principio lib. 1. Cornel. consil 228. multùm diffusè, lib 1. Socin. consil 59. *visis*, colum. 2. in princip. lib. 3. Decius consil. 551. *plenè*, colum. 2. numer. 7. Abbas consil. 43. *videtur*, col. 1. lib. 1. Aretinus in l. *præterea*, in 4. notab. ff. *mandati*, post Bartol. in leg. *quæro*, in principio, ff. *locati*. Ita Episcopus curam ovium suscipiens tenetur non ad jacturam rei familiaris restituendam & ejus interesse, sed animarum, quia fidei-jubere, est pro alio promittere. Alexand. consil. 159 *circa primum*, colum. 2. num. 3. lib. 2. Bald. consil. 101. *Nobiles viri*, colum. 1. in fine lib. 3. At Episcopus & Prælatus curam animarum suscipiens, non per nuntium vel epistolam, sed per seipsum stipulatur ac fidei jubet. Quare cùm ad tantùm tenetur, ad quantùm se obligarit, & fidei-jussio sit stricti juris, nec possit plus vel minus dare, quàm interceserit, l. *si pignore*, l. *fidei jussores Magistratuum*, §. 1. ff de fidei-juss. Glossa 1. & ibi Bart. Castrensis, &

Hebr. c. 13. v. 17.

Lyranus

S. Thom.

1. Reg. cap. 20 vers. 39.

S. Chrysostomus

alii

alii in l. *quæro*, ff. *locati*, Baldus consil. 55. lib. 2. & cons. 483. *cum tribus seq.* lib. 3. Roman. consil. 507. Alexand. consil. 34. lib. 2. Negusant. de pign. in 4. memb. 2. partis num. 53. & in 1. memb. 5. partis quæst. 5. Et Prælati se obligent ad salutem animarum procurandam. Meritò S. Chrysostomus citatus in hæc verba prorumpit. *Miror, an fieri possit, ut aliquis ex rectoribus sit salvus, cùm videas post minas & præsentem socordiam aliquos adhuc accurrentes, & se conjicientes in tantam molem rectionis.* Paulò post, ostendens eos, qui etiam inviti præfecturam acceperunt maximè periclitatos fuisse, ita ut Saul æternam mortem, at Moyses & Aaron temporalem incurrerint ob officium suum negligenter administratum, concludit. *Si, qui necessitate compelluntur, nullum poterunt habere refugium, neque ullam excusationem reperient, quando res malè tractaverint & quando negligenter administrationem gesserint suam, quantò amplius, qui cum studio & ambitione petunt principatus, & semetipsos præcipitant severius punientur.*

III. Sanctus Gregorius hanc exactam ac rigorosam judicii divini rationem attendens homiliâ 17. expavescens hæc verba pronunciat. *Ad pœnam nostram Episcopi vocamur, qui honoris nomen non virtutis tenemus. Relinquunt namq; Deum, qui nobis commissi sunt, & tacemus in pravis actibus jacent, & corruptionis malum non tendimus. Quotidie per multas negligentias, & eos ad infernum tendere negligenter videmus, &c.* Infra de animabus fidei jussione creditis, & earum strictâ ratione reddenda, ita loquitur. *Ponamus ante oculos nostros illum tantæ districtionis diem, quo judex veniet, & rationem cum servis suis, quibus talenta credidit, ponet. Ecce in majestate terribili inter Angelorum atque Archangelorum choros videbitur, in illo tanto examine electorum omnium & reproborum multitudo deducetur, & unusquisque quid sit operatus ostendetur. Ibi Petrus cum Judæâ conversâ, quam post se traxit apparebit. Ibi Paulus conversus, ut ita dixerim, mundum ducens. Ibi Andreas post se Achaiam, ibi Joannes Asiam, Thomas Indiam in conspectum sui ordinis conversam ducet. Ibi omnes dominici gregis arietes cum animarum lucris apparebunt, qui sanctis prædicationibus suis Deo post se subditum gregem trahunt. Cùm igitur tot pastores cum gregibus suis ante æterni Pastoris oculos venerint, nos miseri quid dicturi sumus, qui ad Dominum nostrum post negotium vacui redimus, qui pastorum nomen habuimus, & oves quas ex nutrimento nostro debeamus ostendere, non habemus? Hic pastores vocati sumus, & ibi gregem non ducimus.*

Greg.

Quàm pretiosa verò sit fidei nostræ commissio, ita probat Elias Cretensis orat. 1. Nazian. *Si nè universus quidè mundus unius animæ pretium adæquat, cui tamen supplicio obnoxius est, qui multis fortasse animabus ob culpam suam & segnitiem exitii causam præbuit.* Depositum non unius animæ, sed plurium sibi commissum Abbas Bernardus contemplans sermone de triplici adventu, hæc tremens effatur. *Quid ego infelix! quò me vertam, si tantùm depositum contigerit negligentius custodire? non est mihi dicere cum Cain; Nunquid custos fratris mei sum ego. &c.* S. Hieronymus in cap. 44. Ezech. v. 30. *Primitiva ciborum verstrorum dabitis sacerdoti.* Infert quod cœlestis Judex à sacerdote & à fortiori ab Episcopo rationē exiget, si curam gregis sibi cōmissi negligat. *Grandis dignitas sacerdotum, sed grandis ruina ipsorū si peccent lætamur ad ascensum, sed timeamus ad lapsum. Non est tanti gaudii excelsa tenuisse, quanti mœroris de sublimioribus corruisse. Neque enim solùm prō nostris delictis reddemus rationem, sed pro omnium, quorum abutimur donis, & nequaquam sumus de eorum salute solliciti.* Nè igitur quis existimet gradum Episcopalē plus splendoris habere, quàm ponderis, error est. Si Sacerdotium est servitus, Episcopatus major est servitus, Roman. Pontificatus maxima servitus. Undè S. Gregorius & ejus in sede Romanâ successores hunc titulum suis diplomatibus affixerunt *Servus servorum Dei*, Hadrianus IV. pondus illius dignitatis, ac depositi rationem ferre non sustinens aiebat. *Summo Pontifice nemo est miserabilior, conditione ejus nulla miserior, totius ejus*

IV. Andr. Cretens.

S. Bernardus.

S. Hieron.

Hadrianus 4.

vita

*vitæ lætitia & felicitas amaritudo est, Cathedra Romani Pontificis est spinosa, iter undique consertum aculeis, pondus tantæ molis, ut robustissimos premat, & confringat humeros.* Marcellus II. Pontifex hæc verba relegens manu mensam pulsans exclamavit. *Non video, quomodò qui hunc locum altissimum tenent salvari possint.* Vide Onuphrium in ejus vitâ, quia scilicet tantum opus Pontificum imponitur humeris, tantum depositum animarum illis confertur, ut vix illud sustinere, hoc administrare queat absque proprio salutis dispendio. Hadriani VI. natione Germani sepulchro hoc elogium Romæ inscriptum est. *Hadrianus VI. hic situs est, qui nihil infœlicius in vitâ, quàm quod imperaret duxit.* Quamvis Pius V. laudabiliter ac piè regimen universæ Ecclesiæ, imò optimè administrarit, tamen ad illam sedē evectus, totus pallidus ingemuit dicens. *Cùm in Monasterio viverem mihi & Deo, optimè sperabam de meâ salute, creatus Episcopus & Cardinalis timere cœpi, nunc ferè de eâ despero. Quis enim totius Ecclesiæ molem, quis tot animarum onus sustineat, sine evidenti salutis periculo.* Episcopatum, seu hanc fidei-jussionē ob periculum salutis manifestum ac prævium quidam juvenis teste sancto Hieronymo in regulâ Monachorum cap. 15. & Dionysio Carthusiano lib. de vitâ & regimine Episcoporum cap. 42. nunquam acceptare voluit, à patrui viri sanctissimi consiliis & multis rationibus ab ejus acceptatione dissuasus, cui defunctus hilari fronte ac multâ luce circumfusus apparens in hæc verba prorupit. *Gratias tibi Pater refero ex dissuasione Episcopatus. Nam scito, quia nunc essem de numero damnatorum, si fuissem de numero Episcoporum.* Cæsarius magis pateticam refert historiam de quodam Monacho Clarevallensi, pio, prudente, ac professionis suæ amantissimo, qui nullis precibus etiam Abbatis sui adduci potuit, ut Episcopatum sibi oblatum acceptaret. post obitum consodali apparuit, à quo rogatus an aliquas pœnas luerit ob inobedientiam exhibitā Episcopatum tam constanter repudiando, respondit se à divino judice nullam correptionem accepisse. *Imò* (inquit) *si Episcopatum accepissem, essem æternaliter damnatus.* Lege vitam sancti Goaris, Nicephorum libr. 13. cap. 17. de Nilamone Monacho, Thomam Cantipratanum lib. 1. exempl. cap. 20. de Canonico regulari S. Victoris Parisiis.

V. Sed (inquies) quomodò status Episcopalis est fidei-jussio, ac tanto salutis periculo obnoxius, cùm omnes Theologi asserant esse statum sanctissimum, statum perfectionis acquisitæ, Apostolus Timotheo charissimo discipulo suo asserat 1. epist. cap. 3. vers. 1. se fide dignâ ac verissimâ loqui de gradu Episcopali, *Fidelis sermo*, ideſt (inquiunt S. Ambrosius, Theodoretus, Primasius, & alii) certus ac verissimus quem de Episcopatu pronunciaturus sum. Quibus subscribens Stevartius. *Hac prafandi formulâ utitur Paulus magni ponderis sententias pronunciaturus, &c. Quasi dicat rem minimè vanam aut falsam, sed veram & indubitatam esse quam enunciaturus est.* Stevart. Subdit Apostolus. *Si quis Episcopatū desiderat bonum opus desiderat.* Episcopatus si bonum opus est, ergò appetendus, nam bonum est, quod omnia appetunt, non autem refellendus quasi periculosus ac damnationi obnoxius. Accipe responsionem Doctoris Angelici, qui ab Urbano IV. Romam vocatus adduci non potuit, ut honores acciperet, & Archiepiscopatum Neapolitanum etiam deferente Clemente IV. Pontifice pari animi animi constantiâ ac humilitate recusavit. Hic 2. 2. quæst. 185. art. 1. in corpore post S. Gregorium in pastorali part. 1. cap. 8. *Tunc* (inquit) *laudabile erat Episcopatum quærere, quando per hunc quemquam dubium non erat ad supplicia graviora pervenire. Undè non de facili inveniebatur qui hoc onus assumeret, præsertim, cum aliquis charitatis zelo divinitus ad hoc incitatur, sicut Gregorius in pastorali part. 1. cap. 7. quod Isaias prodesse proximis cupiens laudabiliter officium prædicationis appetiit, & ad primum dicendum* (inquit) *quod sicut Gregorius dicit in pastorali, illo tempore hoc dicit Apostolus, quod ille qui plebibus præerat, primus ad Martyrii tormenta* 1. Thom.

*tormenta ducebatur, & sic nihil aliud erat, quod in Episcopatu appeti posset nisi bonum opus.* Illi subscribens Alvarus Pelagius lib. de planctu Ecclesiæ cap. 18. ex S. Hieronymo verba Apostoli ita explicat. *Qui Episcopatum desiderat, bonum opus, idest, Martyrium desiderat, illo tempore ab Apostolo dictum est, si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, quo quisquis plebibus præerat, primus ad Martyrii tormenta trahebatur. Tunc ergò fuit laudabile Episcopatum quærere, quando per hoc non dubium erat ad supplicia graviora pervenire.* Quemadmodum ergò multi divino instinctu subeundo Martyrio se offerebant, ita nonnulli moti à Deo Episcopatus capessebant, ut aliis ad fidem amplectendam, ac Martyrium subeundum iter panderent. Nunc verò qui Episcopatum appetit ob amplos proventus, ob dignitatem & honorem, contrahitur peccatum ambitionis & avaritiæ, quia Episcopus debet esse perfectus, non debet tendere, sed esse in statu perfectionis Christianæ. At id de se præsumere, magnæ superbiæ iudicium est. Deindè quis existimet appetendum Episcopatum, cujus onus etiam Angelicis humeris est formidabile ex Concilio Tridentino, eo quod non tantùm pro suâ, sed etiam pro omnium subditorum salute rationem reddet.

Alvarus Pelagius

VI. Ut tanta salutis discrimina evadant Episcopi accipiant hanc præclaram ac salubrem S. Gregorii exhortationem homiliâ 17. in Evangelia. *Timeamus hæc fratres, conveniat actioni nostræ ipsum ministerium nostrum, &c. Consideremus sine cessatione quid sumus, pensemus negotium nostrum, pensemus pondus quod suscepimus, faciamus quotidie nobiscum rationes, quas cum nostro judice habebimus, & sic proximi, ut quisquis ad nos jungitur ex linguâ nostrâ cõdiatur. Cùm lascivientem quempiam & lubricum videmus, admonendus est, ut conjugio frenare studeat iniquitatem suã quatenus per hoc quod licet desinat superare quod non licet; Cùm coniugatum videmus, admonendus est, ut sic exerceat curam sæculi, ne postponat amorem Dei, sic placeat voluntati conjugis, ut non displiceat conditori, Cùm Clericum videmus -nepotem, ut tenus quatenus sic vivat, ut exemplum vitæ sæcularibus præbeat, nè si quidem illo iuste reprehenditur, ex ejus vitio ipsa religionis nostræ æstimatio gravetur. Cùm Monachum videmus, admonendus, ut reverentiam habitus sui in actu, in locutione, in cogitatione sua semper circumspiciat, ut ea quæ mundi sunt, perfectè deserat, & quod ostendat humanis oculis habitu, hoc ante Dei oculos moribus prætendat. Iste itaque tam sanctus est, admoneatur ut crescat Ille verò qui adhuc iniquus est, admoneatur ut se corrigat; quatenùs quisquis se ad sacerdotem junxerit, sale sermonis illius conditus recedat. Hæc fratres vobiscum, hæc & proximis vestris impendite. Omnipotenti Deo fructum vos reddere de negotio quod accepistis parate. Sed ista quæ dicimus, melius apud eum orando quàm loquendo obtinebimus.* Quibus omnibus hanc orationem subjicit. *Deus, qui nos pastores in populo vocare voluisti, præsta quæsumus, ut hoc quod humano ore dicimur, in tuis oculis esse valeamus, &c.* Dicit *in populo vocare voluisti* Alludēs ad vocationem Eliæ lib. 3. Regum cap. 17. quâ missus in Sareptam Sidoniorum, ut mulierem viduam, & totam eius familiam ad fidem cõverteret. *Vade in Sareptâ Sidoniorum.* Vel quâ missus est ad regem Achab cap. 18. vers. 1. *Vade ostende te Achab, &c.* Vel ad vocationem Elisei successoris Eliæ cap. 19. vers. 15. *Vade, &c. Eliseum filium Saphat qui est de Abelmeula unges Prophetam pro te.* Et Ecclesiastici cap. 48. vers. 13. *Elias in turbine tectus est, & in Eliseo completus est spiritus ejus.* Quæ verba explanans Joannes 44. Patriarcha Hierosolymitanus lib. de institut. Monachor. cap. 23. *Videns Elias discipulum suum Eliseum suo spiritu plenum, novit eum à Deo fidelem idoneum ad regendos suos discipulos filios Prophetarum propter quod totius religionis per eum instituta commisit illi tunc regimen ac magisterium.* Vel denique Sanctus Doctor alludere videtur ad illa verba Apostoli Hebr. cap. 4. vers. 4. *Nec quisquam sumat sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.* Idest Pontifices debent vocari & eligi à Deo sicut Aaron & ejus posteri fuerunt assumpti à Deo

S. Greg.

l. 3. Reg. c. 17. v. 9

c. 18. v. 1

Eccl. 48. vers. 13

Ioan. 44.

ad summum sacerdotium, tunc si vocatur, si sarcina illa Episcopalis à Deo imponitur, suscipienda est propter charitatis necessitatem. Plura Angelicè docet sequentibus articulis.

## CAPUT XXVI.

### *Episcopus dicitur custos hæreditatis Christi ob potestatem & sollicitudinem.*

I. SAcra Historia Eliæ narrat Nabuthem Jezraelitam habuisse vineam in natali solo, quam vocat patrum suorum hæreditatem, Achab verò regem habuisse palatium Samariæ & agrum vineæ Nabuthanæ contiguum, ut animadvertit Josephus. Hic Princeps ad commoditatem prædii sui rusticani desideravit, ac postulavit vineam Nabuthe oblatâ in commutationem meliore vineâ, aut pretio condigno. Sed huic postulationi regiæ Nabuthe acquiescere noluit, religioni ducens quasi divinitus ad se per majorum suorum manus transmissam hæreditatem in familiâ non conservare, quam si venderet, cùm in hortum regium commutanda esset, nè in jubileo quidem recuperare posset. Cui dare noluit vineam illam seu hæreditatem à parentibus consignatam, cùm danti polliceretur Rex meliorem vineam, vel pretium plusquam æquivalens, neganti autem mors absque dubio intendebatur, ut successus docuit. Nunquid ergò præstabat regiæ postulationi annuere lucrum reportando, ac mortis discrimen evitando. Cur igitur Regi voluntati non acquievit, mortisque periculum non effugit? ut legi divinæ obtemperaret. Cautum enim erat Levitici cap. 25. vers. 23. *Terra non vendetur in perpetuum, quia mea est.* Chaldæus, *Terra non vendetur in proprietatem.* Septuaginta. *In confirmationem.* Scilicet, ita ut perpetuò à venditore succidatur, & alienetur, & emptor sibi illam appropriet & confirmet in perpetuum, nec metus mortis obtemperantis mentem flectere potuerunt. *Absit* (inquit sanctus Ambrosius in psalm. 36.) *ut apud mentem Deo servientem præponderarit magis pœnè formido, quàm forma pietatis.* Et lib. 3. offic. cap. 9. hanc obedientiam piam & constantem fusius explicat. *Quid sancto Nabuthe fuit causa mortis, nisi honestatis contemplatio? Nam cum ab eo vineam rex posceret, pecuniam daturum se pollicens indecorum pretium pro paternâ recusavit hæreditate: maluitq; morte declinare ejusmodi turpitudinem. Non mihi (inquit) fiat à Domino, ut dem tibi hæreditatem patrum meorum. Hoc est tantùm mihi opprobrium non fiat, non permittat Deus tantum extorqueri flagitium.* Levit. c. 25. v. 23. S. Ambr.

II. Quæ est illa vinea? est Christus, ejus palmites fideles, vel Ecclesia; de quâ Isaias cap. 5. vers. 1. *Cantabo dilecto canticum patruelis mei vineæ suæ. Vinea facta est dilecto meo in cornu filii olei.* Dicitur Nabuthe hæreditas, quia fideles fidem à Deo acceperunt, vel singulari Dei beneficio in gremium Ecclesiæ recepti sunt. Accipe elegantem sancti Ambrosii explicationem lib. 9. in Lucam. *Vinea typum nostrum, quia populus de vitis æternæ radice fundatus supereminet terris, ac solum vile prætexens, nunc gemmate flore pubescit, nunc circumfusâ viriditate vestitur, nunc mite jugum suscipit, cum maturioribus brachiis quasi sarmentis fœcunda vitis adoleverit agricola quippe omnipotens Pater, vitis est Christus, at verò nos palmites, qui nisi fructum feramus in Christo cultoris æterni falce succidimur. Rectè igitur vinea Christi populus nominatur, vel quod fructus ejus postremâ anni legatur ætate, vel quod omnibus ut ordinibus vinearum, ita pauperibus atque divitibus, humilibus atque potentibus, servis ac dominis in Ecclesia Dei æqua dimensio, nulla discretio sit, ut vitis maritatur arboribus, ita corpus animæ, anima quoque corpori conjungatur. Ut vineæ ut jungatur erigitur, & recisa non minuitur, sed augetur, ita sancta plebs dum ligatur exuitur, dum humiliatur attollitur, dum rescinditur, coronatur. Quin etiam ut tener* Isa. c. 5. vers. 1. S. Amb.

*tener surculus veteri abscissus ex arbore in alterius fœtu radicis inseritur. Ita populus hic sanctus surculi veteris cicatricibus enodatis in novo illo crucis ligno, tanquam gremio piæ parentis fotus insolescit, spiritusq; sanctus sicut in altas dimissus terrarum scrobes, ita in hoc carcereum corpus infusus, atque salutaris irriguo diluit quidquid est fœtidum, membrorumq; nostrorum habitus in cœlestem erigit disciplinam. Hanc vineam diligens agricola fodere, rigare, tondere consuevit, eruderatisq; terra molis aggeribus, operta corporis nostri nunc sole torrere, nunc imbre perfundere, stirpare agram solitus, nè à sentibus gemma ladatur, nè luxuriet umbra foliorum, verborumq; infructuosa jactantia virtutibus obumbrando, maturitatem indolis naturalis impediat, &c.* Consequenter ostendit vineam illam esse ubique diffusam. *Quia ubique Deus Pater colitur, ubique Christus Dominus adoratur, licet Ariana perfidia illam devastare tentarit, sedata tempestas sit, concordia navigat, fides spirat, certatim nauta repetunt fides quos reliqui portus, & dulcia patriis ostenta littoribus affigunt; liberatos se periculis, absolutos erroribus gratulantes.* Deindè ad Ecclesiam illam apostrophem dirigens, ostendit quo imbre irrigata fuerit. *Salve vinea tanto digna custode. Te non unius Nabuthe sanguis, sed innumerabilium Prophetarum, & quod est amplius, pretiosus cruor Domini consecravit. Ille licet non regalibus minis territus constantiam metu presserit, non præmiis uberrimis provocarit religiosum vendiderit affectum, sed studio regis obsistens, nec in hortulis suis malvarum olus succisâ vite sereretur, quando aliud facere nequibat, parata vitibus incendia proprio cruore restrinxit, temporalem tamen vineam defendebat. Te verò in perpetuum multorum nobis Martyrum plantavit interitus, te crux Apostolorum æmula Dominicæ passionis usque in orbis totius terminos propagavit.* Quod si vinea Naboth dicitur ejus hæreditas ac patrimonium, sic Ecclesiæ fides hæreditas nostra est, quam à majoribus accepimus, cujus excidium apprehendens anima fidelis exclamat gemebunda cum Vate Regio psal. 78. v. 1. *Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam.* Ibi Baptista Falengius *Venerûtne solum? sese, inquam obtruserunt impudentissimè in hæreditatem tuam, in Ecclesiam tuam, in ipsissimum sinum tuum, ô Christe, &c.* Sed illa eradicari nequivit. S. Ambrosius in psal. 36. *Nabuthe inter sanctos habetur, quia majorum suorum hæreditatem, nè regi quidem putavit esse credendam, & lapidari maluit, ut vineam suam non daret in direptionē. Hæreditas majorum fides vera est, extiterunt Ariani regali fabnixi potentia, qui templum Domini putarent sibi esse tradendum, supplicia acerba minitantes: sed absit, ut apud mentem Domino servientē præponderarit magis pœna formido, quā forma pietatis, non prævaluit perfidia, quia fides restitit.*

Psal. 78. vers. 1.

Faleng.

S. Ambr.

III. Si vinea custodes habet, etiam suis non caret excubiis, quæ sunt illæ excubiæ, sunt Apostoli. *Hanc* (inquit Ghislerius in cap. 1. vers. 6. Cantic.) *Ipsam à Christo Domino tanquam propriam & peculiarem acceperunt, & Apostoli custodiendam ac excolendam quando eis dixit Matth. cap. 10. vers. 5. in viam gentium nè abieritis, & in civitates Samaritanorum nè intraveritis, sed potiùs ite ad oves, quæ perierunt domus Israel. Utinam autem hanc eis vineam custodirē licuisset, quam veluti hæreditariā à Domino suo acceperant. Neque enim hujus custodiam pro universo relinquissent orbe, non secus ac Naboth Israelita, quē nec argenti copiâ nec pro vineâ meliori, quam sibi rex Achab offerebat vineam propriam ac hæreditariā relinquere unquam voluit: multòq; libentius eam excoluissent, quàm cæteras aliarum gentiū vineas, non secùs ac agricola multò libentius propriam & hæreditariam excoluit vinculam, quàm aliorum vineas etiam cum maximo lucro.*

IV. Sicut Episcopi Apostolorum successores sunt, ita sanè hæreditatis ac vineæ Christi custodes ac cultores sunt, adeò ut Episcopi potiori jure B.V. effari debeāt, quam olim Leo Augustus orat. 1. *Nè filium ac Deum placare desieris pro hæreditate, quam ei Pater dedit, cui etiam nos pastores præfecit, ut ab omnibus rapacium bestiarum insidiis illæsos custodiat, &c.* His particulis *illæsos custodiat*, Innuit Episcopos esse gregis custodes. Quod sint etiā vineæ Christi

S. Basil. cultores delarat S. Basilius in moralibus. *Tanquam plantatores palmitum Dei, qui in vite quæ est Christus, nihil alienum aut infructuosum relinquant, & ea, quæ conventitia sunt atque secunda meliora efficere studeant omni diligentiâ adhibitâ, &c.* Non omittendũ hic est quod sacer Textus habet Matt. cap. 21. vers. 23. de vinea Ecclesiæ. *Et locavit eam agricolis.* Arias Montanus. *Legavit servos suos ad agricolas.* Lucæ cap. 20. vers. 9. *Et locavit eam colonis.* Cur vocat Episcopos agricolas, colonos, atque non dari, sed locari vineam? Respondet Stella in cap. 20. Lucæ. *Prælati & Episcopi Ecclesiæ advertant, ac videant vineam non dari agricolis, seu colonis, sed locari, ut reddant fructus Domino.* Deinde ad Episcopos ac Prælatos conversus. *Adverte ergo te non dominum, sed villicum Domini, non ideò oportet ut optimates ex Christi patrimonio, non tibi Episcope, sive Abbas sis data est Ecclesia ut domino, sed ut villico: non ergò es dominus, sed dispensator. Deus est animarum Dominus, qui non te fecit dominum, sed rectorem & pastorem, ut eas regas ac gubernes doctrinâ, ac sustentes eleemosynis, &c. Ecclesia non est dandâ nisi colonis scientibus officium, hoc est, qui litteris sunt exculti, virtutibus ornati ac prudentiâ, ut possint esse Prælati. Prius est homo colonus, & post ei tradunt vineam. Non enim ait, locavit eam hominibus, sed agricolis. Non satis est te esse hominem: imò necesse est, ut sis agricola, ut hujus vineæ possis habere curam: hoc ut ornatus sis virtutibus, sensu, judicio, providentiâ, habilitate, & litteris bonis imbutus, ut sis optimus Sacerdos & Prælatus.* Idest possis liberè ac intrepidè arguere ac virtutes hominum mentibus inserere.

Stella.

Cur S. Elias Regi Achab irâ incenso constanter respondet lib. 3. Regum cap. 18. vers. 18. *Non ego turbavi Israel, sed tu & domus patris tui, qui dereliquisti mandata Domini, & secuti es Baal.* Idest, tu idololatriâ, aliisque gravissimis sceleribus in populo factiones excitas, eumque à cultu veri Dei avertis? quia omnibus Prælati virtutibus præditus erat, ideò sic invehitur in regem. Accipe verba S. Chrisostomi homilia 8. ad populum. *Elias non spectabat diadema, nec exteriorem apparentiam, sed animam sordibus indutam, squallentem, sordidam, & omni reo miserius affectam respiciebat, & ipsum intuitus captum fuisse esse, & vitiorum servum ipsum principatum contempsit. Etenim tanquam in scenâ, & non in veritate sibi regem cernere videbatur.* Sic Lucifer Episcopus Calaritanus cum sanctis Athanasio & Hilario generosissimè restitit Constantio Imperatori & Arianis. Ad potestatem judicialẽ Episcoporum me vocat quintus Tomus (cujus relationi divinum Numen faveat) nè quid meum subsiliat. Si quid verò in hoc Tomo quarto humanâ tenuitate deliqui, humiliter subjicio censuræ Sanctæ Romanę Ecclesię, cultiorique aliorum judicio. Si quid verò laude dignum deprehendatur, illud voveo Jesu-Christo Episcopo & pastori animarum nostrarum, Beatissimæ Virgini, nostri Ordinis Patronæ B. Eliæ Prophetæ hujus Operis typo, Sanctissimæ Mariæ Magdalenæ de Pazzi nuper fastis Sanctorũ adscriptæ

V.

*l. 3. Reg. 18. v. 18*

S. Chrysostomus

FINIS.

# INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ,

## Quæ in hoc volumine ſpecialiter elucidantur.

*P. Paginam, N. Numerum marginalem denotat.*

---

## EX VETERI TESTAMENTO.

### *Geneſis.*

*Cap.* 21. *verſ.* 1. VIſitavit autem Dominus Saram ſicut promiſerat, & implevit, quæ locutus eſt, p. 141. num. 3.

*Cap.* 28. *verſ.* 18. Surgens ergò Jacob manè tulit lapidem quem ſupposuerat capiti ſuo, & erexit in titulum fundens oleum deſuper, p. 142. n. 4.

*Cap.* 49. *v.* 5. Simeon & Levi fratres vaſa iniquitatis bellantia, p. 440. num. 1.

### *Exodus.*

*Cap.* 1. *verſ.* 1. ODeranique filios Iſrael Ægyptii, & affligebant illudentes eis, p. 511.

*Cap.* 4. *v.* 2. Quid eſt quod tenes in manu tuâ? reſpondit virga. pag. 166. num. 1.

*Cap.* 32. *v.* 27. Ponat vir gladium ſuper fœmur ſuum, ite & redite de porta uſque ad portam per medium caſtrorum, & occidat unuſquiſque fratrem & amicum & proximũ ſuum. pag. 405.

*verſ.* 32. Aut ſi non facis dele me de libro, quem ſcripſiſti. p. 405.

### *Leviticus.*

*Cap.* 25. *verſ.* 23. TErra quoque nõ vendetur in perpetuum: quia mea eſt, & vos advenæ & coloni mei eſtis, p. 520. n. 1.

### *Numeri.*

*Cap.* 3. *verſ.* 12. EGo tuli Levitas à filiis Iſrael pro omni primogenito, qui aperit vulvam in filiis Iſrael, eruntque Levitæ mei, p. 62.

*Cap.* 7. *v.* 1. Factum eſt autem in die, quâ complevit Moyſes tabernaculum & erexit illud, unxitque illud & ſanctificavit cum omnibus vaſis ſuis altare, ſimiliter & omnia vaſa ejus, p. 140. 142.

*Cap.* 8. *v.* 6. Tolle Levitas de medio filiorum Iſrael & purificabis eos. pag. 64.

*Cap.* 17. Locutus eſt Dominus ad Moyſem dicens, loquere ad filios Iſrael, & accipe ab eis virgas ſingulas per cognationes ſuas, &c. p. 405.

*Cap.* 27. *v.* 16. Provideat Dominus Deus ſpiritum omnis carnis, hominem, qui ſe ſuper multitudinẽ hanc. *verſ.* 17. Et poſſit exire & intrare ante eos, & educere eos, vel introducere, nè ſit populus Domini ſicut oves abſque paſtore. p. 440.

### *Deuteronomium.*

*Cap.* 17. *verſ.* 12. QUi autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, & decreto judicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael. p. 65.

### *Judices.*

*Cap.* 4. *verſ.* 11. HAber autem Cinæus receſſerat quondam à cæteris Cineis fratribus ſuis, filiis Hobab, cognati Moyſi, & tetenderat tabernacula ſua uſque ad vallem, quæ vocatur Sennim, & erat juxta Cedes, pag. 139.

*Cap.* 8. *v.* 22. Dixerunt omnes viri Israel ad Gedeon. Dominare nostri tu & filius tuus, & filius filii tui, quia liberasti nos de manu Madian. p. 441. num. 2.

## *Lib. 1. Regum.*

*Cap.* 1. *verſ.* 11. VOtum vovit dicens: Dominè exercituum, si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisque servæ tuæ sexum virilem, dabo eum Domino omnibus diebus vitæ ejus, & novacula non ascendet super caput ejus, p. 492. n. 6.

*Cap.* 10. *verſ.* 22. Et consuluerunt post hæc Dominum, utrumnam venturus esset illuc, respondítque Dominus: Ecce absconditus est David. pag. 515. n. 1.

*Cap.* 16. *v.* 13. Tulit ergò Samuel cornu olei, & unxit eum in medio fratrum ejus, & directus est spiritus Domini à die illa in David, & deinceps, surgensque Samuel abiit in Ramatha. p. 509.

*Cap.* 17. *v.* 30. Tulit baculum suum quem semper habebat in manibus, & elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente, & misit eos in peram pastoralem, quam habebat secum, & fundam manu tulit, & processit adversus Philisthæum, p. 506. n. 14.

## *Lib. 2. Regum.*

*Cap.* 8. *verſ.* 18. BAnanias autem filius Jojadæ super Cerethi, & Phelethi filii autem David sacerdotes erant, p. 506. n. 14.

*Cap.* 10, *v.* 8. Egressi sunt autem filii Amnon & direxerunt aciem ante ipsum introitum portæ: Syrus autem Soba & Istob, & Maacha seorsim erãt in campo. p. 510. n. 1.

## *Lib. 2. Paralipomenon.*

*Cap.* 17. *verſ.* 5. COnfirmavitque David regnum in manu ejus, & dedit omnis Juda munera Josaphat, factæque sunt ei multæ divitiæ & multæ gloriæ, p. 413. n. 6.

*verſ.* 6. Cùmque sumpsisset cor ejus audaciam propter vias Domini, etiam excelsa & lucos de Juda abstulit. *ibid.*

*verſ.* 7. Tertio autem anno regni sui misit de principibus suis Bethail & Obdiam, & Zachariam & Nathanael, & Michæam, ut docerent de civitatibus Juda. *Ibidem.*

*verſ.* 9. Docebantque populum Juda habentes librum legis Domini, & circuibant cunctas urbes Juda, atque erudiebant populum, p. 413. n. 6.

*Cap.* 26. *v.* 18. Restiterunt regi atque dixerunt, non est tui officii Oziâ, ut adoleas incensum Domini, sed sacerdotum, hoc est filiorum Aaron qui consecrati sunt ad hujusmodi ministerium; egredere de sanctuario, nè contempseris, quia non reputabitur tibi in gloriam hoc à Domino Deo, p. 194.

## *Liber Job.*

*Cap.* 1. *verſ.* 22. TUnc surrexit Job, & scidit vestimenta sua; & tonso capite corruens in terram adoravit, &c. p. 495. n. 7.

*Cap.* 9. *v.* 25. Dies mei velociores cursore, fugerunt & non viderunt bonum, p. 405. n. 14.

*Cap.* 16, *v.* 11. Aperuerunt super me ora sua, & exprobrantes percusserunt maxillam meam satiati sunt pœnis meis. p. 503. n. 13.

*Cap.* 30. Expectabam bona, & venerunt mihi mala, præstolabar lucem, & eruperunt tenebræ. p. 171. n. 9.

## *Lib. Psalmorum.*

*Psal.* 1. *verſ.* 10. ET nunc reges intelligite, erudimini qui judicatis terram, p. 504. p. 218. n. 3.

*Psal.* 7. *v.* 14. Nisi conversi fueritis gladium suum vibravit, arcum tetendit, & paravit illum, p. 122.

*Psal.* 20. *v.* 6. Magna est gloria ejus in salutari tuo, gloriam & magnum decorem impones super eum. p. 146. num. 8.

*Psal.* 26. *v.* 8. Unam petii à Domino, hanc requirã ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ p. 171. n. 9.

*Psal.* 68. *v.* 26. Ne obliviscaris voces inimicorum tuorum, p. 77.

*Psal.* 78. *v.* 1. Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctũ tuum, &c. p. 521, n. 2.

*Psal.* 86. *v.* 1. Fundamenta ejus in montibus sanctis, p. 1.

*Psal.* 100. *v.* 3. Perambulabam in innocentiâ cordis meæ in medio domus meæ, p. 413. n. 6.

*Ps.* 108. *v.* 8. Fiant dies ejus pauci, & Episcopatum ejus accipiat alter, p. 77

*Psal.* 109. *v.* 4. Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, &c. p. 218. n. 3. p. 344. n. 5.

*Psal.* 118. *v.* 65. Pax multa diligentibus legem tuam, p. 66.

*vers.* 54. Cantabiles mihi erunt justificationes tuæ in loco peregrinationis meæ, p. 169. n. 6.

## *Lib. Proverb.*

*Cap.* 4. TEne disciplinam & nè
*Vers.* 13. dimittas eam, custodi illam, quia ipsa est vita tua, p. 506.

*vers.* 14. Nè delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via, *ibidem.*

*vers.* 15. Fuge ab eâ, nec transeas per illâ, declina & desere eam, &c. *ibid.*

*vers.* 25. Oculi tui rectâ videant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos, p. 501.

*Cap.* 6. *v.* 1. Fili mi si spoponderis pro amico tuo defixisti apud extraneũ manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis sermonibus p. 515. n. 1.

## *Ecclesiastes.*

*Cap.* 10.
*Vers.* 16. VÆ tibi terra, cujus rex puer est, & cujus principes manè comedunt, p. 508.

## *Cantica Canticorum.*

*Cap.* 1.
*Vers.* 6. INdica mihi, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie nè vãgari incipiam post greges sodalium meorũ. p. 521.

*Cap.* 2. *v.* 3. Sicut malus inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios, p. 511.

*Cap.* 4 *v.* 2. Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lavacro omnes gemellis fœtibus, & sterilis nõ est inter eas. p. 92.

*Cap.* 5. *v.* 7. Invenerunt me custodes, qui circumeunt civitatem percusserũt & vulneraverunt me, tulerunt pallium meum mihi custodes murorum, p. 54.

*Cap.* 3. *v.* 3. Pulchra est amica mea suavis & decora sicut Jerusalem, terribilis ut castrorũ acies ordinata, p. 66.

## *Lib. Ecclesiasticus.*

*Cap.* 10.
*Vers.* 2. SEcundùm judicem populi sic & ministri ejus, & qualis rector est civitatis, tales & inhabitantes in eâ, p. 11. n. 18.

*Cap.* 22. *v.* 26. Ad amicum etsi produxeris gladium, non desperes: est enim regressus, p. 504.

*Vers.* 27. Ad amicum si aperueris os triste, non timeas: est enim concordatio, &c. *ibidem.*

*Cap.* 47. *v.* 1. Post hæc surrexit Nathan Propheta in diebus David, &c. p. 121.

*Cap.* 48. *v.* 1. Et surrexit Elias quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat, &c. p. 2. 121. & 403.

*Vers.* 2. Qui induxit in illos fames, & invidiâ suâ pauci facti sunt, non enim poterant sustinere præcepta Domini, p. 3. p. 463.

*Vers.* 3. Verbo Domini continuit cœlum, & dejecit de cœlo ignem terræ, p. 3.

*Vers.* 5. Qui suscitasti mortuum ab inferis de sorte mortis in verbo Domini Dei, p. 3.

*Vers.* 6. Qui dejecisti reges ad perniciem, &c. p. 521. n. 2.

*Vers.* 8. Qui ungis reges ad pœnitentiam, & Prophetas facis successores post te, p. 380 n. 1.

*Vers.* 10 Qui scriptus es in judiciis tẽporum lenire iracundiam Domini, &c. p. 4.

*Vers.* 13. Elias quidem in turbine tectus est, & in Eliseo rectus est spiritus ejus, &c. p. 3. 493. 519.

*Vers.* 14. Nec superavit illum verbũ aliquod & mortuum prophetavit corpus ejus, p. 3.

## *Lib. Isaiæ.*

*Cap.* 2.
*Vers.* 2. ET erit in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes, p. 1.

*Cap.* 3. *v.* 2. Fortem & bellatorem, judicem, & propheram, ariolum & senem, &c.

*Cap.* 4. *v.* 1. Et apprehendent septẽ mulieres

mulieres virum unum, pag. 502.
*Vers.* 6. Et tabernaculum erit in umbraculum, &c. *ibidem.*
*Cap.* 5. *v.* 1. Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei vineæ suæ. Vinea facta est dilecto in meo cornu olei, p. 520. n. 2.
*Vers.* 2. Et sepivit eam, et lapides elegit ex illâ, et plantavit eam electam etc. p. 459. n. 15.
*Cap.* 26. In die illâ cantabitur canticum istud in terra Iuda urbs fortitudinis nostræ Sion, Salvator ponetur in eâ murus et ante murale, p. 66.
*Cap* 54. *v.* 11. Paupercula tempestate convulsa absque ullâ consolatione. Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, et fundabo te in sapphiris, p. 66.

*Lib. Jeremiæ.*

*Vers.* 5. PRiusquam te formarem in utero novi te, et antequam exires de vulvâ sanctificavi te, et prophetam in gentibus dedi te, p. 509.
*Vers.* 6. Et dixi A, A, A, Domine Deus ecce nescio loqui, quia puer ego sum, *ibidem.*
*Cap.* 22. *v.* 24. Vivo ego, dicit Dominus, quia si fuerit Jechonias filius Joachim regis Juda annulus in manu dextera mea, indè evellã eum, p. 512.

*Lib. Ezechielis.*

*Cap.* 1. *Vers.* 5. ET in medio ejus similitudo quatuor animalium, et hic aspectus eorum similitudo hominis in eis, p. 82.
*Cap.* 34. *v.* 3. Lac comedebatis, et lanis operiebamini, et quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis, p. 460. n. 15.
*Vers.* 5. Et dispersæ sunt oves meæ, eo quod non esset pastor, et factæ sunt in devorationem omnium bestiarum agri, et dispersæ sunt, p. 79.
*Vers.* 6. Erraverunt greges mei in cunctis montibus, et in universo colle excelso, etc. *ibid.*
*Cap* 43. *v.* 13. Istæ autem mensuræ altaris in cubito verissimo, qui habebat cubitum et palmam, etc. p. 512.

*Lib. Oseæ.*

*Cap.* 9. *Vers.* 4. NOn libabunt Domino vinum, et non placebunt ei sacrificia eorum, etc. p. 222. n. 2.

*Lib. Aggæi.*

*Cap.* 2. *Vers.* 4. IN die illâ dicit Dominus exercituum, assumam te Zorobabel fili Salathiel serve meus dicit Dominus, et ponam te quasi signaculũ quia te elegi dicit Dominus exercituum, p. 513. n. 4.

*Lib. Zachariæ.*

*Cap.* 3. *Vers.* 9. ECce lapis quem dedi coram Jesu super lapidem unum septem oculi sunt, p. 496.

*Lib. Malachiæ.*

*Cap.* 2. *vers.* 7. LAbia sacerdotis custodiet scientiam, et legem requirent ex ore ejus, p. 104.
*Cap.* 4. *v.* 5. Ecce ego mittam Eliam prophetam antequam veniat dies domini magnus et horribilis, p. 4.
*vers.* 6. Et convertet cor patrum ad filios, et cor filiorum ad patres eorũ, p. 339. n. 1.

# EX NOVO TESTAMENTO.

*Evangelium Matthæi.*

*Cap.* 5. *vers.* 3 BEati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, p. 512.
*vers.* 13. Vos estis sal terræ, etc. pag. 104. n. 3. p. 181. n. 5.
*vers.* 14. Non potest civitas abscondi supra montem posita, p. 510. n. 3.
*vers.* 29. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, eruc eum et projice abs te, p. 286. n. 14.
*Cap* 9. *v.* 18. Ecce princeps unus accessit et adorabat eum, etc. p. 413.
*Cap.* 11. *v.* 5. Cæci vident, claudi ambulant etc. p. 299. n. 3.
*Cap.* 16. *v.* 16. Respondens Simon Petrus dixit: Tu es Christus filius Dei vivi, etc. p. 70. et 72.
*vers.* 17. Beatus es Simon Bariona, quia caro et sanguis nõ revelavit tibi, sed pater meus qui in cælis est, p. 442.
*vers.* 18. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus et super hãc petram, etc p. 442.
*Cap.* 18.

*Cap.* 18. *v.* 18. Quæcumque alligaveritis ſuper terram erunt ligata & in cœlo, &c. p. 309. n. 2. & 4.

*Cap.* 19. *v.* 29. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſoroes, &c. p. 280. n. 2.

*Cap.* 20. *v.* 20. Acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi adorans, &c. p. 442.

*verſ.* 21. Ait illi dic ut ſedeant hi duo filii mei, &c. *ibidem.*

*verſ.* 22. Neſcitis quid petatis, poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? &c. *ibidem.*

*Cap.* 21. *v.* 2. Intravit Jeſus in templum Dei, & ejiciebat omnes vendentes, &c. p. 489. n. 2.

*verſ.* 23. Et cùm veniſſet in templũ acceſſerunt ad eum docentem Principes Sacerdotum, & Seniores populi dicentes in quâ poteſtate hæc facis? p. 522. n. 4.

*Cap.* 23. *v.* 12. Qui ſe exaltaverit humiliabitur, & qui ſe humiliaverit exaltabitur, p. 329. n. 5.

*Cap.* 24. *v.* 45. Quis putas eſt fidelis ſervus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, &c. p. 68. & 77.

*Cap.* 25. *v.* 18. Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, & abſcondit pecuniam domini ſui. p. 441. num. 4.

*verſ.* 19. Poſt multum verò temporis venit dominus ſervorum illorum & poſuit rationem cum eis, &c. *ibid.*

*Cap.* 26. *v.* 26. Cœnantibus autem eis accepit Jeſus panem & benedixit ac fregit, &c. p. 150.

*verſ.* 27. Et accipiens calicem gratias egit, &c. *ibidem.*

*Cap.* 28. *v.* 20. Docentes eos ſervare omnia quæcumq; mandavi vobis: Et ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi, p. 67.

*Evangelium S. Marci.*

*Cap.* 10. NE adulteres, nè occidas, *Verſ.* 19. nè fureris, nè falſum teſtimonium dixeris, nè fraudem feceris, honora patrem tuum & matrem tuam, p. 280. n. 2.

*Evangelium S. Lucæ.*

*Cap.* 2. ET factum eſt poſt triduum *verſ.* 46. invenerunt illum in templo in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem eos, p. 509.

*Cap.* 3. *v.* 30. Qui fuit Simeon, qui fuit Juda; qui fuit Joſeph, qui fuit Jona, qui fuit Eliakim p. 509.

*Cap.* 7. *v.* 14. Et acceſſit, & tetigit baculum, hi autem qui portabant, ſteterunt, & ait, adoleſcens tibi dico ſurge, p. 413. n. 5.

*Verſ.* 15. Et reſedit qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri ſuæ, *ibidem.*

*Cap.* 10. *v.* 34. Et appropians alligavit vulnera ejus, infundens oleum & vinum, & imponens illum in jumentum ſuum duxit illum in ſtabulum, p. 506. n. 15.

*Evangelium S. Joannis*

*Cap.* 1. QUotquot autem recepe- *verſ.* 12. runt eum dedit eis poteſtatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine ejus, p. 441. n. 4.

*Cap.* 2. *v.* 4. Quid mihi & tibi eſt mulier? nondum venit hora mea, pag. 447. n. 15.

*Verſ.* 6. Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex poſitæ ſecundum purificationem Judæorum capientes ſingulæ metretas binas, vel ternas, p. 150. n. 1.

*Cap.* 6. *v.* 69. Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes, p. 79.

*Cap.* 10. *v.* 3. Huic oſtiarius aperit, & oves vocem ejus audiunt, & proprias oves vocat nominatim & educit eas. p. 410. n. 1.

*Verſ.* 11. Ego ſum paſtor bonus, bonus paſtor animam ſuam dat pro ovibus ſuis, p. 417. n. 10.

*Verſ.* 20. Dæmonium habet & inſanit, nunquid dæmonium poteſt cœcorum oculos aperire? p. 140.

*Cap.* 19. *v.* 27. Ecce mater tua, & ex illâ horâ accepit eam diſcipulus in ſuâ, p. 443. n. 6.

*Cap.* 20. *v.* 21. Pax vobis, ſicut miſit me pater, & ego mitto vos, p. 56. & 77.

*Verſ.* 23. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, p. 309. n. 4.

*Cap.* 21. *v.* 15. Simon Joannis diligis me plus his, dicit ei etiam Domine tu ſcis quia amo te, dicit ei pasce agnos meos, p. 443. n. 6.

*Verſ.* 16. Dicit ei iterùm Simon Joannis diligis me, ait illi etiam Domine

tu scis, quia amo te dicit ei pasce agnos meos, p. 56. 79. & 81.

*vers.* 19. Hoc autem dixit significans quâ morte clarificaturus esset Deum, pag. 58.

## *Acta Apostolorum.*

*Cap.* 1. *vers.* 15. EXurgens Petrus in medio fratrum dixit, &c. p. 57. num. 77.

*vers.* 24. Et orantes dixerunt, tu Domine qui corda nosti omnium ostende quem elegeris ex his duobus p. 501.

*vers.* 26. Et dederunt sortes eis, & sors cecidit super Matthiam & annumeratus est cum undecim Apostolis, p. 78.

*Cap.* 2. *v.* 13. Alii autem irridentes dicebant, quia musto pleni sunt isti, p. 121.

*Cap.* 6. *v.* 3. Considerate ergo fratres viros ex vobis boni testimonii septem, plenos spiritu sancto, &c. p. 58.

*vers.* 13. Et statuerunt falsos testes, qui dicerent, homo iste non cessat loqui verba adversus locum sanctum & legem, p. 220. n. 2.

*Cap.* 8. *v.* 14. Cùm audissent Apostoli, qui erant Jerosolymis, quod recepisset Samaria verbū Dei, miserunt ad eos Petrum & Joannem, &c. p. 78.

*Cap.* 14. *v.* 22. Et cùm constituissent illis per singulas Ecclesias Præsbyteros & orassent, &c. p. 58.

*Cap.* 19. *v.* 3. In quo ergò baptisati estis? p. 247. n. 5.

*Cap.* 20. *v.* 28. Attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, pag. 56. 67. 79. 317.

## *Epist. ad Romanos.*

*Cap.* 2. *vers.* 24. NOmen enim Dei per vos blasphematur, &c. p. 181. num. 5.

*Cap* 3. *v.* 29. An Judæorum Deus tantùm? nonnè & gentium? p. 338.

*Cap.* 10. *v.* 12. Non enim est distinctio Judæi & Græci, nam idem Dominus omnium, dives in omnes, qui invocant illum, p. 338.

*Cap.* 12. *v.* 5. Ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra, p. 460. n. 16.

## *Epist. 1. ad Corinthios.*

*Cap.* 5. *vers.* 4. IN nomine Domini nostri Jesu-Christi cōgregatis vobis & meo spiritu cum virtute Domini nostri, p. 321.

*Cap.* 7. *v.* 5. Nolite fraudare invicē nisi fortè ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi, &c. p. 278. n. 1.

*Cap.* 10. *v.* 13. Tentatio vos non apprehendat nisi humana, &c. p. 150. n. 2.

*Cap.* 12. *v.* 28. Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primùm Apostolos, &c. p. 66.

## *Epist. 2. ad Corinthios.*

*Cap.* 2. *vers.* 7. ITa ut è contrario magis donetis, & consolemini nè fortè abundantiori tristitiâ absorbeatur, qui ejusmodi est, p. 311. n. 1.

*Cap.* 5. *v.* 20. Pro Christo ergò legatione fungimur, &c. p. 104.

## *Epist. ad Galatas.*

*Cap.* 4. *vers.* 12. ESote sicut & ego, quia & ego sicut vos, fratres obsecro vos, p. 512.

## *Epist. ad Ephesios.*

*Cap.* 4. *vers.* 11. ET ipse dedit quosdā quidem Apostolos, quosdam quidem Prophetas, &c. p. 66.

*Cap.* 6. *v.* 20. Pro quo legatione fungor in catenâ, &c. p. 104.

## *Epist. ad Philippenses.*

*Cap.* 2. *vers.* 15. VT sitis sine querelâ & simplices filii Dei sine reprehensione, &c. p. 511.

## *Epist. ad Colossenses.*

*Cap.* 2. *vers.* 20. VOs enim estis gloria nostra et gaudium, p. 159. num. 2.

## *Epist. 1. ad Timotheum.*

*Cap.* 1. *vers.* 3. GRatias agere debemus semper Deo pro vobis fratres, ita ut dignum est: quoniam supercrescit fides vestra, etc. p. 511.

*Cap.* 3. *v.* 7. Oportet autem illum et testimonium habere ab iis qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat et in laqueum diaboli, p. 181.

*Cap.* 4. *v.* 1. Spiritus autem manifestè dicit, quia in novissimis temporibus discedent

discedent quidam à fide attendentes spiritibus erroris et doctrinis dæmoniorum, p. 58.

*vers.* 12. Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed exemplum esto fidelium in verbo, in conversatione, etc. pag. 11.

*vers.* 14. Nolite negligere gratiam, quæ est in te, quæ data est tibi per prophetiã cum impositione manuum Præsbyterii, p. 60. 80. 81. 219. n. 2.

*Cap.* 5. *v.* 8. Si quis autem suorum, etc. p. 508.

*vers.* 22. Manus citò nè imposueris neque communicaveris peccatis alienis, te ipsum custodi, p. 80.

*vers.* 24. Quorundam hominum peccata manifesta sunt, etc. p. 501.

*Epist. 2. ad Timoth.*

*Cap.* 1. *vers.* 6. PRopter quam causam admoneo te, ut resuscites gratiam Dei quæ est in te per impositionem manuum, p. 58. 60.

*Epist. ad Titum.*

*Cap.* 1. *vers.* 5. HUjus rei gratiâ reliqui te Cretæ, ut ea, quæ desunt corrigas, et constituas per civitates Præsbyteros sicut et ego disposui tibi, pag 80.

*vers.* 8. Hospitalem, benignum, sobrium, justum, etc. p 280. n. 2.

*Cap.* 2. *v.* 7. In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, etc. p. 11. 81.

*Epist. ad Philemonem.*

*Vers.* 8. PRopter quod multam fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi, quod ad rem pertinet propter charitatem magis obsecro, p. 511.

*Epist. ad Hebræos.*

*Cap.* 1. *vers.* 7. QUi facit Angelos suos spiritus, etc. p. 516. n. 2.

*Cap.* 5. *v.* 4. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron, p. 56. 218. n. 2.

*Cap.* 11. *v.* 7. Fide Noë accepto responso, etc. p. 488. n. 1.

*Cap* 13. *v.* 17. Obedite præpositis vestris et subjacete eis, ipsi enim prævigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, p. 500.

*Epistola S. Iacobi.*

*Cap.* 3. *vers.* 5. LIngua modicum quidem membrum est et magna exaltat, ecce quantus ignis, quam magnam sylvam incendit, p. 503. n. 13.

*vers.* 6. Et lingua ignis est universitas iniquitatis, etc. *ibid.*

*Cap.* 5. *v.* 14. Infirmatur quis in vobis inducat præsbyteros Ecclesiæ et orent super eum ungentes eum oleo in nomine Domini, p. 210. n. 4.

*Epist. 1. S. Petri.*

*Cap.* 5. *vers.* 2. PAscite qui in vobis est gregem Dei, etc. p. 56, p. 105. num. 5.

*vers.* 3. Neque ut dominantes in Cleris, sed forma facti gregis ex animo, p. 80.

*Lib. Apocalypsis.*

*Cap.* 1. *vers.* 12. ET conversus sum ut viderem vocem, quæ loquebatur mecum. Et conversus vidi septem candelabra aurea, p. 10. n. 17.

*Vers.* 16. Et habebat in dexterâ suâ stellas septem, et de ore ejus gladius utraque parte acutus exibat. Et facies ejus sicut sol in virtute suâ, p. 510. n. 3.

*Cap* 4. *v.* 6. Et in conspectu sedis tanquam mare vitreum simile crystallo, et in medio sedis, et in circuitu sedis quatuor animalia plena oculis ante et retrò, p. 82.

*Cap.* 7. *v.* 2. Et vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vivi, et clamavit, etc. p. 339.

*Cap.* 11. *v.* 3. Dabo duobus testibus meis, et prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta amicti saccis, pag. 4.

*vers.* 4. Hi sunt duæ olivæ et duo candelabra in conspectu domini terræ stantes, p. 4.

# INDEX
# VERBORVM ET RERVM
## Quæ in hoc volumine continentur.

*P. Paginam, N. Numerum marginalem denotat.*


### A

*Abbates.*

Abbates Religiosi etiam excommunicati, &c. possunt conferre tonsuram in proprio monasterio quolibet die, p. 237. n. 2. Habentes facultatē absolvendi à casibus Bullæ Cœnæ nequeunt absolvere ab excōmunicatione contractâ ob hæresim, p. 206. n. 2. Habentes facultatem absolvendi à casibus Papæ reservatis, potest absolvere à censuris illis reservatis, p. 207. n. 3. An possint absolvere ab Episcopalibus, p. 187. n. 4.

*Altare.*

Altare undè dicitur, p. 134. n. 11. Ejus cōsecratio soli Episcopo competit, p. 135. n. 3. p. 136. n. 6. Debet esse lapideum p. 135. n. 4. Qui possint uti portatili, p. 137. n. 6. Quando indiget novâ consecratione, p. 137. n. 7. An requirat essentialiter reliquias, *ibid.* Quomodò execratur, p. 138. n. 9.

*Antistes.*

Antistites nomine & re Eliæ imitatores, p. 6.

*Approbatio.*

Approbatio ad confessiones excipiendas ab Episcopo, p. 189. n. 1. Fieri potest ab Episcopo electo & confirmato, licet necdum consecrato p. 189. n. 2, Verbalis sufficit, p. 189. n. 3. Confessio facta non approbato est invalida, p. 190. n. 4. Approbatus ab Episc. non eget licentiâ Parochi. 190. n. 5, Approbatio valida licet sacerdos nō sit idoneus, p. 191, n. 5

*Archidiaconus.*

Archidiaconus plus potest abesse, quàm Canonici ob visitationem, p. 408. n. 8. In quos habet potestatem, p. 497. n. 5. Quantùm temporis potest abesse, *ibid.* n. 6. Non habet jurisdictionem in monasteria, p. 498. n. 9. Nequit ratione sui muneris curam animarum committere, *ibid.* Quomodò debet esse ornatus, p. 501. Pudicus, p. 502. Non violentus, 503. Non percussor, p. 503. n. 13. Doctrinâ præditus, p. 495. n. 4. irreprehensibilis, p. 499. n. 12. Sobrius, p. 500. Prudēs *ibid.* Modestus, p. 507. n. 16. Non litigiosus, *ibid.* n. 17. Non cupidus, *ibid.* Debet esse sui domui benè præpositus, p. 508. Non debet esse neophytus, *ibid.* Potest excipere cōfessiones subditorum suorum Suffraganeorum, p. 184. n. 6.

### B

*Baculus.*

Baculus Episcopi ejus potestatem denotat, p. 166. n. 2.

*Benedictio.*

Modum Benedicendi oleum Confirmationis, Extremæ-Unctionis, & Catechumenorum Christus reliquit Ecclesiæ, p. 214. n. 9.

*Beneficia.*

Beneficia vacant per promotionem ad Episcopatum, si Episcopus non sit titularis, p. 369. n. 2. & 3. Habens sufficiens peccat plura accumulans, p. 416. n. 2. Collatio habenti pensiones, *ibid.* n. 3. Ad judicandam ejus sufficientiam non debent attendi bona patrimonialia Beneficiati, p. 417. n. 4. Si unum non sufficiat potest Episc. dispensare, ut teneat alterum disforme sub eodem tecto, p. 418. n. 5. Beneficiato inutili ob senium, &c. potest Episc. assignare alimenta ex bonis Beneficii, p. 430. n. 7. Eorum unio quot modis fieri potest, p. 437. n. 3. Sæculare, seu Ecclesiasticum Episcopus potest unire Religioni, *ibid.* n. 4. Ob quas causas, p. 438. n. 5. Filii legitimi possunt diversa, non eadem obtinere, in quæ parentes habent, vel habuerunt, p. 439. n. 1. Filii illegitimi minimè, p. 446 n. 11. In eorum collatione possunt præferri consanguinei si sint digni, p. 447. n. 15. Resignatio facienda coram Episcopo, si Ecclesia in spiritualibus subjiciatur Episcopo, & in temporalibus Abbati, p. 456. n. 7. Ad qualem pensionem possit fieri resignatio, p. 457. n. 9. Etiē ab Episcopo inconsulto Papâ, *ibid.* n. 10. Plura possidentes tuti non sunt, p. 458 n. 14. Permutatio eorum coram Episcopo facienda, p. 462. n. 1. Permutatio unius in unâ Diœcesi cum altero in aliâ, exigit utriusque Episcopi consensum, p. 462. n. 2. In illorum collatione qui præferendi, p. 480. & seq. Præsentatio ubi & quando facienda, p. 483. n. 12.

### C.

*Calix.*

Calix benedictionis, p. 150. n. 2. Ejus materia, p. 151. n. 3. Debet consecrari, & à quo, p. 152. n. 4. Quando amittat benedictionem, p. 152. n. 5.

*Canonicus.*

Canonici debent assistere Episcopo solemniter celebranti, p. 405. n. 1. Intervientes Episc. dum absunt possunt percipere portionem præbendarum, p. 405. n. 3. Accedentes ad limina Apostolorum lucrantur quotidianas distributiones, p. 407. n. 4. Etiam exempti possunt obligari ab Episcopo ad fidei professionem emittendam, p. 407. n. 5. Canonicatum & parœchiā obtinens quomodò utriq; servire

ſervire debet, p. 416. n. 8. Abſentium fructus, cui applicandi, p 420. n. 13.

*Cardinales.*

Cardinales in Conciliis ferunt ſuffragium deciſivum, p. 55.

*Carmelitæ.*

Carmelitæ & alii mendicantes poſſunt celebrare in altari portatili, p. 128. n. 4. In Carmelo fuit altare, p. 139. n. 1.

*Caſus.*

Caſus in quibus Epiſcopus poteſt ſtatuere contra Canones, 330. n. 7.

*Clerici.*

Clerici Aulicè nō veſtiantur, p. 489. Tonſuram & habitum non gerentes quomodo peccant, p. 495. Clericalis Tonſura cur ordinata, p. 491. n. 5. Quid ſignificat, *ibid.* n. 6. Habitus cujus coloris, p. 494. n. 10. In quo conſiſtat honeſtas habitus, p. 490. Quâ pœnâ puniendi non gerentes habitum, *ibid.* n. 3.

*Chriſtus.*

Chriſtus eſt vinea, Eccleſia ſeu fideles palmites, p. 520. n. 2.

*Chriſma.*

Chriſmatis benedictio neceſſaria neceſſitate Sacramenti, p. 159. n. 3. A ſolo Epiſcopo facienda, p. 160. n. 4. Cur ſalutatur, *ibid.* n. 3. Epiſcopus in peccato mortali conſecrans, nō peccat mortaliter, p. 166. n. 3.

*Communio.*

Communicare in propriâ Parochiâ tenentur fideles, p. 175. n. 3. Non ſunt communicandi perpetuò amentes, p. 176. n. 3. Obligati cōmunicandi eſt de jure divino, at certo tempore de jure humano, p. 310. n. 4.

*Confeſſio. Confeſſarius.*

Poteſt dare Epiſcopus facultatem Confeſſario, ut ſecū diſpenſet in juramento, p. 348. n. 15. Confeſſionis annuæ præcepto non ſatisfacit, qui confitetur regulari præſentato, ſed non approbato, p. 199. n. 7. Approbatus in unâ Diœceſi nequit in alterâ excipere cōfeſſiones, p. 195. n. 3. Scandaloſum poteſt Epiſc. ſuſpendere, p. 195. n. 2. Recedens à Diœceſi poſtea revertens non tenetur ad novam approbationem, p. 192. n. 9. Habens licentiam ad tempus excipiendi confeſſiones, eo elapſo nequit excipere, p. 192. n. 9.

*Confirmatio.*

Ordinarius miniſter Confirmationis eſt Epiſc. p. 161. n. 5. Extraordinarius eſt Sacerdos, p. 162. Poteſt validè conferri ab Epiſc. excommunicato, hæretico, degradato, p. 163 n. 8. Ritus in eâ ſervandus, p. 164. n. 9. Conferri poteſt tempore interdicti *ibid.* n. 10. Soli baptizati poſſunt cōfirmari, *ibid.* An amentes poſſint, p. 165. n. 11. Ejus materia, 158.

*Conventus.*

Conventus Prophetarum cur erant in diverſis locis, p. 153. n. 1.

D.

*Diaconi.*

Diaconi conſecrati, non Diaconiſſæ, amborum officium quale, p. 173. n. 10.

*Diſpenſatio.*

Diſpenſatio in juramento requirit juſtam cauſam, p. 346. n. 10 Procurata ex falsâ cauſâ, ſeu veritate tacitâ, nulla eſt, p. 334. n. 7. Circa propriam legem fieri poteſt ab Epiſc. p. 332. n. 1. Valide, n. 3 Licet Epiſc. firmaverit juramento, *ibid.* n. 6. Epiſcopus poteſt diſpenſare in impedimento dirimente matrimonium publicè celebratum, p. 273. n. 2. & ſeq.

*Divortium.*

Per Divortium ſeparatis conſultum eſt ut unus ingrediatur religionem, vel ordine aliquâ initietur, p. 279. n. 2. Quando Iudex Eccleſiaſticus non permittit, p. 285. n. 7.

*Doctores.*

Doctores & Graduati præſentare ſe debēt p. 182. & 183.

E.

*Eccleſia.*

Eccleſia eſt vinea, p. 521. n. 2 Ædificans poteſt obligari ad dotandam ſufficienter p. 452. n. 4. Ad reparationem qui contribuere debent, p. 450. & ſeq. Conſecratio ſpectat ad Diœceſanum, p. 143. n. 5. Et facienda eſt in die feſto, *ibid.* n. 6. Cur conſecratur, p. 144 n. 7. Cur in illius conſecratione fiunt tot ritus, p. 144 n. 8. Lapides diruti non applicentur rebus prophanis, p. 156. In loco colapſæ crux ponenda, *ibid.*

*Elias.*

S. Eliæ conſtantia, p. 522. n. 5. Elias & Enoch duo candelabra, p. 4. Suo exemplo, prædicatione, & zelo illuminat Eccleſiā, *ibid.* Eliæ Epiſcopi inſignes, p 9. Martyres, p. 10.

*Epiſcopus.*

Epiſcopus poteſt unire ſæcularem Eccleſiam alteri ſæculari, beneficium beneficio, imò & Eccleſiæ regulari, p 432. n. 3. Conditiones ad unionem quæ, p 433. & ſeq Abſque ejus licentiâ beneficia non ſunt Capellaniæ & Oratoria, p 453. n. 2. Poteſt Eccleſiam Parochialem, in Collegiatā erigere, *ibid.* Quando poteſt confirmare dignum relicto digniore præſentato à patrono, p 476. n. 6. Eſt cuſtos & cultor vineæ Chriſti p. 521. n. 4 Non cōſecratus poteſt diſpenſare in juramentis, p. 347. Primitias ſpiritus Dei habent ſublimes, p. 2. n. 1. Epiſc. Munus laboris, p 2. Electio populis interdicta, p. 56. Procurare debent, ut ſit Præbenda Theologalis, p. 125. n. 7 Curare debent ut in Monaſteriis Monachorum fiat lectio S. Scripturæ, p. 127. n. 8. Ubi & quando poteſt celebrare cum altari portatili, p. 128. n. 4. In ſuâ Diœceſi utitur Pontificalibus, p. 130. n. 4. Quando poteſt etiam extra, p. 132. Impedire poteſt ne Regulares

gulares permittant in suis Ecclesiis celebrare p. 167. n. 3. Potest ritus superstitiosos abrogare, p 174. Est legatus Christi, p. 180. n. 6. Dicitur sanctissimus, p. 180. n 6. Extra suam Diœcesim potest eligere Confessarium non approbatum, p. 180. n 1. Habens casum reservatum Papæ potest absolvi à quocumque p. 184. n. 5. Nequit incidere in casus sibi reservatos, p. 185. n. 9. Dans facultatem absolvendi à casibus, non concedit absolvendi à censuris, p. 186. n 3. Casus ab eo reservati cessant per obitum, p. 188. n. 5. Denuntiatus potest valide approbare ad confessiones excipiendas, p. 191. n. 7. Amoto vel defuncto delegante semper durat licentia, nisi revocetur à successore, *ibid.* n. 8. Episc. in peccato mortali conficiens Chrisma, Sacerd. conficiens sacramentalia, Diaconus, & Subdiac. ministrantes altari nō peccant mortaliter, p. 216. n 12. Potest ordinare dies festos, p. 295. n. 4. Potest dispensare in festi celebratione, p. 296. n. 8 Cum brigamo, &c p. 408. n. 9. Episc. sancti, p. 14 & seq. Leodienses quot sancti, p. 27. n. 15.

*Extrema-Unctio.*

Extrema-Unctio est sacramentū, p. 210. n. 3.

F.

*Festum.*

FEstum sancti nondum canonizati potest instituí ab Episc. p. 295. n. 8.

H.

*Hospitalitas.*

HOspitalitatis laus, p. 369. & seq. Hospitale duplex, p. 375. n. 5. Prophani erectio non exigit consensum Episc. p *ibid.* n. 6. Episcopi est reformare negligentiam vel dilapidationem bonorū illius, etiam regularis, p 377. n 10. Existentia sub immediatâ regum protectione excipiuntur à visitatione Episc. *ibid* n. 9. Erecta auctoritate Episcopi gaudent immunitate Ecclesiast. p 379. n. 11 Rectores sic erectorum gaudent immunitate fori, *ibid.* n. 12. Nō tenentur solvere quartam falcidiam, *ibi* n 13. Bona illorum auctoritate Episcopi erectorum nequeunt præscribi, p. 379. n. 14.

I.

*Jejunium.*

IEjunium quid, p. 388. n. 1. Quotuplex, p. 339. n. 5. & 7.

*Illegitimi.*

Illegitimi varii, p. 255. n. 1. Legitimantur per matrimonium subsequens, p. 259. n. 3. Professio religionis approbatę absolvit ab irregularitate provenientę ex illegitimatione, p. 255. n. 3.

*Imperator.*

Imperator habet preces primarias in omnibus Ecclesiis, p. 467. n. 14.

*Infamia.*

Infamia quid, p. 253. n. 1. Infames juris vel facti sunt irregulares, p. 254. n. 2. Qui sint, *ibid.* n. 3. Qui possint ab Episc. dispensari, & qui à solo Papâ, p. 254. n. 4.

*Indulgentiæ.*

Indulgentias dare subditis competit Episc. jure divino, humano autem quot, p. 310. n. 4. Cōcedens ultra jus sibi concessum, concessio est irrita quoad excessum, non quoad quantitatem ei competentem, p. 311 n. 5. Concessę ab Episc. prosunt Religiosis exemptis, *ibid.* n. 6. Episc. potest sibi applicare, p. 312. n. 8. Possumus plures lucrari, *ibid.* n. 9.

*Institutio.*

Institutio duplex, p. 477. n. 1.

*Interdictum.*

Tempore interdicti celebrari potest matrimonium non solenne, p. 268. n. 2. Etiam tempore feriato, n. 3.

*Interstitia.*

Interstitia pro ordinibus possunt dispensari ab Episc. p. 251.

*Jurare.*

Quomodò jurare licet, p. 342. n. 2.

*Jus patronatus.*

Jus patronatus quando transfertur, p 470. num. 1.

L

*Lex.*

AD Legis observantiam extranei morantes obligari possunt, p 335. n. 8.

*Legitimus.*

An expositi sint legitimi, p. 257. n. 2.

*Lepra.*

Lepræ spirituales septem, p. 178. n. 3.

*Litteræ.*

Litteræ dimissoriæ non expirant per mortē concedentis nisi revocentur, p. 244. n. 2.

M

*Matrimonium.*

LIcentia ab Ordinario vel Parocho concessa cōjungendi matrimonio debet esse expressa, p 205. n 3. Verbalis sufficit, *ibid.* Facultas celebrandi, debet actum præcedere, p. 265. n. 5. Casus matrimoniales potest committere Episcopus, non potest autem subdelegare habens commissionem à Sede Apost. p. 291. n. 7. Spirituale inter Papam & Ecclesiam universalem, inter Episcopum & Ecclesiam particularem solvi potest, p. 295. n. 7. Non contrahitur spirituale ab Episc. titulari p. 294. n. 10.

*Mendicantes.*

Mendicantes nequeunt absolvere à casibus Episc. reservatis, 136. n. 6.

*Miracula.*

Miraculorum approbatio Episc. competit p. 398. n. 2. & 3.

*Missa.*

Missæ etiam fundatæ in Monasteriis possunt reduci ab Episc. p. 133. n. 10. Stipendiū potest ab Episc. ordinari, p. 134. n. 11. In eâ, musicâ

musicâ & instrumentis uti licet, p. 167 n. 4. Missæ 30. S. Gregorii non sunt abrogatæ, p. 174 n. 11. Satisfit præcepto audiendæ ubicumque audiatur, p. 171. n. 2.

*Monasterium.*

Monasteriis exemptis Episcopus quædam præscribere potest, p. 387. n. 11. Ab uno loco in alium mutari nequit absque licentiâ Episcopi, p. 389 n. 20.

N.

*Nationales.*

NAtionales præferendi extraneis in collatione beneficiorum, p. 479. n. 6.

O

*Oleum.*

OLeum triplex consecratur in Cœnâ Domini ab Episc. p. 156. n. 1. Extremę Unctionis debet esse benedictum, & quidē de necessitate præcepti, p. 212. n. 6. & 7.

*Ordo.*

Ordinati ante ætatem quam pœnam incurrunt exercentes actum, p. 253. A quo ordine suspenditur duos eodem die suscipiens, p. 251. Extra tempora conferri possunt, *ibid.* In Ordinationibus Missâ requiritur ex honestate, non ex substantiâ, p. 132. Fit ab Episcopo, p. 200. n. 3. Conferri possunt ab Episc. hæretico, degradato, suspenso, &c. p. 221. n. 1. Qui non est proprius Episc. nequit subditis alterius Diœcesis primâ Tonsuram nec Ordines conferre, p. 233. n. 6. Quatuor minores & Tonsura possunt à simplici Sacerdote conferri non majores, p. 240. n. 2. Si Episc. exerceat Pontificalia in aliâ Diœcesi annuente Ordinario potest ordinare suos subditos, p. 243. Pœna ordinantium & ordinatorum absque licentiâ proprii Episc. *ibid.* n. 1. Materia minorum, p. 246 n. 4. & 6. Aliorum, p. 249 n. 8. Duo sacri ordines nequeunt conferri eodem die, p. 250. Regulares privilegiati possunt promoveri ad superiores sine functione præcedentium, p. 251.

P

*Papa.*

PApæ sancti, p. 11. & seq. typus Eliseus; p. 177. n. 2. Illi, & alii qui non ditarunt parentes, p. 448. n. 16. & seq. Papa, Episc. vel Superior regularis habens jurisdictionē quasi Episcopalem potest absolvere à censurâ extra confessionem, p. 208, n. 4. Negante dispensationem in aliquâ lege, Episc. habens potestatem dispensandi potest dispensare, p. 137. n. 2.

*Parochus & Parochia.*

Parochi possunt cogi ab Episc. ut resideāt in propriis parochiis, p. 409 n. 1. Habens inimicitias cum Domino quid agere debet, p. 416. n. 9. Infirmus ob aëris intemperiem potest cogi ab Episc. ut resideat, p. 417. n. 10. Qualiter debeat residere, p. 418. n. 12. Quando potest privari suo beneficio, p. 421. n. 14. Eo defuncto potest Episc. assignare vicariū Ecclesiæ parochiali, p. 422. n. 16. Parochiâ jurispatronatus vacāte quid agere debet Episc. quoad examen, p. 413. n. 18. Frequentanda, p. 174. n. 2. In erectione quid Episc. agere debeat, p. 424. n. 9. Quare multiplicandæ, p. 154. 155. n. 2, & 3. Quomodo collapsæ ad matricem referendæ, p. 155. n. 4.

*Patrimonium.*

Qui fraudulenter promisit Patrimonium puniri potest, p. 162. n. 13.

*Patrinus.*

Patrinus Confirmationis sit alius à Baptismo, p. 165. n. 12.

*Patronus.*

Patroni præsentatio an per litteras vel personaliter fieri debet, p. 482. Ecclesiasticus nequit variare, sed laicus potest, p. 474 n. 7. Illo spreto quando Episc. conferri potest beneficium, p. 476. n. 11.

*Pensio.*

Pensio reservari potest ab Episc pro bono pacis, studio scholaris pauperis, utilitate Ecclesiæ, vel aliâ justâ causâ, p. 456. n. 8.

*Præcedentia.*

In præcedentiis attendenda est vel loci consuetudo, & possessio, p. 486. n. 2. Vel prioritas institutionis vel fundationis, p. 487 n. 2. Rector in suâ Ecclesiâ quos præcedere debet, p. 487. n. 4.

*Prælatus.*

Prælatus extra territorium potest dispensare cum subditis, p. 335. n. 7.

*Processio.*

Processio, p. 484. n. 1. Quotuplex, *ibid.* Quis potest publicam indicere, n. 2. Qui ad eam possunt compelli, p. 485. n. 3 & 4. Qui ab eâ eximuntur, p. 486. n. 5. Qui possunt convocari, *ibid.* n. 6.

R

*Reginaldus.*

REginaldi Poli Cardinalis constantia, p. 42.

*Regulares.*

Regulares cogi possunt, ut diebus Dominicis & festis declarent fidelibus festa & jejunia occurrentia in hebdomadâ, p. 133. n. 9. Habens licentiam à Provinciali absolvendi à reservatis potest absolvi ab alio nō habente p. 194. Etiam exempti sint approbandi ab Episc. *ibid.* Approbatus ab Episc. potest excipere cōfessiones independenter à parochis, p. 195. n. 1. Exemptus potest absolvi ab Episc. à cēluris quę sunt specialiter Episc. reservatę, & dispēsari in irregularitatibus, suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, p. *ibid.* n. 6. Approbati ab Episc possunt à successore iterùm approbari vel reprobari, p. 201 n. 8. Illi ordinandi sufficit modo habeant dimissorias litteras à suis superioribus, p. 244. n. 3. Exempti tenentur servare præscripta ab Episc. p. 295. n. 3

p. 295. n. 3. Non gerens habitum sui ordinis peccat, p. 495. n. 11.

*Reservatio.*

Reservatio casuum Episc. competit, p. 185. n 9. Qui sunt ordinarii, *ibid.* In solemnitatibus deputandi Confessarii, qui absolvant à casibus reservatis, p. 185. n. 10 Confessarius petens licentiam absolvendi à peccatis reservatis tenetur ad sigillum, similiter Episc. *ibid.*

*Religio.*

Religionem nequit conjux ingredi altero consentiente, nisi hic emittat votum continentiæ, p. 281. n. 3.

S

*Sacerdos.*

EX simplici Sacerdotio & Episcopatu integratur & perficitur unum sacerdotium p. 62.

*Sacramentum.*

Sacramenti essentia & efficientia non pendet à fide ministri, p. 180. n. 6. Extremæ Unctionis materia à solo Episc. potest benedici, p. 213 n. 8.

*Sanctus.*

Sanctus necdum canonisatus potest privatis precibus coli permittente Epis. p. 296 n. 9 Corpora perpetuæ sepulturæ mandata nequeunt erui, vel transferri extra necessitatē incendii absque Papæ vel Synodi facultate, p. 304. n. 6.

*Separatio.*

Separatio conjugis ab alio, negatio debiti & dotis quomodo & quando fieri potest, p. 283. n. 5. & 6.

*Sedes.*

Sede vacante potest Capitulum causas matrimoniales cognoscere, p. 290. n 3.

*Servile.*

Ab opere servili nequeunt regulares cum regularibus vel sæcularibus dispensare in festis ab Episc. præscriptis, p. 296. n. 8.

*Stipendium.*

Episc. potest ordinare stipendium missarū p. 331. n. 8.

*Studentes.*

Studentes sunt subditi Episc. loci ubi student, p. 382. n. 5.

*Synodales.*

Leges synodales observandæ etiam à regularibus, p. 341. n. 7.

T

*Templum.*

TEmplorum solemnis dedicatio, p. 140. num. 3.

*Tonsura.*

Primæ Tonsuræ forma & effectus, p. 245 n. 1.

*Typis mandari.*

Typis mandari nequit vita hominis sanctitate conspicui, vel martyrii famâ defuncti absque recognitione vel approbatione Episc. p. 297. n. 10.

V

*Vagi.*

VAgi tenentur servare legem Episcopalem Diœcesis ubi reperiuntur, p. 335. num. 9.

*Vicarius.*

Vicarius Episc. cognoscit causas matrimoniales ex commissione generali Episc p. 289. n. 2. Potest alteri delegare facultatem dispensandi in denunciationibus ante matrimonium, non generaliter, sed specialiter & particulariter, p. 265 n 2.

*Unctio.*

Unctio in Baptismo, p. 117. n. 11.

*Voluntas.*

Ultimæ voluntates quomodo possunt ab Episc. commutari, p. 330. & seq.

*Votum.*

Votum quid & quotuplex, p. 349. n. 1. Dispensatio a quibus dependet p. 350 n 3. & seq. In quibus potest Epis. dispensare p. 351 & seq. Commutare potest Episc & quando, p. 357. & seq. Episc potest scholarem dispensare in voto, p. 385. n. 6.

FINIS.

ERRATA.

*Pag.* 20. Neapole *lege* Neápoli, *p.* 132. *n.* 8. missæ *l.* missa, *p.* 133. ignōrontis *l.* ignorantia, *p.* 138. portalis *l.* portatilis, *p.* 173. *l.* 3. reg. cap. 17. cap 18. *p.* 212 *n.* 6. ab baptismi *l.* ad baptismi, *p.* 234. statum *l.* statum, *p.* 251. potle *l.* ecle, *p.* 263. *n.* 3. benevolentiâ *l.* benevolentia, *p.* 266. exuisti *l.* inuitis, *p.* 267 necessarium *l.* necessariam, *p.* eorum *l.* earum, *p.* 332. dilecto *l.* delicto, *p.* dispensationsm *l.* dispensationem, *p.* prælatus inferior, *l.* prælato inferiori, *p.* 384. nullam mentionem *l.* nullam facit mentionem, *ibid.* ut ubi *l.* ut ibi, *ibid.* relinquant *l.* relinquunt, *p.* 422. heddomad. *l.* hebdom. *p.* 421. asserunt *l.* differunt, *p.* 498. possunt *l.* potest.

Digitized by Google